Flumina censitorum (aliàs, censorum) vice funguntur, & ex priuato in publicũ addicũt. §. flumina. l. ergo. de acqui. re. do.
Fortuitos casus præuidere nullum hominum consilium potest. l. ij. §. si eo. de admi. re. ad ciui. perti.
Fortunæ donum thesaurus. l. si is qui. §. si communis. de acqui. re. do.
Forum rei sequi debet actor. 839. C. in glo. y.
Fraternitatis ius habet societas. 622. B. in glo. n.
Fraudat scientem & consentientem nemo. in verbo, Scientes.
Non fraudat creditores acquirere negligens. in verbo, Creditores.
Fraus cum effectu accipitur. l. j. in fi. de statulibe.
Fraus legi fieri non debet. l. si quis. in fi. qui & à qui. ma.
Fraus lucrum non habet. in verbo, Lucrũ.
Fraus sua cuique nocet. l. j. §. quæsitum. de separa.
Fraudem facere videtur, qui nõ facit quod facere debet. l. iiij. quæ in frau. credi.
Frequentia infamiam præbet. in verbo, Assidua.
Fructuarius continetur appel. domini. in verbo, Domini.
Fundi furtum non fit. l. quare. de vsucap.
Fundum hostium qui nũquam fuit noster, neque promittere neque legare possumus. 994. B. in mar.
Fur furti quãdoque agit. l. qui vas. §. si ego. de fur.
Furem capere licet, & ad iudicem ducere. l. interdum. §. j. de fur.
Furem non facit sola cogitatio furti faciẽdi. l. j. de fur.
Furem statuere non omnis qui potest, agere contra eum potest: nam possum dicere filium, at contra eum agere non possum. l. serui. de fur.
Furtum est casus fortuitus. 1099. D. in mar.
Furtum non fit hæreditati. l. in eo. de acqui. re. do.
Furtum non fit nisi sit cui fiat. l. falsus. §. quã alienum. de fur.
Furtum non fit sine affectu furandi. l. fur. de vsucap.
Furtum quandoque sine affectu committitur. 1318. A. in glo. m.
Abolita est eorum sententia qui fundi locíve furtũ fieri putãt. l. quare. de vsucap.
Furtiuæ rei pars nõ est partus. l. si aliena. §. Scæuola. de vsuca.

G

GEneralitas nimia reprobatur. 1647. A. in mar.
Generalitas vitanda. 1144. D. in mar.
Genus à digniori sui parte nominatur. glo. j. l. j. de verbo. obli.
Grani precium non statuendum. l. fi. ad leg. Iul. de annona.
Gratificationi quandoque locus est. 928. D. in glos. o.

H

HAbere.) Per se quod quis non habet, nec per alium. 598. B. in glo. t.
Hæres non succedit in pœnam. l. pe. de no. ope. nun.
Hæredi non licet, quod defuncto. 595. D. in glo. m.
Hæredi non relinquitur, quod scelere quęsitum est. l. cum falsi. ad leg. Cor. de fal.
Hæredem fraudari, inuidiosum. l. si peculium. de statulibe.
Hæreditas damnosa, hæreditas est. 574. B. in glo. r.
Hæreditas personæ defuncti vice fungitur. l. mortuo. de fideiuss.
Hæreditas vice personæ fungitur. l. si is qui. §. j. de vsuca.
Hæreditati furtum non fit. l. in eo. de acqui. re. domi.
de Hæreditate viuentis nemo solicitus esse debet. 1655. B. in glo. g.
Homo homini officium debet. in verbo, Officium.
Hominum adiectione potius quàm pecuniarũ imperium ampliandum. in verbo, Ampliari.
Honestiores mitius puniũtur. l. vj. ad prin. ad leg. Iul. pecul.
Honor est administrare. l. testamento cẽtario. in fi. de manu. testa.
Hostium seruũ fieri ciuem Romanũ, indignum. in verbo, Romanum.

I

IDem.) Nil est idẽ ei cui simile est. 1037. A. in glo. c.
Idoneè.) Qui magis idoneè quid agit, præferendus est. l. in reficiendo. de dã. infe.
Idoneus affectans tutelam, approbatur. in verbo, Affectare.
Ignominia filij est pater seruiens. l. j. de libe. cau.
Ignorans amittit possessionem rei mobilis. l. si rem. de acqui. pos.
Ignorans non obligatur nec delinquit. l. iiij. §. longè. de actio. & oblig.
Ignorantis & inuiti conditio fieri melior potest. l. soluere. de solu.

BIU Cujas

Index posterior materiarum

Ignoranti non tollitur possessio.l.quamuis saltus.de acqui.pos.
Ignorantia facti alieni tolerabilis.l. fi. pro suo.
Ignorátia iuris excusatur in rustico,& fœmina.in verbo,Rusticus.
Ignorantia iuris toleratur.1070.B. in gl.r.
Ignorantia pupilli, creditoribus captiosa esse non debet.in verbo,Pupilli.
Ignorantia vnius an prosit scienti.331.A.in prin.glo.
Ignorantia vnius alteri non prodest, nec scientia nocet.l.non solum.de libe.cau.
Ignoscendũ est ei, qui sanguiné suũ qualitercunque redemptum voluit.l.j.de bonis eorum qui ante sententiam.
Illicite qui fecit quid, alium in simili actu impedire non potest.§.idem.l.j. ne quid in lo.pub.
Illicitum non continetur mandato generali.in verbo,Mandato.
Immoderata cuiusque luxuria vitanda.l.ex damni.de dam.infe.
Immunitatem pœna non tribuit.l. relegatorum.in fi.de inter.& rele.
Impendere.)Satius est nõ impẽdere, quàm impensam repetere.126.D.in glo.o.
Imperitia excusat.l.sed hoc.de aqua plu.
Imperium ampliandum potius hominum quàm pecuniarum adiectione.in verbo, Ampliari.
In perpetuum operam dare quis non potest.in verbo,Operam.
Impossibilia censentur,quæ ex sola principis voluntate pendent. 236. B. in marg. &.1029.D. in glo.y.
Improbitas.)Nemo ex improbitate sua cõsequitur actionem.l.itaque.de fur.
Improbus est qui vult iterũ cõsequi quod accepit.l.si quis dolõ. in fi. de re iudi. &.640.B.in glo.u.
Impunita non debent esse admissa, id est maleficia.l.Stichum.§.tametsi.de solu.
Imputatur illi qui malum defensorem elegit.l.iam tamen.§. nunc videamus. iudi. solui.
Iuaudita causa quemquam damnari ratio non patitur.l j.de requi.reis.
Incertam partem possidere nemo potest.l. si fur.§.incertãm.de vsucap.
Inconsultus calor,calumniæ vitio caret.l.j. §.quæri.ad senatusco.Turpil.
Indicia seruorũ cõtra dominos admittẽda nõ sunt.l.j.de quæst.§.diuus Antoninus.
Indignus habere seruos, libertos habere non potest.in verbo,Seruos.
Indulgentia nimia reprobatur.l.j.de collu. dere.
Inesse debet quod magis,si inest quod minus.630.C.in glo.u.
Infamia,vitæ periculo comparatur.206.B. in glo.l.
Infamiam præbet frequentia. in verbo, Assidua.
Infamem non omne crimen facit.l.infamẽ. de publi.iudi.
Inferior locus superiori seruit.l.ij. de aqua plu.arcen.
Infinitas vitanda.54.B.in glo.p.
Initium spectandũ.l.j.de pœ.& ibi in mar.
Iniuria defuncto facta, censetur facta hæredi.l.j.de iniur.§.& fi.& in mar.1384.A
Iniuriam comminisci debet nemo. in verbo,Tueri.
Iniuriam non facit qui se tueri vult, cum aliàs non possit.l.iij.§. quod ait. de incẽ. rui.nau.
Iniuriam non habet iuris executio,in verbo,Iuris.
Iniuriam non videtur accipere, qui semel voluit.l.in diem.de aqua plu.
Iniuriarum tenetur scienter vtens iniusta consuetudine.1369.A.in glo.b.
Innocens.) Satius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem dãnari.l.absentem.de pœnis.
Innocens nocentem excusat.333. A. versu 18.in glo.
Innocentem occidere,& nocentem iustam defensionis causam habenté, paria sunt. 1510.C.in mar.
Innocẽtes egere non debent.l.reo.de solu.
Innocentia reus purgatur, non criminum relatione.in verbo,Reus.
Inops ne quis fiat sua liberalitate, ratio habenda.l.ne liberalitate.de re iudi.
Inquantum facere potest à milite exigitur. l.miles.de re iudi.idem de aduocato.523. A.in glo.b.& in mar.
Instruere.) Qui non instruit, decipit. 337. C.in glo.f.
Instrumentum non vitiatur errore syllabę. 231.B.in mar.
Intellectu magis percipi quædã,quàm elocutione exprimi possunt.l.ratũ.de solu.
Interesse non testibus probatur, sed iuramento declaratur. l. semper.§. si quis. quod vi aut clam.
Interpellatio extraiudicialis non cõstituit in mora eum qui solum per iudicis officium potest conueniri.l. cum postulassem.de dam.infe.
Interpretari eius est,cuius constituere.l.in prætoriis.de præto.stipu.
Interpretatio benignior sequẽda.l.q duos. §.j.de manumis.vindic.fallit quandoque in dubio.223.C.in glo.e.
Inuitus liber fit nemo.l. sed si alienare. de fideicom.liber.
Inuiti conditio melior fieri potest, in verbo,Ignorantis.
Irrigantur agri in Asia aqua calida.in verbo,Aqua.
Iterato delinquẽs, punitur grauius.in verbo,Tironibus.
Iubere.vide infra,Iussus.
Iudex ab omni sorde abstinere debet.l. pe. ad leg.Iul.repe.
Iudex interpretatur sermonem suũ ambiguum.in verbo,Ambiguus.
Iudex minus quàm potest,condemnare debet.1224.C.in glo.m.
Iudex mitius agit cum obsequioso, quàm cum contumace.l.ij.de re iudi.
Iudex non potest vltra facere quàm ei cõcessum est à lege vel consuetudine. in verbo,Officiarius.
Iudex potest prorogare vel arctare tẽpus executionis sententiæ.l.ij.de re iudi.
Iudicis auctoritas præstat iustam causam possidendi.l.iuste.de acqui.posses.
Iudicis copia si deest, mea auctoritate rem meam possum auferre ab alio ablatam.in verbo,Auferre.
Iudicis iussus & auctoritas excusat.609.A. in glo.a.
Iudicis partes nullæ sunt in consentientes. l.j.§.inde.de ope.no.nun.
Iudici respiciendum ne quid durius aut remissius constituat.l.respiciendũ. de pœ.
Iudicata res inter alios, aliis non obest. in verbo,Res inter.
Iudicatæ rei tempus spectatur.l. Fulcinius. §.si quis actione.qui.ex cau.in pos.ea.
Iudicium cum falso procuratore nullum. 1258.D.in glo.s.
Iudicium soluitur morte rei.in verbo,Rei.
Error iuris nocet in iudicio,non extra.555. B.in glo.b.
Iulianus alterum pedem in tumulo habẽs, adhuc discere volebat.l.apud Iulianum. de fideicom.liber.
Ius alterius corrumpi non debet alterius collusione,aut inertia.l. si pariter. de libe.cau.
Ius sibi dicere nemo potest.l.j. quorũ lega.
Ius superueniens confirmat priuilegiũ cõcessum per non habentem potestatem. 327.B.in mar.
Iuris beneficium nulli auferendum.in verbo,Beneficium.
Iuris error nocet in iudicio &c. in verbo, Iudicium.
Iuris executio iniuriam non habet.l. iniuriarum.§.j.de iniur.
Iuris rigor non seruatur gratia libertatis. in verbo,Rigor.
Iuri publico nõ derogat priuatorũ pactio. in verbo,Priuatorum.
Iure communi quod datur, à principe non est impetrandum.l. imperatores. de priuilegi.
Confessus in iure, suam confessionem infirmare non potest.l.quidam.de dona.
Iura cessant, vbi dilatio periculum sit allatura.in verbo,Dilatio.
Iusiurandum vicem rei iudicatæ obtinet.l. j.qua.re.ac. non datur.
Iurisdictionem dat cõsuetudo.l.fi. de aqua plu.
Iussus iudicis valet.609.A.in glo.a.
Iussus maioris excusat.l.quod principis. de aqua plu.
Iussus patris nõ sẽp excusat. 1577.A.ĩ gl.b.

L

Labor eximius est captum à latronibus eripere.l.si pater.§.fi.de dona.
Languor animi damnum afferre non debet.l.iusto.§.eum qui.de vsuca.
Lapsi facultatibus ali debent.l. decurionibus.de decur.
Largiri de alieno, species lucri est. in verbo,Lucri.
Latens & absens non nocent præsenti.l.j. de fideicom.liber.
Latrones.) Datum alicui ob ereptionem à latronibus,non reuocatur.l.si pater.§. fi. de dona.
Legatum non vitiat falsa demonstratio.l. testamento.de ma.testa.
Lenocinium mariti ipsum onerat, nõ vxorem excusat.l.j.§.si publico.de adulte.
Lex extenditur vbi est eadem ratio.l.j.§. quod vulgo.de vi & vi ar.
Lex supplet quod homo omittit.521.B. in glo.d.
Legis verba notant potentiam,non actum. l.Labeo.ibi, nocet, id est nocere potest. de statulibe.
Legis verba offendere non licet. 320.A. in glo.f.
Legi fraus fieri non debet.in verbo, Fraus.
Libellus incertus quandoque datur.l.j. §. quia.in sum.quo.lega.
Liber inuitus fit nemo.l.sed si.de fideicom. liber.
Liberos plures habẽs,alios præcellit.l.spurij.in fi.de decur.
Liberatur quis inuitus. 1116.C. in marg. & 1142.in mar.
Liberare alium obligatione,species acquirendi est.l.species.de accep.
Promptiores esse debemus ad liberandum, quàm obligandum.l.Arrianus.de actio. & oblig.
Liberalitas nolenti non acquiritur. l. hoc iure.§.ij.de dona.
Liberalitate lapso consulitur.l. decurionibus.de decur.
Liberalitate mea tamdiu te vti, quamdiu velim,

BIU Cujas

velim,natura æquum est,& vt possim reuocare & mutare volũtatem meam.l.ij. de preca.

Liberalitate sua ne quis fiat inops, ratio habenda.l.ne liberalitate.de re iudi.

Libertas pecunia lui non potest.l. statuliberum.ad fi.de statulibe.

Libertatis causa multa fiunt cõtra iuris rigorem.l. generaliter.§. si quis tutorem. de fideicom.liber.

Libertatis fauor magnus.l.generaliter.§. si quis tutorem.de fideicom. liber. vide in verbo,Obscura.

Libertatis fauore permittitur quod facilius est.215.A.in glo.a.

Libertati quàm ætati magis fauetur.l. cùm vero.§.apparet. in glo. multo. de fideicommiss.liber.

Libertatem petit,qui ne seruiat petit.l.generaliter.§.si petitum.de fideicõ.liber.

Libertos habere non potest, qui seruos nõ potest.in verbo,Seruos.

Licentia de ingrediendo rem auctoritate propria, potest per habentem eam in alium transferri.8.C.in mar.sub.†

Linguæ lubricum ad pœnam nõ trahitur. in verbo,Lubricum.

Lis duobus instruitur.1502.B.in glo.u.

Lites sunt minuendæ.l.ij.de aqua plu.

Locupletatur,qui non fit pauperior.in verbo,Pauperior.

Lubricum linguæ ad pœnam trahi non debet.l.famosi.ad legem Iul.maie.

Lucrum in fraude non est.l.ait prætor. in fi.quæ in frau.credi.

Lucrum non facere,& damnum pati,differunt.l.Proculus.in fi.de dam.infe.

Lucri species est ex alieno largiri,& beneficij debitorem sibi acquirere.l.si pignore.de fur.

Vbi agitur de lucro,qui per aliũ facit, per seipsum facere videtur.763.C.D.in mar.

Iniquum putauit prætor,in lucro esse eum qui sentit lucrum ex fraude.l.ait prætor. in fi.quæ in frau.credi.

Ludus noxius non debet esse impunitus.l. in furti.in fi.de fur.

Luxuria immoderata vitanda.l. ex damni. de dam.infe.

Non ex luxuria, sed affectu libertas danda. l.illud.de ma.vin.

M

MAior causa impedit contumaciam.l. contumacia §.ij.de re iudi.

Maior pars vnde consideretur. 1717.A. in marg.

Maioris auctoritas excusat.1368.A.in gl.g. Propter prætoris.

Maioris iussus excusat.l.quod principis. de aqua plu.

Maioré magistratum minor præcedere debet.l.honor.de mune.& hono.

Maius auditorium impedit cõtumaciam.l. contra.de re iudi.

Maleficia vt puniantur,disciplinæ publicæ vigor postulat.in verbo,Publicæ.

Maleficiorum fideiusio accipi nequit.l.si à reo.§.id quod.de fideiuss.

In maleficiis voluntas spectatur,nõ exitus. l.diuus.ad leg.Corne.de sica.

Malum domesticum seruus improbus. in verbo,Domesticum.

Malum minus è duobus eligendũ.l.si procurator.j.in glo.r.de doli ma.excep.

Mãdati qui agit, ratam habere solutionem videtur.l.si seruus.de fideiuss.

Mandato generali non continetur illicitum.674.D.in glo.q.

Manumissus amplius seruire non potest.l. iij.§.si ita.de statulibe.

Mare,omnium commune.l. iniuriarum. ad fi.de iniur.

Maritus non debet exigere pudicitiam ab vxore,quam ipse nõ exhibeat.l. si vxor. §.iudex.de adul.

Marito cur nõ liceat adulterum occidere. l.nec in ea.de adulte.

Marito difficile est iustum temperare dolorem, adultero cum vxore reperto. in verbo,Dolorem.

Mater filios retinet ob nequitiam patris. l.iij.§.etiam.de libe.exhi.

Masculinum cõcipit fœmininum.1798.D. in glo.p.

Materiam mutat accidens.l.v.§. apium.de acqui.re.do.

Matrimonium quiescens non debet alius turbare.l.constante.de adulte.

In matrimonio indignè assumitur,quæ duci prohibetur.209.D.in glo.c.

Matrimonia bene concordia iure patriæ potestatis turbari non debent.l.j. in fi. de libe.exhi.

Matrimonia vinculo pœnę nõ sunt astringenda.l. Titia.ad prin.de verbo.obliga.

Medicamentis conceptio nõ est impediendа.l.iij.in fi.de statulibe.

Melius eligendum est ex duobus remediis. in verbo,Remedia.

Memoriæ infirmitas damnũ non affert possessionis.l.peregre.ad prĩ. de acqui. pos.

Mendaciũ nocet.l.si dubitet.§.j.de fideiuss.

Mendacium punitur.1074.D.in glo.e.

Mensura cuiusque delicti pẽsanda.l. diuus. ad.l.Cor.de fal.

Mentiés in eo quod est causa beneficij,perdit beneficium.l.sed hoc.§.j.de re iudi.

Merces eximij laboris est eripere aliquem à latronibus.l.si pater.§.fi.de donat.

Metus & reuerentia æquiparantur. in verbo,Reuerentia.

Miles nõ soluit nisi in quantum facere potest.l.miles.de re iudi.

Militaris cognitio prodest.1694.B.in mar.

Militaris disciplina potior fuit Romanis quàm filiorum charitas. in verbo, Castrorum.

Militiæ causa meritũ hæreditatis non præstat, sed sanguinis ratio.l.dotem.in fi.de castren.pecu.

Militiæ obtentu durior fieri quis non debet.l.iiij.§.non omnis.de re mili.

Militiam detrectare, grauius est delictum, q̃ appetere.l.iiij.§.qui post.de re mili.

Minimum in obscuris sequendum.151. D. cir.fi.glo.h.

Minor debet inuenire sibi curatorem. 574. D.in glo.a.

Minor grauius punitur, quàm maior. in verbo,Conditio.

Minor nõ est idoneus sui defensor.l. si minor.de bo.auct.iudi.pos.

Minor quandoque est deterioris conditionis,quàm maior.574.D.in glo.b.

Minor summa inest in maiori.l.j.§.si stipulanti.de verb.oblig. quandoque contra: vt ibi in margine.

Minores,honorũ sunt incapaces.l.ad rẽpu. de mu.& ho.

Minus quod videtur inesse,si inest,& quod magis.in verbo,Inesse.

Modus honestus seruandus.l. ex damni. de dam.infec.

Mora vltima nocet.308.B.in marg. vide in verbo,Vltima.

Morosus debitor tenetur de periculo interitus.in verbo,Periculum.

Morosus, & fur, æquiparantur. 980.D. in glo.f.

Morte nõ finit volũtas.in verbo, Volũtas.

Morte rei iudicium soluitur.in verbo,Rei.

Contra bonos mores fieri nil debet.l.si stipuler.de verb.oblig.

Mos regionis in qua fit contractus, debet attendi.1879.D.in mar.

Munificentia lapso succurritur.l. decurionibus.de decur.

Mutare possum voluntatem meam in precario.l.ij.de preca.

Quod non mutatur,stet. glo. pe.l.j.de diuer.& tempo.præscrip.

N

NAturale vitium ferendum. in verbo, Vitio.

Negligenti amico qui rem custodiendam cõmittit, de se queri debet.l.j.§.is quoque.de ac.& obli.

Negligentiæ non parcitur.l.carceri.de custo.reo.1373.A.in tex.

Negligi videntur quæ notabiliter fiũt, nisi specialiter notentur. l. item apud.§. ait prætor.de iniu.

Nemo plus iuris in aliũ &c. 388.C. in mar. l.non est nouum.de acqui.re.do.

Nihil est,cui idipsum simile est.in glo.obtinent.l.actionis.de acti.& obli.

In totum quid fieri debet, aut in nihilum. 345.D.in glo.h.

Nocens à peccato pœnitẽtia sua nemo esse desinit.in verbo, Peccatum.

Nocentem occidere habẽtem iustam causam defensionis, & innocentem occidere,paria sunt.1510.C.in mar.

Nocentium peccata nota esse debent. in verbo,Peccata.

Nocet quandoque res inter alios acta. in verbo,Res inter.

Scientia vnius alteri non nocet.l. non solum.de libe.cau.

Sua quisque ita curare debet, ne alteri noceat.l.j.§. Neratius. &.§. de eo. de aqua plu.

Nocere non debet factum alterius ei qui nihil fecit.l.v.§. si plurium. de no. ope. nun.vide in verbo,Factum.

Nocere vicino debet nemo, & prodesse non potest cogi.l.ij.§.Item Varus. de aqua plu.

Nouissimè factũ potius procedere debet.l. si quis ante.de acq.pos.

Nullius quod est,occupantis fit.l.iij.de acqui.re.do.

Numeratio non semper implet conditionem.296.D.in glo.o.

Numo vno conductio,nulla.l. si quis.in fi. de acqui.pos.

O

OBediens quàm contumax mitius tractatur.l.ij.de re iudi.

Obedientia contumaciam tollit.l. contumacia.de re iudi.

Obligari pro seipso apud eundẽ potest nemo.l.hæres à deb.§.quòd si.de fideiuss.

Obligatio sublata reuiuiscere nõ potest.l. qui res.§.aream.de solu.

Obscura locutio, fauore libertatis pro ea debet interpretari.l. si peculium.§.j. in fin.de manu.testa.

In obscuris minimum sequendum.151. D. cir.fi.glo.h.

Obsequiosus quàm contumax mitius tractandus.l.ij.de re iudi.

Occidisse se hominem confessus, tenetur. l.iiij.de confes.

Occupantis causa potior.l. inter eos. de re iudi.

Occupatio maioris causæ impedit contumaciam.l.contumacia.§ ij.de re iudic.

Offerenti se sponte, parcendum.l. edicto. de iure fis.

Officiarius

BIU Cujas

Index posterior materiarum

Officiarius publicus non potest vltra permittere, quàm ei cõcessum est à lege vel consuetudine. §. planè. l. iij. quod vi aut clàm.

Officium debet homo homini. 629. D. in glo. o.

Officium habere, honor est. l. testamento. de manu. testa. in tex. & glo.

Officium trium subire quis potest. 205. C. in glo. g.

Officij ratione subuenitur cui. in verbo, Subuenitur.

Omissum ab homine supplet lex. in verbo, Supplet.

Omnes quod publicè interest, defendere possunt. l. iiij. de ope. no. nun.

Onus legendi qui assumpsit, an per alium legere possit. 1145. A. in mar.

Onus vbi est, ibi & commodum esse debet. 1114. B. in glo. m.

Operam dare in perpetuum quis non potest. l. prætor. de vaca. mu.

Opinari non sufficit, nisi &c. l. j. pro dona.

Opem aut consilium nemo alij præstare potest, qui ipse furti faciendi cõsilium capere non potest. l. si fullo. de fur.

Ordinariũ subsidium si datur, cessat extraordinarium. in verbo, Extraordinarium.

Ordo non curatur. 1133. C. in glo. i.

Ordo scripturę seruãd⁹. in verb. Scripturę.

P

PAri in causa turpitudinis potior est cõditio possidentis. in verbo, Possidentis.

Parcit nemini, qui nec sibi parcit. l. fi. §. videri. de bo. eo. qui ante senten.

Parentis interest filium non seruire. l. j. de libe. causa.

Parentum affectioni parcitur. l. iiij. in fi. de re mili.

Parẽtũ filiorũq; seruitus ad doloré nostrũ porrigitur. l. quoniam. de liber. cau.

Partus, rei furtiuæ pars nõ est. l. si aliena. §. Scæuola. de vsucap.

Pater & filius parificantur. 953. C. in glo. h.

Pater & filius vna persona censentur. 826. C. in glo. l.

Potest, qui per ꝛlium potest. 1029. D. in glo. f.

Patris delictũ filio nõ nocet. 1433. C. ĩ gl. b.

Patris iussus non semper excusat. 1577. A. in glo. b.

Patri cur liceat adulterum occidere, non marito. l. nec in ea. de adulte.

Patientia pro traditione est. 917. A. in gl. c.

Patriæ potestatis iure matrimonia concordia turbari non debent. l. j. in fi. de libe. exhi.

Patriam potestatem acerbè exercere pater non debet. l. j. in fi. de libe. exhi.

Pauli præceptor, Iauolenus. l. v. de manu. vindict.

Pauperior qui non fit, locupletatur. l. in pupillo. de solu.

Paupertas prodest. in verbo, Debitum.

Paupertas, quibus prodest. 324. D. in glo. z. & in mar.

Peccata nocentium nota esse oportet. l. eũ qui. in prin. de iniur.

Pecunia libertas non potest. l. statuliberũ. de statulibe.

Pecunia ob sententiam in senatu dicendam non accipienda. l. antepe. ad legem Iuliam repe.

Pecunia olim in ædem sacram consignabatur. l. iiij. in prin. de sta. libe.

Pecunia turpiter accepta, iustius penes eũ est qui deceptus est, quàm qui decepit. in verbo, Turpiter.

Per se quod quis non habet, nec per alium. in verbo, Habere.

Percipere.) Intellectu magis percipi quædã possunt, quàm elocutione exprimi. l. ratum. de solu.

Percuti se primo expectare nemo tenetur. in verbo, Expectare.

Periculum interitus spectat ad debitorem morosum. l. nemo. §. j. de verb. oblig.

Periculum si allatura sit dilatio, cessant iuris statuta. in verbo, Dilatio.

Periculo eius nihil est qui non habet quod reddat. l. itaque. de fur.

Perire volens non auditur. 1592. B. in mar. &. C. in textu.

Permissum dicitur omne quod non prohibetur. 1721. A. in glo. a.

Perpensum debet esse iudicium. l. respiciẽdum. in prin. de pœ.

Personæ conditio inspicienda. in verbo, Conditio.

Pestem cient & ruinam immundæ cloacæ. l. j. ad prin. de cloa.

Pestem generant cloacæ immundæ. in verbo, Cloacæ.

Petens munire ripã suo nomine, debet repromittere. si alieno, tenetur satisdare. 671. C

Pignus suæ rei nemo contrahit. l. non solum. §. si rem. de vsuca.

Pignora præsenti pecunia distrahi debent. l. à diuo. §. si emptor. de re iudi.

Pluralis locutio duorum numero contenta. in sum. §. post annos. l. libertas. de manu. testa.

Plus est quod in re est, quàm quod in existimatione. l. si pater. §. j. de manu. vindic.

Plus iuris nemo transfert &c. 388. C. in mar. l. non est. de acqui. re. do.

Pluribus exceptionibus etiam diuersis vti licet. l. nemo. de excep.

Pœna grauior alieno admisso non luenda. in verbo, Alieno.

Pœna immunitatem non tribuit. l. relegatorum. de inter. & rele.

Pœnas leuiores lenitate, grauiores temperamento irrogare debet iudex. l. respiciendum. §. planè. de pœ.

Pœna non ex iudicis voluntate, sed legis auctoritate pendet. l. j. §. ij. ad senatusc̃. Turpil.

Pœna præteriti facti præstanda. in verbo, Præteriti.

Pœna subleuanda est eius qui diu sordidatus fuit. l. si diutino. de pœ.

Pœna vitatur, si ante sententiam soluatur. 138. B. in margi. sub †

Lubricum linguæ ad pœnam non trahitur. in verbo, Lubricum.

In pœnam non succedit hæres. in verbo, Hæres.

Pœnis legibus comprehensis contenti esse debemus. l. si ita. de verbo. oblig.

Pœnitentia sua nemo nocens à peccato esse desiit. in verbo, Peccatum.

Pœnitere an & quando liceat. 1312. C. in glo. q.

Pœnitere quandoque non prodest. 288. C. in margine sub lit. b.

Põponius Iurecõsult⁹ anno ætatis. lxxviij. discere volebat. l. apud Iul. de fideicom. liber.

Posse illud dicimur, quod commodè possumus. 1834. A. in mar.

Possessio non tollitur ignoranti. l. quamuis saltus. de acqui. pos.

Possessio nulla quæritꝰ vel perditꝰ sine animo & corpore. l. quẽadmodũ. de ac. pos.

Possessio retinetur per colonum à domino ejecto. in verbo, Dominus.

Possessio vitiosa non releuat quem à probatione. 333. D. in fi. gl. f.

Possessionis causam mutare nemo potest. l. non solum. §. quod vulgo. de vsucap. id est qualitatem, titulum.

Possessionis damnum, memoriæ infirmitas non affert. l. peregrè. ad princi. de acqui. poss.

Possidere eandẽ rem in solidũ plures nequeunt. l. iij. §. ex contrario. de acq. pos.

Possidere incertam partem nemo potest. l. si fur. §. incertam. de vsucap.

Possidet iuste, qui auctore prætore possidet. l. iuste. de acqui. poss.

Possidere melius quàm in personam experiri. l. j. §. j. de superfi.

Possidere non intelligitur possessus. l. homo liber. §. quicquid. de acqui. re. do.

Possidentis conditio potior in pari causa turpitudinis. l. si procurator. de do. excep.

Possidenti quandoque dat non possidens. 430. D. in fi. glo. z.

Possum.) Quod per me non possum, nec per alium. 1767. D. in glo. b.

Postliminio caret turpiter amissum. l. ij. in fi. de cap. & postli.

Potestas.) Priuilegium concessum per non habentem potestatem, confirmatur ex iure superueniente. 323. B. in margine.

Potior est qui tenet, quàm qui persequitur. l. si seruum. §. sequitur. de verb. oblig.

Præcedentis vitæ actus considerandus. in verbo, Vitæ.

Præceptor debet esse & eloquens. & diligens. in. l. Attilius. de dona.

Præceptor malignè instruens, in dolo est. arg. l. rectissimè. in fi. de lib. cau.

Præceptoris officium est sua eloquentia & diligẽtia discipulos meliores reddere. l. Attilius. de dona.

Præceptoris officium remunerandũ. l. Attilius. de dona.

Præceptores iuris. l. paterfa. §. me illud. de pri. credi.

Præsentia personę facit valere stip. l. si procuratori. de verbo. oblig.

Præsumptio transfert onus probandi in reum. 26. B. in fi. glo. u.

Præteriti facti pœna præstãda. l. fi. de libe. ho. exhi.

Precium grani non est statuendum. l. fi. ad l. Iuliam. de annona.

Precium loco rei succedit. l. qui à debitore. quæ in frau. credi. &. 1618. C. in glo. l.

Primus sententiam dicit, qui plures liberos habet. l. spurij. in fi. de decur.

Principis proprium est fiscus. in verbo, Fiscus.

Principis ex sola voluntate quæ pendent, censentur impossibilia. 236. B. in mar.

Non debet impetrari à principe, quod iure communi conceditur. l. Imperatores. de pri. credi.

Priuatio præsupponit habitum. l. decem. de verb. oblig.

Priuatus administrator quandoque maiorem habet potestatem, quàm publicus. §. planè. l. iij. quod vi aut clàm.

Priuatorum pactio iuri publico non derogat. l. j. §. inde. de no. ope. nun.

Priuilegium concessum alicui per non habentem potestatem, confirmatur per ius superueniens. 323. B. in mar.

Mentiens in eo quod est causa priuilegij, perdit priuilegium. in verbo, Mentiens.

Probatur animus ex his quæ quis ante dixerit. in verbo, Animus.

Probandi onus in reum transfert præsumptio. in verbo, Præsumptio.

Probatio) Possessio vitiosa non releuat quem à probatione. 333. C. in fi. glo. f.

BIU Cujas

Digesti noui.

Probationum initium non debet ex domo rei sumi.l.de minore.§.j.de quæstio.
Procurator.)Iudicium cum falso procuratore,nullum.in verbo,Iudicium.
Prodesse.)Ignorantia vnius alteri nõ prodest.l.non solùm.de libe.cau.
Prodesse vicino cogitur nemo,sed nõ nocere.l.ij.§.item Varus.de aqua plu.
Prohibitum quod nõ est,permittitur.1721. A.in glo.a.
Prohibitum vna via,prohibetur & alia.l.si quis integris.§.j.in sum.qui & à qui. ma.
Promittens bis idem, semel tantum tenetur.in verbo,Bis idem.
Promittere de se quemque oportet.l. interstip.de verbo.obliga.
Pronunciare.)Cõstare oportet prius de crimine & pronũciare.l.eiº qui.de iure fisc.
Prouinciales olim non erant domini. glo. ij.l.iij.de ope.no.nun.
Publicani debent habere bonos seruos.l. iij.de publi.
Publica auctoritas excusat.l. quod principis.de aqua plu.
Publica functione abstineto.l.moris.§. solet.& in mar.de pœ.
Publica vtilitas præfertur priuatæ. in verbo,Vtilitas.
Publicę rei interest à pluribus eam defendi.l.iiij.de ope.no.nun.
Publicæ disciplinę vigor postulat vt malefici puniantur.l.locatio.§.quod illicitè. de publi.
Publicum,quod in publico nascitur.l.pen. in fi.de acq.re.do.
Publico iuri non derogat priuatorum pactio.in verbo,Priuatorum.
Pudicitiam ab vxore virum exigere,quam ipse non exhibet,iniquum est.l.si vxor. §.iudex.de adult.
Punitur grauius minor quàm maior.in verbo,Conditio.
Puniri ibi debet quis vbi facinus est admissum,si graue est.l.iij.in prin.de re mili.
Pupillus affectiõe caret.l.j.§. si furiosus. de acqui.pos.&.l.j.§.hoc edicto.ne vis fi.ei.
Pupillus ex quolibet delicto tenetur præter carnis.639.D.in gl.o.
Pupillus non censetur qui doli est capax.l. j.§.hoc edicto.ne vis fi.ei.
Pupilli conditio quandoque deterior est quàm aliorum.609.D.in gl.o.
Pupilli ignorantia non debet esse creditoribus captiosa.l.qui autem.§.si quid.quæ in fraud.credi.
Purgatur reus nõ criminum relatione, sed innocentia.in verbo,Reus.

Q

QVæstioni fides nõ habenda.l.j.§.quæstioni.de quæstio.
Quæstionem habiturus non debet generaliter quærere an Titius hominem occiderit,sed quis occiderit:quia alterũ suggerentis est magis quàm quærentis.l.j.§. in causa.de quæstio.
A quæstionibus non incipiendum nisi præcedẽtibº indiciis.gl.fi.l.ij.de appel. reci.

R

RAtio & vtilitas si est eadem,idem ius statuit.l.j.§.hoc interdictũ. de fõte.
Ratihabitio mandato comparatur. 675.A. §.sed & si quod.&.l.vero.de solut.
Realia vitia ad quoscunque hæredes, personalia transeunt ad hęredes vniuersales.480.in margi.l.si homo.de vsucap.
Recuperare potest quis suum manu armata,si desit iudex.1676. D.in mar.
Reficere, est noui aliquid facere.l.iij.§. enimuerò.de itine.actúque priu.quãdoque contra:vt ibi.in margi.
Remedia duo si competant,melius est eligendum.l.iij.in sum.ne vis fi.ei.
Remotus ab officio non potest amplius ad illud assumi.230.B.in mar.
Repeti non intelligitur,quod repetitũ vitiaret.l.Lucius.de fide.liber.
Repeti potest,quod non vitiat. in verbo, Repetitum.
Repetitum non intelligitur,quod vitiat.l. Lucius.in sum.de fideicom.liber.
Reprobari non potest semel approbatum. 1453.A.in mar.
Res inter alios acta quandoque aliis nocet, quandoque non.346.in mar.
Res inter alios acta an aliis noceat.l. sæpe. de re iudi.
Res inter alios iudicata, aliis non obest.l. Modestinus.de excep.
Rei morte iudicium soluitur.l. in senatuscon.ad senatus.Turpil.
Reipu.interest à multis defendi.l.iiij.de ope.no.nun.
Reip.nerui, tributa.in verbo,Tributa.
Restitui nõ potest quod remissum est.688. in glo.t.
Reuerentia episcopi,& metus,æquiparantur.879.B.in glo.c.
Reuerentia nimia,& metus,æquiparantur. ibidem in margi.
Reus.) Non relatione criminum,sed innocentia reus purgatur.l.v.de pub.iudi.
Præsumptio transfert onus probandi in reum.in verbo,Præsumptio.
Pro reo est diei adiectio.in verbo,Diei.
Rex.)Filius regis potest dici rex patre viuente.l.cum verò.§.cũ quidam.ibi,Imperator noster.de fideicom.liber.256.B. & in mar.prẽce.colum.
Roma est communis patria.360.in mar.
Romanum ciuem hostium fieri seruum,indignum.l.generaliter.§. hostium. de fideic.liber.
Romani antiquiorem duxerunt castrorum disciplinam,quàm liberorum charitatẽ. in verbo,Castrorum.
Ruinam minantur immundæ cloacæ. in verbo,Pestem.
Rusticus & fœmina ius ignorare impune possunt.l.ij.de iur.fisc.in fi.legis.

S

SAccus.) *Lon ne doibt auoir dung sac double moulture.*arg.l.si quis dolo.in fi. de re iudi.
Salutis causa facta donatio non reuocatur l.si pater.§.fi.de donat.
Sanguinitas(seu potius consanguinitas)excusat.1685.C.in glo.n.
Sanguinis affectio toleranda.in verbo, Ignoscendum.
Sanguinis ratio magis quàm militiæ meritum attenditur.l.dotem.in fin.de pecul. castren.
Sanguinis ratio suspicionem tollit.in verbo,Suspicionem.
Satisfacit qui satisdat.l.j.§.penul.quo.lega.
Scandali causa fiunt quę aliàs non fierẽt.l. qui cędẽ.ad.l.Corne.de sic.
Sceleris instar est conscientia.in verbo, Conscientia.
Scholaris cognitio prodest.1694.B.i mar.
Scienti an prosit vnius ignorantia. 333.A. in.j.versu glo.
Scientes & consentientes fraudat nemo.l. qui autem.§.præterea.quę in frau.credi.
Scientia alterius alteri nõ nocet,nec ignorãtia prodest.l.non solùm.de liber. cau. 339.D.in glo.p.
Scientia quando nocet,& quando non.l. sæpe.de re iudi.
Scripturæ ordo seruandus.l. generaliter.§. quis ergo.de fideicom.liber.
Sententia data prætextu falsorum testium, reuocatur.l.diuus.in prin.de re iudi.
Sententia inter alios lata,aliis non nocet.l. sæpe.de re iudi.
Sententia mutari potest inter pronunciandum,post non,sed potest suppleri & declarari.l.actorum.de re iudi.
Sententiæ executionis tempus potest prorogari à iudice,vel arctari.l.ij.de re iudi.
Sententiæ vim habet iuramentum. in verbo,Iusiurandum.
Ante sentẽtiam soluens,pœnam euitat.138. C.in mar.sub.†
Seruire amplius non potest manumissus.l. iij.§.si ita.de statulibe.
Seruire nobis dicuntur & hi,quos ægros curamus,qui cupientes nobis seruire ob aduersam valetudinem impediuntur.l. iiij.§.Stichus.de statulibe.
Seruire qui non vult,libertatem petit.l.generaliter.de fideicom.liber.
Valetudo & alia iusta causa imputatur anno quo seruire quis debet.l.iiij.§.Stichº. de statulib.
Seruus improbus malum domesticum. in verbo,Domesticum.
Seruum hostium fieri ciuem Ro. indignũ. in verbo,Romanum.
Seruorum opera thesaurum quęrit nemo.l. si is qui.§.nemo.de acqui.re.do.
Seruos bonos habere debent publicani.l. iij.de publi.
Seruos habere qui est indignº,& libertos.l. si quis rogatus.de fideicom.liber.
Simile non est idem.in verbo,Idem.
Simulata venditio non valet.126.D.i gl.ri.
Societas flagitiosæ rei nulla.l.si à reo.de fideiuss.& man.
Societas ius fraternitatis habet.l. pupillus. quæ in frau.credi.
Socium qui habet, dominum habet.137.B. in margine.
Sola non alienantur quædam.l.quędam.de acqui.re.do.
Soluere, est omni obligatione liberare.l. iiij.§.soluisse.de re iudi.
Multum interest vtrum res ipsa soluatur, an persona liberetur.l.fi.de dũo.reis.
Soluitur iudiciũ morte rei. in verbo,Rei.
Solui antè potest quod in diem debetur,licet ante peti non possit.l.continuus.§.j. de verb.obli.
Soluens tardius,minus soluit:soluens citò, bis soluit.1178.in glo.a.& in margi.
Debitori dantur quatuor menses ad soluẽdum.in verbo,Debitori.
Sorde ab omni abstinendum est magistratibus.l.pe.ad.l.Iuliam repe.
Sorde abstineant iudices.l. eadem.in fi. ad l.Iul.repetun.
Sorte quãdo res dirimitur. 14. B.in margi.
Sorte quandoque iudicatur.l. generaliter. §.quis ergo.de fideicom.liber.
Species eximitur de genere.l. si peculium. de ma.testa.
Species generi derogat.l.sanctio.ad fi.titu. de pœ.
Spes sæpe maior euentu.l. in fraudem.ibi, sæpe.qui & à quib.ma.
Sponsus nondum maritus est.l.j. pro dote.
Spontè se offerenti, parcitur. 1686.B. in glo.s.
Stabile nihil.l.fluminũ.§.vitiũ.de dã.infec.
Statim soluere,est cum aliquo temperamẽto tẽporis soluere.l.quod dicimº.de sol.
Stet quod non mutatur. in verbo,Mutari.
Statuæ ad honoré alicuius in publico positæ,bonis eius venditis non sunt distractæ.l.Ausidius.de priui.cre.

Stipulari

BIU Cujas

Index posterior materiarum. ff. noui.

Stipulari alteri potest nemo. l. stipulatio ista. §. alteri. de verbo. obli.

Stipulatio contra legem facta, non valet. 946. C. in glo. b.

Stipulationes tot sunt, quot res. l. vbi autem. §. qui sortem. &. l. pluribus. de verbo obli.

Stultus quàm peritus melioris conditionis esse non debet. l. Seruius. in fi. quod vi aut clam.

Substitutus.) Quando dubitatur de mandato substituti, quid agendum. 603. in margine.

Subuenitur alicui ratione officij. 1367. D. in glo. e.

Successionis ius plenius quàm emptionis. l. Pompo. §. quæsitum. de acqui. possi.

Successor vtitur iure antecessoris. 422. in margine. l. Pompo. de acqui. possi.

Summa.) In summis quod minimũ est, promittitur. 1098. B. in gl. g.

Semper in summis quod minus est spondetur. l. inter stipulantem. §. si stipulanté. de verbo. obli.

Superficie & solo constant ædes. l. eum qui. de vsucap.

Superficies sine solo non vsucapitur. l. nũquam. de vsucap.

Supplet lex quod homo omittit. 521. B. in glo. d. l. iiij. §. si quis. de re iudi.

Suspicionem tollit sanguinis ratio. in margine. l. j. ad. l. Iul. repe. 1508. D.

Syllaba.) Error in syllaba non vitiat etiam instrumentum. 231. B. in margine.

T

TAcitè non subauditur intellectus vitiosus. 1023. C. in glo. e.

Tacitè quædam excipiuntur. in verbo, Excipiuntur.

Tardius solués, minus soluit. in verbo, Soluens.

Temporaria coërcitio, pœnæ est abolitio. l. fratres. de pœ.

Tempus, delictum aggrauat. 1485. D. in fin. glo. f.

Tempore fit, quod non pacto. glo. fi. l. iij. de di. & temp. præscrip.

Testamẽtum in quo filius fa. præteritus est, licet sit nullum, si tamen ille nihil vult petere, conualescit de æquitate. 816. d.

Testimonium credulitatis quandoque recipitur. 113. D. in glo. r.

Testimonium de auditu quando admittitur. in verbo, Auditus.

Thesaurus, fortunę donum est. l. si is qui. §. si communis. de acq. rerum do.

Timoris vani nulla æstimatio est. l. si quis ab. de re iudi.

Tonsura.) Mentiens se esse non tonsuratũ, debet perdere priuilegium tonsuræ, ar. l. sed hoc. §. j. de re iudicata.

Totius ad partem debet esse proportio. 295. A. in glo. a.

In totum aliquid fieri debet, aut in nihilũ. 345. D. in glo. h.

Traditio non amplius confert quàm erat tradentis. l. traditio. de acqui. re. do.

Patiétia ꝑ traditione est. in verb. Patiétia.

Trium officium subire quis potest. 205. C. in glo. g.

Tributa reip. nerui. l. j. §. i causa. de quæstio.

Tueri ius suum quisque debet, non iniuriã committere. l. j. §. j. quod vi aut clam.

Tumultus causa fit, quod aliàs non fieret. l. qui cedé. ad. l. Cor. de sica. 1486. C. i mar.

Turpis stipulatio nulla. l. generaliter. de verb. oblig.

Turpiter accepta pecunia, iustius penes eũ est qui deceptus est, quàm qui decepit. l. si procurator. de do. ma. excep.

Tyronibus parcendum si iteratò non deliquerint. l. iij. §. si plures. de re mili.

V

VAlere.) Quod ante iure valuit, ad irritum redire non potest. l. donationes. de dona. ad prin. l.

Valetudo imputatur anno quo seruire quis debet. l. iiij. §. Stichus. de stat. lib.

Variatio admittitur. 328. D. in glo. q.

Velle semel sufficit, & non posse pœnitere. 121. D. in glo. o.

Voluisse semel sat est. l. in diẽ. de aqua plu. & glo. fi. l. xiiij. de di. & tempo. præ. &. l. j. §. prodest autem. in fi. quorum lega.

Venditis alicuius bonis, eius statuæ non sunt venditæ. l. Ausidius. de pri. credi.

Véditio simulata nõ valet. 126. D. in glo. n.

Verba legis offendere non licet. 320. A. in fi. glo. f.

Verbis tolli non potest, quod verbis contractum non est. §. seruus. l. an inutilis. de acceptil.

Veritas originis errore non amittitur. l. assumptio. ad municip.

Vetustati lex & natura cedunt. 111. A. in glo. minuendarum.

Vicino non nocere cogitur quilibet, non prodesse. l. ij. §. item Varus. de aqua plu.

Viduitas perpetua fœminæ non debet iniungi. l. pen. qui & à qui.

Vigilat sibi quisque non temere. l. qui autem. quæ in frau. credi.

Vino & lasciuia lapsus mitiꝰ punitur. l. omne. §. per vinum. de re mili.

Vir posidet, non mulier. 424. A. in glo. o.

Viros ab vxoribus defendi non est æquum. in verbo, Vxores.

Vis est habere arma domi. l. j. ad leg. Iul. de vi publi.

Vis est quoties quis quod deberi sibi putat, non per iudicem repoſcit. l. fi. ad. l. Iul. de vi. pri.

Vim vi repellere licet. l. j. §. eum qui. de vi & vi ar.

Prius de vi quàm de iure dominij cognoscitur. l. qui cœtu. in fi. ad. l. Iul. de vi pu.

Vitæ periculo comparatur infamia. 206. B. in glo. l.

Vitæ præcedentis actus considerãdus. l. iij. §. is qui. de re mili.

Cuius famæ, multo magis vitæ parcẽdum. in verbo, Famæ.

Vitio naturali parcendum. l. fluminum. §. vitium. de dam. infec.

Vitiosus intellectus tacitè non subauditur. in verbo, Tacitè.

Vitia realia transeunt ad hæredes, non personalia. 480. B. in mar. l. si homo. de vsuc.

Viuentis de hæreditate solicitus esse nemo debet. 1655. B. in glo. g.

Viuentis loco ponitur nemo, de iure canonico. 1729. A. in glo. f.

Vltima mora nocet. l. prætor ait. §. si alí. quando. de no. ope. nun.

Vltio non remittitur in crimine enormi. l. Gaij. de fideicom. liber.

Volenti non fit iniuria. l. j. §. vsque adeo. de iniur.

Volũtas coacta, volũtas est. 1867. B. in gl. b.

Voluntas errantis nulla est. l. sed hoc. de aqua plu.

Voluntas & propositum, maleficia distinguunt. l. qui iniuriæ. de fur.

Voluntas non finitur morte fauore libertatis. 264. D. in mar.

Nihil tam conueniens naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem suam in alterum transferri, ratam haberi. l. qua ratione. §. hæ quoque. de acquir. rerum domi.

Vrbs.) Pertinet ad decus vrbis, ædificia nõ derelinqui imperfecta. l. prętor ait. §. hoc autem. de no. op. nun.

Vniuersi consentire nequeũt. l. j. §. fi. de acquir. possi.

Vsura vsuram non parit. 1130. A. vers. 2. glosſ.

Vsurarum nomen dulce. l. ait prætor. §. si fraudator. quæ in frau. credi.

Vsucapio.) In vsucapionibus non à momẽto ad momentum, sed totum diem postremum computamus. l. in vsucapionibus. de vsuca.

Vtile per inutile quandoque vitiatur. 1073. B. in prin. glo. g.

Vtili cedit inutile. 353. C. in glo. e

Vtilitas publica priuatæ præfertur. 17. D. in glo. m.

Vxorem à marito probatam alius turbare non debet. l. constante. de adul.

Pudicitiam ab vxore virum exigere, quam ipse non exhibeat, iniquũ est. l. si vxor. §. iudex. de adul.

Non soli Atridæ vxores amant. l. si vxor. ad. l. Iul. de adul. in prin.

Vxores à viris defendi, non contrà, æquum est. l. quòd si. de iniur.

FINIS.

BIU Cujas

DE OPERIS NOVI NVNTIATIONE.

SEd cum septem sint partes digestorum, &.6.incipiat.ſ.de bono.poſſeſſ.7.ĵ.de verbo.oblig.vnde est hoc quòd incipit hic hoc volumẽ, & non in princi.alicuius partis: vt.C.de vete.iur.enu.l.2.§.sed cum omnia? Reſpon.quia bono.poſ.attinent ſupradictis titulis, ante bonorum poſſeſſiones.ſ.vſiſ; ad titu.de legatis: ideo melius cũ præcedentibus ſunt coniunctæ. Infra de ver.obli.non incipit: quia nimis parũ remaneret de hoc volumine. ſed hic iam diſcreta eſt materia à prædictis. in hoc tamẽ eſt affinis, quia ſicut ſuperius tractatur de iure prætorio: ita hic.ſ.eodem modo: ſed non in eũdem modũ. Accur. ADDITIO. Quærit hic Bartolus, quare hic liber dicatur & denominetur Digeſtum nouum? Reſpon. quòd dictio, nouum, variis modis capitur. Quãdoque enim appellatur nouum. i. vltimum: vt. l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de cadu. tol. & l. nouiſſima. ĵ. iudi. ſol. & l. nouiſſime. ſ. quod fal. tuto. auctо. & ſic tria ſunt volumina, & iſtud eſt vltimum. Quandoque appellatur nouum ea ratione, quia interdicta denominantur à prima ꝑte ſui: vt in interdicto quod vi aut clam. ita hic quia tractatur de nouo opere, apellatur Digeſtum nouum. Quandoque appellatur iniquum: vt. l. 1. in princi. ſ. quod quiſque iur. & ideo hic dicit, nouum. i. iniquum, puniens iniqua. Vltimo dic, & melius ſecundum Ray. & Rapha. hic, quòd iſta ſunt nomina magiſtralia inuenta ab auctoribus, quæ imponuntur ad placitum: quorum diſputatio relinquitur pertinacibus. l. 2. C. de conſti. pe. & in glo. in rubri. ſ. ſoluma. Vltra prædicta de dictione nouus, vide bonã glo. in. c. generali. in verbo, de nouo. de ele. lib. 6. quæ ponit multas ſignificationes de dictione, nouus. item aliquid in. l. admonendi. in verbo noua inſtrumenta. ſ. de iureiu. vbi noua inſtrumenta dicuntur quæ ſunt antiqua, dummodo ſint de nouo reperta. ita etiam dicit tex. in. l. ſub ſpecie. C. de re iudi. vide etiam in. l. vetus. ſ. de vi. triti. & oleo leg. vbi habetur quod dicatur vinum nouum & vetus, ſecundum Alex. de Imo. hic.

Nouũ, dictio, variis modis ſumitur.

Digeſtorũ
ſeu Pandectarum Liber trigeſimuſnonus.
DE OPERIS NOVI nuntiatione.
TITVLVS I.

Nuntiatio noui operis, poteſt fieri etiam ei qui iure ædificat: hoc tamen reperto, debet nũtiatio remitti quatenus iure ædificat: quia eatenus nuntiator ius nuntiandi non habet. Paulus.

I. VLPIANVS libro quinquageſimoſecundo ad Edictum.

HOc edicto.]C ASVS. Vlpianus iuriſconſultus expoſiturus edictum prætoris quod habes.ĵ.e.l.prętor ait.in prin.nunc de effectu illius edicti aliqua dicit: & caſum in hoc prin.ſic ponamus: Cum viderem Titium in aliquo ſolo ædificare domũ, vel aliud opus nouum: & ego credebam me in illo ſolo ius habere, vt quia fortè meus, vel aliquod aliud ius, per quod nõ poſſet me inuito ædificare: denuntiaui ei ne in illo opere procederet. dicitur, quòd denuntiatio tenet: & hoc eſt permiſſum ex prætoris edicto: quod edictum habes.ĵ.eo.titu.l.prætor ait.in princi. Secundò cõſulitur Titio. nã ſi vult in opere procedere, vadat corã iudice: & ſatisfet de opere deſtruendo, ſi apparebit iniuſtè ædificaſſe. ſic poſtea in opere procedere poterit abſque damno. *[HOC AVTEM EDICTVM.]* Nunc incipit dicere quãdo habeat locum nuntiatio. & certe habet locum aduerſus opera quæ incipiunt fieri, & nondum ſunt facta. nam ſi iam eſſent facta, non hoc edictum haberet locum, ſed poſſent habere locũ interdicta ad deſtruendũ, vt quod vi aut clã: vel interdictum ne quid in loco ſacro, ſi ſacro loco eſſet facta. *[NVNTIATIO.]* Hic. §. vij. habet partes. nã primo dicit, quòd ſi aliquis vult nũtiare nouum opus: nõ habet neceſſe quòd propter hoc adeat iudicem. Secundo dicit quòd nuntiatio poteſt fieri etiam per procuratorem. Tertio dicit, ꝙ nuntiatio poteſt fieri tempore feriato, & non feriato. Quarto dicit, ꝙ nuntiatio poteſt fieri etiam aduerſus abſentes & inuitos. Quinto dicit, ꝙ ſi ædificabas ĩ fundo quem poſsidebam: & ego veni ad te: & nuntiaui tibi nouum opus: amitto per hoc poſſeſsionem fundi: & tu incipis poſsidere. Sexto dicit, ꝙ ſi nuntiaui tibi nouũ opus, & tu ſpernẽs nũtiationé proceſsiſti in opere: certe quicquid operis feciſti poſt nũtiationem, debet deſtrui: licet tuum fuerit ſolum in quo ædificaueras. Septimo dicit, ꝙ ſi ædificabas in ſolo: licet ignorem quod opus facere velis: tamen nuntiare tibi poſſum opus nouũ. *[ET POST OPERIS.]* Nuntiaui tibi nouum opus. ſi poſtea cõcordemº noſmet quod procedas in opere, vel iudex hoc ſtatuit, in quem compromiſeramus vt in bonum virum: certe ammodo ſecure potes in opere procedere. *[OPVS.]* Siue ædificas de nouo: ſiue detrahis de terra, puta foſſam faciendo in ſolo aliquo: poſſum nuntiare tibi nouum opus. *[HOC AVTEN EDICTVM.]* Nuntiatio locum habet, quando aliquod opus facis in ſolo. Sed quid ſi arborem fundi mei ſuccidas, vel ſimilia facias? certe non habet locum nuntiatio. *[SI QVIS AEDIFICIVM.]* Domum aliquam ruinoſam reficiebas: volo denun-

A tiare tibi nouum opus: quæritur an poſsim? Dicitur, quòd non: quia non diceris facere nouum opus, ſed vetus reficere. *[SIVE AVTEM.]* Dicitur, quòd ſi aliquod opus nouum facis, ſiue intra ciuitatẽ, ſiue extra facias: poſſum nuntiare nouũ opus: nec eſt vis ſiue fiat in publico loco, ſiue in priuato. *[NVNC VIDEAMVS.]* Dicit Vlpianus, quòd expedit videre quibus ex cauſis fiat nũtiatio. Itẽ quæ perſonæ poſſunt nuntiare. Item quibus nuntiandum ſit, ad hoc vt nuntiatio teneat. Itẽ in quo loco habeat fieri nuntiatio, ad hoc vt valeat nuntiatio. Item quid conſequitur per nuntiationẽ nuntians. de primo in. §. nuntia-

B tio. vſque ad. §. vſufructuarius. & in. §. illo incipit dicere de ſecunda parte vſque ad fi. l. & in. l. ſeq. & l. prouinciali. §. fi. cum. l. ſequen. & in. l. de pupillo. in princi. aliquid tractat. de tertio dicit. ĵ. eod. l. operis. & l. cuilibet. & in aliis legibus. de quarto dicit. ĵ. eo. de pupillo. §. nuntiationem. de quinto dicit. ĵ. e. prætor ait. circa prin. & in aliis legibus huius tit. *[NVNTIATIO.]* Dicitur, quòd ad hoc vt nuntiatio valeat, oportet ꝙ fiat vna de tribus cauſis: nam aut nuntio cauſa iuris mei cõſeruandi, aut cauſa damni depellendi, aut cauſa publici iuris tuendi. de primo dicit in. §. nuntiamus. vſque ad verſi. vel vt damni. & poſſunt dari duo exempla: vt quia ædificas in ſolo meo: vel ſi in tuo, debebas ſeruitutem altius non tollendi. nam ſi in aliquo iſtorum caſuum nuntio nouum opus: dicor nuntiare cauſa iuris mei conſeruandi. in verſi. vel vt damni &c. ponit exempla de ſecundo: vt ſi ædificabatur in ſolo publico vel priuato: ex quo ædficio timebã ruinam in quadam mea domo ibi vicina. nam poſſum tibi nuntiare nouum opus, donec caueas de damno infecto. nã modo dicor nuntiare cauſa damni quod timeo, depellẽdi. de tertio incipit dicere in verſi. aut ſi quid &c. vſque ad. §. ꝙ ſi quis. & ponit quatuor exempla. Primum, quando fit opus contra leges. Secun-

C dum, quãdo contra edicta principũ. Tertiũ, quando opus fit in loco religioſo, vel ſacro, vel publico: & da exẽpla vt ibi eſt notatum. *[QVOD SI QVIS IN MARI.]* In hoc. §. dicitur, ſi quis ædificet nouũ opus in litore maris: & ego velim ei nuntiare nouũ opus: quæritur an poſsim. Et dicitur ꝙ non, niſi in caſu, vt ſi timeam in aliqua mea domo ibi facta ruinã. nam tũc nũtiare poſſum. *[IVRIS NOSTRI.]* Nũc dicit quæ perſonæ poſſunt nũtiare. & certe ſi opus fiat in publico, nuntiat quilibet de populo. ſi in priuato, ille ſolus cuius ĩtereſt: vt ille qui credit habere ius in ſolo in quo ædificatur: vt quia ſuũ, vel aliud ius ſimile: quo inuito non poſsit ædificari. *[VSVFRVCTVARIVS AVTEM.]* Cum haberem vſumfructum in fundo Titij: quidam extraneus puta Cornelius in illo fundo cœpit ędificare. volo ſibi nuntiare nouũ opus. quæritur an poſsim. Et rñ. ꝙ tanquam dominus nuntiare non poſſum: quia dominus non ſum: ſed quia vertitur intereſſe meum, tanquam procu. nuntiare potero. datur mihi & alia via. nam potero agere rei vindicatione pro vſufructu contra te ædificantem, & conſequar quicquid intereſt mea opus illud non eſſe factum. Fran. Accurſius.

D

b *Permissum fuerit.* hoc verum si aliquid potest creditori imputari: vt.ff. de noxa. act. l. si noxale. in princi. &.j. eod. si finita.§. si qua.&.§. item quæritur. aliàs secus: vt.j. eo. eorum. in princi. &.ff. si ex noxa. cau. ag. l. ij.§. fi. secundum Azo. vel secundum Hug. licet nil possit imputari: tamen ipse erit potior: vt. C. si aduer. cre. l.j.& dices.j. eo. cum postulassem.§.j. Azo. *ADDITIO.* Quærit hic Barto. de veritate istarum duarum opinionum: & respõde, quòd aut loqueris ante præscriptionem completam: & tunc est vera opinio Azo. aut post præscriptionem completam: & tunc opinio Hug. est vera.

Qvi bona fide.] *CASVS.* Titiꝰ emit domũ à te, nõ domino, bona fide. hæc domus minatur ruinã. peto mihi satisdari à Titio. quæritur an debeat satisdare vel cauere? dicitur ꝙ Titius debet cauere absque fideiussore. suo enim nomine tũc præstat. [*SIVE CORPORIS.*] Dicitur ꝙ si petatur cautio damni

BIU Cujas

damni infecti à domino domus ruinosæ, debet cauere absq; fideiussore. idé si petatur ab eo qui habet seruit. in illa domo. nã debet cauere absque fideiussore, quia suo nomine facit. [CVM INTER.] Inter domũ ruinosam, & meã, erat domus Titij in medio. quærit quis debeat mihi cauere de dãno infecto? & certe tã dominus domus ruinosæ, q̃ etiã Titius. & reddit rationé. [QVI DAMNI.] Si aliquis petit sibi caueri de dãno infecto: debet prius iurare q̃ nõ animo calũniandi petat. item licet verba prætoris nõ dicant sit inspiciendũ an interfit sua, an nõ: & cui cauendũ sit, cui nõ: tamen hoc totũ debet inspicere iudex coram quo petit caueri. [DE ILLO.] Locaui tibi domũ: illa minatur ruinã. quæritur an debeã tibi cauere? Et dicitur q̃ non: & reddit rationé. [SI QVIS.] Duo dicit. Primo si quis ædificauit domũ iuxta monumentum, & illicite: quia non dimisit spatiũ inter domũ & monumentum lege cõprehẽsum. non debet sibi caueri de dãno infecto. Secũdo dicit, si aliquis passus est iuxta domũ suam fieri monumentum, non seruato spatio lege comprehenso: & tandem postea petat sibi caueri: nõ auditur. Tertio dicit, quidam habet monumentum: prope illud monumentũ Titius habet domũ, & licite: domus minatur ruinã, núquid cauendum est dãno monumenti? Dicit q̃ sic. [ET SVPERFICIARIVM.] Dicitur q̃ superficiarius & fructuarius possunt stipulari de dãno infecto. Secũdo dicit: Titius emit domũ à non domino: petit sibi caueri de dãno infecto: an audiatur, quæritur. Et dicitur q̃ sic. [SI QVIS OPVS.] Cum ædificarẽ domũ, nuntiasti mihi nouum opus: tandé cum timeres ne domus ista caderet supra tuam: petebas tibi caueri de dãno infecto. an audiaris? quæritur. Et dicitur q̃ sic: & hoc probat p̃ duo similia. [SI QVIS QVIA.] Titius habebat domũ ruinosam iuxta meã: & quia non cauit mihi, missus sum in possessionẽ. tandem cũ ipse Titius haberet aliã domum sanã iuxta istã: petiit à me vt sibi cauerem de dãno infecto nomine istius domus ruinosæ, in cuius possess. missus erã: quæritur an debeã cauere. Et dicitur quòd nõ. & reddit rationé. [SI QVIS STIPVLATVRVS.] Cum velles mihi promittere de dãno infecto: iuraui me animo calumniandi non petere istam caut. tandé distulisti promittere: postea ex interuallo peto caueri: an iterũ debeo iurare? & dicitur q̃ sic. & reddit rationem. [SI ALIENO.] Si peto nomine alieno, puta Titij, mihi caueri de dãno infecto: debeo iurare non calũniæ causa postulaturum fuisse eũ cuius nomine peto, prædicta sunt vera quãdo ille cuius nomine peto, debet iurare si & ipse peteret. si autẽ non: vt quia erat patron⁹ vel parẽs: tũc nec ego q̃ eius nomine postulo. [HVIC STIPVLATIONI.] In promissione quam quis facit de dãno infecto, debet contineri dies certa intra quã si damnũ detur, debeat emẽdari: & ea dies debet statui arbitrio iudicis corã quo petitur caueri; & iudex debebit videre an istud opus quod minatur ruinã, sit antiquũ, & sit magnum, vt sic sit credibile quòd cito cadat: & sic paucos dies faciat apponi: & si intra istos dies positos in stipulatione non ceciderit, poterit iudex de nouo iterum facere caueri, si autẽ stipulatio fuit facta sine die: tunc si voluntate partium hoc factum est, valet: & quãdocũque domus cadet, tenebitur promissor. si vero per errorem, tunc valebit stipulatio vsque ad eam diem intra quam solitum erat caueri. & hoc dicit hic

Possessor bonæ fidei cauet: non satisdat. Bartolus.

XIII. VLPIANVS libro quinquagesimotertio ad Edictum.

QVi bona fide à nõ domino emit: videndum est, nũquid repromittat, nõ etiã satisdet. Quod quibusdã videtur. [a] habet autẽ rationẽ, vt magis repromittat quàm satisdet. suo enim nomine id facit.

Etiam habẽs seruitutem vel aliud ius in re: pro illo iure sufficit quòd repromittat. Paul. de Castro.

B ¶ Siue corporis [b] dominus, siue is qui ius habet, vt puta seruitutem, de damno infecto caueat: puto eum repromittere debere, non satisdare: [c] quia suo nomine [d] id facit, non alieno.

Si præsens status rei tendit ad aliud: inspicitur quod euenire potest. h. d. Bar. Vel clarius secundũ Imo. Etiã dominus domus ruinosæ cauere tenetur si mediãtibus ruinosis potest domus sua damnum inferre.

¶ Cùm iter ædes meas [e] & tuas [f] sint aliæ [g] ædes non vitiosæ: vi-

A situm. &. §. Celsus. &. l. quamuis. quæ sunt contra. Solu. secundum R. largiter refert seruitutem vel ius rei an personæ quis habeat: sicut & in oper. no. nun. nam fructuarius suo nomine non nuntiat: quod non negatur ei qui prædij vrbani seruitutem habet: vt supra, de ope. no. nun. l. j. §. fi. & . l. in prouinciali. §. pe. &. l. de pupillo. §. sextus. & sic creditor satisdat: quia personalem seruitutem habet: & ideo satisdat secundum R. vt supra, eod. l. quid de creditore. & est ratio: quia reales perpetuæ, personales parum duraturæ: vt argu. infra, eod. damni. ij. §. vtrum. sed solue vt dixi in. l. hoc amplius. §. quæsitum.

dendum est, vtrùm tu solus [h] mihi cauere [i] debeas: an verò & is cuius ædes vitiosę nõ sunt: an ille solus: an ambo? Et magis est, vt ambo cauere debeãt: quia fieri potest, vt ædes vitiosæ in ædes non vitiosas incidẽtes, damnum mihi dent: [k] quamuis possit quis dicere, [l] nõ vitio incolumium ædium hoc factum, si aliæ [m] in eas [ædes [n]] incidentes, damni causam præbuerint. Sed [si] cùm prospicere sibi potuerit damni infecti cautione, * nõ prospexerit: meritò conuenietur [o].

Vbi damnum timetur de re ad rem, petitur cautio damni infecti: secus si de re ad personam. Bartolus.

¶ Qui damni [p] infecti caueri sibi postulat, prius [q] de calumnia iurare debet [r]. Quisquis igitur [s] iurauerit de calumnia, admittitur ad stipulationem: & non inquiretur, [t] vtrùm interfit ei, an nõ: [an] vicinas ædes habeat,

d *Suo nomine.* id est, ad suam commoditatem. sic infra, quando ap. fit. l. j. §. in propria. * *Flo. can-* potest tamen etiam is *tionem,* qui suo commodo aliquid facit, dici facere alieno, id est propter alterius contractum vel delictum: vt supra, de his qui not. in fa. l. furti. §. si quis alieno. e contra qui suo nomine facit, fingitur facere alieno: vt supra, de procurato. l. non solum. §. sed interdum.

e *Cum inter ædes meas.* non vitiosas.

f *Et tuas.* vitiosas.

C g *Aliæ.* cuiusdam tertij.

h *Solus.* aliquid superfluit: nisi repetas. item videndũ vtrum ille solus cuius ædes mihi proximæ non vitiosæ sunt, cauere debeat, an ipse cum alio, secundum R.

i *Cauere.* scilicet mihi.

k *Dent.* scilicet mediæ: & sic est ratio ad medias: & hoc respicit quamuis &c. vel dic dent scilicet vitiosæ per obliquum.

l *Quamuis possit quis dicere.* quid ad rombum? respon. iurisc on. & si dormientes non intelligant, vigilantes tamen intelligent: quia sibi prospicere &c.

m *Aliæ.* eiusdem tertij.

n *Aedes.* scilicet incolumes.

o *Conuenietur.* dominus mediarum. q. d. quia culpa præcesserit casum, ideo tenetur: vt supra, commo. l. si vt certo. §. sed interdum. aliàs non tenetur: vt infra, eod. l. fuminum. §. hæc stipulatio. & supra, loca. sed de damno. vel quia etiam suæ ædes videntur dare damnum: quia propter sui debilitatem aliàs non potuerunt sustinere. quæ ratio secunda non placet. Sed in quo conuenitur quando fuit in culpa? Respon. ex cautione si eam præstiterat, vel ad eam præstandam si non est præstita: vt hic dicit. Vel secundum alios, id est, quia medius conuenitur per except. oppositam ab eo cuius ædes fuere vitiosæ: quia non tenetur: vt supra, eod. cuerit. & est simile conuenitur supra, de pact. l. tale. vel a vicino conuenitur id est, ab eo qui damnum passus est, cum eius damni causam præstat. quæ duæ non placent. & facit supra, ad. l. Aquil. l. idem iuris. §. mulionem. Sed argu. contra infra, ne quid in loco publi. l. ij. §. idem Labeo. &. §. plane. & supra, ad. l. Aquil. l. si ex plagis. §. in cliuo. *ADDITIO.* Dic secundum Bar. post Dy. quòd ibi in illis non deprehenditur culpa: quia non potuit prouidere: ideo denegatur actio. hic secus: ideo conceditur: vt no. in. d. §. in cliuo.

p *Qui damni.* quicquid ab illo. §. quæsitum, vsque huc dictum est: dictum est ad expositionem illorum verborum, prætor ait damni infecti suo nomine promitti, alienóve satisdari: modo incipit exponere sequentem clausulam. Accursius.

q *Prius.* quàm vicinus cogatur cauere de damno infecto.

r *Iurare debet.* sic. ff. titu. j. l. de pupillo. §. qui opus. &. ff. de eden. l. si quis. §. exigitur. &. C. de iura. calum. l. j. & infra, de act. & oblig. l. actionis verbo. Accursius.

s *Igitur.* infert à genere in speciem.

t *Et non inquiretur.* scilicet verbis prætoris inspectis: vt supra,

c. l.

a Cõcor. tex. ff. c. grauis. extra de rest. spo. & in l. qui scit. §. ff. de vsu. Bal. ff. l. fi. col. 1. ver. §. cum. l. seq. & prin. seq. Fran. Accursius.

sed Bar. dicit quòd etiã C. de

b *Siue corporis.* id est soli.

c *Non satisdare.* immo satisdat: vt supra, c. l. hoc amplius. §. quæ-

BIU Cujas

c.l.prætoris.in prin.prætoris tamen officium supplet quod in eis minus plene dictum est:vt subiicit,totum tamen hoc &c.

a *Cæterum.* pro certe.

b *Eorum.* scilicet vicinorum.

c *Vxoribus.* quę habent ibi res in quibus possunt damnum pati.

d *Possit.* id est debeat. sic supra,de mino.l.eũ qui.§.fin.& econtra debet,pro potest, ponitur quandoque: vt supra,tit.j.l. non solum. §.j.& dixi supra,de offi.proconsul.l.obserua re.§.fi.& dic quòd hic

Flo.deuer tat: domus conducta minabatur ruinam: vnde cõductor timebat damnum,quia non poterat habitare:& ĩ rebus quę intus erant: vt infra,e. titu.l.in inquilino. Si autem in aliis ædibus suis vicinis timeat conductor, cauetur ei: vt infra,eo.l.damni.j.§.ei cuius.in fin.§.item si timeat ab alia domo locatoris in domum cõductam ruinam minaturam, nunquid cauetur? forte sic: argu. ŝ. proxi.§.sed contra dicas: vt supra,eo.l. inquilino.&.l. sequen. à vicinis autem constat inquilino cauere: vt supra,proxi.& infra,eo. l.si filius.

e *Inciderunt.* postquã conduxerunt.

f *Ex conducto.* vt liceat migrare remissa pẽsione pro rata:vt infra,e.l. inquilino.&. l. sequen. & supra,locati.l.habitatores. §. fin. &.l.sequen. vel ad hoc vt reficiat supra,loca. & conduc.l.ex conducto.& no. hic in subsidium hanc cautionem interponi:vt hic,& infra,eo.damni. j.§. ei qui in conducto.&.l.si ædibus.in fi.sic & in ope.noui nun.vt supra,tit.j.l.in prouinciali.§. plane.Sed arg.cõtra infra,e.l.§. si quis opus.sed ibi solues: vel solues vt in.d.l. inquilino.infra,eo.& facit ad totum infra,vt in possess.lega.l.si is à quo.§. fin.&.l.sequen.Accursius.

Dãni infecti cautio in subsidiũ interponitur.

g *Aedificauerit.* domum puta: & dic illicite non seruando spatium lege comprehensum: vt supra,fi.regun.l.fina.&.C.de ędifi.pri.l.mœniana. Alij dicunt quòd iuxta alterius domum fiebat sepulchrum. & dicunt, si quis iuxta scilicet ædificium alterius &c.& sic non cauebitur domino monumenti.Sed secundum primum dominus monumenti non cauet.sed prima placet.

h *Non erit.* vel ædificanti illicite, vel patienti alium illicite ędificare sepulchrum.quia per hoc suam actionem tacite remittere videtur:vnde non agit: vt &.ŝ.de ædil.edi.l.quæritur.§. penul.

i *Admisit.* vnde lex ei non subuenit: vt & supra,de mi.l.auxilium.in fi.&.C.de epis.audi.l.iij.& ad idem infra,ne quid in lo. publi.l.ij.§. si quid in loco publico.&.§. idem. Sed quid si velit destrui quod factum est, cum contra.l.factum sit, scilicet in secundo casu? non audietur.argu. infra,tit.j. Labeo.nisi forte ad interesse,actione in factum: vt supra,communi diui.l.Sabinus. vel quod vi aut clam : vt supra,de mor.infe.l.si propius.

k *Et superficiarium.* ad primum concor.infra,e.l.inter.§.damni.ad secundum supra,de vsufru.l.vsufru.legato. §. j. & infra, eo.damni.j.§. ei cuius.&.l.inter fructuarium.

l *Non competere.* de rigore iuris, sed de æquitate sic: vt supra, eo.titu.l.quid de creditore.in fi.secundum quosdam.Alij dicunt nullo modo : ar.supra,de reli.l.ij.in prin.§. sed hic sermo. & ad Sylla.l. j.§. j.tu dic secundum Io.non dari aduersus dominum, an non habeat: totũ tamen hoc iurisdictioni prætorię subiiciẽdum[est,]cui cauendum sit, cui non. Cæterùm [a] neque ei qui in meo deambulet,neque ei qui in meo lauet,vel[qui]in mea taberna diuertat:*caueri debet. Vicinis planè, inquilinísque eorũ, [b] & inquilinorum vxoribus [c] cauendum esse Labeo ait:item his qui cum his morentur.

Hoc auxilium est extraordinariũ: ideo cessat vbi habet locum ordinariũ. Bartolus.

¶ De illo quæritur, an inquilinis suis dominus ædium cauere possit [d]. Et Sabinus ait inquilinis non esse cauendũ. aut enim ab initio vitiosas ædes conduxerunt:& habent quod sibi imputent. aut in vitium ædes inciderunt: [e] & possunt ex conducto [f] experiri. quę sententia verior est.

Iste.§. habet vnum casum quomodo ei qui sui culpa damnum timet: hæc cautio non præstatur. Bartolus. Et hoc dicit. Cui imputari potest culpa ædificii iam constructi:non præstatur cautio dãni infecti. Imo.

¶ Si quis iuxta monumentũ ędificauerit, [g] vel iuxta ædificium suum monumentum fieri passus sit, de damno infecto ei postea cauendum non erit: [h] quia rem illicitam admisit. [i] aliàs autem, si monumento ædificium noceat,in quo nihil sit quod imputari possit ei ad quem ius monumenti pertinet : cauendum est ei ad quem ius monumenti pertinet.

Superficiarius & vsufructuarius possunt petere sibi caueri.sed bonæ fidei possessor, etiam cum titulo, non potest petere à domino : sed ab alio sic. Pau.

¶ [Et] superficiarium, [k] & fructuarium,damni infecti vtiliter stipulari hodie constat: sed ei qui bona fide à non domino emit, damni infecti stipulationem non competere [l] Marcellus ait [m].

Hoc remedium non tollitur per aliud auxilium extraordinarium,vel etiam ordinarium,quod competit ad diuersa. Bartolus.

¶ Si quis opus nouum nuntiauerit: an nihilominus ei damni infecti caueri debeat, [n] Iulianus tractat:& magis probat,caueri oportere. [o] nam & ei [p] qui egerit, [q] ius aduersario non esse altius tollere ædificium, caueri debere. Item eum [r] aduersus quem interdictum quod vi aut clam competit, [s] cauere [t] debere Iulianus ait: [u] quia non est cautum neque de vitio ædiũ, [x] neque de damno operis.

Ei contra quem est facta missio in possessionem, tanquam contra non cauentem: hæc cautio ipsarum ædium nomine non præstatur. Bartolus.

¶ Si quis quia sibi nõ cauebat, in possessionẽ ædiũ [y] missus fuerit:deinde is cuius ędes [z] fuerũt, cùm præter eas, [a]*alias ædes [b] vtpote cum causam à domino non habeat: & ideo contra eum non defenditur.sed contra alios sic:vt supra,de Publi.l.pe.& fi. &.l.j.sed secus in alius id est fructuario & superficiario: vt supra,si ager vec.l.j.&.l.seq.& sic est soluta quæstio cur cauet bo. fid.possessor : vt supra,e.l.j.in prin.& non ei cauetur. Item potest respõderi:quia qui libet possessor cauet: sed non cuilibet petenti cauetur: vt multis patet exemplis.ŝ.& ĩra.

Bonæ fidei possessor ea uet, & ei non cauetur.

m *Marcellus ait.* de rigore.

n *Debeat.* Ab eo cui opus nouum nuntiatũ est.M.videbatur enim cautio superflua, cum nũtiationis supersit auxilium.R.

o *Oportere.* hoc autem ꝓbat à simili per duo argu.& hoc dicit,nam ei &c. Accursius.

p *Nam & ei.* scilicet caueri debet subaudi si non habes in tex.de damno infecto.

q *Qui egit.* scilicet confessoria.& ad aliud vnum,& ad aliud aliud datur auxilium. sed R. dixit subaudi pro opere demoliendo.

r *Item eum.* si habes item eum &c.bene est, aliàs subaudi.

s *Competit.* quia fecit opus sciens se prohibẽdum.nam de ꝓhibito dixit primo respon.

t *Cauere.* scilicet de dã no ifecto: & sic vnum prætoris auxilium cũ alio cõpetit: sicut vnũ extraordinariũ nõ excludit aliud extraordinarium:vt patet in pecore incluso,vbi datur vtilis Aquil. vt.C. ad l.Aquil.de pecoribus. & in factum:vt supra, ad.l.Aquil. quẽadmodum.§.magistratus.sed ordinarium vel ciuile tollit extraordinarium: [a] vt supra,eo.§.de illo.quę est contra.& supra,de mino.in causæ.sed R.dixit hic caueri de destruendo opere. his verbis non exigitur hęc cautio ne altius ædificetur : quia timeatur ruina ædium altius sublatarum: vel quia prohibitor loci dominium suum(in quo ædificatur)asserat . Sed ista exigitur cautio, vt opus quod factum erit restituatur : vt sic luminum seu prospectus seruitus ab ipsis domibus altius ædificatis debita non impediatur.sed prima expositio planior est. Accursius.

Flo.prætorea alias Prætoris auxiliũ cũ alio competit. Auxiliũ extraordinarium per ordinarium est plenius consul tum:secus si nõ ita plene per vtrũque.ita no. Bart. in l. Aemilius. vt.l.col.ver. alia lectura de ope. mino. plenius in.l.in prouinciali. no.nun.per tra diuersos: vt not. Bar.in.d.§ set aduersꝰ extraneũ:vt.j.e.l.si finita.§.si plures.ver.ꝙ si iã prior. minoris.habet locũ.ŝ. de admini. tuto.

u *Iulianus ait.* quærendo & soluendo.

x *De vitio ædium.* q.d.licet habeat interdictum de ope.no.nun. vel quod vi aut clam, vel confessoriam , non tamen est cautum de damno : quia illa auxilia ad demoliendum competunt,vel vt patiatur seruitute vti.hæc autem cautio ad damnum farciẽdum, si opus factum à vicino vitio totarum ædium vel etiam vitio operis cadat in domum meam.& per hoc apparet quòd superior.§.de illo. non est contra : quia ibi satis vicino est cautum de damno per actionem ex conducto: sed hic per alia auxilia nõ est ei cautum : & ideo ad hanc cautionem decurritur: licet & aliter modo notaui. Sed R.hic exponit id est neque ædium vicini, neque ædium domini nomine : sed potius seruitutis causa eũdẽ. & cõ prima dicta.infra,de reg.iur.l.non solet deterior.

y *In possessionẽ ædiũ.* ex primo vel ex secũdo decreto,licet sec⁹ est

z *Aedes.* vitiosæ.M.

a *Præter eas.* al.præter eas : aliàs,præterea.

b *Alias ædes.* non vitiosas. Accursius.

BIU Cujas

haberet, desideret ab eo qui in possessionem missus est, vt sibi damni infecti harũ ędium [a] nomine quarum in possessionem missus est, caueret: an sit audiendus, videamus. Et Iulianus scribit, [b] is qui vitiosis ædibus cessserit, si integras retinuerit, numquid improbè [c] ab eo qui vitiosas ædes cœpit possidere, cautionem exigit, cùm ideo possessionem amiserit, quia ipse damni infecti satis non dederat? Et sanè parum probè postulat ab eo caueri sibi earum ædium nomine, quarum ipse [d] cauere supersedit. quæ sententia vera est.

Qui petit sibi caueri, debet iterum iurare de calumnia: licet primo iurauit in alia instantia, quæ apparet finita. Bartolus.

℣ Si quis stipulaturus [e] iurauerit, [f] nec fuerit stipulatus: an postea ei stipulari volẽti iurãdũ [g] sit, videamus. Et puto, iterum iurandũ: quia possit fieri, vt aut tunc, aut modò [h] calumnietur.

Qui alieno nomine petit caueri, debet iurare de calumnia: nisi is cuius nomine petit, iurare non deberet. Bartolus.

℣ Si alieno [i] †nomine caueri mihi damni infecti postulem, [k] iurare debeo [l] non calumnię causa id eum cuius nomine cautum postulo, fuisse postulaturum. Sed si eius nomine postulem, qui si ipse postularet, iurare nõ compelleretur: veluti patronus, vel parens: [m] dicendum est, locum iuri iurando non esse. De quo enim ille non iuraret: nec qui vice [n] eius postulat, in hac stipulatione debet iurare [o].

In hac stipulatione debet dies inseri, causa cognita. h.d. cum. l. sequen. Bartolus.

℣ Huic stipulationi debet [p] dies esse insertus: intra quem si quid damni contigerit, cautio locum habet. neque enim in infinitum obligatus esse debet stipulatione. Ipse igitur prætor diem dabit stipulationi, [q] æstimatione habita ex causa, [r] & ex qualitate eius damni quod contingere speratur.

XIIII. PAVLVS libro quadragesimo octauo ad Edictum.

IN causæ cognitione etiam lõginquitas [s] soli, * & operis magnitudo spectanda est.

Die finita, iterum stipulatio interponetur: & si dies omittatur ex certa scientia, perpetuo committetur: si per errorem, consuetudo inspicietur. Bartolus.

XV. VLPIANVS libro quinquagesimotertio ad Edictum.

SI finita sit dies statuta [t] ĩ cautione: iterũ [u] arbitratu prætoris ex integro erit cauendum.

---

a *Aedium.* vitiosarum.

b *Scribit.* scilicet quærendo & soluendo. Azo.

c *Improbe.* aliàs, improbe: & aliàs, impune. & ĩprobe id est, male.

d *Quarum ipse.* scilicet aliarum potest: vt infra, e.l. damni infecti. j. §. si vicinas. quæ est contra. & est ratio: quia in eo in quo deliquit, puniri debet: vt supra, de his qui. vt indig. l. rescriptum. & supra, pro soc. l. actione. §. diximus. & sic potest intelligi supra, de compen. l. si ambo. §. instip. & est sic infra, ne quid in loco publi. fiat. l. ij. §. idem ait.

e *Si quis stipulaturus.* de damno infecto. Accursius.

f *Iurauerit.* de calumnia: vt supra, e.l. §. qui damni. Accursius.

g *Iurandum.* scilicet iterum: quia &c. secus ergo ĩ sacramẽto quod est de re, siue de veritate: quia sacramentum quod semel est verum, semper erit verum: vnde non iuratur plus: vt supra, de iureiur. l. nam postea. §. j. Item not. hic arg. quòd in causa appel. sit de calum. iurandum, contra Py. vt plene dixi. C. de iura. calum. l. ij. §. quòd si actor. Ité quod hic dicit, pluries iurari &c. corrigitur per authen. C. de iura. calũ. in isto. vel hic est speciale.

†*Bal. hic di citi ſiũ tex. ſing. ad hoc quòd procurator debet in rare de calũnĩa perſonã domini, niſi eſſemus in cauſis in quibus procedit de iuramento de calũ. quo. adde Inno. in ca. fi. extra de iureiur. & Bal. in ſua marg. ĩ ver. bo, procu. Bo. Tu ad-de gl. in. c. ĩ. de elec. & gl. & Archi. ĩ. c. metuentes. 15. q. 4. & de-cĩ. 39. in-cip. quidã.*

a *Ædium.* vitiosarum.

b *Scribit.* scilicet quærendo & soluendo. Azo.

c *Improbe.* aliàs, improbe: & aliàs, impune. & ĩprobe id est, male.

d *Quarum ipse.* scilicet aliarum potest: vt infra, e.l. damni infecti. j. §. si vicinas. quæ est contra. & est ratio: quia in eo in quo deliquit, puniri debet: vt supra, de his qui. vt indig. l. rescriptum. & supra, pro soc. l. actione. §. diximus. & sic potest intelligi supra, de compen. l. si ambo. §. instip. & est sic infra, ne quid in loco publi. fiat. l. ij. §. idem ait.

e *Si quis stipulaturus.* de damno infecto. Accursius.

f *Iurauerit.* de calumnia: vt supra, e.l. §. qui damni. Accursius.

g *Iurandum.* scilicet iterum: quia &c. secus ergo ĩ sacramẽto quod est de re, siue de veritate: quia sacramentum quod semel est verum, semper erit verum: vnde non iuratur plus: vt supra, de iureiur. l. nam postea. §. j. Item not. hic arg. quòd in causa appel. sit de calum. iurandum, contra Py. vt plene dixi. C. de iura. calum. l. ij. §. quòd si actor. Ité quod hic dicit, pluries iurari &c. corrigitur per authen. C. de iura. calũ. in isto. vel hic est speciale.

†*Bal. hic di citi ſiũ tex. ſing. ad hoc quòd procurator debet in rare de calũnĩa perſonã domini, niſi eſſemus in cauſis in quibus procedit de iuramento de calũ. quo. adde Inno. in ca. fi. extra de iureiur. & Bal. in ſua marg. ĩ ver. bo, procu. Bo. Tu ad-de gl. in. c. ĩ. de elec. & gl. & Archi. ĩ. c. metuentes. 15. q. 4. & de-cĩ. 39. in-cip. quidã.* praestatur vniuersali-ter, & de futuro: hic de iuramento praestito de praesenti. Vel aliter: ideo hic iterum iuratur, quia instantia est finita. Sed si eadem esset instantia: tunc iterum non esset iurandum: nisi aliquid appareret iudici quod mutationẽ animi faceret praesumere: quia hic tantum de praesenti iuratur, & magis ad probationem quàm ad ordinem iudicij: vt per eundem Bar. infra. §. proxi.

h *Vel modo.* sic ergo no. propositum hominis mutari: vt qui heri fuit bonus, hodie sit malus. Sed ar. contra supra, de transact. l. dat partem iurantem.

i *Si alieno.* id est procuratorio.

k *Postulem.* vt superficiarius.

l *Debeo.* Primo obstat. C. de iura. calum. l. ij. §. sin autem absit rit. & authen. principales. vbi dicitur: principales, non procuratores, iurare debent. Sol. dicunt quidam hoc in tutoribus & curatoribus & similib⁹ legitimis administratoribus loquitur. quod non placet: quia illi ad suam æstimationem referunt iusiurandum: vt. C. de iura. calum. l. ij. §. quod obseruari oportet & si tu tores. sed hoc ad domini æstimationem refertur, cuius nomine iuratur: vt hic subiicit. Alij dicunt, quòd de procuratore in rem suam dicit. quod non placet eadem ratione. Alij, quòd hic satisdedit. Tu dic, hic esse speciale vt simplex procurator iuret secundum Ioan. & Py. quia non fit in forma iudicij: & in speciali casu est hoc. Vel dic quòd hæc corrigitur per illas. Secundo obstat supra, rerum amotarum. l. Marcellus. §. j. vbi dicitur vnum pro alio iurare non compelli. Sed nec hic cõpellitur. prętorem, de-terea de iuramẽto alio ibi dicit. s. de veritate. Tertio obstat. ff. de in litem iuran. l. videamus: sed ibi de alio iuramento. prętera (vt dixi) nec hic corrigitur, sed aliter nõ admittitur eius petitio. Ac.

m *Vel parẽs.* his enim remittitur: vt. ff. de iureiur. l. iusiurãdũ &

A ad pecunias. §. qui iusiurãdũ. & qui satisda. cog. l. de die. §. iubet.

n *Qui vice.* Not. hic beneficia personalia transire ad defensores vel procuratores. Accursius.

o *Debet iurare.* vt. ff. de obse. l. honori. &. ff. de procu. l. minor. §. j. & argu. j. de re iudi. l. si cũ procuratore. Sed cõtra. ff. de obse. l. §. fi. vbi interuentoribus nõ habetur hõnor. sed illud verũ est cũ ex suo dolo cõueniatur, secus si de dolo patroni, vel calũ. vt hic. Ité cõtra. ff. de ĩ ius vo. sed si hac. §. fi. vbi sine venia cõuenitur tutor patroni. Sed ibi ex suo facto, nõ patroni, agebatur. vel illud erat statutum odio liberti: scilicet vt non vocet in ius sine venia patronum. hoc fauore patroni. vnde primum restrĩgitur, secundũ ampliatur: vt supra, de lib. & posthu. l. cum quidam.

procurator in no. Beneficia personalia ad defensores trãsent.

p *Debet.* qui cauet. & sic not. vitandam infinitatẽ: vt. ff. de lega. iij. fideicom. §. si quis decem. & solu. ma. l. si mora. Sed argu. cõtra. ff. de in litẽ iur. l. videamus. §. iurare. &. j. de fideiuss. l. si ita. *ADDITIO.* Dic secũdũ Bar. quòd ibi verba disponentium fuerunt apta ad infinitatem: hic nõ.

Infinitas vitanda est.

q *Stipulationi.* in superioribus dictum est quòd suo nomine quis promittere, alieno satisdare debet: & quod non cal. &c. sic igitur quia in hac stipulatione dies apponitur: videamus quomodo laxior vel breuior &c.

**aliàs, loci*

r *Ex causa.* quia minor: & ideo sibi cauendum in laxiorẽ vel remotioré dic: si maior, leuioré: vt arg. ff. de trãsact. l. cũ hi. §. mod⁹.

s *IN causæ. Longinquitas.* id est antiquitas soli maxima, & operis magnitudo: vt quia vetustissimum est ædificium: quare cito ruina speratur.

t *Si finita.*] Casus in hoc prin. cõtinuatur casui prędeden. [*DEINDE.*] Prætor dixit: si opus fiat in flumine publico, vel ripa eius: & timeant vicini ex eo opere damnum: debet satisdari de damno, si contingat intra. x. annos. Secundo loquitur Vlpianus, & dicit: ideo hic exigitur stipulatio, & certum tempus adiicitur: quia opus fiebat in publico. [*CVM AVTEM.*] Hic est. §. & non ibi, notandum &c. & tunc sic pone casum: Si opus fiat in publico, & timeatur: non est satisdandum de vitio loci: secus si in priuato opus fiat. nam tunc cauendum est & de loci vitio, & operis. Alij non habent. §. hic: sed ibi, notandũ. & tũc sic pone casum: Si opus fiat in priuato, satisdandũ est, secũdus nõ mutatur. [*SI QVID ICITVR.*] Apparet ex verbis prętoris, si damnum contingat intra. x. annos ex opere quod fit in publico, & vult quòd promittatur emẽdari. [*SI QVID IN VIA PVBLICA.*] Si aliquis ędificet, vel aliquod opus faciat in via publica, & timeam ex eo opere damnum: satisdandum est. [*DE CAETERIS LOCIS.*] Apparet ex verbis prætoris, & tantum loquitur de opere quod fit in flumine & ripa. quid autem si in alio loco publico? nil dicitur. tamen dicendum est ex generali edicto, quòd sit satisdandum, quasi in loco alieno ædificet. Secundo dicit, si locus publicus reficiatur voluntate potestatis, vel præsidis: non est cauendum de damno infecto. [*SI QVID.*] Si opus fiat in priuato, cauendum est de vitio soli & operis. hoc dicit vsque ad. §. ex hoc edicto. Fran.

u *Iterum.* id est, quotiens opus erit. sic supra, de eden. l. veluti. §. hæc vox. &. j. de præto. stipula. l. prætoriæ stipulationes sæpius.

Conditione.

BIU Cujas

a *Conditione.* id est adiectione diei ex certa scientia.
b *Couentione.* scilicet partiũ fuerit iterposita stipulatio sine die.
c *Quandoque.* id est, quandocunque, R. scilicet quandocunque damnum fuerit datum.
d *Per errorem.* scilicet facta fuit stipulatio sine diei adiectione.
e *Solet.* id est, debet.

* *adiectione.Flo* Si verò sine conditione a*diei stipulatio fuerit interposita: si quidem ex conuentione b quandoque c fuerit commissa, ex stipulatu agitur. si verò per errorem: d magis est illud dicẽdum, finito die, in quem alioquin caueri solet, e desiderandum esse à prætore vt liberetur f.

De eo quod fit in flumine publico, vel eius ripa: satisdatur intra decem annos. si in via, vel in alio publico loco: tempore iudicis arbitrio statuendo: nisi opus fiat ad publicam vtilitatem: tunc enim non satisdatur: sed iudex pro indemnitate conseruanda aditur. Bartolus.

¶ Deinde ait prætor: g *De eo opere* h *quod in flumine publico ripáve eius fiet, in annos decem satisdari iubebo.* Hic exigitur i satisdatio, & tempus stipulationi præstituit, idcirco quia in publico k fit l.

Cum autem in alieno m fiat, [hanc] satisdationem prętor iniungit. Notandum n quòd nõ etiam de loci o vitio, sed de operis p tantum cauetur: quamuis si in priuato fiat, & de loci & de operis vitio q caueatur. Sed cùm locus publicus sit: non erit necesse ibidẽ opus facienti de alio vitio, quàm operis satisdare, r dãni infecti. Si quid igitur dãni intra decem annos acciderit, id [in] stipulatione continetur. Et quod ait prætor, *de eo opere:* sic accipe, de eo damno quod ex opere fiet. ¶ Si quid in via publica fiat: s quia in alieno t fit, satisdandum est: sed prætor causa cognita tempus pro conditione operis determinabit u. Si ue autem quis muniat viam, siue quid aliud in via publica faciat, debebit cautio x locum habere: ne per hoc damno priuati contingantur. De cæteris y locis publicis nihil specialiter cauetur: z verùm ex generali a sermone, b quasi in alieno fiat, satisdari debebit damni infecti.

Si publicus locus publicè c reficiatur: rectissimè Labeo scribit (eóque iure vtimur) de damno infecto non esse cauendũ. d

¶ Si quid e vitio loci aut operis fiat: certè legem dandam operis talem, ne quid noceat vicinis, damnive detur.

Si est ruinosa pars substantialis, fit missio in totam: secus si pars artificialis: nisi occasione contignationis. vel, alia pars vitiata, aliam ad se trahit. hoc dicit. Bartolus. Dic clarius, secũdum Alexan. de Imo. Si pars domus est ruinosa, & non cauetur: fit missio in possessionem non solum illius partis: sed etiam alterius non ruinosæ, sine qua non posset ruinosa possideri, vel quæ cum illa est coniuncta: intantum quòd illa ruente etiam alia rueret: vt quia sunt sub vna contignatione: alias secus. Alex.

¶ Ex hoc edicto, si non caueatur, mittitur in possessionem à habebit locum hæc cautio de damno infecto, cum aliud supersit auxilium: vt argu. supra, eo. titu. l. qui bona. §. de illo. sed hæc non placet. vnde dic, quòd illicite fecerit id est non fecit auctoritate principis vel senatus: aliàs non habet locum hæc cautio: vt infra, ea. l. §. si publicus. nec obstat dictus. §. de illo. quia ad aliud dãtur interdicta, scilicet vt opera destruantur: ad aliud hæc cautio: vt dixim' supra, e. l. qui bona. §. si quis opus.

ş. de exer. facit tex. in c. 1. & ibi Archi. 13. q. 1. & in c. si propter. de rescrip. lib. 6.

f *Vt liberetur.* promissor scilicet: cum futurum timeri non expediat. cæterum si timeatur, quare peteret liberari eum: cum si esset liberatus, oporteret eũ denuo promittere? Sed quod dicit ad consuetudinem recurrẽdum, videtur secus: quia lex statuit de. x. an. vt infra, de ripa mu. sed dic vt ibi. Item videtur secũdo, quòd non ad consuetudinem, sed ad arbitrium stipulantis: vt supra, qui satisda. cogã. l. de die. in princi. sed ibi de discordia quæ erat tempore interpositę stipulationis: vt ibi plene dixi. Item tertio videtur quòd nulla sit: vt infra, de verb. obli. l. ita stipulatus. in prin. Solu. vt ibi. Item quarto videtur quòd partiũ consensus nihil possit hic facere, cũ sit prętoria: vt. j. de præto. stipu. l. j. §. fi. &. j. de verbo. obli. l. in cõuẽtionibus. Sed dic quòd lex, vel prętor, non statuit hic diẽ: vnde partes vel iudex possunt statuere: vt. ş. e. l. qui bona. §. fin. & facit. ş. l. si quis cau. sed & si quis. §. fi. & ş. eo. l. prætor. in prin.

g *Deinde ait prætor.* vt & supra, e. l. prætor. §. de eo opere.
h *De eo opere.* id est, dãno quod ex opere fit: vt í ver. & quod ait.
i *Hic exigitur.* nunc incipit Vlpianus.
k *In publico.* nam si in alieno priuato fiat, non satisdatur. & hoc subiicit, cum autem &c. Accursius.
l *Fit.* & sic ripa est locus publicus. Sed contra institu. de rerum diui. §. riparum. in fin. §. sed hic quo ad vsum.
m *In alieno.* id est in publico: & dic, cum prætor hoc concedit: & secundum hoc dic hanc satisdationem scilicet in. x. an. & secundum hoc est. §. cum autem. & non ibi, notandum. secundum Io. Alij, vt Azo, non habent hic. §. cùm autem. sed ibi, notandum &c. & tũc expone in aliena re, id est in priuato alicuius. & quod subiicit satisdationem, supple vel repromissionẽ quãdo suo nomine: vt supra, e. l. prætor. Item quod subiicit, iniungit scilicet prætor: non autem definit tempus: vt hic, & supra. l. qui bona. §. fin. tertij nec hic nec ibi habent. §. Accursius.
n *Notandum.* hic assignat secundam differentiam, inter locum priuatum & publicum. Azo.
o *De loci.* vt infra, eo. §. fin. Azo. Nota. quòd dictio de, denotat remotam rationem.
p *De operis.* scilicet vitio.
q *Vitio.* vt infra, eo. l. fluminum. §. fin. Azo.
r *Satisdare.* quia alio modo in solo sibi consulitur: vt infra, e. l. fluminum. §. cæterùm si ex. &. §. quid ergo. Azo. & facit infra, *cum emã. li* de ripa. mu. l. j.
s *Fiat.* Dicunt quidam, principe vel senatu permittente: vt infra, ne quid in loco pu. l. ij. §. si quis à prin. & de fluminibus. l. quo minus. Si autem illicite, cum habeat locum interdictum, ne quid fiat in loco vel via publica: & quòd si fiat, tollatur: non de operis vitio satisdatur: p eo quod fit í publico, de opere tãtũ.
t *In alieno.* id est í publico: vt dixi in. §. deinde. supra, ea. l. Itẽ no. quòd meliorem rationem assignaret si diceret: quia ius in eo non habet: posset enim esse aliena, & tamen nõ teneretur ad satisdationem si ius in ea habeat: vt. ş. eo. l. qui bona. §. j.
u *Determinabit.* vt qa fit in via, secus si in flumine vel ripa: quia tũc in decem an. & melius stat in futuro, quàm si diceret in prẽterito: vt quidam habent. nã prętor non dixit: vnde prętor viuus statuet: vt ar. supra, de iure delib. l. j. §. fin. Sed si in prẽterito, tunc diceres. x. an. ad similitudinem aliorum publicorum: vt supra, eo. §. deinde. & facit infra, eo. qui vias. Accursius.
u *Determinabit.* Habuimus supra, vnã differentiam inter opus quod fit in publico, & id quod fit in priuato: quia non satisdatur in decem an. cum pro eo quod fit in publico, satisdetur in. x. ann. modo ponitur alia: quia si fit in priuato: de soli &
x *Cautio.* improprie: vt. C. de verb. signi. l. sancimus. ponitur enim hic pro satisdatione: vt supra, proxi. §. Azo.
y *De cæteris.* præter flumen, & ripam fluminis.
z *Cauetur.* in edicto.
a *Ex generali.* qui non pertinet ad speciales clausulas & expressas scilicet flumen & ripam fluminis: vt infra, de verbo. obliga. l. doli. Azo. & facit infra, titu. j. l. apud Trebatium. §. penul.
b *Sermone.* scilicet verbis edicti: vt. ş. e. l. prætor. ibi, alienáve.
c *Publice.* id est, sine vicinorum damno, secundum R. vel, id est, publica auctoritate principis, vel senatus. vel, id est per prẽceptum præsidis.
d *Cauendum.* potest tamẽ dici, & debet, quòd princeps sit adeũ dus pro vtroque opere: vel præses, si in prouincia fiat: vt infra, e. l. fluminum. §. quid ergo.
e *Si quid.* ex eo quod dicit loci, vel operis: dicunt quidam q loquitur quando in priuato fit: alias non cauetur pro solo: vt supra, ea. l. §. notandum. & secundum hoc dices legem dandam id est, cautionem interponendam. Vel dic secundo, quòd quando conceditur alicui in publico facere: debet concedens prædicere, vt sic faciat, ne vicinis noceat: & ita talem legem, id est prẽceptum dare: vt hic, & infra, eo. l. qui vias. argu. infra, ne quid in loco publi. l. ij. §. merito. alioquin solitæ actiones locum habebunt contra magistratus: vt argu. supra, ad legem Aquiliã. l. quẽadmodũ. §. magistratus. & secundũ hoc dic, loci vel operis, id est operis quod fit in loco publi. & hoc placet: & bene cõcordat cũ proxi. respõ. Alij dicunt, poni exempla per. l. C. de ædi. pri. si cui.

Ex hoc edicto.]CASVS. Si aliquis habens domum ruinosam non caueat vicino petenti: mittitur vicinus in possessionem domus ruinosæ in totum, & non pro parte: etiã si sola pars sit ruinosa.

a Habes simile glo. in l. 1. §. emancipatus. & ibi Bar. ş. de coniung. cum emã. li be. & in l. §. si plures. & ibi Bar. col. 4.

BIU Cujas

nosa.& hoc etiam dixit Sabinus.Secundo dicit:pone quòd quę-
dam domus est longa & ampla: & pars domus minatur ruinam:
an mittitur vicinus in possessionem tantum partis? Et certe di-
citur,si adeo est longa, quòd spatium sit inter partem domus rui
nosæ & aliam: tunc mittitur vicinus tantum in partem ruino-
sam.si vero pars ruino
sa est coniuncta parti
non ruinosæ,vna con-
tignatione, quod sæpis
sime cõtingit in parua
domo:tunc mittitur vi
cinus in totam.si autẽ
nõ sunt cõnexæ,quod
sæpius contingit in lõ
ga & ampla domo: tũc
non nisi in partem. Vl-
timo dicit:pone ꝙ ha-
beo insulã,id est,paruã
domũ iuxta domũ meã
magnã.insula illa mina
tur ruinã: & nõ caueo.
certe mittitur vicinus
in possessionẽ insulæ:
nõ autẽ magnæ dom⁹.
hoc dicit vsque ad.§.si
plures. Franc. Accur.

prætore in eam partem quæ rui
nosa[a] esse videtur. An verò in
totas [b] ædes missio locum ha-
beat, videamus. Et extat Sabi-
ni sententia, in totas ædes mit-
tendum.alioquin [c] si ex superfi-
cie, inquit, damnum timeatur:
non habebit res exitũ:nec pro-
futurum [erit] in possessionem
eius rei [d] mitti quam quis posi-
dere non possit, [e] aut ei nõ ex-
pediat.& verior est Sabini sen-
tentia. Sed si in plures partes
diuisa domus [f] sit:vtrùm in par-
tem, an in totam domum posi-
dendam mitti quis debeat, vi-
deamus.[Et]si tam [g] ampla do-
mus sit, vt & spatia [h] inter vitio-
sam partem [i] intercedãt, & eam
quæ vitium non facit: dicendũ
[est]in eam solam partem mitti.
Si verò vnita [k] sit contextu [l] ędi
ficiorum:in totam. Itaque [m] &
in spatiosis domibus [n] melius di

cetur,in eam partem domus mit
tendum, quæ vitiosæ parti vni-
ta sit. Cęterùm si modica [o] por-
tiuncula ędium ampliſsimarum
vitium faceret: quale erat dice-
re, totas ædes iubendum posi-
dere eum, cui damni infecti nõ
cauereẽ, cùm sint ampliſsimę? [p]
Item quid dicemus, si insula [q]
adiacens domui vitium faciat?
vtrum in insulę possessionem,
an verò in totius domus posses
sionem mittẽdum sit? Et magis
est, vt nõ in[totius]domus [r] pos
sessionẽ,sed in insulę [s] mittatur.

Si plures ex primo decreto, siue simul, siue seperatim mittantur: omnes sunt pares in iure: sed si vnus in secundo decreto præuenerit: loco domini habetur. Bartolus.

¶Si plures sunt qui postulẽt vt
caueatur:omnes[simul]mitti in
possessionẽ solẽt [t]. Idemq; La-
beo ꝓbat & si prius [u] quis ĩ pos-
sessionẽ missus sit, & alius mitti

a *Ruinosa.* & hoc in-
dubitatum est.
b *In totas.* secus in ru
stico prędio: vt.ſ.eo.l.
dies.§.j.versi. eius rei.
& infra,eo.l.cum em-
ptor.§. si agri.
c *Alioquin.* id est, si
non mitteretur ĩ totas.
d *Eius rei.* id est, su-
perficiei.
e *Non possit.* sine solo. Azo.vt infra,de actio.& obliga.l.obli-
gationum fere.§. placet.in fi.§.
f *Diuisa domus.* non eo animo vt ex vna fierent duæ, pariete
in medio ædificato: quia tunc non vna, sed plures domus dice-
rentur: vt supra,communia prædio.l.si quis duas.§.j.in fine.li-
cet quidam hoc casu, scilicet quando non fiunt duæ per diuisio-
nem, dicant contra: scilicet quòd in totam fit missio.
g *Et si tam.* hic subaudi, & respon.si tam.
h *Spatia.* scilicet magna Io.
i *Partem.* quæ vitiosa est.
k *Vnita.* aliàs, vnita: & aliàs, iuncta:& aliàs, mixta.tunc enim
pars non vitiosa est mixta vitiosæ: vnde vitium ab ea contra-
here videtur:& ideo cauetur pro ea.sic & aliàs modicum fermẽ-
ti &c.& aliàs,cum sancto sanctus eris &c. Itẽ facit ad hoc quod
dicitur de contagione pecoris.ſ.de ac.emp.l.Iulianus.in prin.
l *Contextu.* id est parua domus: vt dixit Sabi.
m *Itaque.* quia connexitas contignationis facit vt caueatur
etiam pro non ruinosa,propter ruinosam.itaque vbi cessat con-
tignatio(quod frequenter accidit in ampla domo)ergo cessat
cautio pro parte non ruinosa.
n *Domibus.* scilicet vnitis.q.d.non solum superiore casu,quan-
do est partita.
o *Modica.* scilicet cũ vna cõtignatione totę ędes nõ cõtinẽtur.
p *Ampliſsimæ.* q.d.esset absurdum.prouideat ergo iudex:vt in-
fra,eo.l.cum emptor.§. si agri.
q *Insula.* id est, parua domus. [a]
r *Totius domus.* vt dicit Sabi.
s *Insulæ.* id est, domui adiacentis.

a Insula quid dicatur pulchrè Budæus.ſ. locati.l. sed illud addes.

§. si inquilinus.

t *Solẽt.* s.simul:si non habes in textu: vt.ſ.e.l.prætoris.§.j.in fi.
u *Prius.* Quæritur quid dicatur primum decretum:quid secun
dum: qualiter perueniatur ad primum:qualiter ad secundũ: quis
sit effectus primi:quis secundi? Et dicitur primum decretum pri-
mus iussus iudicis, siue prima missio in possessionem. Secundum
est secundus iussus, siue secunda missio iudice iubente. simile po-
test videri supra,de vulg.& pup.substi.l.j.& licet aliàs primum
dicatur respectu secundi: vt supra,de reb.du.l.qui duos.non ta-
men hic ita:quia aliquando primum decretum interponitur, nõ
secũdum:vt.j.dicam. Ad primum peruenitur sic: Citatur aliquis
peremptoriè.non venit,
nec mittit.tunc mitte-
tur aduersarius in pos-
sess. bono. licet aliter
olim, aliter hodie: &
fit hæc missio vt ille af
fectus tædio, veniat re
spõsurus.j.qui.ex cau.
in possess.ea.l.cum le-
gati.&.ſ. vt in possess.
leg.l.is cui.in princi-
pio. Ad secũdum per-
uenitur ita: missisti me
in poss.ex primo decre
to. vellem mitti ex se-
cundo.iudex debet il-
lum adhuc citare.C.de
iud.auth.iubemus. Vel
si non inuenitur domi
suæ, debet denuntiari
vel vicino suo præco-
nizari an aliquis velit
eũ defendere.j.ex qui-
bus cau.in possess.ea.
hæc autẽ.& si veniat,
restituat expẽsas & dã-
na aduersario, & reci-
piat possess. Si nullo
modo venerit,interpo
nitur secundum decre
tum: vt hic. Sed intra
quod tempus? Respõ.
secundum Pi.post decem dies:vt.ſ.de const.pe.l.promissor Sti-
chi. Alij dicunt, quòd post annum.sic.C.de iure do.impe.l.fin.
Alij dicunt, quòd post quinquennium interponitur. C. de præ-
scrip.xxx.vel.xl.an.si quis emptionis. Alij dicunt,quòd post biẽ-
nium:vt.C.de iure do.impe.l.fin. Alij dicunt,quòd post tempus
quod datur iudicatis:quod est aliud hodie: aliud olim: vt.ſ.de
iu.si debitori.&.j.de re iudi.l.debitoribus. Vel dic, quòd arbi-
trio iudicis committitur:vt.ſ.de iure delib.l.j. Sed quo iure pe-
titur interponi secundum decretum? Dicunt quidam, actione in
factum:potest dici,iudicis officio:quòd datur loco actionis de-
ficientis:argu.ſ.de iurisdi.om.iudi.l.j. In quibus actionibus? Re-
spon.in omnibus regulariter personalibus ad instar noxa.ac.in
qua interponitur secundum decretum:vt.ſ.si ex noxa.cau.aga.l.
ij.in fine.& ad instar damni infecti, in quo interponitur secun-
dum decretum. Item & quia leges vidẽtur velle ꝙ in omni per-
sonali actione interponatur secũdũ decretũ:vt.C.de iudi.l.pro-
perandũ.§.finautem.&.j.de re iud.l.à diuo Pio.§.j. fallit.ſ.vt in
poss.leg.l.is cui.Itẽ fallit.ſ.de ven.in poss.mit.l.j.§.mulier.&.§.
fi.&.l.seq. Sed quid in actione ex empto? variauit Ia.& videtur
quòd non: quia secundo missus est dominus:sed venditor non
tenetur facere dominum emptorem: vt supra,de actio.empti.l.
ex empto.sed posset dici,quòd potest interponi. Et quod oppo-
nitur, non tenetur facere dominum:verũ est, scilicet iure actio-
nis ex empto.sed hoc ex sua contumacia contingit vt interpo-
natur secundum decretum. Est autem effectus secundi decreti,
vt si dominus erat ille in cuius possessionem mittitur,dominus
fiat effectus.si non erat dominus,paretur causa vsucapiendi:vt su-
pra,si ex noxa.causa aga.l.ij.in fine.& de nox.electio.& l.gene-
raliter.in fine.& supra,eo.l.prætoris.& hic. Alij dicunt, quòd
interponitur tantum in causa noxa.& in causa dãni infecti:quod
non approbat Ia.Sed nunquid in realibus actionibus, vt in rei
vin.iudicio interponitur secundum decretum? Respon. non:
quia lex videtur velle expresim, quòd in realibus act.non in-
terponatur: quia lapsus anni in realibus facit eum possessorem
verum:sed dominus auditur perpetuo de proprietate id est,vsq;
ad.xxx.an.si auditur perpetuo:ergo secũdũ decretũ nõ interponi
tur:vt.C.vbi in rem act.l.ij.in fi.&.C.de prescrip.xxx.an.si quis
emptionis.in fine. Sed quę est ratio diuersitatis quare ĩterponitur
secũdũ decretũ in actionib⁹ personalib⁹, nõ autẽ in realibus? Re-
spõ.ille qui agit ꝑsonali actione, petit dari sibi quod suũ nõ est:
vt insti.de act.§.appellamus.& dare,est accipiẽtis facere:vt.j.de
verb.obli.l.vbi autẽ nõ apparet.§.fi. vnde si non dat: vtile est ꝙ
ĩterponatur secũdũ decretũ, per quod cõstituit domin⁹. Sed qui

Decretum primũ quid sit.

Decretum secundũ an in omni personali interponatur.

Decreti secundi interpositio quo iure petitur.

Decreti secundi effectus.

agit

agit rei vin.nō petit rē sibi dari,sed eam sibi restitui: vt.ś.de rei vin.l.officium.&.l.qui restituere. Vnde dicit se dominum: sed petit sibi poss.restitui:vt.C.de alie.iu.mu. cau.fac.l.j.vnde cum per primi decreti interpositionem nanciscatur possessionem, & non petat nisi sibi possessionem restitui, & modo possessionem habeat per primū decretum: adimpletū est desiderium suum:& habet quod petebat: vnde secundum non interponit, quasi superfluum esset: vt.ś. vt in pos.le.l.hęc stipulatio. §.diuus. Item alia ratione probat: quia qui petit interponi secundum decretum,petit se fieri dominū: vnde tā quam cōtrarius est repellendus:vt.C.de fur. l.j.Item per secundum decretum datur dominium: vt dicit hæc lex.sed si ante erat dominus,per secundū decretum non datur dominiū:quia quod meū est,amplius meum fieri non potest: vt.j. de verbo. obliga.l. nemo rem suam.& quia verba prætoris generalia sunt.Et fiebat missio aliter olim, aliter hodie.olim si agebat personali, missio fiebat in omnibus bonis: nisi in causa damni infecti, vbi fiebat tantum missio in possessionem illius rei de qua timebatur damnum: vt.j.ex quib.cau.in pos.ea. l.j.&.C.de bo.auct.iud.pos.l.cum proponas.Si reali, in pos.rei petitæ:vt.j.qui.ex cau.in pos.ea.l.Fulcinius.§.Celsus.Hodie aliter:vt in auth.de exhi.& intro.reis.§.si vero quidam.col.v. Effectus primi decreti nihil aliud facit quàm quod missum in pos. constituit detentatorem: [a] vt.j. ex quib.cau.in pos.ea.l. cum legati.vnde nec ille lucrat fructus:vt in.l.Fulcinius.fallit in duobus casibus:vt.ś.de vē.in pos.mit.l.j.in fi.&.l.seq.&.ś. vt in pos. leg.l.pen.& est forte ibi speciale: quia nec ibi interponitur secundum decretum,ne illud esset superfluum:quod non debet esse:& hoc in personalibus.in realibus autē fuit opi.& dicunt quidam,quòd facit suos.ś.de pet.hære.sed & si.l.commissoria.§.petitio.&.d.l.Fulcinius.in fi.& erit ratio similiter,quia non interponitur secundum decretum.Vel potest dici,quòd illud est propter nimiam contumaciam aduersarij:vt videtur innuere.l. illa,Fulcinius.

desideret. nā non spectabimus ordinem, [a] sed habebūt [b] ambo possessionem. Quòd si iā prior possidere iussus sit, [c] & alius dāni infecti caueri[sibi]desideret: tunc nisi cauerit, [d]* mittetur in possessionem posterior. [e]

Missus ex primo decreto, non præscribit antequam interponatur secundum. Bar.

℣Iulianus scribit † eum qui in possessionem dāni infecti nomine mittitur, non prius incipere per longum tempus domi niū [f] capere,quàm secundo decreto à prætore dominus [g] constituatur.

Si pro pluribus eodem tempore secundum decretū interponitur:quilibet pro rata damni admittitur. si pro vno,primo ille domini loco habetur: sed ex primo decreto omnes mittuntur in totum: sed partes faciunt sibi per concursum. Bar.to.cum.§.sequen.

℣Si ante hoc decretum [h] alius quoque in possessionē missus fuerit: [i] æqualiter ambo ædium fiunt domini.scilicet cum iussi fuerint possidere [k]. Si verò iam constituto domino [l] eo qui primus in possessionē missus est, Titius damni infecti sibi caueri desiderabit: cessante primo cauere, [m] solus Titius erit in possessione. [n] ℣Cùm autem plures mittuntur in possessionem: [o] æqualiter mittuntur,non pro rata damni quod vnumquēque contigerit. [p]* & meritò. nam & cùm vnus mittitur[in possessionem:]non pro portione dāni mittitur,sed in totum. [q] Cum igitur plures [in possessionem] mittunt:æqualiter omnes quasi in totum missi, concursu partes habebunt. [r] Sed si quis eorū missus in possessionē sumptum fecerit, deinde iubeatur possidere:an sumptū cōsequi possit is qui fecit, [s] & quo iudicio? Et placet,cōmuni diuidundo [t] iudo eiusdem ti.aliàs secus:vt.C.qui po.l.ij.quæ est contra.

* *Flo.cauetur*

† *Bart.hic & alii scribētes cōmuniter post eum,dicunt istū textum fore subtilē,& quotidianum:& habere materiam subtilē,& malē explicatā & digestam. super quo.§.Bolo.hic refert repetitionē fecisse & dedicasse S. D.N.A.6. pōtifi.max. & ad dicta p eum ibi se remittit.*

* *Flo.tenuiter*

Res eadem an possit pluribus solidum a pluribus possideri.

a *Concor. tex.in.c. sine possessione.extra de re.iur.li. 6. & vtrum possessionē interrūpat: hæc glo. videtur facere p dictis. Bald. in l. cōsentaneū. co.8.versi. caue tamen si eni esset. C.quomodo & quādo iudex quòd sic cōtra Ludo. Ro.in sing. suis in ver. decretum. ver. dicit lex.*

a *Ordinem.*hoc cum sint eiusdem titu.in hoc pignore prætorio:vt hic,&.ś.vt in pos.le.l.is cui.§.quo prior.ar.C.de bo.auct. iud.poss.l.fi.&.j.de bo.auct.iudi.poss.l.cum vnus.§.j.secus si diuersorum: vt.C.qui po. in pig.ha.l.ij.quæ est contra. Item no. non attendi ordinem.sic in auth.de mo.§.pe.col.j.&.j.de solu.l. nec enim.&.ś.de pecu.le.l. quidam. Sed argu.contra.C.de offi. præ.vr.l.fi.&.C.de offic.rec.prouin.l.potioris.& in auth.de hęre.& Fal.§.inordinatum.col.j.

b *Habebunt.*vt &.ś.e.l.prætor.§.eius rei.&.j.§.proxi.

c *Iussus sit.*ex decreto secundo.

d *Nisi cauerit.*s.missus ex secundo decreto.

e *Posterior.*vt.j.proxi.§.

Iulianus scribit.] CASVS. Cum tu possideres domū non tuā: & hæc domus minaretur ruinam: petij vt caueres mihi.te non cauente missus sum in possessionem ex primo decreto.certe nōdum incipio vsucapere,donec ero missus in possessionem ex secundo decreto.Secundo dicit:Si aliquis est missus in possessionem ex primo decreto,& alius missus postea fuit: dicuntur ambo æqualiter possidere. Tertio dicit:Pone quòd missus in possessionem ex secundo decreto, vsucepit. si alius ammodo petat caueri:iste dominus factus debebit cauere: alioquin petens caueri mittetur in possessionem. [CVM AVTEM PLVRES.] Si plures petunt mitti in possessionem: domino domus non cauente,æqualiter sunt mittendi.& hoc probat ratione aperta.Sed pone quòd vnus de istis qui missi sunt in possessionē, fecit expensas in domo ruinosa:& tandem isti missi sunt ex secundo decreto:nūquid poterit repetere sumptus pro parte aliorum qui missi erant secū? Dicitur,quòd sic actiōe communi diuidundo vtili.h.d.vsque ad.§.si quis autem.Fran.Accursius.

f *Domnium.* vtile, secundum Guli.& Io. vel secundum M.directum:vt no.C.de bo.ma.l.j.& in auth.nisi.

g *Dominus.*id est,possessor,cum dicat supra eum dominium vsucapere ex tempore secūdi decreti. sic &.j. de verbo.signi.l. interdū. &.C.de rei vin.l.quotiens. & de præscrip. long. tem.l.j. item caue:quia nō erat res ei⁹ cuius credebatur, aliàs statim fieret dominus missus:vt no.ś.e.l.prætoris.in prin.

h *Si ante decretum.*scilicet secundum.

i *Missus fuerit.* desiit ergo primus possidere pro parte quota, scilicēt dimidia:vt.j.e.l. ex damni.§.fi.&.ś.e.l.prętoris.§.si plures.& arg. ś.de pig.act.l.aliena.§. j.&.ś.ea.l.§.si plures.& quod subiicit æqualiter,dic scilicet pro rata damni: vt dices statim.§.cum autem.Ac.

k *Possidere.*ex secundo decreto: & dic domini: vt modo no.superiori.§.Itē hoc quā-

l *Domino.* subaudi quasi, scilicet per præscriptionem. Io. vt modo dixi.

m *Primo cauere.*aliàs,cessante primo cauere: & aliàs, cessante primo,& non cauente.

n *In possessione.*ex secundo decreto: vt.ś.ea.l.§.si plures. versi. quòd si iam prior.& arg.ś.eo.l.prætor.§.eius.ne quod primo est datum,posteriori denegetur:vt.C.qui po.in pig.ha.l.fi.§.pen. si autem ex primo,non deiicitur prior:vt.j.ea.l.§.si quis autem.

o *In possessionem.*ex primo decreto:vt.ś.eo.l.prætoris.§.j.

p *Contigerit.*i.contingere poterit.nam nil prodesset.s.mitti pro damno dato,cum nihil sit datum,& ad interesse detur hæc actio: & adhuc non interfit: vt supra.e.dies.§.in eum. Azo. sed secus aliàs:vt.C.de bo.auct.iud. pos.l.fi.§.vt autem. non in perpetuū, vbi fit missio pro iam debito,non futuro:vt hic fit.

q *Sed in totum.*quia pluribus potest esse eadem res obligata insolidum:vt.ś.eo.l.prætoris.§.j.&.ś.de pig.act.l.aliena.§.si pluribus.Sed contra.j.de precario.l.duo.vbi dicit duos nō posse possidere eandem rem insolidum.Sol.vt.j.ea.l.§.vbi autē.Item nūquid tantum habebit ex secundo decreto qui minimum damnū timet, quantum & qui maximum?quod videtur, vt hic,&.ś.ea.l. §.si ante.& pro hoc est quod dicit,concursu: quod est quando æqualiter cōcurrunt:vt.C.de cadu.tollē.§.sin vero nō omnes.& supra,de vsufru.accre.l.j.§.interdum.&.l.iij. sed hoc nō placet: quia hæc missio est loco cautionis:& ex cautione quilibet agit p rata dāni:vt.j.eo.l.ex dāni.§.ij.expone ergo hic partes ex primo decreto: & quod dicit.ś.§. si ante.dic æqualiter.s.pro rata damni.& de hoc dixi.ś.eo.prætoris.§.j.

r *Habebunt.*totiens enim concursu fit diuisio, quotiens plures simul in rem eandem missi ad æquales mittuntur portiones.hoc enim est concursu & per partes habere: vt.ś. de vsufru.accre.l.j. §.interdum.&.l.iiij.&.C.de cadu.tol.§.sin vero non omnes.

s *Is qui fecit.*ante secundum decretum.

t *Cōmuni diuidundo.*cōtra.ś.cōmuni diui.l.iiij.§.fi.&.l.se.So.ibi cessat directū:sed hic dicit habere locum vtile,secundū M.ar.ś. de noxa.l.si seruus cōmunis.in fi. *ADDITIO.* Dic aliter, secūdū Bar.q hic loquitur quando fuit interpositū secundū decretū, quo casu propter sumptū factum quādoque secundū decretū sic interpositū non datur directū,sed vtile: ibi vero loquitur quādo secundū decretū nō erat interpositū. [SI QVIS AVTEM.] Casus.Si aliquis missus est in possessionem ex primo decreto:an dns domus desiit possidere p hoc?dicitur q nō.adducit simile in legatariis & creditorib⁹.Secūdo dicit,q missus ex primo decreto non

BIU Cujas

creto nō est statim mittēdus ex secūdo: sed cū causæ cognitiōe. nā si dominus domus steterit per longa tępora, & nō cauit, & sic videatur eam habere pro derelicto: tunc mitteretur ex secundo. Idē est & si missus ex primo decreto stet aliquo tempore: nec dominus nec alius voluit cauere. nā & tunc mittetur iste ex secūdo decreto. Sed quid si dominus domus ruinosæ erat absens reipub. causa: vel erat minor. xxv. annis? tunc iudex non debet festinare ad secūdum decretum: & si fecerit, restitui in integrū poterit dominus. Vltimo dicit, quòd si aliquis est missus ex secūdo decreto: tunc dominus deiiciendus erit de pos. hoc dicit vsque ad. §. siqua sint. Fran. Accursius.

a *Missus.* ex primo decreto. Accursius.

b *Iussus.* ex secundo decreto.

c *Mittuntur.* de creditoribus non habes expresse nisi hic, &. ĭ. de acqui. pos. l. iij. §. ij. sed certe imò. ĭ. vti pos. l. si duo. §. creditores. de legatariis habes hic, &. s̆. vt in poss. lega. l. is cui. in princ.

d *Misit.* ex primo decreto.

e *Possidere.* ex secundo decreto.

f *Misso.* dic aut pro &. sic. ĭ. de verb. sig. sępe. sed quod erit silentium hoc? nunquid decennium, vel vicennium: vt instit. de vsuca. §. & cum hoc placitum? Respon. non: sed recurritur ad iudicis arbitrium: vt. s̆. de iu. delib. l. j. §. fi. & arg. supra de nego. gest. l. diuortio. & sic etiam intelligimus. C. de bonis auct. iudi. pos. l. pe.

† *Concor. tex. in. c. cū Bertholdus. de re iu. extra.*

g *Possidere.* ex secūdo decreto: sed in primo sic: vt supra eo. l. j. quæ est contra.

h *Indulturū.* sed ea non data nō auditur: vt. ĭ. ea. l. §. postea aūt. &. s̆. ex qui. cau. ma. l. ab hostibus. §. si dāni. item facit. C. quib⁹ ex cau. in integ. rest nō est ne. l. fi. Item hic no. tria arg. Primū quia iudex nō debet festinare: vt. C. de senten. ex breui. reci. l. ij. Secūdum, quod fieri non debuit, factum tamen tenet: vt. ĭ. quādo ap. sit. l. j. §. biduū. Tertium, q̄ iudex ignorantē priuat possessione.

i *Iussus est.* ex secundo decreto.

k *De possessione.* vt &. j. de acquir. poss. l. qui vniuersas. §. item cū prætor. &. s̆. de inter. ac. l. non alienum. & hoc ideo dicit, quia nō possunt possidere plures insolidum: vt. ĭ. de preca. l. duo. sicut nec dominiū habere: vt. s̆. commo. l. si vt certo. §. fi. nec obstat. s̆. e. l. §. si quis autem. vbi prior nō deiicitur: quia ibi de primo decreto dicit. Item nec ob. s̆. ea. l. §. cum autē plures. vbi innuit plures insolidum possidere: quia de primo decreto dicit. secus in secūdo: quia tunc viriliter. i. pro rata damni: vt. s̆. e. §. si ante. secus autem in creditoribus. illi enim p rata debiti mitttuntur: vt. C. de bo. auct. iudi. poss. l. fin. §. vt autem. Vel dic idem vtrobiq;: vt ibi no.

Siqua sint.] *CASVS.* Si aliquis habet seruitutē in domo ruinosa, & non satisdederit de dam. infect. & sic vicinus missus est in poss. ex primo & secundo decreto: nūquid vti poterit seruitute amodo? Dicitur, non. Idem in creditore cui erat obligata ista domus. idem in eo qui habebat vsumfructū: nam amittit tūc ius suum. Fran. Accursius.

dicio [vtili] consequi eū posse.

Per missionem ex primo decreto ille contra quem facta est missio, non compellitur de possessione decedere. Bartolus.

Si quis autem in possessionem missus, [a] nondum possidere ius sus [b] sit: an dominus decedere possessione debeat, videamus. Et ait Labeo, non decedere: sicut nec cum creditores vel legatarij mittunt. [c] idq; est verius.

Missio ex secundo decreto non debet fieri statim post missionem ex primo: sed interueniente temporis interuallo, per quod aduersarius videatur negligere. Pau. B

¶ Non autem statim, vbi misit [d] prætor in possessionem, etiam possidere [e] iubet: sed tunc demū, cùm iusta causa videbitur. Ergo interuallum aliquod debebit intercedere, quo* aut pro derelicto ædes lōgo silētio dominus videatur habuisse: aut misso [f] [aduersario] in possessionem, & aliquandiu immorato, nemo caueat.

* *Fla. & vulg. quòd*

Ex causa damni infecti & contra non latitantem proceditur ad secundum decretum, saluo iure restitutionis in integrum. Bartolus. C

¶ Si fortè † dominus reipublicę causa abest, aut ex alia iusta causa, aut in ea sit ætate, cui subueniri solet: probandum est, non debere prætorem festinare ad decernendum, vt iubeat possidere. [g] Sed & si decreuerit: nemo dubitat, in integrum restitutionem indulturum. [h]

Per secundum decretū prior possessor de possessione eiicitur. Pau. D

¶ Vbi autē quis possidere iussus est: [i] domin⁹ deiiciēdus erit [de] possessione. [k]

Habentibus ius intra dominiū, & cauere negligentibus sine iusta causa, denegatur eius iuris persecutio. h. d. Pau. de Cast.

¶ Siqua sint iura [l] debita [m] his qui potuerunt de damno infecto satisdare: [n] denegāda erit [o] eorum persecutio aduersus eū qui in possessionē missus [p] est. & ita Labeo probat. Item quęritur in pigneratitio creditore, an pignoris persecutio denegetur aduersus eum qui iussus sit possidere? Et magis est, vt si neque debitor repromisit, neque creditor satisdedit, [q] pignoris psecutio denegetur. quod & in fructuario [r] rectè Cels⁹ scribit.

Contumacia eius qui fundum vectigalem habet: non præiudicat domino quo ad secundum decretum: sed ipsius domini contumacia requiritur. h. d. Bar. Vel dic plenius, secundum Imo. Si fiat missio contra illum qui habet vtile dominium vel quasi: id tantum transfertur per secundum decretum: non autem transfertur directum dominium vel quasi: quod bene transfertur si secundum decretum interponeretur contra ipsum habentem directum dominium vel quasi. h. d.

¶ Si de [f] † vectigalibus [t] ædibus non caueatur, [u] mittendum in possessionem dicemus, nec iubendum [x] possidere. Nec enim dominium capere [quis] possidendo potest: sed decernēdū [y] [est à prætore] vt eodē iure sit, quo foret is qui non cauerat. post quod decretū vectigali [z] actiōe vti poterit. Sed in vectigali pdio, si municipes [a] nō cauerint: dominus ædibus conductis ab aliquo municipio non cauet conductor de damno infecto: ius solum quod habet conductor, habebit missus. Si vero municipes qui locauerint, non cauerant: vsucapitur: vt subiicit. & pro hoc supra eo. l. hoc amplius. §. Celsus. &. l. is qui. Vel secundum M. principium loquitur cum conduxit à fisco: finis cum à municipio. Tertij, vt Pi. & Pla. dicunt principium intelligi vt non iubeatur possidere scilicet statim: sed ex interuallo sic: vt in fi. pro quo est supra. e. §. non autem. &. §. si forte. quod non placet. Quarti dicunt quòd principium dicat in ædibus, finis in rustico prædio. nec hæc positio placet: vnde secundum primum & secundum prosequere literam.

† *Vide in hunc. §. Ad cia. li. dis. pū. 3. c. 10.*

t *Vectigalibus.* sunt vectigalia prædia quæ conducit quis à fisco in perpetuum. i. quādiu soluatur pensio: vt. s̆. si ager vectigalis. l. j. *Vectigalia prædia quæ dicantur.*

u *Non caueatur.* à conductore municipij secundum primum casum: vel dic ædibus à fisco conductis, secundum alium.

x *Nec iubendum.* ex secundo decreto vt habeat missus dominiū: cum nec ille qui non cauet, habeat secundum primum. vel fauore fisci, non solum ratione prædicta, secundum alium: vt institu. de vsucap. §. res fisci. Accursius.

y *Sed decernendum.* per secundum decretum.

z *Vectigali.* s. vtili in rem: vt. s̆. si ager vec. l. j. &. ij.

a *Municipes.* postulata ab eis cautione. Azo. secūdū vtrūq; casū.

BIU Cujas

a *Per longum tempus.* scilicet.x.annis: & stricte accipe municipium pro castro, vel villa. Secus si ciuitatis a esset prædium, sicundum quosdam: quia opus esset præscrip.centum an.vt.C.de *reputāt istā* sacrosan.eccle.l.fi.Sed fisci.xx.an.vt.j.de diuer.& tēp.præscrip. *gl.singu.ad* l.in omnibus.& plene dixi in.d.l.C.de sacrosan.ec.l.fi. Ité in eo *hoc quòd* quod dicit prædiū ve- *priuilegiū* ctigale posse vsucapi, *cōcessum ci* est contra.ŝ.de Publi- *uitati circa* cia.cum spōsus.§.in ve- *præscriptio-* ctigalibus. Sed dic hic *nē in qua-* esse speciale vt vecti- *tuor casibus* galia prædia possint *positis in.l.* vsucapi quādo pro dā- *fin.C.de sa-* no infecto non caue- *crosan.ecc.* tur:sicut & illud, vt e- *nō habet lo* tiam sciens rem alienā *cū in castro* præscribat: vt dixi.ŝ.e. *vel villa.* prætoris. in princ. & *Bolo. Ad-* de noxa.l. generaliter. *de Bald.in* Vel dic vectigalia prę- *ca. 1. colū.* dia non posse præscri- *8. in tit.de* bi à conductore: quia *ca. qui cu.* non omnino pro suo *vēdi.in vsi.* possidebat, vt ibi: sed *feu. & in* ab alio sic,vt hic.vel il *addi. ad* lud verbum ibi positū, *Specu.in ti.* non possunt vsucapi, *de rest.in* non refertur ad vecti- *inte.versi.* galia.vel solue aliter vt *Castrū &* ibi notaui.Vltimo quę *villa. Io.* ro an idē quod in vecti *And.in. c.* galib^b sit in feudatariis *si ciuitas.de* libellariis & precariis? *sen.excom.* quod satis dici potest. *li.6.in no-* *Elegāter.*]C A S V S. *uel.& Bar.* Cum tu haberes domū *in.l.sed &* ruinosam: iui ad iudi- *reprobari.* cem, & petij vt coge- *§.fi.colū.2.* ret te mihi cauere.& *ver.nota ex* cum iudex deliberaret *ista glo.de* esset cauēdum mihi an *excu.tuto.* non,cecidit domus, & dedit mihi damnum: dicitur q̄ iudex debet facere te mihi cauere etiā de damno præteri- *Flo.eāmque* to:vel si sibi videbitur, dabit mihi act.ex stipu.ac si interceſsisset. Fran. Accursius.

b *Possit.* id est,debeat.

c *Cessabit.* tribus modis expone. Primo cessabit,nisi iusta causa interueniat: vt quia impeditus:vt supra.e.l.hoc amplius.&.l. prætor.§.fin.&.l.seq.Sed nonne hæc est iusta causa:quia iam instanter erat coram prætore: & sic non erat negligens?Respon. potest esse quòd nimium fuerat negligens in veniendo coram prætore:vt supra,si quis cau.l.ij.§. si quis tamen cum posset.& hoc casu hic loquitur. Secundo missio cessabit scilicet meo cōsilio, secundum H.quia melius est quòd habeat resartionem dāni,cum non fuerit negligens, & iam erat coram prætore.aliud si tantum primum interuenisset: quia non fuisset negligens: non tamen venit coram prætore:tunc enim haberet locum quod dicitur supra.e.l.quod forte tunc. Tertio missio cessabit : quia res interiit: & sic non potest habere locum missio in ædes: fiet tamen in rudera & solum : vt sequitur & supra.e.l. hoc amplius. Item quod dicit cessare missionem, est contra infra.e.§. si iam. sed ibi ruit post decretum : hic ante : vt plene no.supra.e.l.hoc amplius.in prin.vel hic ideo cessat,quia potest agi ac si esset cautio interposita.

d *Contigerit.* interim.

e *Cauetur.* sic etiam de præterito.

f *Aut.* pro &.vt eo.hoc amplius.in prin.sic.C.de verb.sign.l. pe.& supra.e.l.§. non autem.vel dicas, propriè:& erit in sua potestate quod velit facere: vt patet ex ordine literæ.

g *Actionem.* in factum.M.vel interdictum vt tollat rudera:vt supra.e.l.prætor.in fi.&.l.seq.in prin.&.§. j.vel dic, pro damno etiam sine stip.agi quasi tacite intellecta : vt supra,de adop.l.his verbis.&.C.de rei vxo.actio.§. j.& supra de fin.tu.l.cum ostendimus.

h *Missio.* sit ergo cū nō legitime defenditur:vt hic,&.j.quib.ex *quā tamen*

Ale.in.l. dim^o.§.fi.&.j.ad muni.l.ij.Sed nūquid pręcisè cogatur cauere, b *1.qui satis-* vel damnum restituere etiā si velit ædibus carere quæ dānum secerunt?Respō.sic.nec ob.ŝ.e.l.hoc amplius.in prī.vt ibi distinxi. *da.cog.ma-* *uet hanc.c.*

Si pupillus.]C A S V S. Pupillus nō habēs tutorē, habebat domū ruinosam:& timebā ne caderet supra meā: peto mihi caueri. & cōclu- dicitur quòd sum mittendus in poss.quasi nō defendatur. Fran. *sicut ista gl.*

Missio. sit ergo cū nō legitime defenditur:vt hic,&.j.quib.ex *quā tamen* cau.in poss.ea.hæc au- *nō allegā.* tem.&.ŝ.ex quib^y cau. *tra P. de* ma.item ait prætor. §. *Cast.ibi.&* hæc autē. Sed cōtra.ŝ. *in.l.iubere.* de euic.l.si dictū.§.fin.ŝ.de *imis.* vbi etiā sine tutore ei *om.iud.* legitime nūtiatur: sed illud est eius fauore,vt ibi no.Item arg.contra.j.de diuer. & tēp. præ.l.si seruus. Sed nō multum ad rem. item accipe de missione ex primo vel etiam secūdo decreto:vt supra.e. l.§. si forte.

Si quis damni.]C A S V S. Si aliquis est missus in possessionem dom^o ruinosæ: an debeat fulcire & reficere: & si non fecerit teneatur? quæritur. & dicitur,& non tenetur : & reddit rationē. Secūdo dicit: pone q̄ postquàm missus est aliquis ī poss.ex primo decreto, velit domin^o offerre:& vult q̄ ille recedat de poss. quæritur,an possit? Et dicitur q̄ sic,dū tamen caueat nō tantū de dāno futuro, sed etiā de præterito: & etiam caueat de expēsis si quas fecit iste missus. [*ILLVD QVÆRITVR.*]Nunc dicit à quo tēpore retro cōputatur damnū : vt sic de eo caueatur. & certe quādoq; à tēpore quo missus fuit: quandoq; à tēpore quo iussus fuit mitti . Vltimo dicit, si aliquis est missus in pos.ex secundo decreto: amodo dominus volēs cauere & recuperare pos.nō auditur:nisi esset domin^o minor,vel alia iusta causa.h.d.vsque ad.§.si iam.Franc. Accursius.

i *Culpam.* etiam in omittendo.

k *Accepit.* ex cōuētione:vt.ŝ.de pig.act.l.si seru^y.nō dico ex auctoritate iudicis.tūc enī de solo dolo & lata culpa tenet: vt.j. de bo.auct.iudi.posi.l.prætor.§.his verbis.&.§. est præterea.Ac.

l *Si non refecerit.* aliàs,cauerit:aliàs,pręcauerit:aliàs,fulserit: & aliàs,refecerit.Sed quid si ille qui missus est in possessionē,depo suerit domū sine iussu iudicis,quę parua mora ruitura erat:an teneat ?Rñ.nō:vt.j.quod vi aut clā.l.si alius.§.est & alia.&.ŝ.ad.l. Aquil.si quis summo.§.j.cū prīc.huius.§. cū cōcor.ŝ.e.l.hoc amplius.§.fin.& supra de vsufru.hactenus.§.fin.sed ad fi.est contra infra.e.§. si quis metu.Solu.ibi in modica impensa:vel non imputatur si non reficit, scilicet culpa : vt hic : sed si dolo, sic: vt ibi. Vel dic, verius ibi Cassius corrigit Labeonem.

m *Offerat.* ī eodē nō ī alieno loco:vt.ŝ.q satisf.co.de die.§.plane.

n *Missus.* ex primo decreto :secus si ex secundo: quia tunc habet locum : vt infra.e.§. postea.

o *Magis.* scilicet quàm contrarium.

p *Repetita.* id est referenda erit cautio ad tempus præteritum, quo caueri debuit,id est ad eam diem qua nōdum fuerat damnū datum:& sic ea cautio de omni futuro damno peti potuit.sic infra de itinc.actuq̄ priua.l.j.§.si quis propter.&.§. præterea.

q *Si quas.* necessarias non tamen ei incumbebat necessitas faciendi: vt supra ea.l.§. si quis damni.

r *Illud quæri.* Hic distīgue vt plene dixi.ŝ.e.l.hoc amplī^o.in prīc.

s *Habeatur.* cum modo cauere velit:vt supra proxi.§.

t *Missus.* id est mitti iussus.& plerunque in hoc ti. sic ponitur.

Venit.

BIU Cujas

sa aut non venit, [a] aut tardius venit in possessionem. [b]

Post missionem ex secundo decreto non est locus cautioni, nisi mediante restitutione in integrum, ex causa absentiæ, vel ætatis. Pau.

¶ Postea quàm autem quis possidere iure dominij [c] à prætore iussus est: nequaquam locus erit cautionis oblationi. [d] & ita ait Labeo. Cæterum nullus, inquit, finis rei inuenietur. [e] & est hoc verissimum: sepositò [f] eo, quòd quibusdam vel ætate, vel qua alia iusta causa subuenit. †

Si post iussum de mittendo in possessionẽ ex primo decreto, & ante realẽ missionem ruat: potest fieri missio in ipsam ruinam. nec tenetur missus dimittere, nisi sibi emendetur damnum præteritum, & etiam caueatur de futuro, & refundantur expẽsæ factæ in refectione: pro quibus etiam competit actio in factum, dummodo sint rationabiles: siue sint factæ per eum, siue per alium eius nomine. h. d. Pau. de Cast.

¶ Si iã ruerũt ædes: an in possessionem ruinæ vel areæ mittendus sit nihilominus is cui cautũ non est, videamus. Et magis est, vt mitti debeat. & ita Labeo [ait:] sed adiicit, [g] si postea quàm decreuerit [h] prætor eum in possessionem mittendũ, tũc ædes deciderint. [i] & puto Labeonis sententiam veram. Proinde & si refecit aliquid: erit ꝑbandum, non prius eum discessurum, quàm si ei sarciatur, [k] & de pretio [l] caueatur. Potest autem & in factum [m] actione recuperare hoc quod impendit, sed nõ amplius quàm quod boni viri arbitratu factum sit. Idẽ est & si alius iussu [n] rogatúve meo eorum quid sine dolo malo fecerit, & eo nomine condẽnatus [o] sim, aut dederim [p] sine dolo malo.

Quando quis recedit de possessione de necessitate, vel animo retinendi: prætoris beneficium non perdit, secus si animo deserendi. Bartolus.

¶ Si quis† [q] metu ruinæ decesserit [r] possessione: si quidẽ cum adiuuare rem non posset, id fecit: Labeo scribit integrum ius eũ habere, perinde ac si in possessione perseuerasset. Quòd si cum posset succurrere, maluerit [eam] relinquere: amisisse eũ prætoris [s] beneficium: [t] neque si postea succurri sibi velit, audiendum eum. Cassius [u] autem ait: si metu ruinæ recesserit, nõ hoc animo, [x] vt ædificia derelinqueret: restituendum [eum] in possessionem.

Qui post decretum de mittendo in possessionem ex primo decreto, negligens sit facere se immitti: si interim domus ruat, perdit ius quod sibi quæsitũ erat ex illo decreto. secus si non neglexit. Pau.

¶ Eum tamẽ qui missus [y] in possessionem, non accesserit, si ædificia ruerint, beneficiũ [z] prætoris amisisse scribit. Hoc ita accipendũ erit, si venire in possessionem neglexerit: non si dũ venit, [a] ruerunt.

Contra eum qui non admittit missum ex primo decreto, secuto postea damno datur actio in factũ: sed antequã dãnum detur, agi nõ potest: & si antequam detur, purget morã cauẽdo, vel possessione cedẽdo: etiam si postea detur, agi nõ potuit. Pau. de Cast.

¶ Si quis ex hoc edicto à prætore in possessionem missus, [b] nõ est admissus: in factũ actione vti poterit, vt tantũ præstetur ei, quantũ præstari ei oporteret, si de ea re cautũ fuisset. [c] Extẽditur enim actio [d] in id tẽpus, quo damnum cõmittitur.

XVI. PAVLVS libro sexagesimo *ad Edictum.

[a] *Venit.* quia iam damnum datum erat.
[b] *Possessionem.* aut forte veniens non fuit admissus.
[c] *Dominii.* quod fit cum quis mittitur ex secundo decreto.
[d] *Oblationi.* secus si quis impetrauerit vt possideat pignus iure dominij: vt. C. de iure do. impe. l. fi. §. sin autem in tempore.
[e] *Finis rei inuenietur.* immo inueniret si semel præstaretur. sed hoc nõ ita intelligitur vt prima facie sonat: sed ita, id est cautionis offerẽdæ. q. d. si nõ finitur modo ius offerẽdæ cautionis: ergo per omnia tẽpora poterit offerri: quod esset absurdum: nam quę ratio est in hoc tempore: eadem & in sequẽtibus. Azo. & est sic. C. de transac. fratris. Itẽ est hic ar. ꝑ sententia. B. s. quòd ius offerendi tempore tollatur. sic. C. de præscri. xxx. an. l. cum notissimi. §. eodem.
† *Potes assignare rationem ad istũ. §. quia iussus iudicis in secũdo decreto habetur loco tit. gl. est in. l. damni §. pe. vers. nõ solũ autem. & ibi Alexã. & doc. j. eo. & per Bald. in auth. ei qui. colum. antepe. C. de bo. auth. iudi. poss.*
[f] *Sepositò.* q. d. seorsum posito & separato, seu segregato ab eo quod ante dixerat: vt. ff. ea. l. §. si forte.
Si iam ruerunt.] CASVS. Cum non caueres mihi de damno infecto: iudex decreuit me mitti in poss. & cũ irem ad intrandum in poss. antequã intrarẽ, domus tua cecidit supra me am. an in poss. istius ruinæ siue areæ intrabo? & dicitur ꝙ sic. Sed pone quòd ego feci expensas in ista area, reficiendo eam: & ille dominus vult cauere: & vult quòd recedam de possessione. auditur: dũ tamen mihi caueat de expẽsis quas feci: & de damno quod habeo ex illa ruina. possem etiam agere acti. in factum ad recuperandas expẽsas quas boni viri arbitratu fecissem. Idem est & si alius meo iussu vel rogatu expensas istas feciss et: & ei essem condemnatus ad reddẽdũ: vel spõte soluerem: nã istas expensas consequar vel ope exceptionis, vel act. prædicta. Franc. Accursius.
[g] *Adiicit.* scilicet ita mittendum.
[h] *Decreuerit.* antequam esset in possessione.
[i] *Deciderint.* aliàs non, nisi ille fuerit temporis angustia, vel alia iusta causa impeditus stipulari: vt plene dixi. ff. e. l. §. eleganter. & l. hoc amplius. in prin.
[k] *Sarciatur.* impensa.
[l] *De pretio.* id est, damno rei suæ.
[m] *In factum.* actione ex edicto quod est. j. de bo. auth. iudi. possid. l. prætor. non solum iudicis officio. Sed quare non actione neg. gest? Respon. quia potius suo nomine facit respiciendo quod potest contingere, vt ex secundo decreto iubeatur possidere: & ita fiat dominus. vnde non aget nego. gest. vt. j. de bo. auth. iudi. poss. l. prætor. §. his verbis.
Iussus à rogatu differt [n] *Iussu.* differt iussus à rogatu: vt. C. quod cum eo. l. etiam. & ff. quod iussu. l. j. §. sed ego quæro. & ibi notaui.
[o] *Condemnatus.* nec aliquid adhuc solui, & subaudi maximè cõ-

[A] dẽnatus. nã idẽ si non sum cõdẽnatus: vt. ff. de hære. ven. l. ij. §. fi.
[p] *Aut dederim.* non condemnatus ei qui iussu meo refecit. Sed quid si dedi ei qui non refecit: & etiam sine dolo? forte non agor quia indebitum solui: vt. ff. de peti. hære. l. si possessor. §. bonæ fi.
Si quis metu.] CASVS. Cum esses missus in possessionẽ domus ruinosæ, eo quia mihi non cauebatur: timore ruinę, ne caderet supra me, recessi: nunquid amitto ius meum? Labeo distinxit, an possum eam reficere, & nõ † *Ioan. de feci: & tunc amitto ius Imol. & meum: an non, & tunc Alexã. hic non amitto. Cassius au in apost. ad tem corrigit Labeo- Bart. istum nem, dicens quòd si re- tex. exclacessi de possessione ti- mant sing. more ruinę, nõ animo ad hoc quod deserendi poss. non a- sicut possess mittam possessionẽ si- sio retinetur ue ius meũ: quod sem- solo animo: per præsumitur. [EVM ita & solã TAMEN.] Cum haberes domum ruino- detentatio- sam, & non caueres de ne. aduertẽ damno infecto: iudex dũ est tamẽ decreuit me intrare in vt hic in no possessionem, & ego uis interpre negligens non intraui, tatio. Bolo. Tu adde & ruit domus. dicitur Inno. in. c. quòd postea intrare nõ cũ olim. ex- possum: secus autem si tra de pri- non fui negligens. [SI ui. Gemi. in QVIS EX.] Cum c. pontifices. nolles cauere de dam- 6. q. 1. & nõ infecto: iudex iussit Panor. ff. c. me intrare in poss. do- cũ ad sedẽ. mus ruinosæ. & cum & quod ibi vellem intrare: tu do- notaui in minus me non admisi- apost. ad ip sti. Dicitur quòd ha- sum i. vers. beo act. in factum, in dicẽdũ est qua veniet omne id quòd sic. qđ veniret si cauisses. nu. 21. ex- ante ergo non agam tra de vest. hac actio. Secundo di- spol. cit, si antequam damnum detur, tu cauisti mihi, vel dimisisti me intrare: non puniris ex prohibitione quam fecisti mihi. & hoc dicit hic. §. cum. l. seq. Fran. Accursius.
q *Si quis.* scilicet missus in possessionẽ ruinosarum ædium ex primo decreto, quia sibi non cauebatur. Azo.
r *Decesserit.* id est recesserit. *quadragesimo octauo.*
[s] *Prætoris beneficium.* quod habebat ex prima missione.
[t] *Beneficium.* cogitur ergo reficere. & sic est contra supra ea. l. §. si quis damni. Sol. vt ibi.
[u] *Cassius.* corrigens Labeonem.
[x] *Animo.* quod in dubio semper præsumitur: vt insti. de re. dui. §. fin. & ff. ad. l. Rho. de iac. l. qui leuandæ. Sed arg. contra. j. de fur. l. fallus. §. si iactum.
[y] *Missus.* id est, mitti iussus ex primo decreto.
[z] *Beneficium.* quod habet ex missione prætoris: vt intret in pos. vnde à capite, vel hic de superiori casu oportet eũ petere caueri.
[a] *Si dum venit.* nõ præcedẽte negligentia: quia tunc non amisit: vt ff. j. eo. cum postulassem. in prin. & ff. ea. l. §. illud quæritur.
[b] *Missus.* id est, mitti iussus ex primo decreto.
[c] *Fuisset.* id est, interesset: vt ff. e. l. dies. §. in eum. & j. ne vis fiat ei. l. fi. §. prætor.
[d] *Extenditur enim actio.* prædicta in factum, id est, eius condemnatio, siue effectus eius vel exercitium. ipsa enim nascitur ex ipsa ꝓhibitione: sicut est in actione iniuriarũ: vt insti. de iniu. §.

BIU Cujas

pœna.sicut & aliàs.ſ.de etiic.l.ij.&.ſ.ad.l.Aquil.in lege.ſic extẽditur infamia:vt.ſ.de his qui no. infa.l.athletas.§.Póp. Sed arg. cõtra.ſ.de act.emp.ſi ſterilis.§.cũ per vẽditorẽ.aliàs incipit.l.cũ per venditorẽ.&.j.eo.l.damni.§.ſi is.j. *ADDITIO.* Dic ſecundum Bar.poſt Dy.quòd in illis non extẽditur actio,nec obligatio:præterea ibi eſt extenſio circa rẽ quæ ꝓhibetur,hic circa tẽpꝰ.

a *Antequam.*expoſitio ſuperioris §.Azo.

b *Impunitum.*ratione effectus,vel ſubaudi ꝓpetuo. ſi tamen &c.ſic mora ſola non inducit hanc obligationem.ſ. quãtũ ad effectum, ſed damnum poſtea contingens.

c *Si tamen.* ſubaudi maxime:quia idẽ eſt & ſi nullũ iſtorum intercueniat: vt.ſ.l.ꝓxi.§.fi.

ANtequam [a] damnum detur, impunitũ [b] eſt factum eius qui neq; promiſit,neque admiſit in poſſeſſionem:ſi tamẽ [c] ante damnum datum vel cauit, vel[ei] poſſeſſione ceſſit.

Hæc actio in factũ oritur ex delicto non admittentis,& ideo ex facto ſerui datur cõtra dominũ noxaliter.Item ex facto procuratoris generalis vel legitimi adminiſtratoris,non datur cõtra dominũ, ſed cõtra ipſum tantum procuratorem vel adminiſtratorem.Pau.

XVII. PAVLVS libro quinquageſimotertio ad Edictum.

SI quis miſſum [d] in poſſeſſionem, cũ eſſet [e] in aliena poteſtate,nõ admiſerit:pleriq; putant,noxalem actionem eo nomine cõpetere. Quid deinde ſi procurator prohibuerit:vtrum in [f] ipſum , an in dominũ dabim⁹?Sed verius eſt, in ipſum dãdam. [g] Sed & in actore municipũ,[& in]tutore,cęteríſque qui pro aliis interuenerint: idẽ erit dicendum. [h] ℣ Actio iſta quæ in factũ eſt,perpetuò [i] dabitur,& hæredi,& in hęredẽ, [k] cæteróſque, [l]*itemq; cæteris [m] ꝓſonis.

Si agitur ex cautione dãni infecti poſt damnum datum: fit condemnatio de cauẽte,licet prædium quod damnum dedit, per ipſum alienatum fuerit.Pau.

℣ Iudex qui de dãno infecto [n] cognoſcit:etiam alienato [o] prædio ab eo cũ quo actũ fuerit,dãnũ ęſtimare [p] ſolet omne quodcũque ante iudiciũ [q] contigit.

Etiam ei qui ius habet in re, competit ius agendi ex ſtipulatione de dãno infecto: quæ ſtipulatio non trahitur ad eũ caſum,de quo non eſt veriſimiliter cogitatũ.Barto.

XVIII. PAVLVS libro quadrageſimooctauo ad Edictum.

DAmni infecti ſtipulatio [r] competit non tantum ei cuius in bonis [ſ] res eſt, ſed etiã [ei] cuius periculo [t] res eſt.

Quod quis perdit ſua culpa,vel iure publico,in hac actione non venit.P.

℣ Sed quòd [u] * opere [x] facto poſtea domus ceciderit,& tũc agitur ex ſtip.& iudex cognoſcit: o *Alienato.*vel lite pendente,vel ante:quia actione in rem non tenetur huic, ſed perſonali in factum , quæ rem non comitatur: vt.C. de hære.inſti.quotiens.&.C.de ac.& oblig. eum. Azo. & ſupra ad Treb.l.j.§.ſi hæres.

p *Aeſtimare.*cõtra alienantem.Itẽ cõtra eũ in quem eſt alienatũ,ſi tamen pignus fuerit ei conſtitutũ per miſſionẽ in poſſeſſionẽ. immo & ſi non ſit cõſtitutũ: vt.j.e. fluminũ.§. adiicitur.vel dic vt ibi. ſic ecõtra æſtimatur ꝓ eo qui fuit ſtipulatus, & pro eo qui eius loco ſucceſsit, etiã in rem: vt.d.§.adiicitur.ſic etiã eſt in ſuperiori & ſeq. interdicto : vt.ſ.tit.j.l. fi.&.j. tit.j. is cũ quo. videtur tamen cõtra.j. l.proxi.§.emptor.&.§. ſed ſi vẽditor.&.§. ſi is qui.verſi.ſiue ergo.ibi, nõ augeri &c. ſed non eſt ſi bene intelligatur: vt ibi dices. Apparet ergo quòd ſi fuerit miſſus in poſſeſſionẽ,aget hypothecaria : vt.ſ.de pig. actio.l.nõ eſt mirũ. ſi nõ fuit miſſus,ſed ſtipulat⁹:ex ſtipulatione agetur: vt.d.§.adiicitur.

q *Ante iudicium.*verùm poſt cautionem interpoſitam.item bene dicit ante.nam poſtea validius ſpectat ad iudicis officiũ: quia etiam non petitum,ſed prius bene petitum: vt.ſ. de ædil. edic.l. ædiles.j.§.item ſciendum.

D *Amni.*] *CASVS.* Si habes domum ruinoſam : non ſolum debes cauere vicino habenti domum in plena proprietate, ſed etiam ei qui habet vſumfruc. in aliqua domo ibi vicina. Secundo dicit:timebam ne domus tua caderet ſupra meam.promiſiſti mihi de damno infec.tandem poſtea incepiſti poſsidere domum meam,& eam præſcripſiſti.volo agere cõtra te ex tua promiſsione de damno iſto præſcriptionis. certe non poſſum , quia hoc damnum quod habeo, non cõtingit ratione vitij operis vel loci,ſed iure communi,id eſt,præſcrip.paſſus ſum hoc damnum. [*EI CVIVS.*] Si habes vſumfruc.in domo,& ego proprietatem:& hæc domus minatur ruinam, & tu fructuarius petas à me tibi caueri : non teneor. & hoc in prima. Idem eſt & ſi fructuarius habeat domum propriam,etiam vicinã, in qua timeat damnum ex iſta in qua habet vſumfruc. nam nec ſibi cauere debeo, & reddit rationem vtriuſque dicti. Tertio dicit:pone quòd fructuarius habeat domum ibi propriam , quæ minatur ruinã huic domui in qua habet vſumfruct.& ego proprietatem.peto vt mihi caueat de damno infecto.Dicitur quòd non audiar.& reddit rationem . Vltimo dicit : Quidam conduxit domum meam . iuxta hanc domum habebat ſuam propriam : hæc domus conducta minatur ruinam ſuæ propriæ : petit vt caueam ſibi. quæritur quid iuris . & certe dicitur quòd cauere debeo . [*EI QVI IN CONDVCTO.*]Conduxiſti ſolum , in eo poſuiſti ſuperficiẽ:non debeo cauere tibi de vitio ſoli:nec tu mihi de vitio ſuperficiei. & reddit rationem.h.d.vſque ad.§.ſi is qui.Fran.

r *Stipulatio.*id eſt,ius exigendi ſtipulationem.

ſ *In bonis.* id eſt , dominio. & ſic ſtricte : vt infra de verb.ſignì.l. bonorum.§. in bonis. & inſtit.vi bo. rap.§. fi. & infra de acqui.re.do.rem in bonis. Et ſic ſtricte [a] propter id quod ſequitur,ſed etiam &c.

t *Periculo.*vt fructuarius & ſuperficiarius:vt.ſ.e.l.hoc amplius. §.pe.&.§.fi.ſed fallit in bonæ fidei poſſeſſore: vt.ſ. eo.l. qui bona.§.& ſuperficiariũ.verſi.ſed ei.nã multis modis dicitur res eſſe alicuius periculo : nam & res mihi debita eſt periculo meo ante moram vel culpam debitoris:vt.j.de verb.oblig.ſi ex legati.

u *Sed quod.*ſub.illud &c.vel dic quòd,id eſt,quia poſt opus factum,& ſic mutat hic caſum.

x *Opere.*cuius operis nomine timebatur ruina quando fiebat,& ideo fuerat cautum.

Dominium.

BIU Cujas

a *Dominiū.* ei⁹ rei quæ minabaꝫ ruinā, & cui⁹ nomine cauebaꝫ; quæ in veritate erat stipulatoris, sed tamē ipse ignorabat forte.
b *Eo nomine.* id est, quia vsucepit, & sic volebat hoc damnum; scilicet quod vsucapione est datum, venire in stipulationem dāni infecti: quod non permittitur.
c *Publico.* puta vsucapione, quæ dicitur inducta de bono publico, ne dominia rerum sint in incerto: vt. j. de vsucap. l. j. & instit. de vsuca. circa prin. Item not. nō cōmitti stipulationē in casum non cogitatum: vt arg. ē. de condic. inde. si procurator. §. quòd si indebitū. &. ē. loca. quæro. §. inter locatorē. &. j. eo. l. dāni infecti. ī fi. Azo.
d *Id.* scilicet damnū.
e *Consecutus sit.* in hoc secundo dicto, quod valde obscure dicit iurisco. talis cadebat fallacia. Quidam titu. & bona fide possidebat dom⁹ meas. nomine illarū stipu. fui de dam. infec. prescripti. cōpleta didici domus esse meas. quæro à iurisco. nunquid possim petere ex stipu. dam. infecti? quidā præsumptuosus, qui ibi stabat, respon. q⁹ sic, tali ratione: quia qui sic stipulabatur de dā. infec. stipulabatur de damno futuro. sed tēpore interpositæ stipu. istud damnum erat futurū. ergo potest ex ea stipulatione agere ad damnū quod habet per prescrip. cui respō. iuriscon. verbis breuibus ridendo, tamen dicendo: frater, quando ipse stipulabatur: nō stipulabatur nisi de damno futuro, quod sibi contingeret vitio loci vel operis.
f *Aedium.* vitio sarum.
g *Aedium.* totalium, sed de vitio soli sic: vt infra eo. l. inter fructuarium.
h *Etsi alias.* quidā habent, sed si alias vicinas habeat. & tunc subaudi, caueri oportet. & quod subiicit: quia &c. ratio est non proximi, sed superioris dicti: & sic est idē quod in inquilino: vt in fi. huius. §. alij habent, & si aliàs: & tūc subaudi caueri non oportet. & quod subiicit, quia &c. est ratio vtriusque dicti, & erit secundum hoc, secus in inquilino. *ADDITIO.* Dic secūdum Pau. de Cast. quòd ista est melior litera, & melior sensus, qui cōtrariatur sensui precedenti. nam etiam isto casu vindicat sibi locum ratio: quia potest reficere domum fructuariam, ne ruat supra aliam suam vicinam.
i *Quia reficiendi.* itaque cum ipse aduersus damnum sibi præcauere possit, ab alio sibi caueri frustra desiderabit. R. & sic not. in subsidiū hanc cautionem interponi: vt &. ē. proxi. §. &. §. emptor. ibi, quia actionem non habet ex empto &c. &. l. si ædibus. & dixi. ē. e. qui bona. §. de illo. ar. ē. tit. j. in prouinciali. §. plane. Item quod de refectione dicit, ad modicas expensas quidam referunt, quas facere debet suo sumptu. secus in magnis: vt ar. j. eo. l. inter. & dixi supra eo. l. hoc amplius. §. fi. Alij dicunt etiam magnas ad fructuarium pertinere: vt infra eo. l. inter. in fi. sed repetit actione nego. gest. vt. C. de vsufruc. l. eum. aliàs si non faciat, scilicet expensas quæ ad eum pertinent, a repellatur ab vsufru. quasi non bene vtatur: vt supra de vsufru. cum fructuarius. &. l. seq. & sic semper cesset hæc cautio.
k *Ergo.* à simili: cum sibi similiter suo iure prospicere possit. R.
l *Aedium.* id est, soli: licet pro opere sic: vt. j. eo. l. inter. Accur.
m *Fructuarius habeat.* scilicet suas proprias. idem in illis quæ vsumfru. habet.
n *Cum fructuario.* quia eum suo iure cōgere potest vt reficiat si vsumfruct. amittere nolit. sed hæc ratio fallit in casu. j. e. inter fructuarium.
o *Si vicinas.* sed pro conductis à me ædibus ruinam minantibus, cauere non compellor. R. vt. ē. eo. l. qui bona. §. de illo.
p *Aedes.* scilicet ipsius inquilini proprias, quibus conductæ ædes minantur ruinam.
q *Non debebit.* quod statim corrigitur secūdum. R. per literā seq. plus autem &c. sed tu dic aliter, vt ibi nota.
r *Superficiarius.* de vitio superficiei.
s *Inuicem.* vt supra. p. xi. §.
t *Actiones.* scilicet locati, & similes.
u *Vltra culpam.* latam & leuem: vt infra de reg. iur. contractus. casum nō, nisi culpa præcederet: vt supra commo. si vt certo. §. sed interdum.
x *Plus autē.* immo nō plus: quia cum verum sit culpam venire in acti. loca. ergo & vitiū veniet propter præcedentem culpam, scilicet quia non restituit vel nō reficit proprietarius solum, vel superficiarius opus, vt non possit ruere. hoc enim est generale, vt vbicūque de casu non tenetur quis, præcedente ibidem culpa teneatur: vt. ē. commo. si vt certo. §. sed interdū. quod ergo hic dicitur plus venire in stipu. intellige non inspecta culpa precedente. vel dic secundo causa disputandi dictum: & ita dices non caueri: vt in princip. §. dicitur: quia culpa aliter coērceri potest: vt infra eo. l. fluminum. §. præterea si furni. Vel tertio si nulla culpa possit obiici eis, præstabitur cautio: & ita quod in fine legitur, determinabit principium. Azo.
y *Quod.* subaudi id. Accursius.

Si is qui.] *CASVS.* Habebas domum iuxta meam: mea minabatur ruinam. caui tibi de damno infecto. postea alias domos iuxta ruinosam emisti. nunquid si datur damnum in istis aliis tuis ædibus, teneor tibi ex stipul. prædicta, quæritur. & dicit Iul. quòd videtur quòd non tenear. & adducit simile: si duobus habentibus domum communem caui de damno infec. teneor cuique pro parte quam habet: & si vnus eorū emit partem alterius, vel vni adiudicetur tota: non propter hoc magis sum obligatus. Secundo loquitur Pompo. & approbat sententiam Iul. Tertio dicit: cum tu haberes domum iuxta meam: & mea esset ruinosa: caui tibi de damno infec. & tunc temporis paucas res habebas in domo: tandem postea cœpisti habere plures res, vt quia emisti equū forte, vel libros: & postea cecidit domus mea supra tuam: & sic damnum est tibi datum in his rebus: an tenear ex stipula. pro damno dato in his rebus post cautionem acquisitis, quæritur. Dicitur quòd sic: licet tunc tēporis quando stipulatus fuisti, hæ res nō essent in domo. Hoc dicit vsq; ad. §. emptor. Frā. Acc.
z *Si is qui vnas.* aliàs, vicinas: non eas quarum nomine stipulatus fuerat. M.
a *Actum fuerit.* quod magis est. M. Io. & R. vt patet. j. ibi, Pompo. relata &c.
b *Ex his.* scilicet sociis.
c *Adiudicata.* scilicet domus. Accursius.
d *Augeri.* Not. hic, quòd præsens stipu. nō trahitur ad futura. & sic est

*Dominii captione. Flo.

*Flo. fructuario.

†Per hunc tex. limitabis. l. in causa. ē. de mino. dū dicit quòd ordinariū auxiliū facit extraordinariū cessare: quod est verū, nisi plenius esset p extraordinarium consultū, secūdū Bart. hic. de quo vide quod notaui ī a. postil. ad gl. in. l. qui bona fide. §. si quis eius. in apostil. in vers. tollit extraordinariū. ē. e.

*Sed ad quas expensas tenetur? tu conclude post Bar. in l. hactenus.

Ordinarium auxiliū excludit extraordinarium, nisi esset plenius per extraordinariū consultū, quàm per ordinariū. Bar.

¶ Ei, cuius vsusfruct⁹ ædiū f est: de vitio earūdē ædium g caueri non oportet, etsi alias h vicinas habeat: quia reficiēdi i habet facultatem. Nā qui viri boni arbitratu vti debet, reficiendi quoque potestatē consequitur. Ergo k nec ꝓprietarius audiri debet, si velit sibi caueri à fructuario ædium l nomine, quas vicinas fructuarius m *habeat: quia habet cum fructuario n [ædiū] actionem, †vt viri boni arbitratu is fruatur.

Locator tenetur cauere inquilino de vitio aliarum suarum ædium. Pau.

¶ Sed inquilino meo, si vicinas o ædes habeat, cauere debebo damni infecti, propter eas ædes. p

Proprietarius nō petit sibi caueri à superficiario, nec ecōuerso: cū habeant actionem adinuicē ex contractu celebrato inter eos: nisi cautio dāni infecti esset pinguior, quia in actione ex cōtractu non venit nisi leuis culpa: & non reficere caderet in leuissimā culpā, quæ venit in stipulatione dāni infec. tunc enim bene posset peti. Pau.

¶ Ei, qui in conducto solo superficiē imposuit, dominus soli, quod vitio soli dānum futurū sit, cauere nō debebit: q nec soli domino superficiarius: r quia inuicē f ex cōducto & locato habēt actiones: in quas tamen actiones t vltra culpam u nihil venit: plus autē x in stipulationē venit dāni infecti, qđ y quidem vitiū eius esse dicitur.

Stipulatio de damno infecto, simpliciter interposita, nō refertur ad aliam domū, vel aliam domus partem post stipulationē quæsitam: sed ad alias res postea in domum inductas bene porrigitur. Bartolus.

¶ Si is, qui vnas z ædes habebat, stipulatus fuerit: deinde vicinas cōparauerit: an earū quoque nomine quas post interpositā stipulationē cōparasset, ꝓmissorē obligaret, quæsitū est. Iulianus scribit, videndū ne earum dūtaxat nomine cautū habeat, de quibus inter eum & ꝓmissorem initio actum fuerit. a Cui cōsequens videri posse [etiam putamus,] vt & cum ædiū cōmuniū nomine duo socij stipulentur: de eo dumtaxat dāno caueri videatur, quod in parte ædiū cuique socio datum fuerit. Siue ergo redemerit alterā partem quis ex his, b siue adiudicata c fuerit: non augeri d

BIU Cujas

sic est arg.quòd si promisi tibi fructus istius arboris,& est incisa, vel vi ventorũ deiecta:vel si rusticus promisit militi aquã frigidã in æstate in mansione quam habebat,dare per aliquot dies:& sic arbor renascatur, quòd ego nõ teneor ad fructus nouellæ arboris:vel si domus cõburatur, quòd ego nõ teneor,si postea ædificetur : vt.ff. de neg. gest. nã & Seruius.§. si viuo. & de contrahen. emp.l.in lege.Itẽ si ꝓcurator ꝓmittat de domino defendendo, ꝙ teneatur ipsum defendere tantũ in quæstionibus ꝓsentibus,non quę postea emerserit: vt.ff.de ꝓcur.l.nõ solũ.

promissionis[a] obligationẽ,Põponius[b] relatã* Iuliani sententiã dicit nõ se improbare. Si autem res[c] aliquas[d] post stipulationẽ interpositã in domo habere cœperit stipulator,quę ex ruina vicinarũ ædiũ perierint: agere ex stipulatu[e] potest: licet tũ cũ stipularetur, hæ res[eius] non fuerint.

Stipulatio emptoris simpliciter interposita,porrigitur ad dãnum tantũ post traditionem contingens,nõ ad id quod ante contigerat: nisi contra venditorem non daretur regressus : sed stipulatio venditoris ad omne tempus porrigitur. quod si vterque stipuletur:stipulatio venditoris tempore traditionis fruitur : stipulatio vero emptoris abinde in antea habet effectum.Bar.

Emptor[f] prædij si ante traditionẽ stipulatus[g] sit : cautũ habebit de eo damno quod post traditionẽ factũ erit. Venditorem autẽ ædiũ prius quàm possessionẽ tradat, stipulari oportet:quia huius quoq; rei[h] culpã præstat. Sed quid fiet, si venditor sine culpa stipulari non potuerit,& ob hoc emptor[i] stipulatus fuerit? [k] nónne dãnũ patitur?[l] an [&] hoc dãnũ in aliena re[m] acciderit, reuoluitur[n] autẽ ad emptorẽ, quia actionem ex empto non habet? [o] Sed nihil[p] in hac causa ꝓficit stipulatio, [q] nisi in id[r] quod post traditionem accidit: quia dum[in] venditoris custodia est:is stipulari[s] debet,omnémq; diligentiã emptori præstare : & quod alia[t] actione quæri potest,id in stipulationẽ damni[u] infecti omnino non deducitur.[x] Sed si venditor[y] interposuerit stipulationẽ: etiã id dãnum continebitur,[z*] quod post traditionem emptori contigerit.quod esse iniquissimum Aristo ait:quoniã si emptor[a] quoq; dãni infecti stipulatus esset,duobus promissor eiusdem [rei] nomine obligaretur : nisi fortè[b] id contra se habeat : quia in hoc fit stipulatio quanti ea res erit:vt possit videri, nihil interesse iam venditoris[c] stipulationem* damni infecti interpositam.

Flo.relata Iuliani scriptura dicit.&c.

a Contra hanc gl. est do.Dy.in.l. 3.§. fin. & Barto.ff. de tute.& Bar to.in.l. omniũ. de procu. Car. in cle.1.q.5. de procu. Alexan. in.l. more. ff. de iurisd.om.iudi. & deci. Rotæ, deci. 417.inci. fuit dubitatũ. in no ta. Sed potes saluare glo. vt intel ligantur di cta in contrariũ ꝓcedere, quãdo verba non repugnant : vel quando sunt connexa futura præsentib[v] : vt per Dy. vbi.ff.

*Stipulatus.*de damno infecto à domino domus ruinosæ.

*Rei.*scilicet omissæ stipu.vt.ff.de act.empt.l.vẽditor.& si stipulatus est venditor,hanc cedet:vt.ff.de contrahen. emp.l.quod sæpe.§.si res.

*i Ob hoc emptor.*s.quia venditor nõ potuit stipulari. Accursius.

k Stipulatus fuerit. de damno infecto,vel sim pliciter,vel expresse ꝓ vtroque tempore.

*l Patitur.*emptor, quia non habet cautionem nisi de dãno quod post traditionẽ illatum est: vt.ff.proxi.dixi.

*m In aliena re.*i. quæ erat venditoris, cum damnum datum est.

n Reuoluitur autem ad emptorẽ. & sic emptor sentiet dãnũ datũ ante traditionẽ nulla interueniente culpa venditoris,cum ex sua stipulatione agere nõ possit, nec cõtra venditorem aget eius cessante culpa.Ir.

o Non habet. contra vẽditorem qui in culpa non est.

p Sed nihil. nõ refert se ad proximum dictũ soluendũ,scilicet quãdo vẽditor non fuit in culpa, sed ad primũ:vt patet ꝓ illa verba.ff.& qđ alia actione &c. & sic in dubio dimittit.

tum de dãno contingẽte ante traditionẽ tantum, & ad id solũ extendi stipulationẽ. Ita quæ fiet si de vtroque sit stipulatus,scilicet ante& post contingẽte. Nam tũ ad vtrũque extendi traditur in.l.di. ni. §. cum pariete.ff. eo. Aut simpliciter stipulationis nulla facta cõmoratione, ac tũ venire dammum post traditionem cõtingens: hic in glos. atque ve ciliies glos. quæ est.ff. l. cum emptor.qua hobet vtrique dãnũ contingens ante traditionẽ alia viam ptor ri ponit tum est: quia venditor in culpa fuit, &c negligẽs in ꝓtendæ stipulatione. Alegis, cũ emptor.gl. procedit,quando in culpa vẽditor non fuerat, secus de dãno contingẽte antetraditionẽ emptoris consulto non fuerat.qui notabis ad ad multa ra.

Flo.contrahit.

Flo.stipulatione dãnifec.interpositã.

Quid ergo dices in hoc casu quãdo nõ fuit in culpa? Rñ.dicunt quidã,vt Azo,aliquẽ nõ cogi ꝓmittere:sed si spõte promittat aliquis.s.dominus domus ruinosæ,ꝓ vtroq; tẽpore bene tenetur: vt.ff.eo.cũ emptor.in prin.& l.dãni.ij.§.cũ parietẽ.in fi.§.sed secundũ H.dici potest etiã cogi ꝓmittere emptori eo casu cũ vẽditor nõ est in culpa ꝓ vtroq; tẽpore,quia forte res est in precario apud emptorẽ,per.d.l.cũ emptor.& pro hoc quia mercenariis cauetur,& cuilibet cuius interest:vt.ff.e.l.qui bona.§.qui dãni.&.§.& nõ inquiretur.*&.§.qui totũ.&.§.de illo.Itẽ pro hoc facit superior litera,reuoluitur autẽ. & dicas quòd ibi incipiat respõsio dictæ quæstionis. illud autẽ constat,ꝙ simpliciter emptor stipulando de damno,post traditionem illam tantũ videtur stipulari:vt in prin.huius.§.&.ff.e.l.damni.ij.§.cum parietem.

q *Stipulatio.*emptoris.

r *In id.* scilicet damnum.

s *Is stipulari.*aliàs is,scilicet venditor.M.aliàs idem,stipu.scilicet dãnum, id est, damni æstimationẽ debet vẽditor stipulari.

t *Alia actione.*ex empto.M.si vẽditor negligẽs fuit in stipulãdo.

u *Damni.*ab emptore interposita.

x *Nõ deducitur.*si ergo nõ habet aliud auxiliũ,deducit,& ita nõ rñ.huic quæstioni ꝓpositę secũdũ Azo.sed dic vt modo notaui.

y *Venditor.*scilicet tantum.

z *Continebitur.*cessione facta.

a *Quoniam si emptor.*si ergo nõ sit stipulatus emptor,etiã secũdum Aristo. non est iniquũ, & transit stipulatio ad emptorẽ:vt dixi.ff.eo.si quis missum.§.fi.sed secundũ Paulum, qui fecit hanc lẽgẽ,in nullo casu est iniquũ,vt subiicit:nisi fortè &c.emptor tamen nõ vetatur experiri ex stipulatione vẽditoris.Azo. Itẽ not. quòd hæc iniquitas toleratur.ff.de duo.reis.per totum titulum.

b *Nisi id forte.*s.quod dictum est damnum post traditionẽ eueniens in venditoris stipu.venire:vt.ff.proxi.§. sed si vẽditor &c.

¶ Item sciendum est, hanc actionem non aliàs locum habere,quàm si aqua pluuia agro noceat. Cæterũ si ædificio vel oppido noceat, cessat[m] actio ista. Agi autem ita poterit, ius non esse[n] stillicidia,[vel]flumina immittere:& ideo Labeo & Cascellius aiunt,aquæ quidem pluuiæ arcendæ actionem specialem[o] esse: de fluminibus & stillicidiis[p] generalem: & vbique agi ea licere. itaque aqua quæ agro nocet, per aquæ pluuiæ arcendæ actionem coërcebitur. [q] Nec illud quæramus, vnde oriatur. [r] nam & si [ex] publico[loco]oriens,vel ex loco[aliquo]sacro per fundũ vicini descendat, isque opere facto in meum fundũ eam auertat: aquæ pluuiæ arcendæ teneri eũ Labeo ait. Casi[s] quoque scribit, si aqua ex ædificio vrbano noceat vel agro, vel ædificio rustico:[f] agendum[t] de fluminib[p] & stillicidiis. ¶ Apud Labeonem autem inuenio relatum, si ex agro meo aqua fluens noceat loco[u] qui est intra continentia, hoc est ædificio: non posse me aquæ pluuiæ arcendæ conueniri. Quòd si ex continentibus[x] profluens, in meum agrum defluat, eiq; noceat:[y] aquæ pluuiæ arcẽdæ esse actionem.

Hæc actio non habet locum, cum opere manufacto non infertur damnum, sed aufertur lucrum : nec etiam quando res reducitur ad pristinos terminos naturales. secus si vltra terminos. Paul. de Cast.

¶ Sicut autem opus factum vt aqua pluuia mihi noceat,in hãc actionem venit:[z] ita per contrarium quæritur an possit aquæ pluuiæ arcendæ agi, si vicinus opus fecerit ne aqua quæ alioquin[a] decurrens agro meo proderat,huic prosit. Ofilius igitur & Labeo putant,agi non posse,etiã si interfit mea ad me aquam peruenire.hanc enim actionem[b] locũ habere, si aqua pluuia noceat:[c] non si nõ prosit. ¶ Sed & si vicinus[d] opus[e] tollat,& sublato eo aqua naturaliter ad inferiorem agrũ perueniens noceat, Labeo existimat aquę pluuiæ arcendę agi non posse. semper enim hanc esse seruitutem[f] inferiorũ prædiorum, vt natura profluentem aquam excipiant. Planè si propter id opus sublatum vehemẽtior[g] aqua profluat,vel corriuetur: aquæ pluuiæ arcendæ actione agi posse etiam Labeo confitetur.

In cursu aquæ primo debet inspici conuentio. secundo loci natura. tertio vetustas. Item qui debet seruitutem, potest cogi vt patiatur, non vt quid faciat. Bartolus.

¶ Denique ait [de] conditioni-

†*Habes cũ gl. in verb. increscit. quòd istud verbum in, ponitur pro valde. concor. text. & ibi glos. in cle. pastoralis. in prin. de re iu. tex. & ibi glo. in. c.1. in prin. de cau. in pragma. san.*

d *Mittat.* superior.

e *Natura.* sic &.s. de serui.rustico.prędio.l. si mihi.§.seruitus. &.s. titu.j.l.fluminum.§.vitium. Accursius.

f *Nocet.* id est, nocere possit.

g *Pluuia.* i. p pluuiã.

h *Nisi agri colendi.* vt &.s.§.de eo.

i *Id.*s.opus.

k *Colorem.* eius aquæ cui iungitur: nec enim si gutta pluuię cadat in aquam non pluuiã, habet locum actio aquæ pluuiæ arcendæ. Azo.

l *Vel increscit.* i. valde crescit.sic.s. de libe. & posthu.l.Gallus.§.ille. &.s. de fun. instru.leg. l.quæsitum.§.sed si fundus. Azo.

m *Cessat.* contra.s. titu.j.l. eorũ.§. fi.sed aliud est in cautione dãni infecti,quę interponitur pro damno quod timetur futurũ in rustico vel vrba.prædio, quàm in hac actione quæ rustico prędio tãtum prouidet. nam & aliàs ex cautione dãni infecti culpa alicuius dãno dato nõ agitur:vt.s. titu.ĭ.l.fluminum.§.præterea si furni.hæc actio tantum opere manufacto competit:vt.s.e.l.§.hæc autem actio. Azo.

n *Ius non esse.* scilicet negatoria.M. quæ habet locum vbicũque & qualitercũque in alieno facis, quod iure seruitutis quam habeas facere non potes:vt.s. si ser. vin.l.ij.j. respon.&.§.j. licet P.dixerit eam non competere nisi præcesserit seruitus, quæ fuit amissa,vel remissa:arg.s. si ser.vin.l.sicuti.§.Aristo.

o *Specialem esse.* agri: quia tantum de agro ista competit actio specialiter. Azo.

p *Stillicidiis.* sed negatoriam generalem esse, siue agro, siue ædificio timeatur noceri.

q *Coercebitur.* nec min' & negatoria,cũ generalis sit:vt hic dicit.

r *Oriatur.* scilicet aqua. Accursius.

s *Rustico.* id est,quod in rure est.

t *Agendum de fluminibus.* negatoria: vt.s. dixi proxi.§.nihilominus tamen hac actione agatur vbi ex agro vel ędificio nocetur agro: secus si ex agro vel ædificio nocetur ædificio:vt.ĭ.§.proxi.

u *Loco.* i. fundo toti vel eius parti: vt infra de ver.sig.l.locus.&.l. fundi. §. locus. & dic, nisi is locus rustici prędij appellatione contineatur, quod esse potest:vt infra de ver.sig. l.vrbana.& tunc idem in eo quod in cæteris agris obseruabitur: vt dictum est.s.§.ité sciẽdum. Azo.

x *Ex continentibus.* ędificiis.quæ ergo prędia dicãtur vrbana,vel rustica,habes.ĭ.de ver. signi.l. vrbana prædia. Et not.quòd sicut hic inspicitur prędium cui nocet aqua, sit rusticũ vel vrbanum, ad hoc vt habeat locum hæc actio vel non:sic & inspicitur prędiũ cui debetur seruitus, ad sciẽdum sit rustica,vel vrbana: vt.s.de ser.vrb. prædi.l.j.&.l. seruitutes quę in superficie.§. j. licet sit ar. contra.s. de ser.rust.prædi.l.ij.

y *Noceat.* id est,nocere posit.

z *Venit.* scilicet vt destruatur.

a *Alioquin.* i. aliàs nullo opere facto.

b *Actionẽ.* scilicet directam:agitur tamẽ vtili:vt.ĭ.l.proxi.§.item Varus.& pro hoc.ĭ.ne quid i lo.pu.l.ij.§.merito.ibi,dãnum &c. & s.de eden.l.si quis.§.si initiũ. Alij dicunt nec vtilem cõpetere nisi in casu.l.proxi.§. ité Varus.& pro eis.s. tit.j.l. Proculus.&.ĭ.de fur.l. si is cui.§.fi.&.s.de cõdi. & demon.l. Titio §.ij.

c *Noceat.* id est, nocere possit per op[s] quod ille facit.

d *Sed & si vicinus.* superior. Accursius.

e *Opus.* cuiusnõ extat memoria:vt.ĭ.l.proxi.ité Varus. *ADDIT IO.* Glo.reprehẽdit hic Bar.nã si memoria extaret:qui tolleret illud opus,teneretur:vt.§.proxi.& dicto.§.ité Varus.ideo intellige opus cuius extat memoria : & istud non, positum in hac glo. fuit per errorem positum.

f *Seruitutem.* i. quasi seruitutẽ:vt in fi.huius.l. & facit.s.e.§.item sciẽdũ.à simili ergo & homo inferioris dignitatis,maiori psonę debet exhibere reuerentiã: vt.s.de ali.iud.mu.cau.fac.l.iij.j.rũ.

g *Vehementior.* quàm naturaliter solebat fluere.

Quasdam.

a Inferiorem.

Noceat. id est, nocere *maiorem* re posit per op[s] quod *etiam de-* ille facit. *bet. Concur.* *text. in cle.*

Agendum de fluminibus. negatoria: vt.s. dixi proxi.§.nihilominus tamen hac actione agatur vbi ex agro vel ędificio nocetur agro: secus si ex agro vel ædificio nocetur ædificio:vt.ĭ.§.proxi.

Loco. i. fundo toti vel eius parti: vt infra de ver.sig.l.locus.&.l. fundi. §. locus. & dic, nisi is locus rustici prędij appellatione contineatur, quod esse potest:vt infra de ver.sig. l.vrbana.& tunc idem in eo quod in cæteris agris obseruabitur: vt dictum est.s.§.ité sciẽdum. Azo.

Ex continentibus. ędificiis.quæ ergo prędia dicãtur vrbana,vel rustica,habes.ĭ.de ver. signi.l. vrbana prædia. Et not.quòd sicut hic inspicitur prędium cui nocet aqua, sit rusticũ vel vrbanum, ad hoc vt habeat locum hæc actio vel non:sic & inspicitur prędiũ cui debetur seruitus, ad sciẽdum sit rustica,vel vrbana: vt.s.de ser.vrb. prædi.l.j.&.l. seruitutes quę in superficie.§. j. licet sit ar. contra.s. de ser.rust.prædi.l.ij.

Noceat. id est,nocere possit.

Venit. scilicet vt destruatur.

Alioquin. i. aliàs nullo opere facto.

Actionẽ. scilicet directam:agitur tamẽ vtili:vt.ĭ.l.proxi.§.item Varus.& pro hoc.ĭ.ne quid i lo.pu.l.ij.§.merito.ibi,dãnum &c. & s.de eden.l.si quis.§.si initiũ. Alij dicunt nec vtilem cõpetere nisi in casu.l.proxi.§. ité Varus.& pro eis.s. tit.j.l. Proculus.&.ĭ.de fur.l. si is cui.§.fi.&.s.de cõdi. & demon.l. Titio §.ij.

BIU Cujas

bus agrorum quasdam [a] leges esse dictas: [b] vt quibus in agris [c] magna sint flumina, [d] liceat [e] mihi scilicet in agro tuo aggeres [f] vel fossas habere. Si tamen lex [g] non sit agro dicta, agri naturam esse seruãdam, & semper inferiorem superiori seruire: atque hoc incommodum naturaliter pati inferiorem agrũ à superiore: compensareque debere cum alio commodo. [h] Sicut enim omnis pinguitudo terræ ad eum decurrat, ita etiam aquę incommodum ad eum defluere. Si tamen lex agri [i] non inueniatur: [k] vetustatem, [l] vicem legis tenere. † Sanè enim & in seruitutibus [m] hoc idẽ sequimur, vt vbi seruitus non inuenitur [n] imposita: qui diu [o] vsus est seruitute, neque [p] vi, neque clàm, neque precariò: habuisse longa cõsuetudine [q] velut ex iure impositam seruitutẽ videatur. Nõ ergo cogemus [r] vicinum aggeres munire, [f] sed nos in eius agro muniemus: eritq; ista quasi seruitus: [t] in quam rem vtilem actionem [u] habemus, vel interdictum. [x]

Si vicinus tenetur recipere aquã de fundo vicini, vel propter seruitutem impositã, vel propter præscriptam, vel propter naturam loci: cessat hæc actio. Paul. de Cast.

II. PAVLVS libro quadragesimonono ad Edictum.

IN summa tria sunt per quæ [y] inferior loc⁹ superiori seruit: aut conuentione, aut lege, aut vetustate: vt exempla habuimus. ff. l. proxi. circa finem. [APVD

A LABEONEM.] In fundo inferiori erat quædam fossa gratia agrorum siccandorum, & non extabat memoria quando facta esset: in illã fossam decurrebat aqua ex superioribus fundis. nunc dominus in cuius prędio erat fossa, non vult purgare, nec patitur purgari illã foueam, cum esset plena lapidibus vel terra: & sic aqua restagnat in superiores fundos. dicitur B quòd domini superiorũ possunt agere act. aquæ pluu. arc. contra inferiorẽ vt vel ipse purget, vel patiatur ab eis purgari illã foueã. Idem multo magis seruandũ est in hoc casu. nã si inter meum & tuum fundũ & tuum erat fouea quæ erat communis. s. mea & tua: & in eã decurrebat aqua ex meo fundo & tuo: & cum esset plena lapidibus vel terra, & vellem purgare eam partẽ quę mihi accedit, tu. non permittis: agam contra te act. aquæ pluu. arc. quòd tamẽ C limita, nisi aliquod opus causa aquæ mittendæ: licet occasione illius operis habeam damnum, non tamen habeo hanc ac. Idem est & si operis ex quo timeo damnum, memoria non extat quando sit factũ. [APVD ATTEIVM.] Pone casum vt ex glo. colligitur quæ incipit, in cuius prædio &c. [ITEM VARVS.] Aggerẽ qui erat in fundo tuo, vis aquæ deiecit: & ita aqua pluu. quæ mihi prius nõ nocebat, modo nocet. nunc volo agere contra te act. aquæ pluu. ar. vt tu reficias aggerẽ. quæritur an possim? & dicit Varus fore distinguendum. nã si naturalis erat agger, non possum agere. idem si manu factus, sed eius memoria non extabat. si autem extet, tunc possum agere. Labeo autẽ dicit quòd si manu factus sit agger, & si memoria eius non extet, agere possum vt reponatur. nam hac act. neminem cogi posse &c. Sed in naturali aggere destructo habebo saltem vtilem act. vel interdictum vt me permittat reficere. hoc enim æquitas suggerit, etsi iure stricto deficiamur. [APVD NAMVSAM.] Aqua ex superiori agro ibat in inferiorẽ per quandam foueã naturaliter factam. vna die aqua crescens per nimiũ, totam illam foueã repleuit lapidibus & terra, ita quòd aqua amplius intrare nõ potest: & sic aqua remanebat in superiori agro: & sic superior ex hoc damnum habebat. nunc superior vult agere contra inferiorem vt sinat purgari illam foueam. quæritur an possit. Et dixit Namusa quòd sic. Labeo autem cõtrarium dixit hac ratione. nam sicut ex natura seruiebat inferior fundus superiori: sic cum per se natura agri fuerit mutata, æquo animo vnũquẽque ferre debere. postea iurisc. sententiam Namusæ approbat æquitate plenam. [IDEM LABEO AIT.] Ex agro meo aqua decurrebat in tuum inferiorem: & sic sæpe currẽdo excauauit in fundo tuo. i. fossam fecit, & sic aqua in illã fossam decurrit. nunc fossa repleta terra vel lapidibus, aqua restagnat in superiorem agrum. Dicitur quòd non possum agere tecum vt purges, vel purgari sinas. & hoc dixit Labeo. Si autẽ iure seruitutis illa fossa facta sit, cuius memoria non extat: tunc bene possum agere vt reficias. [IDEM LABEO.] Nunc dicit: quando quæritur an extet memoria facti operis vel non: non est necesse quòd dicatur dies & cõsul sub quo factum fuit opus, sed sufficit si sciatur factum esse, id est, factum esse non ambigatur. & vt breuiter dicam, non est necesse quòd testes dicant se vidisse quando id opus factum sit: sed sufficit si dicãt se audiuisse eos qui memoria tenuerint, id est, dicãt quòd audierint quosdam dicere quòd viderunt quando illud opus factum fuit. [IDEM LABEO.] Si vicin⁹ fecit aliquod opus in fundo suo per quod aqua fluminis quæ inde ibat, nõ iuit, & sic aqua iuit ad fundos aliorũ, & dabat eis damnũ: quæritur an vicini possint agere contra istũ act. aquæ pluu. arcendę. Dicitur quòd non, si iste fecit causa vitãdi damni: non vt vicinis noceret. Secundo dicit. si fundus tuus debet meo fundo seruit. recipiendi aquam ex meo fundo: & sic aquã recipias, & nunc velis agere act. aquæ pluu. arcen. ne immittam aquam: dicitur quòd non potes. & hoc etiam dixit Labeo. Fran.

a *Quasdam leges.* i. pactiones solere apponi: vt insti. de ser. §. fi.
b *Dictas.* id est, consuetas dici.
c *Agris.* inferioribus.
d *Flumina.* scilicet peruenientia de superiori agro. Vel dic flumina, id est, superabundantia aquæ.
e *Liceat mihi.* cuius agri sunt illi qui sunt pleni aqua venięte ex fundo superiori.
f *Aggeres.* vt aqua versus aliquã partem vadat, vt ager meus ea enacuetur.
g *Lex.* id est, pactio. fic. ff. depositi. l. j. §. si cõueniat.
h *Cõmodo.* vt. j. de re. iu. secundum naturam. & C. de ca. tol. l. j. §. fi. secundo.
i *Si tamen lex agri.* id est, pactio.
k *Non inueniatur.* nec natura loci hoc declarat: qa plana sunt loca.
l *Vetustatem.* cuius nõ extat memoria, secundum. M. vel. x. an. secũdum nos, vt statim dices: & hoc in pluuia. nã & in non pluuia idem est: vt hic subiicit, sane enim &c. Accursius.
† *Not. quòd consuetudo cuius memoria non extat, habet vim constitutionis, & iuri derogat. concor. tex. i. cano. hæc quippe. 3. q. 6. gl. in. c. sup quibusdam. §. 1. de verbo. & re. signifi.*
m *In seruitutibus.* aquæ, & aliis.
n *Nõ inuenitur imposita.* i. nõ probatur per testes qui interfuerint cõstitutioni seruitutis: sed solo legitimo tępore eã sibi defendat.
o *Diu.* i. tanto tępore cuius nõ extat memoria. sic ponitur diutius. j. de itine. actuq; priua. l. apparet. §. pe. minori enim tępore quæri nõ posset: vt. l. proxi. §. idẽ Labeo ait si in agro. &. §. idem Labeo ait cum quæritur. &. ff. de serui. l. seruitutes. & secũdũ hoc quod subiicit longã, expone. i. longissimam. tu dic diu pro. x. an. poni: vt. j. qui & à qui. l. si cũ fideicõ. §. Aristo. & lógã similiter. x. an. vt insti. de vsucap. in rub. & in prin. & loquitur de ser. aquæ quæ perpetuã habet causam vel quasi: vt. ff. de ser. vrb. præ. l. fo- ramen. §. fi: sic ergo loquitur, vt si vsus est longo tępore, & ex so- lo tępore nitatur, dicatur acquisisse longa cõsuetudine. i. per lõ- gam consuetudinem etiã sine titu. vt. ff. si ser. vin. l. si quis diuturno. si vero non ex tempore nitatur, sed dicat aliquo modo cõstitutã sibi vel prædecessori suo fuisse seruituté: idq; longa cõsuetudine dicat pręsumendũ: audit. & hoc est, vel iure impositã &c. Arg. ff. de vsur. l. cũ de in rẽ verso. & sic habeas ibi, vel iure &c. Alii habent hic velut: & tunc primum, scilicet si vsus est longo tempore, comprehendat ambos prædictos casus quibus cõstituitur seruitus: velut si esset iure imposita per pactionẽ, vel testamẽtum: subaudies tamen quasi impositam: vt statim dices.
a Istud nõ est verũ, secũdũ Bart. quia dictio diu verificatur. i. 10. anus: vt. j. qui & à qui. l. si cum fideicomissa. §. Aristo.
p *Neque.* hæc verba expone vt. j. quod vi aut clam. l. j. §. quid si vi. & l. iij. §. fi. & de vi & vi ar. l. vim facit. & vti pos. si duo. §. hoc interdictum.
q *Consuetudine.* id est, per longam consuetudinem.
r *Cogemus.* aliter cũ quis impositã seruituté habet. tunc enim eũ cogemus: vt. ff. de ser. vrb. præd. l. eum. Ir. Imò generaliter idẽ in seruitutibus, vt non cogatur: vt. ff. de ser. l. quotiés. §. seruitutum. Azo. & speciale est in seruitute oneris ferendi. per. d. l. eum.
s *Munire.* refert se quando pacto, vel vetustate.
t *Quasi seruitus.* Nota quasi, quia sicut præscriptione quæritur vtile dominiũ: ita vtilis seruit⁹, nõ directa quæritur tępore. hinc est q̃ vtilis actio pro ea datur: vt subiicit. Alij dicunt, quasi esse expressiuum veritatis. & quod subiicit vtilem, dicũt. i. efficacem.
u *Actionẽ.* cõfessoriã. M. vt. ff. si ser. vin. l. si qs diuturno. in pri.
x *Interdictum.* vtile vti pos. vt. ff. si ser. vin. l. secuti. §. Aristo. in fi.
b Adde tu & ff. de ser. l. pe. Item no. hic longam consuetudinem pro lege quæ dicatur longa consuetudo: & dic quòd tã &. j. e. l. si. &. C. de iure cinili quam canonico dicitur decem annorũ. q̃ fic ꝓbo. ad
y *Per quæ.* id est, propter quæ.

BIU Cujas

lex, [a] natura loci, vetustas, [b] quæ semper pro lege habetur: minuendarum [c] scilicet litium† causa.

Qui impedit me vti seruitute mihi debita vel præscripta: tenetur hac actione. secus si opus fiat publica auctoritate, vel facti memoria non existente. Bartolus.

℣ Apud Labeonẽ proponitur fossa vetus [d] esse agrorum siccãdorum causa: nec memoriã [e] extare quãdo facta est. hanc inferior vicinus [f] non purgabat. sic fiebat, vt ex restagnatione eius aqua fundo nostro [g] noceret. Dicit igitur Labeo aquæ pluuiæ arcendæ cum inferiore agi posse, [h] vt aut ipse purgaret, aut te [i] pateretur in pristinũ statum eam [k] redigere. Præterea si in confinio [l] fossa sit, neq; purgari vicinus patiatur eã partem quæ tibi accedat: posse te magis [m] [agere] aquæ pluuiæ arcẽdæ actione, Labeo ait.

Nota duos casus in quibus cessat hæc actio, scilicet opere manu facto, vt quando fuit factum auctoritate publica, & quando non extat memoria. Paulus.

℣ Cassius autem scribit, siqua opera† aquæ mittendæ causa publica auctoritate [n] facta sint, in aquę pluuiæ arcendæ actionem non venire: in eademque causa esse ea quorum memoriã vetustas [o] excedit.

Vicinus qui habet fossam iure seruitutis in fundo vicini: si illa fossa repleta dat dãnum ei in cuius fundo est, cogitur eam reficere. Pau. de Cast.

℣ Apud Atteium verò relatum est, eam fossam, [p] ex qua [q] ad inferiorem fundũ aqua descendit, cogendũ esse vicinum [r] purgare: siue extet fossæ memoria, siue nõ extet. quod & ipse puto probandum.

Qui nõ patitur opus naturale vel quasi in pristinum statum reduci: hac actione vtili conuenitur. Bartolus.

℣ Item Varus ait: Aggerem qui in fundo vicini erat, vis aquæ [f] deiecit: per quod effectum est, vt aqua pluuia mihi noceret. Varus ait, si naturalis agger fuit, non posse me vicinum cogere aquæ pluuiæ arcendæ actione, vt eum reponat, [t] vel reponi [u] sinat. Idemque putat & si manu factus fuit, neque memoria eius extaret. quòd si extet: putat aquæ pluuiæ arcẽdæ actione eum teneri: Labeo autẽ [putat] si manu factus sit agger: etiã si memoria eius non extat, agi posse, vt reponatur. [x] nam hac actione neminẽ cogi posse, vt vicino prosit, sed ne noceat, [y] aut interpellet [id] faciẽtẽ quod iure facere possit. ℣ Quãquam [z] tamen deficiat aquæ pluuiæ arcendæ actio [directa:] attamen opinor vtilem [a] actionem vel interdictũ [b] mihi cõpetere aduersus vicinum, si velim aggerem restituere in agro eius: qui factus quidẽ mihi prodesse potest: ipsi verò nihil nociturus est. [c] hæc æquitas suggerit, & si iure [stricto [d]] deficiamur. ℣ Apud Namusam relatum est, si aqua fluens [e] iter suum stercore obstruxerit, & ex restagnatione superiori agro noceat, posse cum inferiore [f] agi vt sinat purgari. hanc enim actionem non tantũ de operibus esse vtilem [g] manu factis, verũ etiam in om-

a *Lex.* id est, pactum. M. ideo dictum, quia vt lex seruatur: vt. ff. depo. l. j. §. si conueniat. Azo.

b *Vetustas.* cuius non extat memoria, secundum quosdam. tu dic aliter: vt. ff. l. proxi. §. fi. diximus.

c *Minuendarum.* sic. ff. si cer. peta. l. quidam. &. C. de transac. fratris. & de agri. & censi. litibus. in prin. li. xj. Et no. quòd natura & loci vetustas cedunt legi† lites sunt dirimẽdæ, & tamen lex &c. Item lex & natura cedunt vetustati: vt. C. de præscrip. lon. tẽpo. l. fi. in fi. &. j. §. itẽ verbo ea. l. §. Cassius. in fi. & concor. positæ in superiori. l. in fin. hic dici possunt. Accursius.

† *Nota quòd superuenienti* : vt. ff. l. *celeriter expediẽdæ. cõcor. text. in verbo rũ. instit. de inuti. stipu. tex. in. l. æquissimũ. ff. de vsufru.*

d *Vetus esse.* id est, fossa vetus est, &c.

e *Memoriã.* fossę factę.

f *Vicinus.* i. cuius erat prædium. Azo.

g *Nostro.* qui tertij eramus ab eo de cuius prædio aqua currebat, & in cuius prædiũ decurrebat pro siccando nostro prædio & aliorum.

h *Agi posse.* Quo modo hoc, cũ nihil faciat: & hæc actio ex opere facto datur: vt. ff. eo. l. j. §. hæc autem actio? Respon. ius interpretatur eum facere.

i *Aut te.* qui es vnus de his quibus nocetur. & hoc vltimum est verius: cum ea non sit natura seruitutum vt cogatur aliquis aliquid facere: vt. ff. de serui. l. quotiens. §. seruitutũ. &. ff. l. proxi. §. fi. Vel dic quòd solitus erat purgare: nec memoria extabat quo tempore nõ esset solit[9] purgare: vt &. j. ea. l. §. idem Labeo ait si in agro. &. ff. de proba. l. si arbiter. Acc.

† *De operibus aquæ mittẽdæ causa publica auctoritate faciendis, Plat. dial. 6 de legib.*

ADDITIO. Dic q̃ prima solu. destruit tex. & secunda cõtinet diuinationẽ. quare dicas aliter, secundũ Bar. hic, quòd quoddam est opus quod affert commodum facienti, vt in purgãdo fossam vbi est recollectio pinguedinis: & tũc debet agi alternatiue. & quoddã est opus quod debet fieri iure seruitutis, quod nõ præbet cõmodũ faciẽti: & tũc ille qui debet seruitutẽ, nõ debet facere: vt. ff. l. proxi. in fine. quod tene menti, secundum eundem Bartolum.

k *Eam.* scilicet fossam.

l *Si in confinio.* ad hoc quod de confinio dicit, facit. ff. pro socio. l. illud. & communi diui. l. arbor. &. j. de acqui. re. do. l. adeo. §. fi. &. l. seq. Accursius.

l *Confinio.* scilicet duorũ fundorum: & sic erit communis fouea.

m *Magis.* magis ideo dicit, quia iure dominij quod habes in ea. at in superiori casu agitur actione aquæ plu. arcen. iure seruitutis competentis: & ita vtilis superiori casu, hic directa: vt. j. eo. l. pen. dices. in hoc ergo differt hic casus à superiori.

n *Publica auctoritate.* sic habes in causa damni infecti: vt. ff. titu. j. l. si finita. §. si publicus.

o *Vetustas.* quãdo dicatur extare memoria, & quãdo nõ: dicit. j. ea. l. §. idẽ Labeo ait cũ quęritur. &. ff. de pba. l. si arbiter. sed quidam dicũt hoc de vetustate corrigi per sequẽ. §. quod nõ placet.

p *Fossam.* quæ est in superiori fundo.

q *Ex qua.* scilicet fossa.

r *Vicinũ.* in cuius prædio erat fossa quæ debebat seruitutẽ. nec ob. ff. de serui. l. quotiés. §. seruitutũ. quoniã cũ fuit imposita seruitus, hoc fuit expressum in pacto, vt vicinus in cuius prædio siue fossa imponebatur seruitus, deberet purgare fossam: & sic subaudiebat hic Io. aliàs regulariter est cõtra. vt ff. de fer. vrb. prę. l. seruitutes. §. si sublatũ. & ff. de ser. l. quotiés. §. fi. nisi in seruitute oneris ferẽdi: vt. ff. si seruũ. vindi. & si forte. §. etiã. & l. sicuti. in prin. &. §. j. nõ ergo ob. ff. pxi. §. & j. §. idẽ Labeo. in eo q̃ hic subiicit nõ interesse extet memoria vel nõ: quia frustra quæritur memoria vbi ex pacto debetur, vel ex loci natura. Alij dicũt vicinũ purgare. i. pati purgare. Tertij dicũt, hic speciale, vt etiam ipse purget: quia cũ habeat emolumẽtum vt aqua sua recipiatur, sentiat & onus. & in eo quod subiicit, extet memoria &c. dicũt corrigere superioré. §. & ab illo. j. ea. l. §. idẽ Labeo. notãt differentiã, quasi illic in opere loquatur: hic autẽ in fossa. vel aliter cogitur vicinus in cuius agro est fossa, non ab inferiori, sed à superiori vel collaterali cui nocet aqua ex restagnatione. Accur.

s *Vis aquæ.* i. violẽtia aquæ, vel cõtrouersia. sic. ff. de dam. infe. l. fluminum. §. idẽ Seruius.

t *Reponat.* i. restituat.

u *Reponi.* i. restitui.

x *Vt reponatur.* i. reponi sinatur. R. & hoc p. bat. nã hac &c. Vel dic proprie vt ipse reponat. quod verò sequitur, nã hac actione, ad naturalẽ pertinet, vbi est secus. prima placet.

y *Ne noceat.* nocet aut. mihi si non patiĩ me cl̃o, nisi reponere naturalẽ, vel quasi naturalem: à quo naturaliter debeo sentire cõmodũ: sed vbi extaret memoria, diceretur mihi, pficere si dicat eũ cõpelli pati: ideoq; nõ cõpelliť. pficere si dicat eũ cõpelli pati: ideoq; nõ cõpelliť.

z *Quanquam.* videtur ad vtrũque referri, ad naturalem, & quasi naturalẽ aggerẽ. s. quãdo nõ extat memoria. Alij referũt ad naturalẽ tantũ, vt addat prædictis. nã statim dixerat de quasi naturali.

a *Vtilẽ.* aquæ plu. arcẽ. sed cõtra. ff. e. l. j. §. sicut. Sol. ibi denegat directã: hic concedit vtilem. Itẽ argu. contra. ff. titu. j. l. Proculus.

b *Interdictum.* vtile vti poss. R. vt dixi. ff. l. j. §. fina. vel ne vis fiat mihi: sicut de arboribus cædendis: vt. j. de arbo. cæ. l. prima. j. respon. &. §. deinde. vel quod vi aut clam: vt. j. quod vi aut clam. l. competit. §. fi. secundum Azo.

c *Nociturus est.* vel parũ, est argu. ff. de euic. l. in creditore. &. C. de preci. impe. offe. l. quotiens. &. l. rescripta. &. j. ne quid in loco publ. fi. l. ij. §. si quis à principe. & ne quid in flu. pub. l. j. §. sunt autem qui putant. &. ff. de relig. l. si quis sepulchrum. in prin.

d *Etiã si iure stricto.* pferẽ ergo æquitas rigori: [a] vt &. C. de iud. l. placuit. &. ff. si cer. peta. l. si tibi. &. C. si ali. res pi. da. sit. l. cũ res. M.

e *Fluens.* natura per prædium inferioris vicini. Azo.

f *Inferiore.* naturaliter seruiente superiori: vt. ff. ca. l. in prin.

g *Vtilem.* id est, efficacem.

BIU Cujas

nibus quæ non secundum voluntatem sint. Labeo cõtra Namusam probat. [a] ait enim, naturam agri ipsam à se mutari posse: & ideo cũ per se natura agri fuerit mutata, ęquo animo vnũquemq; ferre debere, siue melior, siue deterior eius conditio facta sit. idcirco & si terræmotu, aut tempestatis magnitudine soli causa mutata sit, neminem cogi posse [b] vt sinat in pristinã loci conditionẽ redigi. Sed nos etiam in hunc [c] casum æquitatem [d] admisimus. ¶ Idẽ Labeo ait, si in agro [e] tuo aquarum cõcursus locum excauauit: [f] aquæ pluuiæ arcendæ actione agi nõ posse tecum à vicinis. [g] Planè si fossa iure [h] facta sit, aut cuius memoria non extat: agi tecum posse aquæ pluuiæ arcendæ, vt reficias. [i]

Ad probandum operis facti memoriam extare, admittitur probatio de auditu auditus. Paulus de Castro.

¶ Idem Labeo [k] ait, cùm quæritur an memoria extet [ex] facto opere, nõ diem & cõsulem [l] ad liquidum exquirendum: [m] sed sufficere si quis [n] sciat [o] factum [esse: p] hoc est, si factum esse non ambigatur: nec vtique necesse esse supereſſe qui memine rint: [q] verũ esse* qui audierit [r] eos qui memoria [s] tenuerint.

Si vicinus opere manu facto excludit aquam ne sibi noceat, quam non tenebatur recipere natura loci, vel iure seruitutis: licet ex hoc alteri noceat, non tenetur hac actione. Paulus.

¶ Idem Labeo ait, si vicinus flumen [vel] torrentẽ [t] auerterit, [u] ne aqua ad eũ perueniat, & hoc modo sit effectũ vt vicino noceatur: agi cum eo aquæ pluuię arcendæ non posse. aquã enim arcere [x] hoc esse, curare ne influat. [y] quæ sentẽtia verior est, si modò nõ hoc animo fecit, vt tibi noceat, [z] sed ne sibi noceat.

Qui tenetur aquam recipere iure seruitutis, non habet hanc actionem, nisi immoderate lædat. Paulus.

¶ Illud etiã verum puto (quod Ofilius scribit) si fundus tuus vicino seruiat, [a] & propterea aquam recipiat, cessare aquæ pluuiæ arcẽdæ actionem: sic tamen si non vltra modum [b] noceat.

Cui consequens est, quod Labeo putat, [c] si quis vicino cesserit, [d] ius ei esse aquam immittere: aquæ pluuię arcendæ eum agere non posse. [e]

a *Probat.* iuris rigorem inspiciens.
b *Cogi posse.* de rigore: vt hic, &. j. eo. l. Atteius. §. cũ igitur. &. ſ. de ſer. ruſti. prædi. l. ſi mihi. §. ſeruitus. &. ſ. e. l. j. §. ij. in fi. &. §. in ſumma. &. §. item ſciendum. &. ſ. tit. j. l. flum inũ. §. vitiũ. &. §. hæc. quæ omnes ſunt contrariæ ſuper hoc quod ſequitur. ſecus de æquitate, quæ præualet: vt ſubiicit. &. ſ. e. §. itẽ Varus. &. j. e. l. fi. §. fin. in fi.
c *In hunc.* non ſolum in ſuperiori.
d *Æquitatẽ.* Namuſæ: quæ purgare mihi permittit ſi mea interſit, nec vicino noceat.
e *In agro.* inferiori.
f *Excauauit.* & ſic in locũ cõcauum aqua ex vicinis prædiis decurrebat: nũc autẽ locum nõ purgat: & ſic aqua reſtagnat in prędia vicinorũ: & damnum eis dat, ſiue dare poteſt.
g *A vicinis.* vt patiaris locum purgari, vel purges: & eſt ratio, qa ſeruituté aquæ recipiẽdæ nõ debes: alioquin cõtra: vt ſtatim ſubiicit: vt. ſ. e. l. §. apud Atteium. &. j. de iti. actúque priua. vnde. §. ait prætor. &. §. vtilitas. & §. hoc autẽ. cũ ſuperiori. §. ſecus forte de æquitate: vt. ſ. pxi. §. Ac.
h *Iure.* ſeruitutis vicinis debitæ. Azo. vel iure, id eſt, cõuẽtione: vt &. ſ. e. l. j. §. fi. in prin.
i *Reficias.* vel refici ſinas: vt. ſ. e. l. j. §. j. & fac. j. eo. l. qđ principis. §. fi.
k *Idem Labeo.* No. qꝫ
Actor in actione aquæ plu. arcen. tria probare debet.
tria debet actor ꝓbare in hac actione ad hoc vt opus deſtruatur. ſ. opus manu factum: & quòd poteſt nocere: & eius memoriã extare. E contra reus ad ſui defenſionem alia tria: vel alterum eorum. ſ. pactum factum, vel loci naturam, vel memoriam facti operis non extare. & probantur hæc. ſ. eo. l. j. §. j. &. ij. &. §. fi. &. l. in ſumma. in prin. &. j. de ſtatulibe. l. Labeo. de tertio dicit hic qualiter probet actor. & idem dicit. ſ. de proba. l. ſi arbiter. item in fine illius. l. dicit de tertio qualiter ſit probandum ab eo.
a iſta gl. eſt mẽti tenenda ſecundũ Bar. ad hoc quòd in inſtrumentis priuatis obligationis realis non requiritur dies & cõſul.
l *Et conſulem.* idem in obligatione pignorum. [a] vt. ſ. de pigno. l. penult. §. idem quęſit. aliter obſeruatur in libellis accuſatoriis: vt. j. de accuſa. libel. in prin.
m *Exquirendum.* quia teſtes non habent neceſſe dicere hæc.
n *Si quis.* ſcilicet teſtis.
o *Sciat.* i. vehementer opinetur, vt ſtatim probat. ſcire enim, ꝓprie eſt veritatem viſu perceptam in mẽte tenere. hoc autẽ de illo dici non poteſt, qui ex aliorum recitatione quid credit. Azo.
p *Factum eſſe.* ab homine. R.
q *Meminerint.* quando factum ſit.
r *Audierint.* ſic ergo dixerunt quidam hoc eſſe ſpeciale vt recipiatur teſtimonium de auditu: quod non placet: immo vbilibet recipitur. quid enim ſi paries vel cortina media eſt inter teſtes & cõtrahentes, vel teſtatorẽ? ſed in hoc eſt ſpeciale, quòd de auditu auditus, ſiue de auditu alieno recipitur. Hug. aliàs regulariter contra: vt. C. de teſti. l. teſtium. & in authẽ. de hære. & Fal. §. hinc nobis. cõl. j. Item no. quòd quandoque credulitatis teſtimonium recipitur: [b] vt in authẽ. vt hi qui ob. ſe habere perhi. res mi. col. vi. & de hære. & fal. §. ſi verò abſunt. & in authẽ. de ſan. epiſ. §. j. col. ix. ſed improprie teſtes dicuntur in dictis caſibus. idem & in cauſa matrimonij ſecundum antiquos canones: vt teſtimoniũ de auditu alieno recipiatur: vt. xiiij. quæſtio. ij. c. ſuper. ſed hodie illud per concilium Lateran. corrigitur.
b Adde Pa nor. in c. ſir miter. nu. i. & quod ibi no. remiſſi. ue apoſtil. ad ipſũ poſt alios ī ver. ſ firmiter. extra de ſum.
ſ *Memoria.* à quo tempore opus ſit factum. item nota ex hoc. §. quòd teſtes non tenentur dicere conſulem & diem: licet quandoque interrogẽtur, cum habentur ſuſpecti: vt. ſ. de teſti. l. iij. §. j.
A ſecus in inſtrumentis: vt in authen. vt præpo. no. impera. §. vnde ſancimus. col. v. & ſic eſt arg. cõtra. C. de fi. inſtru. l. in exercẽdis.
ADDITIO. Tu ſolue ſecundũ Bart. hic quòd in effectu probationis tantum valent teſtes, quantum inſtrumenta: vt in contrario. ſed in modo probandi differunt: vt hic.
t *Torrentem.* aliàs, torrens. aliàs, torrentem. & dicitur torrens, id quod hyeme tantum fluit. nam ille proprie dicitur torrens: vt. j. de flumi. l. j. §. j. ſed hic nõ curo ſit torrens vel perenne: priuatum vel publicum: vt. C. de al-lu. l. j. in prin.
u *Auerterit.* faciendo in ſuo opus non ita indiſtincte, ſed ita, in flumine ripáve eius: vt. j. de ne quid in flu. pu. l. j. in princ. &. §. ſunt autem qui putant.
x *Arcere.* ſcilicet iſtũ dicimus.
y *Influat.* ſcilicet in ſuum agrum: quod ei licet.
z *Noceat.* tunc de dolo tenebitur, cum non ſit aqua plu. vt. ſ. eo. l. j. §. denique. &. §. in ſumma. & hoc caſu facit. j. eo. quod principis. §. fi. ſed cõtra. huic §. ad primam partem. ſ. eo. l. j. §. Neratius. Sol. vt ibi. & eodem modo ſolue aliud. j. proxi. §.
a *Seruiat.* hoc tollit cõtra. ſ. proxi. §. & dic vicino, id eſt, fundo vicini.
b *Modum.* in ſeruitute conſtituenda ſtatutum. R. vt ſupra de ſer.
*tri. & ī. c inquiſitionis. §. quæſtioniſti. nu. 3. vbi etiã addidi ad eũ in verſi. per credulitatẽ. deaccu. Lãfran. de Ovia. ī. c. quoniam cõtra falſã. §. teſtiũ depoſitiones. verſ. præterea. & ibi no. in apoſtil. poſt Bene. vadũ. extra de ꝓba. Bart. So. in ſuo tract. fallẽ. re. 409. & do. & præceptorẽ meũ do. Philip. Deciũ cõſi. 166. colũ. 6. vol. 2. & Feli. in. c. quoties. col. 3. ver. glo. fi. poſt Papor. ibi. co. 2. verſi. ſed quæro. extra de teſti. & in alle. §. quæſiti. co. 1. ī. 1. no. de accu. * verũ etiã ſi. Flo.*
c *Putat.* dicens idem per alia verba.
d *Ceſſerit.* id eſt, conceſſerit.
e *Non poſſe.* nihil enim proficit ceſsio ſi ſtatim collata ſequatur prohibitio. R. & facit ad tuendam ſeruitutem pacto conuentã. ſ. eo. l. j. §. fi. &. l. ij. in principio legis.

Apud Trebatium.] CASVS. Pone caſum huius princi. vt in glo. & literam expone vt in glo. [IDEMQVE TREBATIVS.] Ex balneo vicini aqua calida decurrebat in locum alterius, & nocet ei. dicitur quòd non habet hanc actio. intelligas tamen quòd habet negatoriam, prout dicitur in glo. [SI VICINVS.] Hortum habebam quem certo tempore anni irrigabam: & aqua de qua irrigabam, recidebat in fundum inferiorem. nunc de horto feci pratum: & ſic cœpi ſæpius irrigare. & ſic ſæpius quàm conſueuerat ibat aqua in fundum inferiorem: & cœpit ei nocere, quæritur an inferior poſsit agere cõtra me act. aquæ plu. arcen. vel de damno infecto? dicitur quòd nõ, niſi ego complanauerim locum, ſiue fundum meum, vt ſic citius aqua iret in inferiorem. nam tunc teneor hac act. aquæ plu. [AQVAE PLVVIAE.] Dicitur quòd act. aquę plu. ar. datur contra eum qui in ſuo opus fecit. ſi autem feciſſet in publico, non tenetur: & mihi eſt imputandum quare nõ feci mihi caueri de damno infe. ſed ſi fecit in priuato opus iuxta quod erat pu. locus: & poſtea meus fundus ex illo opere damnum habet, bene habeo hanc act. [NEQVE.] Dicitur quòd fructuario non datur hæc act. directa, nec contra eum. Fran. [APVD TREBATIVM.] In fundo meo oritur fons: & per riuulos eum deriuo in fundũ vicini de natura ſeruientẽ. quod licet: vt hic, &. ſ. e. l. j. §. fi. &. l. ij. in princ. & ſecundum hoc dicit fullonicas. i. riuos ſubterraneos: à folle: eo quòd per follem ſiue burſam vel quãdã quaſi manicam aqua mittitur, nõ à fullone, vt accipitur ſecundũ vnã expoſitionẽ. ſ. de vſufru. l. ſi cuius. §. fi. vel etiam à fullone: quia & fullones in diuerticulis aquarum lauãt telam. Alij dicunt, quòd veniebat de fundo vicini ad meũ, & ex fonte ibi in meo facto remittebam

in fundum

BIU Cujas

in fundum vicini.quod licet:vt hic dicit. Tertij dicũt,quòd per subterraneos meatus ex fundo vicini in meum veniebat: & fontem faciebat. ego fodiebam vt facerem ei aquæ fullonicas, siue diuerticula,vt vitaré eius abundantiã:& tũc inueni locum vnde intrabat ad fundũ meũ:& ideo accepto consilio obstaculũ posui ne flueret:& sic aqua in fundũ vicini rediit per immissionẽ. & secundum hoc ex his legitur vt notetur causa remota,non efficiens. & instituisse.s. inspecto primo proposito: vel etiã instituerat,licet consilium mutauerat. Et si quęras:cur ergo potuit immittere aquã in fundum vicinũ: vt.ẽ.si ser. vin. l. sicuti.§. Aristo? Respondeo, in primo casu natura: licet in aliis non tã mitto q̃ remitto siue me munio: quod licet: vt.ẽ.l.proquis xi.§.pen. Accursius.

Flo. aquã coꝛiuat, vel si spurcam quis immit.

Nota quòd vicinus inferior tenetur recipere aquam pluuiam naturaliter decurrentem de fundo superiori. plus dicitur hic, quòd etiam opere manu facto secũdũ quod requirit natura aquæ,puta per fullonicas.i. per riuulos, non tamen debet vicinus superior illam aquam in riuulis corrumpere vel spurcare: quia tunc contra eum agi posset.Pau.de Cast.

III. VLPIANVS libro quinquagesimotertio ad Edictum.

APud Trebatium relatũ est, eum in cuius fundo aqua oritur,fullonicas[a] circa fontem instituisse : & ex his aquam in fundum vicini immittere[b] cœpisse. ait ergo, non teneri eũ aquæ pluuiæ arcendæ actione. Si tamen aquam* quis contineat,[c] vel spurcum[d] quid immittat: posse eũ impediri[e] plerisque placuit. ℣Idem Trebatius putat, eum cui aquæ fluentes[f] calidæ noceant: aquæ pluuiæ arcendæ cum vicino agere posse. quod verum non est.[g] neque enim aquæ calidæ, aquæ pluuiæ sunt.[h]

Ex opere quod facit vicinus in suo gratia culturæ, licet damnum inferatur inferiori:nõ potest agi hac actione, nisi aliquid sit factum vltra necessitatem culturæ.Pau.

℣Si vicinus qui aruum solebat certo tempore anni irrigare[i], pratum illic fecerit:cœperitque adsidua irrigatione vicino nocere:[k] ait Ofilius,neq; dãni infecti,[l] neq; aquæ[m] pluuię arcẽdę actiõe eũ teneri,nisi locũ cõplanauerit, eóq; facto citatior[n] aqua ad vicinũ puenire cœperit.

Hæc actio non datur pro opere quod fit in publico : sed solùm pro eo quod fit in priuato.Paulus.

℣Aquæ pluuiæ arcendæ nõ nisi eũ teneri qui in suo opus faciat,[o] receptum est: eóque iure vtimur . quare si quis in publico opus faciat, hæc actio cessat:[p] sibíque imputare debet is qui damni infecti cautione sibi non prospexerit.[q] Si tamen in priuato opus factum sit, & publicũ interueniat:[r] de toto agi[f] posse aquæ pluuię arcendę,Labeo ait. ℣Neq; fructuarius,neque cum eo aquæ pluuiæ arcẽdæ agi potest[t].

Sufficit ad hanc actionem,quem esse dominum loci tempore quo ædificat.Bart.

IIII. IDEM libro quinquagesimotertio ad Edictum.

QVamquam autem cum domino operis tantùm aquæ pluuiæ arcendæ actio sit:[u] tamẽ Labeo scribit, si quis sepulchrũ[x] ędificauerit,ex quo aqua noceat:etiam si operis dominus esse desierit loco facto religioso, attamen magis probandum est, inquit, aquæ pluuiæ arcendæ eum teneri(fuit enim dominus[y] cùm opus faceret) & si iussu iudicis cõpulsus, opus restituerit,non esse sepulchri violati actionem.[z]

Possessor directa actione conuentus,si alienauit iudicio pendente:ex prima instantia condemnatur.Paulus.

a *Fullonicas.*id est riuulos.[a]

b *Immittere.*aliàs,immittere:& aliàs, remittere.

c *Contineat.* si habeas contineat,dic,id est,in vnum locum totam includat. Alia litera dicit corriuat. quæ apertius hoc innuit: sicuti corriuales dicũtur qui per eundem riuũ & ductũ aquam ducunt: vt ĵ.de aqua quoti. & æsti.l.j.§.si iter corriuales.magis enim lædit cũ tota simul immittitur aqua, q̃ si per diuersoria. i. diuersas partes: vt.ẽ.de ser.vrb.prę.seruitutes. §.stillicidium.

d *Spurcum.* i. aliquid turpe, per quod aqua turbatur . Dicitur enĩ spurca, qđ ex ore porci cadit.

e *Impediri.*per act.aquæ pluuiæ arcendæ,si cum alia mixta colorem mutat.vel actione iniuriarum : vel vti possi. vt.ẽ.de act.emp. l. qui pendentem. &.ĵ.vti possi.per totum titu. vel etiam, secundum Hug. per negatoriam si faciat iure seruitutis.

f *Fluentes.* ex balneo vicini.

g *Non est.* cogetur ergo negatoria , si contendat se facere iure seruitutis:aliàs iniuriarum,vel vti possi.vt not.ẽ.proxi.respon.

h *Pluuiæ sunt.* & ideo non habet locum hæc actio:vt.ẽ.eo.l.j.in prin.&.§.in summa.

i *Irrigare.* & in fundum vicini illam aquam immittebat iure seruitutis debitæ sibi.

k *Nocere.* per aquam.

l *Infecti.* quia non vitio loci timetur damnum , sed culpa hominis:vt.ẽ.tit.j.l.fluminum.§.præterea. Azo.Sed contra.ẽ.si ser. vin.l.siquando. in fine. Sed ibi in alieno faciebat sterquilinium: hic in suo proiiciebat aquam.Vel solue vt ibi.

m *Neque aquæ.* quia tanto tẽpore hoc fecerat,q̃ memoria non extabat:vel quia natura loci debebatur hæc seruitus.aliàs posset agi:vt.ẽ.l.proxi.§.fi.&.ẽ.l.j.§.item sciendum.in fin.vel ideo non agitur hic,quia non plus immittitur per vicem quàm antea : sed sæpius immittitur.

n *Citatior.* quàm antea.sic.ẽ.eo.l.j.§.ij.Accursius.

o *Faciat.* quo aliter aqua fluat , quàm natura fluere debet. vel eam non recipit naturaliter fluentẽ: vt.ẽ.e.l.j.§.item sciendũ.R. & intellige hic de directa qua solus dominus tenetur:vt hic,&.ĵ. proxi.§.&.l.proxi.in prin. &.§.idem Iulianus.&.l.si in publico. in fine.j.respon.vtili sic:vt.ĵ.eod.l.si vsusfructus.

p *Cessat.* vt &.ĵ.eo.l.si in publico.in prin.Accursius.

q *Nõ prospexerit.* quod potuit:vt.&.ẽ.si ser.vin.l. siquãdo.§.fin. &.ẽ.tit.j.l.si finita.§.j.&.§.de cęteris.itẽ & alio modo potest sibi cõsulere:vt dicam in.l. siquando.& hoc si nõ publice reficiatur. tunc enim alia via consulitur:vt.ẽ.tit.j.l.si finita.§.si publicus.& l.fluminum.§.j.& facit ẽ.tit.ij.l.iij.§.fi.

r *Interueniat.* in medio inter priuatũ locũ in quo opus fit: & eum locum cui nocet.

f *Agi.*vt &.ĵ.eod.l.si in publico.sic.ẽ.e.l.j.§. j.& est sic vbi pro altero non agitur : sed eo iuncto cũ altero sic: vt patet in nominibus:vt ẽ.fa.ercis.l. hæredes.§. j.&.l.ij.§.fina. Itẽ.ẽ.de ser.cor.l.si quis.§. fina. &.l.sequen.

t *Agi potest.*s.directo: sed vtili sic in vtroque casu: vt.ĵ.e.l.si vsusfructus.§. j. & facit. ẽ. de seruit.l.fi.in fi.& si vsusfructus petatur.l.j.Ac.

QVamquam.]CASVS. Licet contra dominum operis tãtũ detur actio aquæ plu. ar. tamen in casu etiã contra nõ dominum datur: vt si aliquis monumẽtũ fecit: tandẽ est ibi aliquis sepultus:& sic loc⁹ est fact⁹ religiosus:& ex hoc sepulchro aqua plu.nocet alicui:agetur cõtra illum qui fecit monumẽtũ,hac act.quia fuit dominus cũ opus fiebat, licẽt nunc non sit dñs:& ille si iussu iudicis destruat,nõ per hoc tenet act . sepul. viola. *[IVLIANVS QVOQVE.]* Fecisti op⁹ in fundo tuo,per quod aqua plu. mihi nocet. nũc cœpi agere cõtra te act. aquæ plu.ar.pẽdente hac causa alienasti fundum in quo feceras opus. dicitur q̃ nihilominus cõtra te proceda,& de præterito dãno, & de opere restituendo : & etiã de futuro damno.s.quod post alienationem cõtingit,habetur ratio. *[IDEM IVLIANVS.]* Dicitur q̃ actio aquæ plu. ar. datur contra dominũ faciẽtẽ opus in fundo suo. Sed quid si colonus tuus fecit opus in fundo tuo te ignorãte, per quod opus aqua plu. mihi nocet? nunquid tu teneris hac act? Et dicitur quòd non teneris, nisi vt præstes patientiam:colonus tamen tenetur interdicto quod vi aut clam, ad præstãdam impensam quę fit in destruendo opere,& ad emendandum damnum si quod ex hoc opere contingit. postea dicit quòd quando destruo illud opus in tuo fundo factum à colono tuo: si tu dominus petas cauerì à me de damno infe. debeo cauere. Vltimo dicit:ea quæ dixi in colono faciente opus in fundo domini domino ignorante,habent locũ in procuratore faciente opus in fundo domini domino ignorante.

u *Actio sit.* scilicet directa : vtilis tamen etiam cum alio est: vt supra.l.proxi.§.penul.dixi.

x *Sepulchrum.* nunc factum illatione mortui: ædificauit quippe monumentum:vt.C.de reli.l.si sepulchrum.

y *Fuit enim dominus.* vt &.ĵ.proxi.§.& sic no.initiũ spectandũ. sic.ẽ.man.l.si procuratorem.&.ẽ.de cõsti.pecu. item illa.§.quod adiicitur.& de edẽ.l.vbi.§.fi.ar.cõtra.ẽ.de pigno.& quæ nondũ. §.quod dicitur. *ADDITIO.* Dic secũdum Bar.hic,quòd illud contingit propter generalem obligationem præcedentem.

z *Actionem.*quoniã non dolo fecit.iuris enim executio nõ habet iniuriam:vt.ĵ.de iniur.l.iniuriarum.j.§.j.Azo & no.etiã hic

iussum

BIU Cujas

iussum iudicis excusare. [a] sic.ff.de iurisdict.om. iudi.si quis id.§.doli. & de his qui notan.infa.l.furti.§.qui iussu.&.j.quod vi aut clã.l. iij.§.sed si. ver.nõ tantum.&.ff.quod fal.tuto. aucto.l.interdum. & de rebus eorum.l.sed si pecunia.§.j.&.j.de solu.l.si lancem.& de admini.tuto.l.tutor qui.§.tutores. Arg. contra.C.de appel.l. quoniã. Ité not.quod legitime factũ est,non meretur pœnã. sic. C. de admi. tuto.l. sancimus. j. & de adulte. l. Gracchus.Accursius.

a *Cõcur.te. ff. c. qñ quis mãdato. & ibi Dy. & do.extra de reg. iur. lib. vi. Quod tamen fallit vbi apparet aperte iudicẽ procedere contra legem: vt per Dy. & Paul. de regu. Pe. & Bal. c. quã do. de offic. dele. Guido pape dec. ccxxiii. & in dec. cap. Tholo. dec. clxxvii. & Flo. quod alienationẽ contingit.*

[a] Iulianus quoq; scribit, si *post iudicium* [a] aquæ pluuiæ arcendæ susceptum, fundum alienauerit is cum quo actũ [b] esset de præterito [c] damno, & de opere restituendo: id statuere iudicem debere, quod iudicaret, si nulla alienatio facta esset. nam & fundo alienato nihilominus iudicium [d] manere, & damni rationem venire etiam eius quod* post alienationem contigerit. B

Dominus qui non fecit, nec nomine suo vtiliter factum est: tenetur hac actione ad patientiam: & tenetur qui fecit, ad interesse interdicto quod vi aut clam. B.

a *Post iudicium.* secus si ante: quia tunc plene dic vt.j.e.l.emptor. & l.seq. &.l. post vendi-tionem.in fi.

b *Actum.* sed nõ pernon actum.

c *Præterito.* quod tamen accidit post litem cõtestatam.de eo enim quod ante cõtingit,nõ tenetur: vt.j.eo.l.si tertius.§.officium.

d *Iudicium.* acceptũ. Sed nunquid litigiosa res est? sed nõ videtur: sed hæc actio est personalis: vt.j.eo. si tertius.§.aquæ.& litigiosa res est cum de dominio quæritur: vt in authen. de litig. in prin. col.viij.econtra videtur quòd sic: quia domino & contra dominum demum datur hęc actio, vnde quæritur de dominio: vt.ff.e.l.j. in prin. &.ff.l. proxi.§. pe. prima, placet: non quia sit psonalis: vt.C. de litig.l.ij.sed quia de re alienata non quæritur reali vel personali actione, sed opere facto.& fa.ad.§.ff.de alie. iud, l.iij. §. opus. &.§. ex quib⁹. &.j.de actio. & obli.quecũque.&.ff. de ser.cor.l.doli.§.hęc actio.&.l.præteritæ.

[I]dem Iulianus scribit, aquæ pluuiæ arcendæ actionem non nisi cum domino [e] esse, idcircõque si colonus ignorante [f] domino opus fecerit, dominum fundi nihil amplius quàm patientiam [g] præstare debere: colonum autem interdicto quod vi aut clam, impensam quoque restituendi [h] operis, & damnum (si quod ex eo datum fuerit) præstare cogendum. Si tamen C dominus desideret caueri sibi damni infecti ab eo, [i] ex cuius prædio nocet: * æquissimum erit, caueri[ei]oportere. [I]tem si non ego, [k] sed procurator meus tale opus fecerit, vt aqua pluuia noceat vicino: aduersus me hactenus erit actio, [l] quatenus aduersus colonum: ipse autem procurator interdicto quod vi aut clam, conueniri poterit, secundum Iuliani sentẽtiam, etiã post opus restitutum. [m]

* *Hal. notatur*

e *Cum domino.* de directa accipe: vt.ff.l.proxi.§.pe.dixi.

f *Ignorante.* secus si eo iubente: vt.j.l.proxi.§.fina.

g *Patientiã.* facit.j.l.proxi.&.j.e.emptor.& quod vi aut clam. competit.§.fi.

h *Restituendi.* id est, destruendi.

i *Ab eo.* sic construe: si dominus ex cuius prædio nocet: id est nocere potest.ff.aqua: desideret sibi caueri ab eo cui nocet aqua, & qui demolitur opus pro damno, quod posset contingere ex D demolitione.ff.de dam.infe.l.prætor.in fi.&.l.hoc amplius.§. de his.& sic etiam intellige.j.l.proxi.aliter autẽ nullus esset sensus legis: quia neque dominus ex cuius prædio nocet opus, sibi-ipsi cauere potest: nec dominus cui nocet, potest petere sibi cauere: quia non vitio loci, sed hominis culpa damnũ timetur: vt.ff. titu.j.l.fluminum.§.præterea.aliàs est in textu, cuius prædio nocetur:& tunc non est necessaria glo. Accur.

b *Tu vide Spe. (quia hoc non est indistincte verũ) in ti. de rest. spo. §.1.ver.ceterũ. vsq; ad fi. & in tit. de ope. noui nun. in prin. & vide pa tiatur ex cept. no. idẽ in tit. de re. mun. vers. pone ergo.*

k *Ego.* scilicet dominus.

l *Erit actio.* cum sine mandato meo fecit, secundũ quosdã. sed non placet: quia tũc dominus nõ tenetur sicut colonus: quia nõ ad impensas, sed ad solã patiẽtiam: nisi dicas colonum.i.locantẽ. Arg.ff.de acti.empt.l.veteres. planius ergo dicas: quia cũ mandato fecit vel ratũ me habente: quãdo debeo teneri: vt superiori casu colonus: vt.ff.patientiam & impensam præstem: vt.j.l.prox. in fi.&.j.quod vi aut clam.l.denique.§.penul.& fina.

m *Restitutum.* ab auctore, & suis sumptibus. si autẽ sumptibus domini, non ageret amodo contra procuratorẽ, cum sua nõ interfit. & hoc interdictum quod vi aut clam ad interesse datur: b vt.j.quod vi aut clam.l.semper.§.in hoc interdicto.

A *Si colonus.*] CASVS. Idem dicit quod dictum est.ff.proxi.ante.§.idem Iulianus. vnum tamen addit, quòd si colonus fecit opus domino sciente: quòd dominus tenetur etiam interdicto quod vi aut clam.

n *Noceat.* id est nocere possit.

o *Caueatur.* à demolitẽte: vt.ff.l.proxi.pe.rñ.

p *Fecerit.* dominus.

p *Fecerit.* sponte. non enim cogi potest: quia colono hoc onus incumbebat. Azo.

q *Non putet.* & male. licet enim nõ cogatur restituere, si tamen fecerit, poterit repetere impensam non solum actione locati, sed etiã nego.gest.vt.ff.de negg.gest.l.si communes. & arg.C.de actio. emp.l. ij.in fi.Azo.

r *Restituere.* sed tantũ patientiam præstare.

s *Fecisset.* colonus opus. idẽ si ratũ habuit: vt.j. quod vi aut clã.l. denique.§.pen. &.§.fi.

t *Interdicto.* quod vi aut clam: vt.ff.in prin.l. & facit.ff.ad.l.Aquil.l. liber homo. &.j. si fa. fur.fe.di.l.si familia.

SI prius g nocturnę aquæ ſeruitus mihi ceſſa fuerit, deinde poſtea alia ceſsione diurnæ quoque ductus aquæ conceſſus mihi fuerit: & per conſtitutum tempus h nocturna dumtaxat aqua vſus fuerim, amitto ſeruitutem aquæ diurnæ: quia hoc caſu plures ſunt i ſeruitutes diuerſarum cauſarum [factæ.]

Contractus factus in dubio, poteſt intelligi ſecundum conſuetudinem. Bart.

Placuit,* non aliàs per lapidem k aquã duci poſſe, niſi hoc in ſeruitute conſtituenda comprehenſum ſit. Non enim conſuetudinis eſt, vt qui aquam habeat, l per lapidẽ ſtratũ m* ducat. Illa autem quæ ferè n in cõſuetudine eſſe ſolent, vt per fiſtulas aqua ducatur: etiam ſi nihil ſit comprehenſum, in ſeruitute conſtituenda fieri poſſunt: ita tamen, o vt nullum damnũ p domino fundi ex his detur.

Locus publicus medius interueniens non impedit ſeruitutem hauſtus imponi. Bart.

Via publica intercedẽte hauſtus q ſeruitutem cõſtitui poſſe placuit: & eſt verũ. Sed non ſolum ſi via publica interueniat, r ſed & ſi flumẽ f publicum: eodẽ caſu quo interueniẽte flumine publico, viæ, itineris, actus ſeruitus imponi poteſt: id eſt, ſi nõ ſit impedimẽto tranſeunti magnitudo fluminis t. Licet u* non proximo meo prædio ſeruitutem vicinus debeat, ſed vlteriori: agere potero ius eſſe mihi ire agere ad illũ fundum ſuperiorem, quãuis ſeruitutẽ ipſe per fundum meũ nõ habeam: x ſicut interueniente via publica vel flumine quod vado y tranſiri poteſt.

Locus ſacer medius impedit ſeruitutem conſtitui. Bartolus.

Sed loco ſacro, vel religioſo, vel ſancto interueniente, quo fas z nõ ſit vti: nulla a eorum* b ſeruitus imponi poterit. Sed ſi fundus medius alterius inter me & te intercedit, hauſtus ſeruitutẽ fundo tuo imponere potero, ſi mihi medius dominus iter ad tranſeundum ceſſerit: c quemadmodum ſi ex flumine publico perenni hauſtu velim vti, cui flumini ager tuus proximus ſit, iter mihi ad flumen cedi poteſt. d

XVIII. IAVOLENVS libro decimo ex Caſsio.

SI in publico e opus factũ eſt quo* aqua pluuia noceret: f

a *Concor. tex. in. c. cũ M. & ibi Panor. col. 1. de conſti. & c. 2. & ibi Inno. in gloſſ. ſua in ver. ſigillũ. verſi. nos tamẽ dicim⁹. de fide inſtru. & c. licet ex ſuſcepto. de foro compe.*

*Fl. Sic & ſi non proxi.

*eorum

*Flo. quã.

ſupra de ſer. ruſti. præ. l. fin. &. j. l. proxi. licet & illa poſsit intelligi aliter, ſcilicet vt nulla ſit differẽtia, poſsit tranſiri ponte vel vado, vel pontonibus. Accurſius.

u *Licet.* aliàs incipit. §. licet. aliàs & melius, ſi non proximo. Accurſius.

x *Non habeam.* quia res ſua nemini ſeruit: vt. ſ. de ſer. vrb. prædi. l. in re communi.

y *Vado.* vt ſupra proxi. §. dixi.

z *Fas.* id eſt licitum. Accurſius.

a *Nulla.* vt ſupra de ſerui. l. ſeruitutes. §. fin.

b *Earum.* ſcilicet ſupradictarum. Accurſius.

c *Ceſſerit.* non autem aliter: vt &. ſ. commu. prædi. l. in tradendis. §. interpoſitis. & de ſerui. ruſti. prædi. l. qui ſella. §. fi.

d *Poteſt.* vt &. ſ. de ſer. vrb. prædi. l. item. §. fi. & facit ad hũc. §. ſ. de ſer. ruſti. prædi. l. tria. &. l. ſi mihi. §. pen. Accurſius.

Si in publico.] *CASVS.* Si opus eſt factũ in loco publico, per quod aqua plu. mihi nocet: non poſſum agere hac act. ſecus autem eſt ſi inter meũ fundum & tuum ſit locus publicus in medio. nã ſi tu facis opus in fundo tuo per quod aqua plu. mihi nocet, teneris. & reddit rationem diuerſitatis. [*SINE.*] Per te videas. nam leuis eſt cum duabus. ll. ſeq. Franciſcus.

e *Si in publico.* ſ. ſolo vſu & proprietate. ſecus ſi proprietate tãtum: vt. ſ. quod cuiuſque vni. l. pe. quæ eſt contra. vel ibi in loco municipij: hic in pub. differunt enim publica à rebus vniuerſitatum: vt inſti. de re. di. §. flumina. &. §. vniuerſitatis.

f *Noceret.* ei qui vicinum habet prædium.

BIU Cujas

2 *Non potest.* hac actione: vt.ſ.e.l.apud.§.aquæ.ſed quòd vi aut clam: vt.j.quod vi aut clam.l.vim facit.§.fin.& aliis remediis: vt dixi in.d.§.aquæ.

b *Interueniente.* ſ.in medio inter locũ vbi eſt opus: & locum cui nocetur: vt &.ſ.eo.l. apud.§.aquæ.&.j.eo. quod principis.§.fin. &.ſ.l.proxi.§.via.

c *Niſi dominus.* vt & d.§. aquæ. locus autem publicus nõ eſt in bonis alicuius, ſiue de vero publico dicas, ſiue vniuerſitatis. Item intellige de directa. vtilis quandoque ſic: vt.j. eo.l. ſi vſusfructus. eſt etiam & alia ratio: quia publici loci opus publica auctoritate fulcitur: vt.ſ.eo.l.ij.§. Caſſius. Accurſius.

d *Non poteſt.* vt. j. de aqua quoti. & æſti. l.j. §. permittitur. ſecus in hauſtu: vt.ſ.eo.l.proxi. §. via. &. ſ. de ſerui.l. ſeruitutes.iiij.§.publico. Accurſius.

e *Labeo.* alias incipit, Labeo: & aliàs Sabinus.

f *Noceat.* ſ.vicino.

g *Nõ teneri.* ad patiẽtiam operis demoliendi: ad damnum tamen agere poteſt: vt arg.ſ. communi diui.l. Sabinus. ibi, ſi autẽ facienti conſenſerit.& concor. ſ. titu.j.l. qui bona.§.ſi quis iuxta. Itẽ nota q̃ quidam habent, patiẽte: alij, ſapiente. i. ſciẽte. ſcientia enim inducit patientiam: patientia conſenſum ad aliquid: vt.C.de remiſ.pi. l.ij.&.ſ. quib⁹ mo.pig. vel hypo. ſol.l.ſicut.§. non videtur. & de dona. inter vi. & vxo.l.ſi ſeruus communis.

*.Flo. vi.

agi nõ poteſt. [a] interueniente [b] loco publico, agi poterit. cauſa eius rei hæc eſt, quòd ea actione non tenetur, niſi dominus [c] ſolus. ¶ Sine permiſſu principis aqua per viam publicam duci non poteſt. [d]

Iſta lex limitat totum iſtum titulum, & multas.ll.titu.de operis noui nuntia. Paulus.

XIX. POMPONIVS libro quartodecimo ad Quintum Mucium.

B LAbeo [e] ait, ſi patiẽte vicino opus faciã, ex quo ei aqua pluuia noceat, [f] non teneri [g] me actione aquæ pluuiæ arcendæ:

XX. IDEM libro trigeſimoquarto ad Sabinum.

SEd hoc ita, ſi non per errorem [h] aut imperitiam deceptus fuerit. Nulla enim voluntas errantis [i] eſt.

De caſu huius.l.dic vt ſupra tit. 1.l.fluminum.§.fi. Pau.

XXI. IDEM libro trigeſimoſecundo ad Quintum Mucium.

SI in meo [fundo] aqua erũpat, [k] quæ ex tuo fundo venas habeat: ſi eas venas incideris, & ob id deſierit ad me aqua C peruenire: tu nõ videris vim [l] ✶ feciſſe, ſi nulla ſeruitus mihi eo nomine debita fuerit: nec interdicto quod vi aut clam teneris. [m]

Hæc actio non datur vſufructuario, nec in vſufructuarium, directa: ſed vtilis. Bar.

XXII. IDEM libro decimo ex variis lectionibus.

SI vſusfructus fundi legatus fuerit: aquæ pluuiæ arcendæ actio [n] hæredi [o] & cum hærede eſt cuius prædium fuerit. Quòd ſi ex [eo] opere [p] incommodũ [q] aliquod patitur fructuarius: poterit quidem interdum vel interdicto experiri quod vi aut clam. [r] quod ſi ei non cõpetet, [s] quærendum eſt, an vtilis ei quaſi domino [t] actio aquę pluuiæ arcendæ dari debeat: an verò etiam contendat [u] ius ſibi eſſe vti frui? ſed magis eſt vtilẽ [x] aquæ pluuiæ arcendæ ei actionem accommodare. ¶ Non aliter reſtituiſſe [y] rem videtur [z] is qui opus fecit, quàm ſi aquam coërceat. Sed & ſi fructuarius opus fecerit, per quod aqua pluuia alicui noceat: erit quidem actio legitima [a] cũ domino ꝓprietatis: an verò etiam vtilis in fructuarium actio aquæ pluuiæ arcẽdæ danda ſit, quæſitum eſt. & magis eſt vt [b] detur.

Pro opere facto auctoritate publica, non competit hac actio. Pau.

XXIII. PAVLVS libro ſextodecimo ad Sabinum.

QVod principis aut ſenatus [c] iuſſu, [d] aut ab his qui primi agros cõſtituerunt, [e] opus factũ fuerit: in hoc iudicium non venit.

Nota hic, quòd appellatione domini cõprehenditur etiam dominus vtilis, quia hac actio non datur niſi domino. Paulus.

h *Sed hoc ita. Per errorem.* facti. imperitia, iuris dicitur: vt.ſ.de iuriſ.om.iud.l.ſi per errorem. Accurſius.

i *Errantis eſt.* vt &.ſ.de iur. & fac.igno.l.error. & de iuriſ.om. iud.l.ſi per errorem. &.C.de iur.& fac.ign.l.cum teſtamentum. &.l.non idcirco.&.j.de adqui.re.do.l.ſi procurator.&.ſ.de iud. l.ij.in prin.& de cõtrahen.emp.& ſi conſenſum.§.fi.& de cõdic. cauſa da.dedi.j.§.ſubtilius.nec ob.ſ.ſi cer.peta.l.eius.vt ibi dixi. &.ſ.ad leg. Fal.l.j.§. ſi legatarius. quia ibi in vno errabat hæres, in alio bene conſentiebat. Sed argu. contra. duo poſſunt notari.ſ.de ſup.le.l.iij.§.fi.in fin.&.j.de confeſsis.l.non fatetur.in eo quòd dicit differre vnam ignorãtiam ab alia. *ADDITIO.* Dic ſecũdum Barto. quòd in.d.§.fi. loquitur de errore communi, qui facit ius: hic de errore ſingulari.

Si in meo.] *CASVS.* In meo fundo fons oritur: venæ cuius veniunt ex fundo tuo. tu incidiſti venas, ita quòd meus fons ſiccatus eſt. non teneris. Fran.

k *Aqua erumpat.* id eſt fons oriatur. Accurſius.

l *Vim feciſſe.* id eſt iniuſtitiam. Oth.& ſic nec hac actione, nec quod vi aut clã teneris: vt ſubiicit. vel ſimpliciter expone vim. ſ. vt tenearis quod vi aut clam.& facit.ſ.titu.j.l. Proculus.& quod ibi not. & contrarium.j.ne quid in loco pu.l.ij.§. merito. Solu. vt dixi.d.l. Proculus. Item nec ob.C.de ſerui.ſi manifeſtè. quia ibi præſcripta erat ſeruitus. Accurſius.

m *Teneris.* ſ.de dolo, ſi animo nocendi feceris, non aliàs: vt.ſ.e. l.j.§.denique. Accurſius.

Si vſusfructus.] *CASVS.* Titius legauit Sempronio vſumfru. fundi. Dicitur quòd hæres Titij habet acti. aquæ plu. arcen. cõtra illum qui facit opus in fundo ſuo ex quo timeat damnum: A & ipſe ea act. tenetur ſi facit opus. Secũdo dicit. pone q̃ hic hæres facit opus ex quo timet dãnũ fructuarius: an aget hac actione fructuarius? Dicitur q̃ aget interdicto quod vi aut clam, ſi fecit opus clam. alioquin aget vtili actione aquæ plu. ar. [*NON ALITER.*] Ille qui tenetur hac actione, debet deſtruere opus, ita q̃ aqua pluuia mihi non noceat. Vltimo dicit: Si fructuari[a] facit opus per quod aqua plu. mihi nocet, tenetur ꝓprietarius directa actione aquę plu. arcẽdę, fructuarius vero vtili. Fran.

n *Actio.* directa. Accurſius.

o *Hæredi.* cõtra ædificãtem in vicino prædio: & contra ipſum ſi ipſe facit in eo fundo opus. q.d. ipſe habetur domin⁹: vt &.ſ.ad Syl. l.j.§. domini. cum domino & in dominum tantũ detur hæc actio: vt.ſ.e.l. apud. §. aquæ. Alij exponũt quaſi hic fructuarius ſit dominus, vt ei cõpetat actio contra facientes opus in prædiis vicinis, & econtra vicinis contra eum. quod non placet: quia cũ textu non conſonat.

p *Ex eo opere.* facto à proprietario in fundo in quo eſt legatus vſuſ fructus.

q *Incommodum.* circa vſumfructum.

r *Quod vi aut clam.* ſi prohibitus hęres fecit, vel ſciẽs ſe prohibẽdũ.

ſ *Non competet.* quia non prohibuit: nec ille timuit ſe ꝓhiberi poſſe: nec timere debuit. nam aliquod iſtorum debuit interuenire vt habeat locum hõc interdictũ: vt.j. quod vi aut clam.l.iij.§.fin.&.l.ſequen.

t *Quaſi domino.* nam pars dominij eſt vſusfructus, vt ſupra de vſufruct.l.iiij.

u *Contendat.* i. contendere debeat per confeſſoriam actionem.

x *Vtilem.* nam directã non, cum illa domino & contra dominũ detur: vt.ſ.e.l.apud Trebatium.§.pe.&.§.fin. &.j.ar.fur.cæ.l.v. §.fin. vel ibi de alia actione dicit fructuario non danda. ſ.de illa arborum furtim cæſa. ſed & confeſſoriam hic poterat intentare D pro vſufructu: vt.ſ.ſi vſuſfru.peta.l.vti frui.§.vtrum.

y *Non aliter reſtituiſſe.* id eſt deſtruxiſſe.

z *Videtur.* quod facere debet: vt ſupra eodem. l. ſi tertius.§. officium.

a *Legitima.* id eſt aquæ pluuiæ arcendæ actio, quæ eſt ex lege duodecim tabu. vt.j.de ſtatulib.l.Labeo. Accurſius.

b *Vt detur.* vtilis, non directa: vt.ſ.e.l.apud.§.fi. Accurſius.

c *Quod principis. Senatus.* parificat principem & ſenatum in hoc. ſic.ſ. de legi.& ſenatuſcon.l.non ambigitur. &.j.de flu. l. quo minus.&.j.à quibus appel. non licet.l.j.§.j. &.ſ.de poſtu.l.j.§.cum qui.ver.de qua autem reſtitutione.

d *Iuſſu.* Not. iuſſum maioris excuſare. [a] ſic.ſ.eo.quamquam.ij. reſpon.

e *Conſtituerunt.* quorum non extat memoria. & pro hoc.ſ.e.l. in prin. vnde antiquis temporibus orbis Romanus agris diuiſus eſt, vt poſſeſsio ſua nulli habeatur incognita, quam per tributorum qualitatem ſuſceperat ſoluendam. Vel dic, conſtituerunt, vt quia dominus vtriuſque prædij opus fecit: vt argu.ſ.de lega.j.l. quod in rerum.§.ſi quis.& hoc niſi per ſucceſſores facta fuit immutatio: vt.C.ſi.reg.l.ſucceſsionum.

a Adde ſ. in l. nihil. ſ. de nup. Phil. Fri. i regula q̃ quas. Ina. & doc. ſic. ſiquando. extra de iſ fic. dele. & no. aliquid i alle. l. quã quã gl. actione. in apoſtil. ſi verſi. iudicis iuſſu. ſ. eo.

BIU Cujas

a *Locum habet.* siue in eo fiat opus, siue in alio, & ei noceat, & forte directa: vt. j. arbo. fur. cæ. l. v. §. fin. vel dic, vtilis: vt ar. ff. eo. si vsusfruct.

b *In priuato.* puta ripa, quæ est priuata iure proprietatis: vt. ff. de rerum diui. l. riparum: secus si in publico factum sit opus: vt. ff. eo. l. apud. §. aquæ. &. l. si in publico.

c *In arbitrium.* i. iudicium. & aliàs arbitriũ tutelæ. Accursius.

d *Veniunt.* vt ille qui fecit, suis sumptib⁹ tollere compellatur.

e *Noceant.* id est nocere possint.

f *Non debuerunt.* iure pacti, vel naturæ, vel etiã nimiæ vetustatis: vt modo ꝓdixi: vt. ff. eo. l. j. in fi. & l. ij. in prin.

VIcinus.] CASVS. Potest quis arare fundũ suũ, & facere ibi sulcos causa frumenti querendi: licet per hoc aqua pluuia mihi noceat. Si autẽ facit quis fossas in fundo suo, ita ꝙ aqua pluuia mihi noceat: tũc tenet. Frã. Ac.

† *Vide in hunc locum Pium Antoninũ Bar. ff. anno. ad. ll. cap. 16. & Ioan. Ba. Pium anno. priorum. c. 10. in fin.*

g *Vicinus loci superioris.* i. vicinus superior.

h *Porcas.* aliàs porcas: quia purgãt agrũ. aliàs portas: quia portant aquam in agrũ inferiorem. & sic semper sunt quædam opera ad purgationem fundi.

i *Inferiorem.* s. fundũ.

k *In eius agrum.* scilicet vicini inferioris.

l *Non posse.* ex ordine. i. de iure cõmuni.

m *Sed si quos.* aliã formam quæstionẽ, quando vicini fundus est ex latere: sed in principio cum inferius est.

n *Aquarios.* & non querendi frumẽti causa: vt. ff. eodem. l. j. §. sed & fossas. &. §. sed & si quis. Azo.

o *Agrum.* id est ex latere in quo etiam aqua vadit æqualiter.

p *Aqua.* id est ex latere in quo aqua vadit æqualiter.

q *Operiret.* id est repleret.

r *Cogere posse.* aliàs agere hoc posse. & accipe hoc (vt dixi) quãdo non indigebat ager his sulcis: & sic animo nocendi.

s *Noceret.* id est nocere posset.

t *Explere.* id est replere.

u *Condemnare.* ad interesse: vel iubere cauere de damno infec. vt. ff. eo. l. Atteius. §. fi. sed etiam manu militari poterit compelli ad demoliendum & ad deplantandum opus: vt. ff. de rei vindi. l. qui restituere. & de ope. noui nun. l. stipulatio. §. siue.

x *Adiudicaret.* aliàs iudicaret.

y *Fluxisset.* nam in hac actione venit damnum futurum, non præteritum: vt. ff. eod. l. supra iter. §. officium. &. l. Atteius. §. pen. nec inspicitur si nocuit aqua: sed si nocere potuit: vt dixi. ff. eo. l. j. §. ij. j. respon.

z *Lacus.* quidam habent. §. & quidam nõ. & habeas, lacus enim &c. & potest legi, lacus. i. fossæ supradictæ quandoque crescunt & decrescunt. & hoc est damnum vicinorum, quòd nõ licet facere tales fossas. Vel cum est. §. dic lacum poni proprie. i. locum qui perpetuam habet aquam: stagnum, qui temporalẽ: fossam, receptaculũ aquæ manu factũ: vt. j. vt in flu. pu. na. lic. l. j. §. stagnũ. &. §. lacus. &. §. fossa. & secundum hoc non crescit lacus, nec decrescit: licet aqua quandoque crescat & decrescat: vt &. ff. de cõtrahen. emp. l. Rutilia. &. j. de adqui. re. do. l. lacus.

a *Decrescerẽt.* quo ad aquam, secundum secundum.

b *Decessionem.* quo ad solum, secundum secundum.

c *Vicinus.* i. dominis prædij in quo fit fossa, secundum vtrãque.

Hæc actio etiam in vectigalibus agris locum habet.[z]

Opponitur isti. §. de lege. 2. §. penul. supra eo. solue vt hic per Paul. de Cast.

Aggeres iuxta flumina in priuato[b] facti, in arbitrium[c] aquæ pluuiæ arcendæ veniũt,[d] etiam si trans flumen noceant:[e] ita, si memoria eorum extet, & si fieri non debuerunt.[f]

Si arando aliquis opus faciat ex quo aqua possit nocere vicino: si aliter fundus coli non poterit, hac actione non tenetur. Bartolus.

XXIIII. ALFENVS libro quarto Digestorũ à Paulo Epitomatorũ.

VIcin⁹ loci superioris[g] pratum ita arabat, vt per sulcos itémq; porcas[h] †aqua ad inferiorem[i] veniret. quæsitum est an per arbitrum aquæ pluuiæ arcendæ posit cogi, vt in alteram partem araret, ne sulci in eius agrũ[k] spectarent. Respondit, non posse[l] eum facere, quo minus agrum vicinus quemadmodum vellet araret. Sed si quos[m] sulcos trãsuersos aquarios[n] faceret, per quos in eius agrum[o] aqua[p] defluere: hosce vt operiret,[q] per arbitrũ aquæ pluuiæ arcendæ posse cogere.[r] Sed & si fossas fecisset, ex quibus aqua pluuia posset nocere, arbitrum, si appareat futurũ vt aqua pluuia noceret,[s] cogere oportere fossas eũ explere:[t] & nisi faceret, condemnare:[u] tametsi antequam adiudicaret,[x] aqua per fossas nunquã fluxisset.[y]

Licet aqua lacus crescat & decrescat, lacus tamen non dicitur crescere. Paulus.

Lacus[z] [enim] cũ aut crescerent, aut decrescerent:[a] numquam neque * decessionem[b] in eo vicinis,[c] neque accessionem facere licet.

Si aliquid noceret viæ per quam itur ad fundum, noceret fundo. Bar.

XXV. IVLIANVS libro quinto ex Minicio.

IScuius fundo via debetur, aquæ pluuiæ arcendæ[d] agere potest fundi[e] sui nomine: quoniam deteriore via facta, fundo nocetur.

Consuetudo dat iurisdictionem contentiosam. Bartolus.

XXVI. SCAEVOLA libro quarto Responsorum.

SCæuola respõdit, solere eos qui iuri dicundo præsunt,[f] tueri[g] ductus aquæ quibus auctoritatẽ vetustas[h] daret, tametsi ius non probaretur.[i]

DE PVBLICANIS, † ET vectigalibus & commissis.

TITVLVS IIII.

Pro exactis illicite à publicano vel eius familia, datur actio ex hoc edicto in factũ ad duplum intra annum, nisi exactum restituatur: post annum vero in simplum. & pro hoc facto familiæ si non exhibetur, cõpetit hæc actio sine noxæ deditione. Paul.

IScuius.] CASVS. Debebatur fundo meo via per fundũ tuũ. feci sti opus tu vel alter per quod aqua pluuia nocet viæ meæ. teneberis hac actio. Et aquæductus qui perpetuo sic fuerũt: tueri debent iudices. h. d. cum. l. sequen. Fran.

d *Arcendæ.* vtili: vt argu. ff. eo. si vsusfru. & ff. eo. l. apud. §. fi. vel aliud in personali seruitute, vt tunc cõpetat vtilis. nã realis magis perpetua est: & magis terrę affixa. sic. ff. eod. l. quod principis. §. hæc actio. Accursius.

e *Fundi.* s. dominãtis.

f *Scæuola. Præsunt.* vt sunt iudices.

g *Tueri.* dãdo actionem & exceptionem: vt. j. de adquir. re. do. l. statuas. Accursius.

h *Vetustas.* decem annorum, quãdo habent perpetuam causam, vel quasi: vt plene dixi. ff. eo. l. j. §. fi.

i *Probaretur.* i. titulus vel constitutio: sed tẽporis diuturnitate præsumitur: vt argu. ff. de vsur. l. cum de in rem verso. & facit. j. de itine. actúque priua. l. apparet. §. penult. &. j. de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus.

* *Fl. neque accessionẽ neq; decessionẽ in eos vicinis facere licere.*

DE PVBLICANIS, & vectigalibus, & commissis.

Qualiter aduersus futura dãna prouidetur, dictũ est in duobus præcedẽtibus titulis: nunc qualiter aduersus damna & illicitas extorsiones factas à publicanis. Et not. quòd de tribus tractat hic titulus: de publica. & hoc vsq; ad. §. de rebus. j. eodẽ. l. si publicanus. & etiam postea in quibusdã legibus. In. 2. & 3. de vectigalib⁹ & cõmissis permixte tractatur.

† *De publicanis & vectigalib⁹ vide Beroal. ff. commẽ. ad Cæsarẽ Trãquil. De cõmissis autẽ vide Bud. ff. de euic. l. Herennius.*

PRætor ait.] CASVS. Si publicanus vel alius eius nomine siue familia publicanorum vi ademerint aliquas res: si intra annũ conuentus nõ restituat, tenetur post annũ in duplum. si autẽ post annum conueniatur, tunc in simplũ tenetur actione in factũ ex hoc edicto. & hæc est prima pars edicti. Si serui qui ibant eũ publicanis, ademerint: si publicani nõ exhibeant seruos, domini tenentur in solidũ absq; noxę deditione. & hæc est secunda pars. Si damnũ aliquod iniuria vel furtũ fecerit publicanus, vel eius familia: tenetur publicanus actione in factũ. & hæc est tertia pars. [*HIC TITVLVS.*] Apparet ꝙ hic tit. spectabat ad publicanos. Sed dic, qui sunt publicani? Certe illi qui fruuntur publico: & inde vocantur publicani: vt quia cõduxerunt ab imperatore vel aliqua ciuitate portũ Lufolini, vel aliũ similẽ, & pro eo præstãt aliquod tributũ fisco vel alicui ciuitati. & vt breuiter dicam, omnes qui cõducunt aliquid à fisco, appellantur publicani. Secundo dicit. videtur ꝙ superflue hic prætor tractat de furtis & dãnis datis & factis à publicano, vel eius familia: nã & alibi prouisum est circa dantes damna, vel inferẽtes iniuriam, siue raptores. sed certe quia prauitas eorum erat nimis magna: & ne videatur negligere ea quæ ipsi faciebãt, posuit edictum speciale de his. Tertio dicit, hoc edictum de publicanis mitius punit rapientem vel furem, quàm faciat actio vi bo. rap. vel actio furti. permittit enim rapiẽtem vel furem restituere vsque ad sententiam: & si restituat, liberatur. Quarto dicit, ꝙ possum agere cũ publicano actio. vi bo. ra. vel leg. Aquil. vel furti. & reddit rationẽ. [*FAMILIAE NOMEN.*] Nunc lex ponit hoc verbũ, familiæ, quod habuimus in principio edicti. nam cõprehẽdit seruos publicani vel alterius, & liberas personas stãtes eũ publicanis. seruus tamẽ publicani non cõstitutus ad offi-

BIU Cujas

cium vectigalis,non cõtinetur.Postea exponit vltimam partem hanc.ſ.ſi serui publicani qui fecerunt rapinam, non exhibeãtur: in dominum sine noxæ deditione iudicium dabo: & dicit hoc proprium. Hic debemus intelligere, siue eos habẽt in potestate: id est, possibilitate dandi, siue non: vt quia serui fugerunt. nam semper publicani tenẽtur in solidũ.& est speciale ideo, quia bonos seruos habere debẽt ad tale ministeriũ.Postea exponit illa verba, in dominos: quia hoc ita accipiendũ est,vt socij ipsius vectigalis, quãuis domini nõ sint, teneantur.& ille qui petit exhiberi, debet dicere quos.& si ignorat nomina, petat omnes seruos exhiberi: vt sic cognoscere possit delinquentes: & auditur. & si plures sunt serui qui hoc damnum vel furtum fecerunt: tantũ præstando, quantum si vnus liber fecisset,libe ratio contingit.& hoc dicit hic. §. & sequens cum duabus.ll.sequen. Fran.Accursius.

Flo. publicanus, eius publicani nomine.

†*Concor.& bene facit quod voluit gl. in.c.1.§. si vero cõfirmatores. de elec.ī prag. San. in ver. ea vice.circa me. Addo aliam in c.1.§. volẽs itaq;. de colla. in prag. super ver. familiæ. Tu vide melius gl. in.c.nouit. & ibi Pan. post Ioan. And. extra de iudi. & plenius ꝑ Spec. tit. de causa pos. & ꝓprie. in prin. vers. decimo loco. & in ti. de eẽs. §.2.*

Flo. Si id.

Flo. exhibebitur.

† *Vide Bu. ſ. ex qui. cau. ma. ad l. miles cõmeatu. §. qui operas.*

sed ẽ re putauit.

1. VLPIANVS libro quinquagesimoquinto ad Edictum.

PRætor ait. *Quod publicanus,* a* *seu ali*9 † *publicani noĩe* b *vi* c *ademerit, quódue familia publicanorum:* d *si id restitutũ non erit* e *, in duplum:* f *aut si post annum agetur, in simplũ iudiciũ* g *dabo. Item si damnum iniuria,* h *furtúmve factum esse dicetur: iudiciũ* i *dabo. Si ij* k** *ad quos ea res pertinebit,* l *nõ exhibebũtur:* m *in dominos sine noxæ* n *deditione iudiciũ* o *dabo.*

Publicanus dicitur qui est positus ad exigendum publicos reditus: siue exigat immediate pro fisco: siue immediate pro se, sed aliquid soluit fisco à quo conduxit vel emit. Paulus.

℣ Hic titul9 ad publicanos pertinet. Publicani autem † sunt, qui publico p fruuntur(nam inde nomen q habent) siue fisco vectigal pendant, r vel [etiam] tributum consequantur. Et omnes qui quid à fisco s conducũt, rectè appellantur publicani.

Actio ex hoc edicto mitior est, quàm vi bo. rap. in duobus. Pau. de Cast.

℣ Dixerit aliquis, [ad] quid t vtique hoc edictum propositum est? quasi non & alibi prætor prouiderit furtis, damnis, vi raptis. Sed bene putauit u ,* & specialiter aduersus publicanos [hoc] edictum proponere: quod quidem edictũ in aliqua parte x mitius y est: quippe id z** in duplum datur, cùm vi bonorum raptorum in quadruplum sit: & furti manifesti æquè in quadruplum. a ℣ Et restituendi facultas publicano vi abreptum b datur: quod si fecerit,omni onere exuitur, & pœnali actione ex hac parte edicti liberatur.

Auxilium extraordinarium adiuuandi causa introductum,non tollitur per ordinarium. Bartolus.

℣ Vnde quæritur, si quis velit cum publicano nõ ex hoc edicto, sed ex generali, vi bonorum raptorum, damni iniuriæ, vel furti agere:an possit? Et placet posse. c ídque Pomponius quoque scribit. est enim absurdum, d meliorem esse publicanorum causam, quàm cæterorum e effectam opinari.

Nomẽ familiæ porrigitur ad seruos & liberos qui in eodẽ ministerio habentur. Bar.

℣ Familiæ nomen † hic nõ tantùm ad seruos publicanorum referemus:verùm &[ad eos]qui in numero familiarum sunt publicanorum.* Siue igitur liberi sint, siue serui alieni, qui publicanis in eo vectigali ministrãt, hoc edicto continebuntur. f Proinde & si seruus publicani rapuit, non tamen in ea familia constitutus, quæ publico vectigali ministrat: hoc edictum cessabit. g

Vectigal & tributũ differunt.

nõ est.§.

Flo. quippe cùm non.

& ita.

† *Adde quòd subaudiendum sine noxæ deditione iudicium dabo. Bolo. Ang. quid verum. appel. sed mil. pertes. arrestorũ de iure. l. addes. ff. de dil. edict. adde tamen quãtũ Bolo. log. in. apost. nãt dicerendũ. appellatione familiæ, ut scitum cõsentiũt. quod hoc est verum. si eum. fuerit. sed solum nudum. fuerit. sed & ita. & ita. in l. fin. fun. min. & ind. gregge. de legat. 1. Cepolla. de ser. rus. 1. Ioan. de Ana. s. quid to. de cens. & Paul. Cast. cons. 17. e Reprobatur secundo Ludo. Rom. *publicani. *& ita.*

a *Publicanus.* quidam habent, seu publicani nomine &c. Alij hoc plũs, quod publicanus eiúsve familia &c. Sed tũc videtur superfluere, eiúsve familia, propter id quod subiicit, quódve familia &c. secundum Hug. Sed dic cõtra.& dicas hic quãdo iubente publicano vel ratum habente, & sic suo & familiæ nomine tenetur: vt. ĭ. de vi & vi arma.l.j.§. deieciſſe.&.§.quotiẽs. & si fa.fur.fc.di.l.j.§.hæc autem.ver.cęterum. Si verò non iubente, vel ratũ habente,tunc nomine familię tenetur,& hoc subiicit,quódve &c.vt.ĭ.de vi & vi arma.l.j.§.cum autem.&.§.sed & si cum.Accur.

b *Nomine.* quidam alter.

c *Vi.* adde ablatiua,vel compulsiua: vt.ĭ.eo. vnde quæritur.& ĭ.e.l.locatio.§.quod illicite.

d *Publicanorum.* scilicet ademerit.

e *Non erit.* quandocunque petente actore intra annum.Acc.

f *In duplum.* in casu agitur in quadruplum contra publicanum, sed illud est ex edicto de calum.vt.ſ.de calum.l.antepe.§.fi.

g *Iudicium.* id est actio in factum. sic exponitur.ſ.nau. cau.ſta. l.item ait.* §.j.

h *Iniuria.* id est culpa.sic insti.de iniur.in prin.

i *Iudicium.* scilicet in factum.

k *Si ii.* scilicet serui.

l *Pertinebit.* id est qui ea commisisse dicuntur.

m *Non exhibebuntur.* scilicet à publicanis.

n *Sine noxæ.* licet domino ignorante deliquerint. & est ratio vt.ĭ.eo.l.cum si exhibuissent.Accursius.

o *Iudicium.* id est prædictam actionem in factum.

p *Publico.* eo quod publicum est, vt portus & salina: vt.ĭ.de verb.sig.l.eum qui vectigal.&.l.inter publica.§.fi.

Publicanus quis dicitur.

q *Nomen habent.* vnde Matthæus fuit hinc dictus publicanus. aliàs dicitur publicanus.i.publice peccans:vt in euangelio.

r *Pendant.* tanquam procuratores colligẽdo pro fisco.& quod subiicitur, vel etiam tributa consequantur.ſ.iure suo,

a Ista placet Bar.

s *Vel à ciuitate.* vt.ĭ.co.sed & hi.§. præterea.

b Displicet Bar.

t *Ad quid.* i.cur.

u *Bene putauit.* vt cõprimeret eorũ prauitatem: vt.ĭ.eo.l.quantæ. & argu.ſ.nau. cau.ſta. l.idem.* §.j. & vt non videretur negligere: vt ĭ.de iniur.l.ité apud.§. hoc edictũ.& ad idẽ.ſ. de pac.iurisgẽ.§.dolo.

x *In aliqua parte.* i.in aliquo.Accursius.

y *Mitius.* ſ. quàm vi bono.rapto.&furti manifesti: vt subiicit.

z *Id.* i. hoc edictũ de publicanis.

a *In quadruplum.*i.nõ per omnia æquẽ: vt insti.vi bono.rap.in prĩ.

b *Vi abreptum.* vsque ad sentẽtiam. vnde videtur arbitraria, secũdum quosdam: vt dices.ĭ.eo.l. hoc edicto. Idem in actione quod metus causa: vt.ſ.quod me. cau.l.ſi cũ exceptione.§.ſatis.quod nõ est in furti & vi bono. rapto.vt.ĭ.de fur.l.qui ea mente.&.ĭ.vi bono.rapto.l.penul.

c *Posse.* vt &.C.de fur.l.etiam.sed op.ꝙ extraordinarium non deberet dari,vbi locum habet ordinariũ: vt.ſ.de mino.l.in causæ.sed illud quãdo extraordinarium est contra ius cõmune. hoc secundum ius cõmune.Sed ſi prius egit hoc iudicio:nunquid poterit agi vi bono.rap.vel furti in id quod excedit? Respõ.ſic, vt insti.ſi qua.pau.fe.di.§.fi.&.ſ. de exerci.l.ſi eum.§.pe. &.§.fi.&.ĭ. de act. & obliga.l.cum ex vno delicto.&.ĭ.vi bono. rap.l.j.arg. cõtra.ſ.nau.cau.ſta.l.idem ait.*§.fin.&.ſ.quod me. cau.l.ſi cum exceptione.§.eũ qui. *ADDITIO.* Dic secũdũ Bar.ꝙ hic vtraque act.est de iure cõmuni: ibi altera est contra ius commune.

d *Absurdum.* nam delinquendo nemo facit suam conditionem meliorem: & delictum nemini immunitatem præstat:vt.ĭ.de interdict.& relega.l.relegatorũ. in fi.&.ſ.ex quib. cau.ma.l.ſi cui. in prin.&.ſ.de neg.gest. siue hæreditaria.&.C.de re.cre.l.fin.ar. contra.ſ.de suspec.tu.l.decreto. Item not.quòd specialis via generalem non excludit.& sic est arg.cõtra.C.de procu.l.maritus. &.C.de pac.conuen.l.fin. *ADDITIO.* Dic secundũ Bar.ꝙ illud generale potest intelligi primo, an specialis prouisio legis tollat generalem prouisionẽ legis?& certe non.sic loquitur hic. secundo an per specialem prouisionem hominis recedatur à generali prouisione legis:& sic loquuntur leges contrariæ.

e *Cæterorum.* id est furum,vel raptorum.

f *Continebuntur.* vt &.ĭ.eo.l.quãtæ.§.j.& argu.ĭ. vi bono.rapt. l.ij.§.familiæ.& facit.ĭ.de ver.sig.l. detestatio.§.familia.&.l.ꝓnuntiatio.§.j.&.ĭ.de vi & vi ar.l.j.§.merito.&.§.familiæ.

g *Cessabit.* hoc est ar.contra.ĭ.qui & à qui.l.prospexit.

Quod

BIU Cujas

Si famulus delinquẽs à publicano nõ exhibeatur, ſine noxæ deditione tenetur. Bar.

¶ Quod nouiſſimè [a] prætor ait, *Si hi [b] non exhibebuntur, in dominos ſine noxæ deditione iudicium [c] dabo*: hoc proprium eſt huius edicti, quòd ſi non exhibeantur ſerui, cõpetit iudicium ſine noxæ deditione: ſiue habeãt [d] eos in poteſtate, ſiue non: ſiue poſſint exhibere, ſiue nõ poſſint [e]:

II. GAIVS libro viceſimoprimo ad Edictum Prouinciale.

NEc licebit domino abſentem [f] defendere:

III. VLPIANVS libro quinquageſimoquinto ad Edictum.

CVm ſi exhibuiſſent, noxali iudicio cõuenirentur. [g] Idcirco autem tam dura conditio eorum [h] effecta eſt, quia debent bonos ſeruos [i] ad hoc miniſterium eligere.

Ex facto familiæ datur actio cõtra omnes ſocios publicanos, licet illa familia ſit in dominio vnius tantum eorum. Pau.

¶ Quod ait, [k] *in dominos*, ſic accipiẽdum eſt, in ſocios † vectigales, [l]* licet domini nõ ſint. [m]

¶ Antè autem actorem dicere oportet, quẽ vel quos deſideret [n] exhiberi: vt ſi nõ exhibeãtur, hinc agat. [o] Sed ſi dicat [p]: * *Exhibe omnes, vt poſſim dinoſcere quis ſit*: puto audiendum.

Ex facto plurium agitur contra dominum, ac ſi vnus feciſſet. Paulus.

¶ Si plures ſerui id furtum vel damnum admiſerint: hoc debet ſeruari, vt ſi tantum præſtetur, quantum ſi vnus liber feciſſet, abolitio [q]* fiat.†

Hæc actio datur contra hæredem publicani, eatenus quatenus ad eũ peruenit. Bar.

IIII. PAVLVS libro quinquageſimoſecundo ad Edictum.

SI publicanus qui vi [r] ademit, deceſſerit: Labeo ait in hæredem eius qui * locupletior factus ſit, [s] dandam actionem.

De rebus quas rectores ſui & ſuorum vſus gratia portant, non debet ſolui vectigal. Bartolus.

¶ De rebus [t] quas in vſus aduehendas ſibi mandant præſides, diuus Hadrianus præſidibus reſcripſit, [u] vt quotiens quis in vſus [x] aut eorum qui prouinciis exercitibúſve præſunt, aut procuratorum ſuorum [y], [aut] vſus ſui [z] cauſa mittet quẽdã emptum: [a] ſignificet [b] libello [c] manu ſua ſubſcripto, eúmque ad publicanum mittat, vt ſi quid amplius quàm mandatum eſt tranſferret, id munificum [d]* ſit.

Conſuetudo ſeruatur in vectigalibus. Bartolus.

¶ In omnibus vectigalibus ferè conſuetudo [e] ſpectari ſolet: ídque etiam principalibus conſtitutionibus cauetur.

Si publicanus ſoluit ante ſententiam: liberatur à pœna. Bartolus.

V. GAIVS ad Edictum prætoris vrbani titulo de publicanis.

HOc edicto [f] efficitur, vt ante acceptum quidem iudicium † reſtituta re, actio euaneſcat, poſt acceptum verò iudicium nihilo minus pœna duret. [g] ſed tamẽ abſoluẽdus eſt [h] etiam qui poſt acceptum iudicium reſtituere paratus eſt.

---

a *Quod nouiſſime.* id eſt, in vltima parte edicti. ſic. ſ. de inſtitu. nouiſſime.

b *Si hi.* ſcilicet ſerui publicani qui fecerunt rapinam.

c *Iudicium.* id eſt, actionem in factum ex hoc edicto. & dic proprium. i. ſpeciale. nam aliàs non tenetur defendere eum quem nõ habet in poteſtate: vt ſ. de noxa. l. quotiens. j. reſpon. &. §. j.

d *Habeãt.* ſcilicet publicani.

e *Non poſſint.* per accidens: puta quia ſint abſentes. & eſt ratio: vt j. eo. l. cum ſi exhibuiſſent. ij. reſpon. ſecus ſi per naturam: vt quia mortui ſunt: [a] vt &. j. eodẽ. l. ſed & hi. §. penul. Accurſius.

a *Iſta opinio glo. plac. et Bar.*

f *Nec licebit. Abſentẽ.* qui teneatur ſine noxæ deditione. & hoc eſt ſpeciale, aliàs licet: & eſt. ſ. de noxa. l. quoties. §. eos quorum.

g *Cvm ſi exhibuiſſent. Conuenirẽtur.* ſi fuiſſent ignorantes.

h *Eorum.* ſcilicet publicanorum.

i *Bonos ſeruos.* conueniuntur igitur ex ſuo quaſi maleficio: vt inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi delict. §. item is cuius. &. §. cui. verſi. de eo. &. §. ité exercitor. & eſt ſimile. ſ. nau. cau. ſta. l. fina. §. hac autem actione. &. j. furti adu. uer. nau. cau. ſta. l. j. nõ tamẽ diſtinguas hic ſeruos publicani ab alienis: licet ibi inter eos faciat differentiã. Item facit. j. eo. l. quantæ. §. j. &. l. ſed & hi. §. ſiue.

† *Albe. al. iſtũ tex. ad hoc, quòd qui habet ſocium, habet dominum.*

k *Quod ait.* ſ. prætor in edicto circa fi. Acc.

Fl. vectigalis.

l *Vectigales.* publicanos. Accur.

m *Domini non ſint.* vt ſ. e. l. j. §. familiæ. Azo.

n *Quos deſideret.* vt certi hominis factũ arguat: vt &. ſ. nau. cau. l. licet. §. poſſumus. & eſt arg. ſ. de do. l. ſed ſi ex dolo. §. fi. &. l. j. ſed ſecus in act. quod me. cau. vt. ſ. quod me. cau. l. ſi cũ excep. §. in hac. quæ eſt cõtra. & eſt ratio: vt ibi. Ité eſt ſec⁹ in actione vi bo. rapto. vt. j. vi bo. rapto. l. ij. §. hæc actio. Vel dic q⁹ ibi conſtabat quis de familia deliquiſſet: hic non. vt robi- que tamẽ puto familiam exhibendam: vt poſſit dinoſci quis cõmiſerit delictum: vt hic ſubiicit, &. ſ. de noxa. l. ij. §. ſi quis.

Flo. abſolutio.

Cocor. tex. ſ. c. i. & ibi Panor. extra de reſti. ſpol. & in c. in litera. ver. ſicut. de reſtã. li. 6. & in cle. i. §. porro. vbi eardi. de ſta. mo.

o *Agatur.* ſcilicet ex edicto de publicanis. Accurſius.

p *Dicat.* ſcilicet actor.

q *Abolitio.* aliàs abolitio: & aliàs abſolutio: & eſt idem ſenſus. & eſt idem. j. ſi fa. fur. fe. di. l. j. &. ſ. ad leg. Aquil. l. illud. &. ſ. de noxa. l. quod ait prætor. ſecus in albo prætoris: vt. ſ. de iuriſ. om. iud. l. ſi familia. & dic plene vt ibi. Accurſius.

Si publicanus.] CASVS. Si publicanus abſtulit aliquid alicui, & antequam conueniatur, deceſſit, tenentur eius hæredes in quantum ſunt facti locupletiores. [DE REBVS.] Dicitur quòd ſi præſes mandat aliquem pro frumento emendo Ferrariã: debet mittere literam ad publicanum qui ſtat in portu Luſolini, continentem quantitatem frumenti pro quo mittit: & quòd pro iſto non accipiat pedagium publicanus. ſi autem plus frumenti ille duceret quàm contineatur in litera: pro illo præſtabitur bene pedagium. [IN OMNIBVS.] De quibus debeat præſtari pedagium: inſpicitur conſuetudo. Fran.

r *Qui vi.* ablatiua, vel compulſiua: vt dixi. ſ. eo. in prin. & idem

A dicas ſi familia eius ademit, cum tunc teneatur ex quaſi maleficio: vt ſupra nau. cau. ſta. l. fi. §. fin. & inſtitu. de obli. quæ ex qua. delic. naſc. §. fin.

Flo. quo.

s *Factus ſit.* ſ. hæres, vel lis à defuncto cõteſtata: vt. j. eo. l. fin. §. penult. &. C. ex deli. de. l. j. &. ſ. de cal. l. in hæredem. & quod me. cau. l. quod diximus. in fin. ſic. ſ. de dolo. l. ſi plures. in fin. Azo.

t *De rebus.* hoc ad ſecũdam partẽ rub. pertinet.

u *Reſcripſit.* hoc qđ ſequitur.

x *In vſus.* ſuos.

y *Suorum.* repete, in vſus.

z *Sui.* id eſt, procuratorum prædictorum.

a *Emturum.* ſ. res aliquas: vt frumentum. Accurſius.

b *Significet.* ſ. quantitatem rerum pro quibus mittit.

c *Libello.* i. epiſtola. [a] ſic. C. de man. prin. l. j.

a *Quid ſit libellus: pulchre Bud. ũ. l. nequic-quã. ſ. de of. ſic. pconſul.*

d *Munificũ.* aliàs municipum: ſcilicet ſi nõ præſtetur vectigal. aliàs munificiũ. i. ex eo quod muneris ſiue vectigalis præſtatio. ſ. octaua portio: vt. C. eo. de vecti. l. ex præſtatione. & duas partes habet fiſcus, & tertiam ciuitas vel municipiũ: vt col- ligitur. C. eo. l. finali. Et not. regulariter eſſe præſtãdũ vectigal pro qualibet re quæ vehitur de vna ciuitate in aliam cauſa commercij: nec per reſcriptũ, nec per militiam quis excuſatur: vt. C. eo. de vecti. l. omnium. &. l. ex præſtatione. excipiũtur [b] tamẽ illæ quæ feruntur ad vſum præſidum. ſ. iure eorũ, vel ſuorum procuratorũ: vt hic. Idem ſi ad vſum cuiuſque priuati: vt. C. eo. de vecti. l. vniuerſi. in princi. &. j. de verb. ſig. l. in lege cenſoria. Idem ſi ad vſum ſuorum: vt arg. ſ. de vſu & habi. l. ij. §. j. &. l. plenum. §. præter. Idem de his quæ feruntur ad fiſcum, vel gratia exercendi iuris: vt. C. eo. l. vniuerſi. Idem in rebus fiſcalibus: vt. j. eo. l. locatio. §. fiſcus. Item nauicularij excuſantur: vt. C. eo. de vectiga. l. omniũ. in fin. Item legati hoſtiũ à legatis. Item excuſatur qui præſcripſit nõ ſoluere: vt. j. §. prox. &. l. locatio. §. earum. Item res paratæ exercitui, excuſantur: vt. j. eod. l. locatio. §. res exercitui. Accurſius.

Flo. dicatur.

Fl. vectigalis.

Albe. al. iſtũ tex. ad hoc, quòd qui habet ſocium, habet dominum.

Flo. abſolutio.

Cocor. tex. ſ. c. i. & ibi Panor. extra de reſti. ſpol. & in c. in litera. ver. ſicut. de reſtã. li. 6. & in cle. i. §. porro. vbi eardi. de ſta. mo.

Quid ſit libellus: pulchre Bud. ũ. l. nequicquã. ſ. de of. ſic. pconſul.

Flo. municipium.

† *Iſta. l. eſt opti. arg. ꝑ diclo Bar. in. l. ſi reus para⁹. ſ. de vecti. l. ex præſtatione. ꝑcu. vbi dicit quòd ad euitãdũ inuel familiã iuris ligitur. C. eo. l. finali. vel facti, vel aliã pœnam, quam quis per ſententiam pro delicto eſſet cõſecuturus: cautela eſt excuſatur: vt. C. eo. de quòd ante vecti. l. omnium. &. l. cõdẽnatione offeratur ſtatutã, dicẽdo ſe nõ ſidum. ſ. iure eorũ, vel egiſſe, ſed malle ſoluere hic. Idem ſi ad vſum re id quàm cuiuſque priuati: vt. C. ſtare dubio eo. de vecti. l. vniuerſi. euẽtui litis. refert & ſe quit Matt. & habi. l. ij. §. j. &. l. plenum. §. præter. Idem de his quæ feruntur mathe. ſing. ad fiſcum, vel gratia exercendi iuris: vt. C. eo. l. vniuerſi. Idem in 84. inci. no rebus fiſcalibus: vt. j. eo. l. locatio. §. fiſcus. Item nauicularij ex- ta practicã. cuſantur: vt. C. eo. de vectiga. l. omniũ. in fin. Item legati hoſtiũ do. meus do. pro rebus quas de nobis ad ſuos licite portant: vt. C. e. de vecti. l. Iaſon May. à legatis. Item excuſatur qui præſcripſit nõ ſoluere: vt. j. §. prox. in. l. iuſiurã. &. l. locatio. §. earum. Item res paratæ exercitui, excuſantur: vt. j. dum & ad eod. l. locatio. §. res exercitui. Accurſius.*

e *Conſuetudo.* No. de conſuetudine: vt. j. eo. l. locatio. §. earum. &. C. eo. l. fina. ſed fallit quando princeps de nouo ex cauſa permittit ſolui minus quàm ex conſuetudine fit. ſic. C. e. l. j. &. l. iij. & eſt ſic. ſ. de aqua plu. arcen. l. ſi prius. §. placuit.

Flo. quo.

Hoc edicto.] CASVS. Reſtituta re ſubrepta, actio ex hoc edicto ceſſat, etiam ſi iam erat mota lis ſuper hac actione. Secundo dicit: in duplo quod petitur per hanc actionem, continetur ipſa res. Fran. Accurſius.

Vl. ver. & ibi cõcor. ad nauſeam. ſ. de iureiu.

b *Iſta gl. eſt magiſtral. & ſin. ſecũdum Ludo.*

f *Hoc edicto.* quod habes ſupra. e. l. j. in prin. in eo quod dicit, ſi id reſtitutum.

Ro. in hoc quòd ponit caſus ĩ quibus quis excuſatur à ſolutione veſtigalis.

g *Duret.* de ſtricto iure.

h *Abſoluendus eſt.* de æquitate. vnde not. quòd non committitur cum effectu mora per lit. conte. & eſt ar. cõtra. j. de ver. ob. l. ſi inſulam. &. ſ. de noxa. ſi ſeruus communis. Item quòd dicit reſtituere paratus. ſ. non per ſententiam iudicis, & ſic non eſt arbi- traria.

BIU Cujas

traria hæc actio. nam in arbitraria duæ feruntur sententiæ definitiuæ: vt.ff.quod me. cau.si cum. §. satis. quidam tamen dicunt eam arbitrariam.

a *Præterea.* id est, extra duplum.

b *In duplo.* vt.ff.eo.l. locatio.§.quod illicite. &.C.de iure fis.l. facultas. & in hoc est minus quàm in actione furti. Accursius.

Quotiens lex vel statutum dicit aliquem puniri pœna dupli, tripli, vel quadrupli, in dubio in illo computatur semper simplum, & sic non est in totum pœna, nisi expresse hoc dicatur. Bartolus.

¶ Quærentibus autẽ nobis vtrũ duplum totum pœna sit, & prẽterea[a] rei sit persecutio, an in duplo sit & rei persecutio, vt pœna simpli sit: magis placuit vt res in duplo[b] sit.

Plures officiales ex eodem edicto tenentur in solidum: sed exactio fit pro parte, nisi aliter essent non soluendo. Bartolus.

VI. MODESTINVS libro secundo de Pœnis.

SI multi † publicani sint, qui illicitè quid[c] exegerunt, nõ multiplicatur dupli actio:[d] sed omnes partes pstabũt: & quod ab alio præstari non potest, ab altero exigetur: sicuti diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt. Nam inter criminis reos,[e] & fraudis participes, multũ interesse * constituerunt.[f]

Onus dandi vectigal incumbit possessori. Bartolus.

VII. PAPIRIVS IVSTVS libro secundo de Constitutionibus.

IMperatores Antoninꝰ & Verus rescripserunt in vectigalibus[g] ipsa prædia, non personas[h] conueniri: & ideo possessores etiam præteriti temporis vectigal soluere debere:[i] eóq; exemplo actionem, si ignorauerint, habituros.[k]

Pupillus euadit pœnam cõmissi ipso iure, si intra triginta dies soluat. Paulus.

¶ Item rescripserũt pupillo remittere se pœnam commissi[l] si intra diem trigesimum vectigal intulisset.[m]

Pœna fraudati vectigalis nõ transmittitur ad hæredem ante litem contestatã. Pau.

VIII. PAPINIANVS libro tertiodecimo Responsorum.

FRaudati[n] vectigalis crimen ad hæredem eius qui fraudẽ cõtraxit, cõmissi ratione transmittitur.[o]

Si vnus ex dominis fraudat vectigal, portio tantũ sua confiscatur, non socii ignorantis. Paulus.

¶ Sed si vnus ex pluribus hæredibus[p] rem communem causa vectigalis[q] subripiat: portiones[r] cæteris non auferuntur.

In locatione vectigalis non admittitur plus offerens, nisi præstet fideiussores idoneos. Paulus.

IX. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

Quoniam.] CASVS. Plures publicani ac ceperunt aliquid illicite. non tenetur quilibet in solidum cum effectu, sed quilibet præstabit partem: & quod vnus non poterit, supplebitur per alios. Frã.

c *Quid.* i. aliquid. Ac.

d *Dupli actio.* aliàs, duplicatio: & aliàs, dupli actio. nõ ergo quilibet in duplum tenetur hac actione, scilicet soluere. veruntamen quilibet est in solidum obligatus, quod patet in casu quãdo alter non est soluendo: quia alter totũ soluit. Alij dicunt ad partem tantum esse obligatũ: vt argu. ff. de iure fis.l. aufertur.§.fi. Sed quicquid dicas, est argu. cõ tra.ff.ad leg.Aquil.l.itẽ Mela.§.si plures. &.C. de condic. fur. l.j sed mitius agitur ex hoc edicto, q̃ illis actionibus.ff.l. Aquil. & furti. argu.ff. eod.l.j.§. quod quidem.

† *Secundum Bar. ista.l. est singu. & mẽti tenenda ad id qđ in summa. dicitur: tamen si bene & recte põderetur, non ꝓbat id ad quod eã põderat Bart. ideo attẽde ad ea quæ hic dicũtur in nouis interpret. Bol. Flo. esse.*

e *Reos.* id est, inter eos qui soli & sine socio delinquunt, & alios qui cum aliis delinquunt. q.d. refert, solus, an cum alio delinquas. & facit.ff.de iurisdi.om.iudi.l.si familia. &.ff.quod vi aut clam.l.semper.§.si in sepulchro. Sed videtur huic legi contra.ff.de iure fis.l. aufertur.§.fi. in eo quod ibi dicit de quadruplo, hic de duplo. sed hic priuato, ibi fisco fuit iniuste aliquid ablatum. & hoc secundo casu refert an in quæsitis, & tũc in quadruplum: an in quærẽdis: & tunc in duplum tenetur ablator: vt.C.de iure fis.l.facultas.&.C. de adquir. pos.l.fi.vel in.l. aufertur.ff.de iur.fis.priuatus fecit fisco fraudem: hic publicanus. Accursius.

f *Constituerunt.* quantum ex parte delinquentium, quia solus in solidum. si cum alio, quilibet pro parte. sed ex parte damnũ passi semper solidum consequitur. Accursius.

IMperatores. CASVS. Quando debetur tributum ratione prædiorum: ipsa prædia sunt obligata, non personæ. hinc est quòd si prædium tributarium emisti, pro quo multi anni erant elapsi quòd non erat solutum tributum à vendente: dicitur quòd tu emptor debebis soluere tributa etiam præteriti temporis. habebis tamen tuam actionem contra venditorem tuum, si tu ignorans hoc emisti. Secundo dicit quòd si pupillus habet prædium ex quo tributum debet fisco, licet non soluerit tempore quo debet tributũ, & sic debet puniri: tamen remittitur sibi fauore minoris ætatis si intra diem.xxx. post soluat. Fran.

g *In vectigalibus.* i. pro vectigalibus. & improprie ponit. i. pro tributis: vt not.ff.eo.l.j.§.j. Accursius.

h *Non personas.* scilicet tantum. aut dicas quòd persona non obligetur. & erit speciale quòd suppetit hypotheca sine personali obligatione. Ot.& est sic.ff.de iure fis.l.denique.

i *Debere.* vt.C.sine censu vel reli.l.fin.&.ff.de pact.l. inter debitorem.&.ff.de censi.l.cum possessor. in prin.&.§.fina.&.l.forma.&.C.de prescrip.xxx.anno.competit.&.ff.de vsufru.l.hactenus. Sed contra.ff. de leg.j. l. apud Iulianum.* §.hæres. Solu. ibi cogitur hęres soluere prẽterita tributa à legatario, & nõ à fisco. & eodem modo respondeo ad aliam supra de pactis.l.epistola.§. pactum. quæ est similiter contraria. Item sunt hæc vera, nisi forte publica auctoritate vendantur prædia propter tributa non soluta: vt.C.de fun.reipub.l.ij.in fine. Accursius.

** Idẽ Iulianus.*

k *Habituros.* scilicet possessores contra auctores eorum secundum qualitates contractus & fidei: vt.C.communia vtriusque iu.l.si fratres. &.C.de euic.l. si fundum.&.ff.de act.emp.l. Iulianus. in princi. Accursius.

l *Commissi.* id est, delicti ex eo quòd nõ soluit vectigal. vel dic cõmissi, scilicet in fiscũ. nam non soluto vectigali vel tributo, committitur res in fiscum: vt hic. Item si omisit professionem, nisi sit miles: vt.C.de vectig. & commis.l. omnibus. vel quia illicita transuehebat: vt.ff.eo.l. cotem.§. dominus. Item quod dicit remitteres: dic ipso iure. sed videtur cꝓ per restitutionẽ: vt.ff.de mino.l.si ex causa.§. pen. quæ est contra. sed ibi in adultor: hic in pupillo. vel dic vt ibi.

m *Intulisset.* aliàs, intulisset.s.pupillꝰ: aliàs, intulissent.s.tutores. & facit.d.l.omnibus.&.ff. l.proxi.

Raudati.] CASVS. Duobus modis pone casum, vt in glo. Primo sic. Publicanꝰ fraudauit censum, exigẽdo plusquã debebat. si antequã conueniatur decedat: trãsmittit in hæredes eius hæc actio, inquãtum ex hoc sunt locupletati. potes & alio modo ponere: vt in glo. [*SED SI VNVS.*] Dic casum vt in glo. quæ incipit. rem subripuit. Fran.

n *Fraudati.* à publicano. vel secundo ab eo qui soluere debet.

o *Transmittitur.* cum non: & aliàs, transmittitur sine non. & secundum primam dic, non transmittitur nisi inquantum ad eum peruenit: vt.ff.e.l.si publicanus. in prin. secũdum aliam transmittitur. s. inquantum peruenit, vt ibi dicit: & sic in publicano decedente. sed & potest intelligi sine non, & cum non, de eo qui debet soluere vectigal nomine alicuius rei, & eam supprimit vt non exigatur vectigal. & secundum hoc semper dic ratione cõmissi. i. delicti. vel defert illicitas merces: & sic fit commissio in fiscum ipso iure: & tenetur hæres si rem illam possideat: vt.ff.e.l. cotem.§. illicitarũ. &.l. cõmissa. &.C.eo.de vecti.l.ij.& secundũ hoc ratione commissi expone. i. rei quæ commissa est in fiscum.

p *Hæredibus.* ipsius publicani qui fraudem fecit superiori casu. sed hoc casu nõ fecit: vt supra dixi. vel ipsius priuati qui debuit præstare vectigal: vt dixi.

q *Causa vectigalis.* i. rẽ subripuit hæres quæ erat cõmunis causa vectigalis. i. quia ex ea debebat præstari vectigal. subripuit dico, vt sibi soli haberet. & in hoc differt à sequẽti, vbi subripuit solũ vectigal non soluendum, & nõ soluit. vel dic, subripuit rem cõmunem cum hæredibus causa vectigalis subuertendi & nõ præstandi: & hoc expressum apparet. aliàs præsumeretur causa suæ partis fecisse: vt.ff.pro socio.l.rei communis.&.l.merito.

r *Portiones.* quas habent in re, sed socium etiam furti possunt conuenire: vt.ff.pro socio.l.rei communis. & facit.C. de pœ.l. sancimus.&.ff.de reg.iur.l.non debet alteri. Accur.

Locatio.] CASVS. Cum potestas vult locare transam Lusolini, vel aliquod aliud pedagium, debet dare plus offerẽti, & recipiat bonam securitatem: aliàs non det ei. [*AD CONDVCENDVM.*] Nemo compellitur conducere vectigal. & siqui sponte cõduxerint: finito tempore conductionis si volũt iterum conducere, audiuntur, dum tamen soluerint mercedem primi tẽporis. Item debitores fisci ex alia qualibet causa non conducunt vectigalia, nisi velint dare fideiussores idoneos ꝓ primis debitis.

[*QVOD ILLICITE.*] Quòd si publicanus exigit per vim compulsuam,

BIU Cujas

compulſiuam, tenetur in duplum cõputata re quã abſtulit: ſi autem per vim ablatiuam: tunc poteſt conueniri act. vi bo. rap. in triplum præter rem quã abſtulit: punietur etiam extra ordinem. [*EARVM.*] De rebus de quibus non eſt conſuetum præſtari vectigal, nõ præſtabitur: ſi autem eſt conſuetum, & vna vice publicanus remiſit: non iudicat quin alia vice poſſit & debeat prętari. [*RES.*] De rebus quæ mittuntur ad exercitum, non ſoluitur pedagium, nec tributa pro his fundis. [*FISCVS.*] Fiſcus nõ præſtat vectigal. [*MERCATORES.*] Mercatores qui emunt de fundis fiſcalibus, ſoluent. Fran.

† *Vide in hanc l. Petrum Crini. li. de hõeſta diſci. xv. c. iii. & Alt. li. diſſũ. i. x. xii.*

Locatio[a] † vectigaliũ, quæ calor licitantis vltra modum[b] ſolitæ conductionis inflauit, ita demũ admittenda eſt, ſi fideiuſſores idoneos, & cautionem is qui licitatione vicerit, offerre paratus ſit.[c]

Licet nullus offerat aliquid tempore quo ponuntur reditus publici ad inquantum, nullus debet compelli offerre: etiam qui pro tempore prætorito habuit. Pau.

SI peculium.] CASVS. Peculium cuiusdam serui mei legaui forte ipsi seruo iusso esse libero, vel alij extraneo. postea vicario, qui erat de isto peculio, reliqui libertatem. dicitur quòd vtrumque tenet: & legatum peculij, tanquam cuiusdam generis, tenet. [SI SERVVS.] Legaui tibi seruum: eidem postea reliqui libertatem. dicitur quòd liber est, & sic extinguitur legatum. Sed pone quòd primò reliqui libertatem seruo: tādem eum tibi lego. quod istorum valebit? & si quidem apparet quòd habui animum reuocandi libertatem: tunc tenet legatum. si autem dubitetur de hoc, tunc fauore libertatis dicimus libertatem deberi: nec videri reuocatum per hoc legatum. Fran.

h *Prælegatum est.* vel seruo libero esse iusso, vel alicui extraneo.

i *Placet.* vt & ff. de re. iu. l. in toto. & supra de le. iij. l. seruis vrbanis. §. finali. & de pec. l. si Sticho. & de triti. & oleo leg. l. ij. in prin. & de aur. & argen. le. l. j. in prin. nec est cōtra. ff. de pecu. le. l. seruo manumisso. imò concordat. Accursius.

k *In peculio.* quod est genus.

l *Et vicario.* quod est species peculij.

chus liber esto: impediri libertatem posthumo nato. Sed dum speratur nasci, vtrum in seruitute remanere dicimus, an verò ex postfacto respondemus retro liberum fuisse, nullo filio nato? quod magis[a] arbitror ꝓbandum [esse.]

Si fauore certæ rei verba trahuntur ad impropriam significationem: talis fauor ad dispositionem sibi coniunctam non trahitur. Bartolus.

VIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

SI ita sit scriptū: [b] *Stichus, si rationes diligenter tractasse videbitur, liber esto*: diligentiam desiderandam, *quæ domino, nō quæ seruo erit vtilis, coniuncta fidei bonæ & in reliquis quoque reddendis.

IX. VLPIANVS libro vicesimoquarto ad Sabinum.

SI quis ita legatus[c] sit, vt manumittatur: [&] si manumissus non fuerit, liber esse iussus sit, eique legetur[d]: & libertatem competere, & legatum deberi, sæpe responsum est.[e]

Testator non potest alieno seruo prohibere libertatem dari nisi suo, & hæredis sui. hoc dicit.

Quod constitutum[f] est, vetitum in testamento ad libertatem perduci, non posse manumitti: hoc ad eos pertinere puto, qui testatoris fuerūt, vel hæredis. Seruo enim alieno[g] id irrogari non poterit.

X. PAVLVS libro quarto ad Sabinum.

SI peculium prælegatū est,[h] & vicarius liber esse iussus sit: liberum eum esse constat. Multum enim interest inter genus & speciem. Speciem enim eximi de genere placet:[i] quod est in peculio[k] legato, & vicario[l] manumisso.

Obscura locutio, fauore libertatis est interpretanda pro libertate. hoc dicit.

Si seruus legatus liber esse iussus est, liber est. Sed si prius liber esse iussus, postea legatus sit: si quidem euidens voluntas sit testatoris, ꝙ ademit libertatem: cum placeat hodie etiā libertatem adimi posse, legato eū cedere puto. Quod si in obscuro sit: tunc fauorabilius respondetur, [eum] liberum fore.[m]

Fideicommiss. libertas, relicta seruo quē prius testator legauerat, perducit eum ad libertatem. h. d.

XI. POMPONIVS libro septimo ad Sabinum.

SI legato seruo fideicommissa libertas relicta est: vel hęres vel legatarius[n] eum cogitur manumittere.

Vno seruo implente conditionem relictæ libertatis, efficitur ipse liber: licet alter cessset implere. h. d.

Si Stichus & Pamphilus decem dederint, liberi sunto. Potest alter quinq; dando[o] liber esse: quāuis [quinque] alter non dederit.

Cùm testamento seruus liber esse iussus est:[p] vel[q] vno ex pluribus hęredibus institutis adeūte hæreditatē, statim liber est.[r]

Conditio sub qua relicta est libertas, est implenda cupienti ad libertatem peruenire, licet dura videatur.

XII. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

SI quis libertatem sub iurisiurandi cōditione[s] reliquerit, edicto[t] prætoris locus non erit, vt iurisiurandi conditio[u] remittatur: & meritò: nā si quis remiserit conditionem libertatis. [a] Adde gl. in. c. cū omnes. extra de cōsti. & in ca. decet. de immu. eccl. lib. 6. & in. c. eos. 31. dist. & glo. in. l. 2. C. de transf. actio.

m *Fore.* vt infra tit. j. l. si seruus. & ar. C. de fideicom. lib. l. cum inter. &. ff. de re. iur. l. quotiens. & facit ad. §. ff. de leg. j. l. si post mortem. §. fin. & de leg. ij. l. si idem. &. C. de necess. ser. hær. instit. l. quidam. in prin. &. §. fin.

SI legato.] CASVS. Tria dicit hæc. l. Primo, legaui tibi seruum, & rogaui per fideicō. eum manumitti. Dicitur quòd hæres vel legatarius cogitur eum manumittere: & dicas quòd est in electione legatarij, vt si vellet eū manumittere, bene est: alioquin hæres manumittit. Secundo, reliqui libertatem duobus seruis, si darent. x. hæredi meo. Dicitur quòd si vnus dat. v. erit liber: licet alter sua. v. nondū det. Tertio, reliqui in testamento libertatē seruo meo, pluribus hæredibus institutis. Dicitur quòd sufficit vnum hæredū adire hęreditatem ad hoc vt libertas debeatur, & sit statim liber. Frāciscus Accursius.

n *Vel legatarius.* prout vltimo rogauit: nam post legatū potuit hæredē rogare, per quod videtur reuocare legatum: arg. supra. l. proxi. §. fina. vel dic simpliciter vt dicit: & est in arbitrio legatarij vt sal tem habeat eū libertū.

o *Dando.* quia est diuidua, aliàs secus: vt & supra de condit. & demonstra. qui hæredi. §. finali. &. l. si quis. &. l. cum fundus. & dixi. C. de condit. inser. l. pen.

p *Iussus est.* directò.

q *Vel.* pro saltem: [a] nā multo magis si omnes adierint.

r *Liber est.* sic infra eodem. l. testamento manumissus. §. j. &. l. testamento liber. &. j. si quis te. lib. esse iuss. l. j. §. ante. &. C. de cadu. tollen. §. in nouissimo. & ar. ff. de tu. l. si nemo. & de contra tabu. illud. in prin. & de bo. lib. etiam. §. fin. &. C. eo. l. iij.

SI quis libertatem.] CASVS. Titius reliquit libertatem seruo suo, si iurauerit se daturum. x. operas. Dicitur quòd hoc iuramentum nunquam debet sibi remitti. Idem etiam est si reliquit legatum & libertatem simul sub condit. puta si iurauerit se daturum decem operas. nam nec legatum poterit consequi absque iuramento: sed secus si libertatem pure, legatum sub condit. iurandi reliquit. nam tunc remittitur sibi hæc conditio iuramenti. Idem, si libertatem sub condit. iurisiurandi reliquit, & postea idem testator viuus manumisit. nam hæc conditio remittitur. Fran.

s *Conditione.* Puta, liber esto, si iuraueris te. x. operas daturum: vt infra. e. l. seruum. & supra de oper. lib. l. vt iurisiurandi. §. j. vel Capitolium ascensurum: vt infra de statulib. l. si quis ita. §. qui ita. Accursius.

t *Edicto prætoris.* mortui, quo remittitur talis conditio iniecta legatis, vel institutionib⁹: & ideo nō est opus adire pro hoc prętorē viuū: vt. ff. de cōdit. insti. l. quę sub cōditione. in prin. &. §. fi.

u *Conditio.* id est conditio iurisiurandi, appositа libertati. Acc.

BIU Cujas

a *Non potest.* nam sic est in legato sic relicto, quòd licet remittatur iuramentum: debet tamen facere quod iurare debebat: & aliàs non habet relictum: vt.ſ.de condit.inſti.l.quæ ſub conditione.§.quotiens. ſed in libertate ſufficit ſi iuret ſe facturum,& ſi non faciat:vt.j.de cõdi.& demon.l.hæc ſcriptura.in prin.& ſic

Libertatis fauore permittitur qđ facilius eſt.

fauore libertatis permittitur fieri quod facilius eſt.& facit ad hoc quod no. C. communia vtriuſque iu.l.ſi cũ patruo.

b *Acceperit.*ſub condit.præfati iuriſiurandi.& fa.C.de cad. tollen.§.in nouiſsimo.

c *Idem puto.* ſcilicet quòd remittatur iuramentum.

d *Legati.* ſcilicet ſi iuraverit ſe daturum decem operas.

SI ita fuerit.] CASVS. Titius duobus ſuis ſeruis reliquit libertatem, ſi inſulam ædificarent. Dicitur ꝙ hæc conditio non poteſt diuidi. vnde ſi vnus

** Flo. hic condi. leg. remittetur.*

ſeruorum vellet facere dimidium inſulæ,& libertatem habere: nõ auditur. Sed pone ꝙ vnus eorum vult ædificare totam inſulam, & alter nihil: an ille qui facit, videtur implere condit. ꝙritur.& dicitur quòd ſic:& ipſe erit liber: niſi teſtator aliud ſenſerit: nõ alius qui nihil facit. Secundo quæritur: Quidam duobus fabris, vel pictoribus, reliquit centum,ſi templum depinxiſſent,vel ſi nauim fabricaſſent. & vnus illorum vult facere: & alter non. modo quæritur,an ſi vnus depingat templum,vel ſi nauim totam fabricet: habeat tota cẽtum? Et dicitur quòd ſi appareat teſtatorẽ ſenſiſſe & voluiſſe quòd vterque ſimul faceret: tunc vnus

** Flo. membrum.*

faciendo nihil dicitur facere: nec habebit legatum. ſi autem appareat contrarium: tunc

** Flo. cõdi. iunxerit:*

vnus ſolus faciendo opus, habebit legatum, vel ipſe totum,vel partem ipſe,& partem ſocius, ſecundum quòd voluit teſtator. Tertio quæritur: Si quis reliquit libertatẽ duobus ſuis ſeruis caſtakdionibus ſub cõdit.ſi reddiderint rationes: & vnus vult reddere rationes,alter nõ:an volens reddere auditur? & diſtinguitur.nam aut geſſerant ſeparatim: & tunc vnus reddendo ſuas proprias rationes, auditur: & erit liber.ſi vero ſimul geſſerunt,tunc ille qui vult reddere,debet reddere omnes, & reliqua omnia ſoluere:& etiam ipſa volumina rationũ, ſiue libros, reddere debet.Quarto quęritur: Titius manumiſit ancillam cũ filiis ſuis.inuenitur quòd nullum habet filiũ: vel ſi habet,ſunt tales ꝙ nõ poſſunt peruenire ad libertatem.Dicitur quòd nihilo minus ipſa erit libera.idẽ eſt & ſi ipſa non poteſt effici libera, filij tamẽ ſui ſic:nam filij erunt liberi,non ipſa: & ſic apparet ꝙ hæc conditiõ,cum filiis, non facit condit.niſi aliter ſenſiſſe teſtatorẽ appareat.Et quòd non faciat condit.probo tali argumento:nam in edicto prętoris cauetur, Ventrem cum liberis in poſſeſsionẽ eſſe iubebo: tamen ſi nulli de liberis exiſtãt,vẽter nihilo minus mittetur. Fran.Accurſius.

tis, ipſam libertatem impedit: dum competere aliter non poteſt, [a] quàm ſi paritum fuerit cõditioni. ℣ Proinde & ſi legatum quis cum libertate acceperit: [b] non aliter legatum habebit,niſi conditioni iuriſiurandi paruerit. Sed ſi purè libertatẽ acceperit,legatum ſub iuriſiurandi conditione: putat Iulianus libro trigeſimoſeptimo Digeſtorum,remitti ei conditionem iuriſiurandi. Idem puto [c] dicẽdum & ſi libertati quoque iniecta conditio ſit, ſed teſtator eum viuus manumiſerit.nam & hæc*cõditio legati [d] remittitur.

Licet conditio ſit indiuidua: poteſt tamẽ ab vno ſeruorum impleri vt liber fiat altero ceſſante: cui ceſſanti extinguitur conditio ſemel ab alio impleta.

XIII. IDEM libro quinto Diſputationum.

SI ita fuerit ſeruis duobus libertas data, ſi inſulam ædificauerint,vel ſi ſtatuam poſuerint: diuidi hæc conditio non poterit. [e] ſolummodo illud habebit dubitationem, an altero faciente, [f] ſatisfactum voluntati [g] videatur, ideóque ad libertatẽ perueniat. quod magis eſt, niſi aliud expreſsit teſtator: faciendo tamen, ſibi conditionem impleuit, alteri non:quinimmo extinguitur ei conditio. Nec enim amplius parêre conditioni poteſt, cùm ſemel expleta ſit. [h] ℣ Idem quæri poteſt & ſi fabris duobus vel pictoribus, ſi templum* depinxiſſent, vel ſi fabri caſſent nauem, quid [i] adſcriptum ſit. nam voluntatis erit quæſtio, num alteri alterius facti conditionem [teſtator] iniunxerit: [k]** quæ res efficit, vt quoad alter ceſſat, alteri quoque qui facere paratus eſt,conditio deficiat. [l] Quòd ſi ex his quæ ſcripſit vel dixit, oſtenditur contentus eſſe teſtator vel alterum facere: res erit expedita. nam alter faciendo, aut & ſibi & ſocio proderit, aut ſibi tantùm: prout voluiſſe teſtatorem apparuerit.

Relicta libertate duobus ſeruis, ſi rationes reddiderint: poteſt vnus rationes reddendo liber fieri, ſi ſeparata fuerit eorum geſtio: ſin autẽ ſimul geſſerunt, debent ambo rationes reddere, ſi volunt ad libertatem peruenire.h.d.

℣ Hæc [m] quæſtio & in eo tractatur, ſi quis libertatem dederit ſeruis duob', ſi rationes reddiderint. [n] Iulianus enim tractat, ſi alter reddere ſit paratus, alter nõ ſit: an alter per alterum impediatur? Et rectiſsimè ait,ſi quidem ſeparatim rationes geſſerunt, ſufficere ad libertatem adipiſcendam ei qui ſuas rationes reddit.ſi verò ſimul:non aliàs videri alterum paruiſſe, niſi vtriuſque reliqua exoluerit. [o] In reliquis accipere debemus, vt & ipſa volumina rationum reddantur.

Coniunctum vitioſum, ſiue nullum, non impedit libertatem.

℣ Sed & ſi ancilla cum filiis libera eſſe iuſſa ſit: etſi nullos habeat, erit libera: vel ſi habeat quidem, filij autem eius ad libertatem peruenire * non poſſint. [p] Idem erit dicendum & ſi ipſa libera eſſe non poſsit, filij tamẽ eius peruenient ad libertatem. Nam hæc adiectio, *cum filiis*, non facit conditionem: niſi mihi proponas aliam ſententiam teſtatoris fuiſſe. tunc enim pro conditione erunt hęc verba accipienda. Conditionem autem non facere, argumento eſt & edictum prætoris, quo ita cauetur: [q] *Ventrem cum liberis in poſſeſsionẽ eſſe iubebo.* Placet enim, etſi nulli liberi ſint, ventrem tamẽ ex edicto in poſſeſsionem[eſſe]mittendum.

XIIII. IDEM libro octauo Diſputationum.

CVm ſeruus purè liber ſcribitur, & hæres ſub conditione: placet, deficiente conditione habere eum libertatem. [r]

CVm ſeruus.] CASVS. Inſtitui duos hæredes: vnum pure, alium ſub conditione. ſeruo meo reliqui libertatem pure: tandem defecit conditio vnius hæredum: & ſic non eſt hæres. dicitur quòd ſi alter adeat: fatis eſt vt libertas ſeruo relicto debeatur:& ſic erit liber.Fran.Accurſius.

a *Non poteſt.* vt vnus faciendo mediã inſulã.

e *Poterit.* cùm ſit in facto.ſic.j.de ver.obli. l.ſtipulationes non diuidũtur. &.l.in executione. §. fecunda & ſ. ſi quis cau.l.ſi duo.

f *Faciente.* totum,cũ ſit indiuiduum: vt dixi.C.de condit.inſer.l. pe. & facit.ſ. e.l. ſi legato.§.j.Accur.

g *Voluntati.* ſcilicet defuncti.

h *Expleta ſit.*nã quod ſemel factum eſt, amplius fieri non poteſt: cum non poſsit poſtea factum haberi pro infecto: vt in auth.de æquali.do.§.j.

i *Quid.* pecuniariũ: vt differat à primo caſu huius.l.

k *Iniunxerit.*ita quòd teſtator noluit vnũ facere ſine altero. Vel dic, iniũxerit teſtator: vt ſic ſit indiuidua.

l *Deficiat.* aliàs deficiat,& hæc bona. aliàs fiat: & tunc dices hoc voluiſſe teſtatorem,vt ſubiicit.Accur. *Fl. non

m *Hæc quæſtio.*id eſt mens huius quęſtionis in ſimili caſu tractatur, vt ſubiicit.

n *Reddiderint.* quod duo continet: vt.ſ.de condit. & demõſt.l.cũ ſeruus.§.j.Ac.

o *Exoluerit.* ſic ergo ſequens ſit indiuiſibilis propter primam: quæ ſequens eſt diuiſibilis ſua natura, cum ſit in dando: vt.j.de ſtatulibe.l.ſi ſtatulibera.in fi. &.l.ſi quis teſtamento. & facit ad.§. in eo.tit. de ſtatuli. l. ſi quis ita. §.ſi duo.

p *Nõ poſsint.*quoquo modo. ſic & in legato: vt.ſ.de leg.j.l. ſi ancilla. & facit. C. quando dies lega.ce.l.ij.

q *Cauetur.* vt &.ſ. de ven. in poſſ. mit. vbicunque.§.fin.& de leg. j.l.ſi quis legauerit Titio. & facit eo.tit.ſi ancillas.&.l.ſi quis inquilinos.§.ſi ita.

r *Libertatem.*adita à cohærede hæreditate:aliàs nõ:vt.ſ.de hæred.inſtit.l. Trebatius.§.fi.& l.ſeq. licet ibi aliter exponi poſsit. *Stichm.*

BIU Cujas

a *Stichum.* facit.ff.e.l.si quis ita.& quod ibi dixi.

Si ita scriptū.] CASVS. Sempronius seruo suo Sticho reliquit libertatem cum Titius annorum.xxx. erit. & grauauit hæredem suum vt ei Sticho daret fundum, tunc temporis scilicet. decessit Titius antequam compleret. xxx. annos. dicitur quòd adhuc stabitur per tantum tempus, quo si Titius fuisset viuus, compleuisset.xxx.an. & tūc Stichus erit liber. & hoc est fauore libertatis. secus in legato qđ erat relictum eidē Sticho sub eodem tēpore.nā extinguitur. Frā. Accursius.

b *Eiq;* manumisso. & sic prima dilatio intelligitur repetita: vt supra de cōdit. & demō. l.auia.in prin.

c *Impleto.* quod est si de vltimo anno est tactum: vt.j. eo. l. si ita fuerit libertas. secus in pecuniariis relictis: vt ff.de condit.& demon. non putabam.& de his dixi.ff. de mino. l.iij.§. minorem. Accursius.

d *Defeciſſe.* quia in eo nullus est fauor, sed in libertate sic: vt hic, & C. de fideicom. lib. l. fideicommissaria. &. j. de statulib. l. si seruus. Sed contra. C. quando dies leg.ce. ex his. vbi etiam in legato dicit idem. Sed solu. vt ibi. ex qua etiam soluitur supra de ali. le.l.libertis.§.ab hęredibus.quę est contra. Item contra. ff. ad Trebellia. l. Seius Saturninus. ibi non perit relictum pecuniarium: imò quod plus est, statim mortuo onerato datur: sed ibi facta erat dilatio fauore eius cui relinquebatur.arg. supra de vsur. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. hic hæredis fauore. Item in libertate videtur contra, vt amodo scilicet non debeatur: vt. C. eodem. l. cum testamento. sed ibi incertum tempus alicuius: hic certum fuit positum. Accursius.

XV. IVLIANVS libro trigesimosecundo Digestorum.

STichum[a] Sempronio do lego. *si Sempronius Stichum intra annum non manumiserit, idem Stichus liber esto.* quæsitum est, quid iuris sit? Respondit, hoc modo libertate data, *si Sempronius nō manumiserit, Stichus liber esto:* Sempronio, nisi manumiserit, nihil iuris in Stichum habiturum, sed liberum eum futurum.

B *Si fauore certæ rei verba trahuntur ad impropriam significationem, talis fauor ad dispositionem sibi coniunctam non trahitur. Bartolus.*

XVI. IDEM libro trigesimosexto Digestorum.

SI ita scriptum fuerit: *Cum Titius annorum triginta erit, Stichus liber esto, eique*[b] *hæres meus fundum dato:* & Titius antequā ad annum trigesimum peruenire, decesserit, Sticho libertas competet: sed legatum non debebitur. Nam fauore libertatis [id]receptū est, vt mortuo Titio tempus superesse videretur, quo impleto[c] libertas contingeret. circa legatum defeciſſe[d] C conditio visa est.

XVII. IDEM libro quadragesimosecundo Digestorum.

LIbertas quę in vltimum vitæ [serui[e]] tempus confertur, veluti, *Stichus cum morietur, liber esto:* nullius momenti existimanda est. Hæc autem scriptura, *Stichus si Capitolium non ascenderit*[f], *liber esto:* ita accipienda[g] est, si cum primum[h] potuerit, Capitolium[i] non ascendeA rit. isto enim modo perueniet Stichus ad libertatem,[k] si facultate data ascendēdi Capitoliū, abstinuerit.

Hæc verba, ita vt, faciunt modum, & potest quis compelli ad modum implendum. Bartolus.

VHac scriptura testamēti, *Pamphilus liber esto, ita*[l] *vt filiis meis rationes reddat:* an sub conditione data libertas videretur, quæsitum est. Respondi, purè quidem datam libertatem: & illam adiectionem, *ita vt rationes reddat,* conditionē[m] libertati non iniicere: [sed]tamen quia manifesta voluntas testantis exprimeretur, cogendum [esse]eum ad rationes reddendas.[n]

Pluralis locutio duorum numero est contenta. Bartolus.

VPost annos[o] indistinctè[p] liber esse iussus, post biēnium liber erit. ídq; & fauor libertatis exigit: & verba patiūtur:[q] nisi si aliud sensisse patrēfamilias manifestissimis rationibus is à quo libertas relicta est, probauerit.

XVIII. IDEM libro secundo ad Vrseium Ferocem.

QVi duos hæredes instituebat, post alterius mortem seruum liberum[r] esse iusserat. is ex cuius morte libertas pēdebat, viuo testatore decesserat. Sabinus respondit, liberum futurum.

Si tempus apponitur substantiæ legati: in dubio tēpus incipit à morte testatoris. Bar.

VHæc conditio, *Cum moriar, liber esto:* vitę tempus[s] complectitur: & idcirco inutilis esse videD tur. Libertatem tibi reliqui cum moriar. videtur tempore vitæ meæ tibi deberi libertatem, scilicet tunc cum sim in articulo mortis: & sic esset inutilis: cum hoc ego nolui: sed tamen de æquitate dicitur post mortem meam tibi deberi libertatem. Secundo reliqui libertatem seruo ad annum. sensus verborum est, quòd vsq; ad annum sit liber, quod esse non potest de iure: tamen ex æquitate interpretantur hæc verba, vt post annum sit liber. Tertio post annum quo hoc testamentum erit factum, sis liber: dicitur quòd hæc conditio non est inutilis, si cōtingat testatorem intra annum mori, quia ille erit liber completo anno incepto à tempore testamenti conditi. Fran. Accursius.

Libertas.] CASVS. Quatuor habet partes hæc.l. prima est: reliqui libertatem seruo hoc modo: cum morietur seruus, sit liber. dicitur quòd nullius momenti est hæc libertas. Secundo reliqui libertatem seruo, si non ascenderit Capitolium. dicitur quòd valet: & tunc erit liber cum potuerit ascendere Capitolium, & non ascenderit. Tertio reliqui libertatem seruo meo, ita vt filiis meis rationem reddat. dicitur quòd pure est relicta libertas: non sub conditione reddendarum rationum: cogitur tamen reddere rationes. Quarto reliqui libertatem seruo post annos dandam ab hærede meo, non dixi post quot annos. dicitur quòd post biennium debebitur libertas ab hærede: nisi appareat testatorem aliud sensisse, & hoc probetur per hæredem. Franciscus.

e *Vitæ serui.* vt & infra eodem.l.fina.&.C. de Lati.li. tol. circa princip. & infra de statulib.l.cum hæres.§.j. & supra de conditio.& demonst.l.hæres meus.§.quamuis. non dantis libertatem: vt infra eodem.l. qui duos.§.j. item non hæredis, nec extranei: vt.d.l. hæres meus.j.&.ij. respon. Sed contra.ff. quando dies le. ce.l.si cum hęres. sed ibi in pecuniario relicto. Item cōtra. C. de hære.insti.l.extraneum. fol. vt ibi.

f *Non ascenderit.* si dixit nō ascenderit: accipitur cum primum, & cætera, vt.ff.de condit. & demonst.l.hæc conditio. item secus si dixit, si non ascendam: vt.j.eo.l. Stichus si codicillis.

g *Accipienda.* fauore libertatis. Accursius.

h *Primum.* non idem in stipu. hoc modo cōcepta: vt.j. de verb. oblig.l.ita stipulatus. q̄ est contra. & plene dixi. ff. si quis cau. l. & si post tres.

i *Capitolium.* scilicet ascendere. Accur.

k *Ad libertatem.* Nisi voluntas defuncti alia sit: vt infra eo.l.fin.ij. respon.

l *Ita vt.* hoc est quod facit modum.

m *Conditionem.* aliàs cōditioni libertatis nō nocere, & aliàs conditionē libertati non iniicere. Accur.

n *Reddēdas.* sic enim est in modo: vt not. C. de his q̄ sub modo.l.j.

o *Post annos.* aliàs post annos: & tunc plana. & sic facit supra de testi. vbi. & infra de verborum significa.l. inter illam.§.ita. aliàs post annum. & tunc plurale pro singulari pone, vel subaudi, vel biēnium. & sic facit. ff. de leg.ij.l. si ita relictum.§.fi.

p *Indistinctè.* id est nō determinando numerum annorum. alij dicunt, non determinando incipiat currere ex die testamēti, vel mortis. sed hoc soluitur in l. proxi.§.fina.

q *Verba patiūtur.* pluralis enim &c. vt.d. l. vbi. & not. in dubio fauorabiliorē sensum accipi: vt. ff. de iure do. l. nuptura.

Fauorabilis sensus in dubio accipiendus est.

Qvi duos.] CASVS. Instituit Titiū & Sempronium meos hæredes: & si Titius qui erat vnus de hæredibus decederet, reliqui seruo meo libertatem. dicitur quòd si Titius decedat etiam me testatore viuo, debebitur libertas seruo: & intelligas post aditam hæreditatem ab alio hærede meo. [*HAEC CONDITIO.*]

r *Liberum.* nam in vim conditionis fuit relicta, quæ viuo testatore potuit impleri: vt hic, &.C. de insti. & sub.l.si quis. & ibi dixi. Quid autem si ab hærede foret danda? Respon. idem: vt.j. de fideicom.li.l. cum verò. &.l.si pro non scripta. &.C. de cadu. tol.§. in primo. item accipe hæreditatem aditam ab alio, vt diximus. ff. eo.l. cum seruus.

s *Tempus.* nam viuus moritur: non mortuus. vnde ex vi verborum viuente testatore esset liber: & hoc testator noluit, & sic inutilis videtur: vel etiam saltem tempore mortis statim ex vi verborum

BIU Cujas

verborum debet esse liber, sed hoc nō vult ius, sed demum adita hæreditate: vt.j.eo.l.testamento. Accursius.

a *Mortem.* quia morte demum relicta confirmatur. R.

b *Ad annum.* vis verborū est, vt interim hinc ad annum sit liber: non post. sed hoc non vult ius, quia ad diem dari nō potest: vt.j.eodē.l.libertas. &

ideo fit hæc interpretatio, vt intelligantur verba ex die: quod esse potest: vt.j.eo.l. testamēto manumissus. §.j.

c *Accipiatur.* huic verbo supponit inferior conditio, quæ à testatore posita, si accipiatur hoc modo quo superior, & sic post mortem: non tamē erit inutilis, quin anno transacto à die testamenti conditi consequatur libertatē: & sic tria sunt similia: ad annum liber esto. itē postquā moriar liber esto. itē post annū quàm hoc testamentum factū erit. licet hæc vltima parum plus habeat vtilitatis, si cōtingat testatorem decedere dudum post testamentum intra annum, vel etiam post, cū cōputetur ex die testamenti. Alij econtra dāt suppositum verbo, accipiatur, per superiorē primam conditionem, ad annū liber esto: quę superior si accipiatur hoc modo quo inferior, nō tamen erit inutilis, quin à die mortis anno cōputato cōpetat libertas: & hoc ex interpretatione, nō ex vi verborū. facit. j. eo.l.si ita. Accursius.

*Flo. hæres eum manumisit. pleriq.

Quidam hæredem.] *CASVS.* Rogaui hæredē meū vt seruum meum manumittat: & si nō manumiserit, iussi eū esse liberum: eidēque legatum reliqui. dicitur q̄ licet hæres non manumittat, tamen hic seruus erit liber ex testamento, & legatum habebit. Francis.

d *Quidam hæredem.* aliàs, quidam hæredem: & aliàs, quædam hæredem: & aliàs, qui fratrem hæredem. Acc.

e *Libertatē.* directā. & sic fuit seruus testatoris: vt. C. eo.l. seruo.

f *Debetur.* vt &.s.eo.l.si quis ita sit legatus. in prin.

Seruos legauit.] *CASVS.* Legaui tibi seruos, & dixi, si de te promeruerint: rogo vt eos dignos libertate existimes, id est vt eos manumittas. dicitur quòd prætor coget te vt eos manumittas: quasi semper præsumantur digni, nisi hi serui cōmiserint aliquod delictum contra te propter quod videantur indigni. Secundo pone quòd dixi: quocūque tempore vis manumitte quem vis de istis seruis. dicitur quòd si tu viuus non manumisisti: hæres tuus cogetur manumittere. Franciscus.

g *Existimes.* id est liberos eos facias. R. vel subaudi hic, manumitte eos. Accursius.

h *Officia.* id est seruitia: vt. C. de nego. gest. officio. & no. quēlibet præsumi bonū, nisi probetur malus. sic. j. eo.l.testamēto centurio. in prin. &.§.fin. &.j.titu. j.l.talis. §.sororem. &.s. de le.ij.l. cum quidam. &. C. de inoffic. testa. l. omnimodo. Item argu. s. de tur. Sed melius est [hæc] verba benignius interpretari, vt post mortem [a] suam videatur testator ei libertatem reliquisse. Sed multo magis hæc, *Ad annum* [b] *liber esto*: vel ita accipi potest, *Post annum quàm moriar, liber esto.* & licet hoc modo accipiatur, [c] *Post annum quàm hoc testamentum factum erit, liber esto*: si euenerit, vt intra annum testator decedat, inutilis non erit.

XIX. IDEM libro tertio ad Vrseium Ferocem.

QVidam hæredem [d] suū rogauerat, vt seruum manumitteret: deinde si hęres eum non manumiserit, liberum eum [esse] iusserat: eiq́ue legauerat. Licet* eum hæres nō manumiserit: pleriq; existimant hūc ex testamento libertatem [e] cōsequi. secundum hoc legatum quoque ei debetur. [f]

Meminisse videtur, qui non apparet dememinisse. Bartolus.

XX. AFRICANVS libro primo Quæstionum.

SEruos legauit, & cauit ita: *Rogo, si promeruerunt, dignos eos libertate existimes.* [g] Prætoris hæ partes sunt, vt cogat libertatem præstari: nisi si quid tale hi serui admiserint, vt indigni sint quò libertatem consequantur: non etiā vt talia officia [h] ab his exigantur, pro quibus libertatem mereri debēt. arbitrium tamen eius erit, qui rogatus sit, quo tēpore quēque velit manumittere: ita vt si viuus non manumisisset, hæres eius statim libertatem præstare cogatur.

Dictio immo, ponitur correctiuè. Barto.

XXI. IDEM libro quarto Quæstionum.

A lega. ij.l.cum pater. §.rogo. & de reb. dub. vtrum. §.j.

Stichus.] *CASVS.* Ego testator in testamento reliqui libertatem seruo hoc modo, Stichus, immo Pāphilus, esto liber. quasi ego testator emēdare videar errorem circa Stichum. idem erit & si dixi, Stichus liber esto: immo Pāphilus liber esto. nā & hoc casu Pamphilus erit liber prædicta ratione. Fran.

Stichus, [i] † *immo Pāphilus, liber esto.* Pamphilum liberum futurum respōdit. quod ammodo enim emendasse errorem suū [k] testatorem. idemq́ue iuris fore etiam si ita scriptum fuerit: *Stiber esto: immo Pamphilus liber esto.*

Quitatio tutoris valet, nisi inter ipsum & eum cui est facta, sit collusum. hoc dicit. Bar. Lex sequens plana est.

XXII. IDEM libro nono Quæstionum.

QVi filium impuberem hæredem instituit: Stichū ratione argēti quod sub cura eius esset, reddita, liberum esse iusserat. is seruus partē * argenti subtractā cum tutore diuisit: atque ita tutor parē [l] ei rationem adscripsit. Cōsultus, [m] an Stichus liber esset, respōdit non esse liberum. Nam quod alioquin placet, [n] si statuliber pecuniam dare iussus, tutori det, vel per tutorem stet quo minus conditioni pareatur, peruenire eum ad libertatem: ita accipiendum [est,] vt bona fide, & citra fraudem [o] statuliberi & tutoris id fiat: sicut & in alienationib⁹ rerum pupillarium seruatur. [p] Itaq; & si offerente statulibero pecuniā tutor in fraudem pupilli accipere nolit, [q] non aliter libertatem contingere, quàm si seruus fraude careat. Eademq́; & de curatore [sunt] dicenda.

Item quæsitum est, rationem argenti reddere iussus, in quem modum intelligendus sit cōditioni paruisse: id est, an si quędā vasa sine culpa [r] eius perierint, atq; ita reliqua vasa hæredi bona fide adsignauerit, peruenerit ad libertatem? Respondit, peruenturum. nam sufficere, si ex quædam vasa argentea amisisset sine dolo & culpa, non tenetur ad ea: sufficit enim si ex bono & æquo rationem reddat. Francis. Accursius.

† *Ipse te... est net... hoc quo... Clio, sim... correctiu... præcell... licet d... do ad... vel co... vt in... de libe... Bo... tu tex... i notari... ibi P... num... ibi not... in apo... ad ipsu... in verb... Clio nu... extra... lec. &... accedu... ibi... no. in... stil. ad... sum. in... si. in... tra vi... non cō... de qu... nino... Bal... col. 8... fur. C... in ra... arbi... *Flo. ... arg. ... Cla...*

i *Stichus.* facit hoc ad quæstionem quā scripsi in auth. de testi. §. quia vero. ibi in glos. sed quid si illē.

k *Errorem suum.* ait Africanus. & no. immo correctiuè poni in libertatibus. sic & in institutionibus: vt. s. de hære. instit. l. si ita scriptum. quandoque nō: vt. C. de no. Co. cōpo. ibi, imo & mutatā &c.

Qui filium.] *CASVS.* Titius habēs filium impuberem, eum hæredē instituit: & Sticho seruo libertatem reliquit, si redderet rationes argenti quod sub cura eius fuit. tandem ille Stichus seruus partem argenti quod subripuerat, cum tutore pupilli diuisit: & tutor scripsit qualiter erāt bene redditæ rationes ab isto seruo Sticho. quęritur an iste seruus Stichus sit liber: & dicitur q̄ non. nam sicut in aliena. rerum pupillarium: ita hic exigitur bona fides. Itē statuliber gratuitus dare pupillo, si det eius tutori, ita demum liberatur & efficitur liber, si seruus & tutor fraude careāt. ita & in nostro casu debebant cauere in reddēdis rationib⁹, quòd nō fuerint vsi fraude: & ideo ratio pro nō reddita habetur. Vltimo dicit qualiter debet iste seruus Stichus reddere rationē argēti vt efficiatur liber: & certe illud argentū quod habet de bonis pupilli, debet ei reddere. & si quædam vasa argentea

l *Parem.* id est recte eum reddidisse rationem significauit, vt sic eum liberum quasi conditione impleta ostenderet. R.

m *Consultus.* Africanus. Accursius.

n *Placet.* vt.j.de sol. si seruus. x. &.l. Stichū aut Pamphilum. §. vsumfru. in fine. Accursius.

o *Fraudem.* sic.s.loca. l. sed addes. in princip. & infra pro empt. l. qui fundum. §. si tutor.

p *Seruatur.* & tunc demum à tutore facta valida fit alienatio, cū ipse fraude caret: vt supra de mino. & si sine. §.j. &.l. penul. &. C. si aduer. ven. l.ij. &. C. de prædi. mi. l.ij.

q *Nolit.* scilicet tutor.

r *Culpa.* etiam leuissima, si cum mandato gerebat: vt. C. man. l. à procuratore. aliàs leui regulariter: vt. C. de neg. gest. tutori. nā ita in seruo debet esse, vt si liber gereret: vt supra de pecu. nō solum. §.j. secus in libero homine bona fide possesso, qui de lata tā-

tum te-

BIU Cujas

tum tenetur: vt infra de acqui. re. do. l. homo liber. in prin.

a *Paterfamilias.* sic supra eo. l. si ita sit scriptum.

Testamento.] CASVS. Manumissus in testamento tunc fit liber, quando adita est hæreditas ex testamento, & testamentum tenet: vel si institutus omisit ex testamento, & ab intestato adiuit: & hoc est verũ quãdo libertas erat relicta pure: & sufficit q̃ ab vno adeatur hæreditas. Si autem in diẽ vel sub cõditione relicta est libertas: tũc cõpetet libertas, cũ dies venerit, vel conditio. Francis.

b *Hæreditas.* vt. C. eod. l. ij.

c *Omissa.* in fraudẽ. aliàs secus: vt. C. si omis. sit causa test. l. j. in prĩ. & in fine.

d *Vel.* pro saltẽ. Ac.

e *Ab vno.* vt &. j. e. l. testamento. &. ff. eo. si legato seruo. §. fi. sic in tutela: vt. ff. de testamẽtaria tutela. l. si nemo.

f *In diẽ.* id est ex die, non ad diem: vt. j. e. l. libertas.

g *Extiterit.* sic. j. de verb. sig. cedere. &. C. de cadu. tol. §. sin autẽ.

Nominatim.] CASVS. Serui nominatim videntur manumitti, etiã quando non nomen eorũ ponitur, sed nomẽ officij quod habebant: vt si dicam, seruum meum pictorẽ liberum esse volo: vel sic, seruum meũ dispẽsatorẽ liberũ esse volo: vel simile per quod cognoscitur. Francis.

h *Nominatim.* facit. j. eo. l. nominatim.

i *Officio.* hæc differũt inter se: vt. ff. de leg. iij. l. legatis. §. j. Accur.

k *Denotati.* vt ea demõstratio fungatur vice nominis. R. vt. ff. si cer. pet. l. certũ est. Ac.

l *Filius.* cũ vnum solum filium habet: vt supra de lib. & posthu. l. ij. & semper subaudi, liber esto. si autẽ non apparet de quo senserit, obtinet quod dicitur. j. eo. cũ ex plurib⁹.

Testamento.] CASVS. Libertas testamento relicta tunc valet, cum hæreditas aditur etiam ab vno, & in eo gradu erat relicta, & pure erat relicta. Franciscus Accursius.

m *Gradu.* institutionis, vel substitutionis. sic. ff. de lega. præstan. sed & si pro dote. §. nõ omnia. Sed quid si ab instituto libertas, à substituto hæreditas relinquatur eidẽ? videtur nõ deberi libertas, cũ institutus nõ adeat, per. l. istã. Sed arg. cõtra. ff. de leg. ij. cũ pater. §. ab instituto. sed respõd. vt not. C. si quis omis. cau. testa. l. j.

n *Pure.* alioquin secus: vt supra eo. l. testamento.

o *Manumissus.* i. manumitti iussus. ar. cõtra. huic. l. C. eo. l. iij.

Iuus.] CASVS. Titius in testamento suo scripsit Sépronĩ hæredẽ: & si hæres nõ esset, substituit seruũ suũ Stichũ cum libertate. Ité si Sépron⁹ erit hæres, reliquit legatũ Sticho. dicitur q̃ videtur & ei libertatẽ relinquere etiam in hoc casu. Fran.

æquo & bono rationem reddat. denique quam rationẽ bonus paterfamilias [a] reciperet: ea hęredi reddita impletam cõditionem videri.

XXIII. MARCIANVS libro primo Institutionum.

TEstamento manumissus ita demum fit liber, si testamẽtum valeat, & ex eo adita sit hęreditas: [b] vel si quis omissa [c] causa testamẽti, ab intestato possideat hæreditatem. Testamẽto data libertas competit, purè quidem data, statim quàm adita fuerit hæreditas vel [d] ab vno [e] ex hæredibus. si in diem [f] autem vel sub cõditione libertas data est: tũc cõpetit libertas, cũ dies venerit, vel cõditio extiterit. [g]

Serui nominatim videntur manumitti, etiam quando non nomen eorum ponitur: sed nomen officii quod habebant, veluti pictorem aut pistorem. Francis.

XXIIII. GAIVS libro primo Rerum cottidianarum siue aureorum.

NOminatim [h] vidẽtur liberi esse iussi, qui vel ex artificio, vel officio, [i] vel quolibet alio modo euidenter denotati [k] essent, veluti dispensator meus, cellarius meus, cocus meus, Pãphili serui mei filius. [l]

Libertas testamẽto relicta tunc valet, cũ hæreditas aditur etiã ab vno, & in eo gradu erat relicta, & purè erat relicta. Fran.

XXV. VLPIANVS libro quarto Regularum.

TEstamento liber esse iussus, tũc fit liber, cum adita fuerit hæreditas qualibet ex parte: si modò ab eo gradu [m] quo liber esse iussus est, adita fuerit, & purè [n] quis manumissus [o] sit.

Si quis instituit aliquem, & substituit seruum cum libertate, & si primus hæres erit, legatum reliquit seruo non expressa libertate. seruus iste liber erit etiã isto casu.

XXVI. MARCIANVS libro primo Regularum.

DIuus Pius & diui fratres fauorabiliter rescripserunt, cùm seruo cũ libertate substituto legatum erat [p] si hæres nõ esset, non adscripta libertate: [q] perinde haberi, atq; si adscripta esset & libertas. [r]

XXVII. PAVLVS libro primo ad legem Aeliam Sentiam.

QVi potuerint apud consilium manumittendo ad libertatem perducere, [s] possunt etiam necessarium hæredem facere: vt hæc ipsa necessitas probabilem faciat manumissionem. [t]

Seruus cui libertas relicta est his duabus conditionibus hac. l. expressis: vtroque casu liber erit. h. d.

XXVIII. IDEM libro singulari de Iure codicillorum.

STichus, si codicillis eum non vetuero liberũ esse, liber esto: sic est atque si diceret: *Stichus, si in Capitolium non ascendero, [u] liber esto.* nã & hæres sic instituí potest.

Licet testamẽtum rumpatur propter præteritionem liberorum: serui tamẽ quibus est data libertas in illo testamento, si per quinquennium fuerint in libertate, liberi remanebunt.

XXIX. SCAEVOLA libro vicesimotertio Digestorum.

VXorem prægnantem repudiauerat, & aliam duxerat. prior enixa filium exposuit. hic sublatus, [x] ab alio educatus est, nomine patris vocitatus. vsq; [y] ad vitæ tẽpus patris, tã ab eo, [z] quàm à matre, an[in]viuorum [a] numero esset, ignorabatur. mortuo patre, testamẽtoq; eius, quo filius neq; exhæredatus neque hæres institutus sit, recitato, filius & à matre, & ab auia paterna adgnitus, hæreditatem patris ab intestato quasi legitimus possidet. quæsitum est, hi qui testamento libertatem acceperunt, vtrum liberi, an serui sint. Respondit, filium quidem nihil præiudicij passum fuisse, si pater eum ignorauit: & ideo

p *Legatum erat.* hoc modo, si hæres &c.

q *Libertate.* id est non habita mentione libertatis in legando.

r *Libertas.* habebit ergo legatũ & libertatem, si hæres non erit: quod erit adeũte instituto: sed videtur neutrum habere: vt. C. de necess. ser. hẽr. insti. l. pe. §. illo. quæ est cõtra. Sol. hic videt repetita cõditio libertatis, quæ erat apposita in substitutione: vt. ff. de condit. & demonst. a. uia. & de condit. instit. l. cum seruus. Accur.

Vi potuerint.] CASVS. Sicut minor. xx. an. potest dare libertatẽ seruo suo certis de causis: ita potest eũ instituere sibi hæredẽ necessariũ, & per hoc liberũ efficere, quasi & hæc sit causa iusta habere eum in hæredẽ. Fran. Acc.

s *Perducere.* qui numerãtur instit. qui ma. nõ pos. §. eadẽ. &. ff. tit. ij. l. si minor an. xx. &. l. seq.

t *Manumissionẽ.* id est causã manumissionis. Azo. etiã si non subsit aliqua de prædictis. sic ff. ti. ij. l. illud. §. j. sic iure institutionis licet, quod aliàs nõ liceret: vt insti. qui ma. nõ pos. in prin. &. §. licet.

Institutionis iure licet quod aliàs non liceret.

STichus.] CASVS. Ego testator dixi in testamento, Stichus sit liber, si codicillis eum non vetuero esse liberum. dicitur quòd perinde est ac si dixissem, si in Capitolium non ascendero, sit liber. nã vtroque casu me mortuo erit liber, si nõ reuocaui in codicillis: vt in primo casu: vel si nõ ascẽdi Capitolium, vt in secundo. Vltimo dicit quòd hæres potest institui sub aliqua de prædictis conditionibus. Fran. Accursius.

u *Non ascendero.* quæ conditio locum habet me mortuo: vt arg. j. de verbo. obli. quicquid. §. fi. & de his dixi ff. eo. libertas. §. j.

Vxorem.] CASVS. Quidam habẽs vxorem prægnantẽ, eiecit eam de domo, accepit aliam: expulsa in aliqua domo voluit stare, & peperit. postea partũ eiecit forte ad aliquod hospitale. aliquis recollegit eum, & tenuit eũ, & nutriuit. pater istius pueri veniens ad mortẽ, nesciebat de isto filio quid esset, an esset viuus vel nõ. instituit quẽdam aliũ hæredẽ: & de isto puero nihil dixit: reliquit seruis libertates. ille institut⁹ adiuit hæreditatẽ. nũc hic puer venit & probat se filium defuncti: & sic testamentũ ruptum dicit per præteritionem: obtinuit: & sic habet bona. modo quæritur, quid erit de libertatibus. & dicitur quòd postquam serui steterunt vt liberi per spatium quinquennij, amodo non debent reuocari in seruitutẽ. Frã.

x *Sublatus.* id est natus.

y *Vsque.* cum sequentibus iunge.

z *Ab eo.* scilicet patre.

a *Viuorum.* id est an esset viuus. Accursius.

Non valere.

BIU Cujas

a *Non valere.* in quo præteritus est: vt insti. de exhære. lib. in princ. Sed contra. ff. de inoffic. testa. si instituta. §. fin. Sed ibi fuit matris præteritio, quæ habetur pro exhæredatione: vt insti. de exhære. lib. §. mater. hic patris.

b *Studium.* dabunt tamen. xx. aureos: vt arg. ff. de inoffi. testa. Papinianus. & est hic speciale. aliàs cõtra: vt. C. de fideicó. l. eam quã. sed per auth. videtur esse ius commune: vt. C. de lib. præ. auth. ex causa. & facit. C. de inoffi. testa. cum ex causa.

cùm in potestate & ignorantis patris esset, testamentum non valere. [a] Serui autem manumissi si per quinquennium in libertate morati sunt: semel datam libertatem infirmari, contrarium studium [b] fauori* libertatis est.

Fl. fauore

Si serui.] *CASVS.* Seruo meo, licet ab hostib⁹ capto, possum relinquere libertatem: & reuersus ab hostibus habebit eam: licet neque mortis meæ tempore neque testamenti fuerit meus, sed hostium. Fran. Accur.

c *Perueniunt.* scilicet iure postliminij, si reuersi fuerint. R. sic & legati: vt supra de leg. j. id quod. & ad hoc infra eo. titu. ab omnibus. §. etiã. & infra tit. j. generaliter. §. hostiũ seruo. & supra fa. ercisc. l. propter.

†*In hũc locum Quintil. lib. 7. instit. ora. cap. de ambiguo seu amphibolia.*

d *Tempore.* infra eo. l. seruus. contra. solue vt ibi.

e *Cum ex pluribus. Nullus.* vt infra de reb. dub. si fuerit. & hoc in directis, secundum quosdam. secus in fideicómissariis: vt infra de statulib. Labeo. in fi. & C. de fideicom. li. l. cum inter. & l. pe. quæ sunt contra. quod non placet: imò idem in fideicó. vt supra de reb⁹ dub. si quis de pluribus. & dictæ leges in certis casibus loquuntur. secus si legetur Stichus: nec apparet de quo: vt supra de leg. j. si quis à filio. §. si quis. & sic est deterior conditio libertatis: quod est speciale. Item non ob. C. de verb. sign. l. cum quidam. quia ibi alternatiue: & sic ponitur vel pro &. Item nec obstat. C. communia de leg. l. fin. in princip. quia & ibi alio casu dicit. Item not. hic, in dubio esse neutrum. sic supra de testa. tute. duo. & d. l. de reb. dub. si fuerit. & supra de rei vindi. si frumentum. §. fin. & de in diem addi. cum duo. in fi. & supra de hære. insti. in tempus. §. j. sed videtur hodie hæc lex corrigi: vt insti. de lega. §. libertas. &. §. sed nec. sed ibi de tali incertitudine dicit, quæ ad certitudinem reduci potest. * Item argum. contra. huic. l. ff. de his quæ in testa. delen. l. ij. in fi. sed alio modo erat ibi dubium. Accursius.

Libertatis quandoque deterior est conditio.

** Imò speciale nõ est, quoniã illic rerũ est incertitudo, hic verò rerũ & personarũ. Et no. per Dy. in c. in obscuris. extra de reg. iur. secundum Bart. hic.*

Ciendum est.] *CASVS.* Filius institutus licet abstineat ab hæreditate, libertates tamen tenent, nisi sint relictæ in fraudem creditorum. Fran. Accursius.

f *Necessario.* scilicet filio, qui est suus & necessarius. hic quidem potest abstinere. seruus autem qui est tantum necessarius, non potest: vt insti. de hære. qua. & dif. in prin. &. §. sui. &. §. sed & his.

g *Competere.* quia remanet hæres nomine: vt infra tit. j. cum quasi. §. sed & si quis. & supra de bo. lib. l. vj. §. si filius non re. vt supra de interro. act. si filius. nec obstat. C. eo. si hæreditas. quia in extraneo hærede ibi dicit. & de hoc dixi. C. si minor se ab hæred. absti. l. j.

Intertitudo rerum & personarum, vitiat legatum. Bartolus.

XXXI. PAVLVS libro vicesimo-sexto ad Edictum.

CVm † ex pluribus eodem nomine seruis, vnus liber [esse] iussus, non appareat qui sit: nullus [c] liber est.

Existentia sui hæredis, confirmat libertates. Bartolus.

XXXII. VLPIANVS libro sexagesimoquinto ad Edictum.

SCiendũ est, necessario [f] hærede existente, quamuis se abstineat, tamen libertates competere, [g] si modò non in fraudem [h] legis Aeliæ Sentiæ datæ fuerint.

XXXIII. PAVLVS libro duodecimo Quæstionum.

LIbertas ad tempus dari nõ potest. [i]

XXXIIII. IDEM libro septuagesimoquarto ad Edictum.

IDéoque [k] si ita scriptum sit, *Stichus vsque ad annos decem liber esto*: tẽporis adiectio superuacua est. [l]

h *Nõ in fraudem.* puta in fraudem creditorum: vt insti. qui ma. non pos. in princip.

Libertas.] *CASVS.* Libertas nõ potest dari ad tempus: vt sic, sis liber vsque ad. x. an. & si tale tempus apponitur, tollitur: & erit perpetua. & h. d. hæc. l. cum. l. ideoque. quę est infra prox. quam continua cũ ista. Franc.

i *Non potest.* vt sic relicta valeat: sed adiecto tẽpore valet libertas: vt infra eo. ideoq; quæ potest huic continuari. sic supra de serui. l. iiij. &. ff. de hæred. instit. hæreditas. & de adop. quæsitum. sed ex eo die potest dari: vt. ff. eo. qui duos. §. fin. &. l. testamento manumissus. §. fi. & infra eo. l. si ita. arg. cõtra. j. de reg. iur. l. actus.

k *Ideóque.* hæc iungitur superiori. l. libertas. & dic vt ibi.

l *Superuacua est.* libertate cum effectu procedente. ** Fl. vacua*

XXXV. IDEM libro quinquagesimo ad Edictum.

SEruius existimabat, his posse seruis dari testamento directam libertatem, qui vtroque tempore, & quo testamentum fit, & quo moritur, [in] testatoris fuerunt [m] [potestate.] quæ sententia vera est.

Cui relicta est libertas, si iuret decẽ operas se daturum filio meo: si iurat, erit liber: non tamen tenetur ex iuramento, nisi iuret factus liber: id est post manumissionem. Bart.

XXXVI. IDEM libro septimo ad Plautium.

SEruum testamento ita manumisi: *Si iurauerit se Cornelio filio meo decem operas * daturum, liber esto.* quæritur quid iuris sit. Et sciendum est iurãdo seruum conditionem implere, [n] sed nõ teneri operarum nomine: quia nisi post manumissionem iuret, non obligatur. [o]

** Fl. daturum*

XXXVII. IDEM libro nono ad Plautium.

NOminatim codicillis manumissus videtur seruus, cuius nomen testamento continetur. [p]

XXXVIII. IDEM libro duodecimo ad Plautium.

LIbertas testamẽto seruo ita dari potest, *Cum per leges licebit, [q] liber esto.*

Datio libertatis in id tempus quo seruus alienus futurus est, non valet: licet statuliber post alienationem fiat liber ex testamento. Item legatum & libertas conueniũt in hoc, quia neutrum eorum debetur ante euentum conditionis.

XXXIX. IDEM libro sextodecimo ad Plautium.

STichus seruus meus, si eum hæres alienauerit, liber esto. inutili-

m *Fuerunt.* re vel spe: vt. ff. eo. l. si serui. quæ est contra. Item hoc in directa: secus in fideicó. vt. C. eo. tit. seruo. & facit infra eo. libertates. &. l. verum est. & insti. de hæred. qua. & diffe. §. in extraneis.

Eruum.] *CASVS.* Reliqui libertatem seruo meo, si iuret se daturum decem operas Cornelio meo filio. dicitur quòd si iurat, erit liber: non tamen tenetur nec obligatur ex iuramento, nisi iuret fact⁹ liber: scilicet post manumissionem. Frãc.

n *Implere.* sic infra de statuli. l. Stichus si hęredi. & ad Treb. hæredibus. in fi. & supra de condit. & demon. Mæuius. & dixi supra eo. l. si quis libertatem.

o *Non obligatur.* vt. ff. de op. liber. vt iurisiu. &. j. de libe. cau. l. fi. & quarum re. ac. non da. l. j. §. quæ onerandæ. sed fallit. C. an ser. ex suo fac. l. promissæ.

p *Nominatim. Continetur.* puta dixi in codicillis, ille quem in testamento nominabo, vel nominaui, liber esto. ad quod supra de condit. insti. l. in testamẽto. in prin. &. ff. si cer. peta. certum est. &. ff. eo. l. nominatim.

Libertas.] *CASVS.* Relinquo tali libertatem cum per. ll. licebit. tenet hæc datio: & erit liber, nisi leges prohibeãt eum posse manumitti, quod quandoque faciunt. Fran.

q *Licebit.* licebit autem, si leges non prohibeant: vt. ff. ex quib. cau. necnon. §. j. prohibent enim quandoque: vt. ff. de manu. l. lege Flauia. statim ergo erit liber, si lex non prohibet.

Stichus.] *CASVS.* Stichus seruus meus, cum eum hæres alienauerit, liber esto. hæc datio libertatis nõ tenet: & reddit rationem, quia libertas in id tẽpus confertur quo alienus esset, nec videtur aliud in statulibero. nam hæres vendendo interim statuliberum: adueniente condit. bene fit liber, licet reperiatur alienus. & hoc est ideo, quia factum hæredis non potest perimere

factum

factum defuncti. Postea dicit: libertas & legatum similia sunt in hoc, quòd vtrumque relictum sub condit. non debetur ante cõdit. Vltimo dicit: quidam in testamento reliquit libertatem seruis suis, hoc modo: relinquo libertatem talibus seruis, cum hæredis esse desierint. non valet talis donatio libertatis. Fran.

ter libertas [a] datur: quia in id tempus confertur, quo alienus futurus sit. nec contrarium est, quòd statuliber etiam si venierit, ex testamento libertatẽ consequitur. Certè * vtiliter libertas data, facto hęredis non perimitur. [b] At * quid in legato eo modo [c] dato dicemus? Diuersum enim nulla ratione dicetur. nam inter libertatem & legatũ (quantum ad hãc causam) nihil distat. Igitur nec si directò dabitur libertas, *Si hæredis mei esse desierit, liber esto*: quia nullum casum vtilem habet. [d]

a *Libertas.* directa: vt &. C. eo. seruo. secus si dicat, nolo q̃ alterius seruitutem patiatur: vt infra tit. proxi. cum fidei. sed hæc ratio quæ sequitur, non videtur bona: vt. C. si man. ita fu. al. ne ma. l. ij. sed hic aderat solius relinquẽtis voluntas: ibi vtriusque pacisc̃tis fuit. vnde succedit consti. etiã eo tẽpore quo iã desiit esse tradentis. Accur.

b *Perimitur.* vt. C. eo. statuliberis.

c *Eo modo.* Tribus modis expone. Primo si hęres meus Stichum alienauerit, lego. x. eidem seruo. nam nõ valet quantum ad seruũ: sed quãtum ad emptorem cui adquiritur, sic: vt. C. de eadu. tol. §. in nouissimo. Secũdo sic, si hæres meus Stichum alienauerit, eundẽ Stichum Titio lego. nam non valet, vt directò transeat dominium in Titium. & secundum hos duos fit similitudo inter hunc & primum casum. l. Tertio, secundum R. quia siue libertas, siue legatũ sub conditione, puta si nauis ex Asia venerit, relinquatur, est idem, quia interim pendet vtrumque: aduenientẽ cõditione valet vtrumque: ea deficiẽte vtrumque deficit: & secundũ hoc dico eo modo, id est sub conditione. & non respicit primum casum l. sed illud, q̃ vtiliter est data libertas. & hoc dixit hic Io. his verbis, dato. s. ipsi seruo, vel data. s. sub conditione, vel non, transit directo ad legatarium.

re. iur. qui potest inuitis. Sed ar. contra. ẽ. de arb. si in tres.

a *Aditæ.* vt sicut adita hæreditate competũt libertates etiã ignorantibus: ita bonis addictis. Accursius.

b *Expectãdum,* sic vt non addicantur bona antequam dies veniat, secundũ quosdã. quod nõ placet, vt statim dicet: sed dic libertatis dandæ. Accursius.

c *Addicentur.* ei seruo cui ex die data est libertas.

d *Statim.* scilicet adita hæreditate.

e *Occasione.* Not. bonum verbum.

f *Accepit.* in testamento.

g *Dictum cui.* quo etiã casu hæredi dandũ est: vt. j. de statuli. l. qui pecuniam.

h *Translata.* ab hærede ad eũ cui bona sunt addicta. M. & est sic. ẽ. de leg. j. l. is qui in pos. §. fi. &. ẽ. si quis omiss. cau. test. l. qui autem. in fi.

i *Acceperunt.* ſ. in testamento.

k *Sunt.* vt insti. de eo cui lib. §. j. nam est in loco bo. pos. vt. j. eo. §. is autem cui. Ac.

l *Voluit.* constitutio: vt insti. de eo cui liber. causa. §. j. Accursius.

m *Fides.* sic. ẽ. de pig. act. si rem. §. omnis. & qui. mo. pig. vel hypo. solui. item liberatur. §. j. & institut. de re. diui. §. venditæ.

n *Nomine.* ad hoc vt ei caueatur. Ac.

o *Ab ipsis.* ſ. omnibus creditoribus.

p *Creato.* id est electo.

q *Vnumque.* i. vnum quem voluerint.

q *Vnumque.* quasi curatoré. sic. j. de cur. bo. l. j. &. ẽ. de admi. tuto. l. ij. §. sed non erit.

r *Decreto.* quo bona addicuntur.

s *Si omnia.* i. sub hac cõditione generali, si omnia &c. in qua continetur & cautio.

t *Vsuris.* sic. ẽ. de pac. si plures. in fi. Item dic quæ possunt peti.

u *Ostendit.* dicẽs quod statim recitat: vt insti. de eo cui. lib. cau. bo. §. j. ibi, & hi &c. Ac.

x *Orcini.* i. testatoris.

y *Liberti fiant.* nã tũc aut cõsentiunt, & hoc statim dicit. aut nõ: & tunc remanẽt serui: vt C. de testa. ma. l. fi. §. fi

z *Comprehendendũ est.* hoc scilicet ea conditione.

a *Habebit.* sub. is cui bona addicta sunt, si non est in text. &c. sic institu. de legi. pa. tut. vel sic: testator reliquit libertaté Sticho, & tutorem filij esse iussit, qui Stichus postea habuit bona ex addictione. prima placet.

b *Constitutio.* quod videtur.

c *Quòd.* i. quia.

d *Voluit.* constitutio.

e *Admiserit.* ex constitutione. Ac.

f *Adgnouerit.* causa cõseruãdarum libertatũ: vt infra ea. l. §. si bona. Accursius.

g *Alia ratione.* vt debitoris fisci, vel damnati: vel caduca, vel etiam vacantia: cũ etiã nullę sint libertates inter viuos: vt institu. de eo cui. §. pe. &. §. hæc cõstitutio. sicut & ante p̃dictam cõstitutionem poterat facere: vt etiam subiicit.

† *De his Alex. ab Ale. lib. 3. Gen. ca. 25.*

h *Caducis.* quidã habẽt, ducis legionis bona delata sunt, scilicet fisco, scilicet aliaratiõe quàm ex hac constitutione. alij habent, caducis legionis &c. & tunc secundum P. est figurata locutio. i. per caduca legionis. i. per caducitatẽ alicuius qui erat in legione.

i *Idem erit probandũ.* scilicet vt cesset constitutio. & fa. ẽ. titu. j. quod diuo.

k *Fideicõmissam.* quã ab alio præstare fuerat rogatus, secundũ quosdam: ar. ẽ. de manu. te. l. causam. ij. respõ. tu dic quòd etiam potest suis

* *Fla. addi. erimus, tunc demũ competiturã libertatem, si extiterit conditio? quod magis erat probandũ*

† *Colligit Bar. hic ex ijs. §. quod facultas cõ ditionis impleda transit ad hæred.*

Sed tu ne fallaris, hoc nõ ſimile re- rũ vt not. idem m. l. ſi dedit ꝓpetuo. col. i. vers. ſolet eſſe quæſtio. j. de ver. ob. & vbi omnes Ac. in l. à teſtatore. col. i. ver. dices tu. & ſequen. de cõdi. & demonſt.

Fla. ẽ. qui

BIU Cujas

relinquere per fideicõmissum si subsit causa:vt hic, &.C.eo.minor.& de te.mili.si Rufinus. Si ergo omnes libertates directo dedit,cessat constitutio.si per fideicom.fiet bonorum addictio.

a *An competat.* bonis addictis.Accursius.

b *Atquin.* oppositio.

c *Adita.* ex testaméto.

d *Nõ competeret.* vt.ſ. de manu.testa.l.si quis locuples.Accursius.

e *Ipsum.* ſ.fiscum.

f *Et euentus.* vt insti. qui ma. non pos.§. in fraudẽ.&.j. quæ ĩ frau. cre.si quis cum haberet. &.j. de statulib.l.j. in fi. &.C. qui manu. non possunt.l.j.Ac.

g *Euentus.* etiam solo. Io. vt.C. qui ma. non pos.l.fi.quid ergo erit? quidam dicunt fiscum non teneri, sed priuatũ sic,per verba superiora,certe si &c.alij dicũt ĩdistincte quẽlibet teneri.prima placet.

h *Fisco.* id est à fisco.

i *Addicta sint.* alij:& hoc certiorato fisco & præfecto ærarij, secũdum Io. vt ex sequentibus patet.

* *Flo.Si bona fuerint à fisco non adgnita.*

k *Præfectis ærario.* aliàs prefectis:& aliàs præfecto. & dic.i. procuratore fisci: vt.j.ne qd in loco pub.l.ij.§. hoc interdictum.

l *Deberent.* qa lucrosa.

m *Addictio.* facta.

n *Cessat.* i. non valet.

o *Non fuerũt.* scilicet lucrosa.Accursius.

p *Locus est.* i. remanet firma quæ facta est. & ad hoc.j. de iu.fis.l.j.§. an bona. &.ſ. de offi. procu. Cæsa.l.j.§.fi.& l.seq.secundum hãc ergo videtur dici q̃ primo debeat fisc⁹ admitti quàm extraneus, si bona soluendo sint, etiam si bona essent alicui iam addicta.quod immutat hodie:vt insti.de eo cui liber.cau. bona addicunt.§.ne huius. secundum Ir. quæ est contra. & facit ad hunc.§.ſ.ea.l.§. eadem constitutione.&.§.si in fraudem.&.ſ.ti.j.quod diuo.Accursius.

q *Adsimilari.* vt ei & in eum actiones vtiles dentur: vt infra proxi. dices.

r *Sepulchrorum.* quia hęc bonorum possessoribus competunt:vt supra de relig.l. vel quæ pater.§. sed in vtroque. secus in eo cui ex Treb.est restituta hæreditas: vt supra ad Treb.l.quia perinde.§.j.Accursius.

s *Quam interposuerit.* id est actione ex stipula.si intercesserit: aliàs datur vtilis,scilicet ex stipulatu, tacite ficta interuenire: vt arg.ſ.de adop.his verbis.vel verius vtilis,quæ hæredi & in hæredem daretur directa:vt.ſ.eo.l.in quem.Accursius.

t *Libertos.* Non sic transeunt in Trebellianicum successorem: vt.ſ.ad Treb.l.si patroni filius.in prin.

u *Erciscundæ.* vtile,cum directũ soli hæredi de iure ciuili detur:vt supra fa.ercis.l.ij.§.j.& facit.l.sed & eius.§.j.&.l.si ex asse. in eo.titu.Accursius.

uendo non est, an competat? [a] Et si quidem fiscus bona non adgnouerit,fortè competet libertas:quia solidum creditoribus offertur. Atquin [b] si adita [c] hæreditas fuisset:non competeret. [d] Certè si fiscus adgnouit hæreditatem, facilius probabitur cessare libertatẽ:nisi si quis verba cõstitutionis secutus,dixerit ipsum [e] sibi imputare debere, qui addici sibi hac conditione bona voluit, vt libertates competant. ℣ Si quis autẽ exemplũ aditæ hæreditatis fuerit secutus,directæ libertates nõ cõpetent,si consilium & euentus [f] fuerit fraudandorum creditorum: nec fideicõmissæ præstabuntur, si euentu [g] fraudentur creditores. ℣ Si bona* fisco [h] nõdum adgnita fuerint, eaque addicta[sint [i]]libertatis conseruandæ gratia, an possit fiscus postea adgnoscere? Et magis est ne possit. Planè si non certioratis præfectis ærario, [k] bona fuerunt libertatis conseruandæ causa addicta,videndum est an cõstitutioni locus sit. Et si quidem talia fuerunt vt adgnosci deberent, [l] addictio [m] cessat. [n] si verò non fuerunt, [o] additioni locus est. [p] ℣ Is autem cui bona addicta sunt,bonorum possessori adsimilari [q] debet: & secundum hoc & iura sepulchrorum [r] poterit habere. ℣ Item videamus an conueniri à creditorib⁹ possit hæreditariis actionibus,an verò non nisi ex cautione,quam interposuit. Magísque est vt non aliter conueniatur,quàm ex ea cautione quam interposuerit. [s] ℣ Si duob⁹ pluribúsve addicta fuerint bona:& communem rem,& communes libertos [t] habebunt, & secũ familiæ erciscundæ [u] iudicio [x] experientur.

Iudex absente hærede potest pronuntiare seruum cui debetur fideicom.libertas, liberum esse. quòd si fuit seruus testatoris, erit eius libertus.si vero fuit seruus hæredis, erit libertus ipsius hæredis.

V. PAVLVS libro quinquagesimoseptimo ad Edictum.

IN fideicommissariis libertatibus si absente hærede prætor pronuntiasset libertatẽ deberi: [y] est & liber,& defuncti libertus,si & seruus eius [z] fuit:aut hæredis, [a] si seruus hæredis sit. Immo & si sine successore hæres [b] decesserit:conseruandã esse libertatem,senatus Hadriani temporibus censuit.

Hæres nõ detrahit Falcidiam de legato, si id quod legatum fuit pro emendo seruo ad eum liberandum,non sufficit ad pretium serui detracta Falcidia, sed debet solidum legatum soluere vt seruus ematur.

VI. IDEM libro sexagesimo ad Edictum.

DEcem legata sunt, & rogatus est legatarius Stichum emere, & manumittere. Falcidia *ĩteruenit, [c] & minoris [d] emi seruus non potest. Quidã putant [e] dodrantem accipere debere legatarium,nec emere cõpellendum. Iidem putant, [f] etiã si suum seruum [g] rogatus sit manumittere, & dodrãtem ex legato acceperit, non esse compellendum manumittere. Videam⁹ ne vtique in hac specie [h] aliud dicendum sit. [i] Sed in superiore [k] sunt qui putant cogendum legatariũ redimere seruum,& se oneri subiecisse,dum accipit vel [l] dodrantem. Sed si parat⁹ sit retro restituere quod accepit,an audiendus sit, videndum. Sed cogendus[est] hæres tota decem [m] præstare,† perinde atque si adiecisset testator, vt integra præstarentur. [n]

x *Iudicio.* vtili,sicut bonorum possessores. soli enim hæredes experiuntur directò:vt.ſ.fa.ercis.l.j.

IN fideicommissariis.]CASVS. Hæres rogatus de manumittẽdo,non manumittebat.hærede absente iudex pronuntiauit libertatem deberi seruo. Dicitur quòd hic seruus erit liber. & si fuerat defuncti seruus, eiusdem erit libertus. si vero hęredis erat seruus,eiusdẽ hæredis erit libertus:immo & si hęres decesit absq; successore,tamẽ huic seruo debebitur libertas. Franciscus.

y *Deberi.* quod facere debet: vt.ſ.C.e. si seruus.&.l.ancillam. Ac.

z *Eius.* scilicet defuncti.

a *Hæredis.* fit libert⁹, nisi ex iusta causa absit:vt.j.eo.si cum.§.pe. &.§.fin. Accursius.

b *Hæres.* qui libertatem præstare debebat.

DEcem.]CASVS. Legata sunt Titio.x. & rogatus est vt de his.x. emat seruum Stichum, & manumittat.de isto legato detraxit hęres Falcidiam: & ita id quod est datũ Titio,non sufficit ad emendum Stichum.dicebãt quidam istã pec. lucrari Titium.idẽ dicunt & si hic Stichus erat ipsius Titij,vt lucretur pe.& non compellatur manumittere. * Fa. sed tamen in isto casu quando esset Titij Stichus:sine dubio compellitur manumittere. at in superiori casu licet opiniones essent olim super hoc, tamen dicit quòd hæres non debet detrahere Fal. Franciscus.

c *Interuenit.* vt min⁹ decem legatarius consequatur.

d *Et minoris.* quàm sint decem.

e *Putant.* & male. Accursius.

f *Iidem putant.* similiter, & male. † Pa. ten. ci.

g *Seruum.* legatarij.

h *Specie.* id est quando de suo est rogatus. Accursius.

i *Dicendum sit.* & vere aliud dicendum, vt quantumcũque acceperit, omnino manumittat:vt.C.ad.l.Falci. si ea.&.j.eo.si debitor.§.j.

k *Superiore.* casu quando est rogatus emere seruum, & manumittere.

l *Vel.* pro saltem.Accursius.

m *Tota decem.* Falcidia nõ deducta:vt.C.ad.l.Falci.in.d.l. si ea. & sic est contra.j.eo.si legatario.j.respon. Sed ibi de suo seruo, hic de alieno. Item contra.j.ad.l.Falci.si seruus.cum tribus seq. vbi dicit Fal. detrahi etiam de eo quod relinquitur vt alienum redimat & manumittat. Solu. ibi tantum erat in dodrãte,quòd seruus emi poterat,hic non: vt.j.eo generaliter.§.si quis alienum.&.j.l.proxi.

n *Præstarentur.* vt in hoc legato cesset Falcidia,quẽadmodum si nominatim testator dixisset ne Falcidia locũ haberet:vt in auth. de hæ-

BIU Cujas

de hæredi. & Falci.§. si vero expressim. Sed argu. contra.ff. ad l. Falci. quod de bonis.§.j. sed ibi alio modo occurrebatur Falcidiæ:vt loquitur hic,secundum nouum ius ex dicta auth. & fa.ff.de inoffic.testa. Papinia.§.quarta. *ADDITIO.* Scribentes vbique (quos hic refert Bolog. in nouis suis interpreta.) hic reputant istã glo. sing. ad hoc, quòd testator videtur prohibere Falcidiam,iubendo hæredem integra legata solue re:vel totam & integram hæreditatẽ restitui:vel omnia bona &c. & sic per talia æquipollẽtia verba Bolog. adde quia est cogitandũ super ista glo. cuius decisio videtur mihi non vera,sequentibus mediis. primo p text.in.l.fin.§.omnem. C. de admi.tut.iunctis ibi dictis per Bart. & vbique.vbi vult ille.§. quòd vbicũque lex specialiter & expresse aliquid requirit,illud debet specialiter & expressim adimpleri, & in forma specifica: nõ autem in genere per æquipollens vel consimile. ita ponderat illum textum Ange. in princ. institu. de vulga.substi.in.ij.co.versi. de prima expressa &c. sed sic est q̃ lex vult testatorẽ expressim debere ꝓhibere ne Falcidia detrahatur,p tex. in authen. sed cum testator.C.ad.l.Falci.iũcta ibidem glo.& tex. in auth. de hæredi. & Falc.§. si vero expressim. ergo non sufficit per simile. Præterea & secundo quando aliquid à.l.requiritur pro forma:non sufficit per æquipollens adimplere, per theoricam traditam à Bal. Ang.& moder.in.l.j.&.ij.ff.de libe.& posth.quare &c. Ego tibi explicarem istud & alia media:& prosequerer amplioribus verbis:sed occuparem chartam:pro modo cogitabis.

* Flo.commisit

Bonis testatoris venditis propter æs alienum,ita vt non possit solui totum illud quod legatum est,ad emendum seruum:pro eo liberando potest legatarius partem legati petere si de illa parte potest seruum emere, & caueat se empturum seruum,& manumissurum.aliàs secus.

VII. VLPIANVS libro sexagesimotertio ad Edictum.

SI cui legata sint centum ita, vt seruum alienum redimat, & manumittat: & bonis hæredis venditis,partem,non totum B persequatur: [a] non aliàs debet consequi legatum,quàm si cauerit se manumissurũ: sed hoc tunc demũ,si largiatur [b] portio quã accepit ad serui pretiũ:paratúsque sit dominus tãti eum vendere:alioquin [c] exceptione doli debebit legatari[9] repelli. [d]

Legatarius non cogitur subire onus iniunctum à testatore,nisi soluto legato.

VIII. POMPONIVS libro septimo ex Plautio.

EVm cui mille nummi legati fuissent,si rogatus fuisset viginti seruũ manumittere:non cogi fideicommissam libertatẽ C præstare, si legatum non caperet,constat. [e]

Alienatio necessaria quandoque excusat,vbi voluntaria non excusaret.

IX. MARCELLVS libro quintodecimo Digestorum.

CVm fidei hæredis commissum [f] sit,*ne seruus alienam seruitutẽ patiatur:experiri po-

A tem ex necessitate ex facto testatoris veniente eum vendidit sub condit.quæ conditio extitit in persona hæredis:hoc casu nõ poterit petere libertatem.Franciscus.

f *Commissum sit.* à testatore.

g *Potest.* seruus.

test [g] cõfestim vt fuerit alienatus,& petere libertatem. Sed vbi alienatio non est voluntaria, sed necessitas alienandi ex causa testatoris pendet: [h] prope est vt nondum debeat præstari fideicõmissum,quòd [i] potest videri defunctũ nihil sensisse de huiusmodi casu alienationis.

Si ideo testator prohibuit seruum vendi, vt si vendatur,fiat liber:ei vendito competit libertas.

X. IDEM libro sextodecimo Digestorum.

QVidam in testamento scripserat:*illum & illum seruos meos venire* [k] *nolo.* Si ideo eos noluit venundari, [l] vt si veneant, [m] ad libertatem perueniant:præstanda erit libertas. [n] Nam & illi videtur libertas relicta, [o] de quo ita scriptum est: *nolo alij,quàm tibi seruiat.* Secundum hæc igitur si quoquo modo [p] vendere tẽtauerit seruum, confestim peti poterit libertas: nec quo min[9] præstet libertatẽ, proderit hæredi,si eum redemerit: [q] quia semel extitit cõditio.

Si hæres grauatus seruum manumittere, eum vendat:potest seruus etiam absente emptore petere se ab hærede manumitti.F.

FIs cui libertas debebatur,veniit. [r] Si vult ab hærede manumitti,nõ erit intercedendum [f] * ei cui hæres ꝑsens erit,emptor latitauit: [t] quoniam poterit vti

* Fl.interueniendum.

quàm tibi hæredi. nam statim cum hæres eos vendere tentauerit, erunt liberi: nec auditur hæres si eos redimeret quo minus sint liberi. [*IS CVI.*] Hæres grauatus de manumittendo seruum, eum vendidit. potest seruus etiam absente emptore petere ab hærede se manumitti. [*IS CVI.*] Hæres erat rogatus de seruo Sticho manumittendo. passus est Stichus se vendi tanquam seruum ab isto hærede.qui hæres promisit de euict. non tamen erat soluendo. hic seruus petit se manumitti, & est manumissus. quæritur an emptor habeat regressum contra Stichum: sicut si liber homo pateretur se vendi tanquam seruum.& dicit quòd emptor habet regressum contra venditorem sicut si statuliberum vendidisset.Fran.

Si cui.] *CASVS.* Legaui tibi.c.& rogaui te vt Stichum emas & manumittas. bona hæredis mei vendita sunt propter debita, ita quòd partem legati tibi dare potest. nunquid possis illam partem petere, quæritur. & dicitur quòd si de illa parte potes emere seruum,habebis eam,dum tamen caueas te empturum seruum & manumissurum. & si nolis cauere:non audieris.Franciscus

a *Persequatur.* id est consequatur.Accursius.

b *Largiatur.* id est si tantum consecutus sit quantum pretium serui postulabat.M.s.alieni redimendi.secus in seruo:vt.j.e.si legatario.in prin.quæ est contra.

c *Alioquin.* id est si non caueat. non autem dicas.i.si noluerit vendere dominus.nam licet non venderet,debet tamen iste habere legatum : vt supra de leg.j. si fundum.§. Iulianus. & facit C.co. deberi.

d *Repelli.* petens legatum.

Evm cui.] *CASVS.* Legaui tibi mille nummos, & rogaui te vt seruum tuum valentem.xx.manumittas. Dicitur quòd non cogeris manumittere nisi habeas legatum.Fran.

e *Constat.*vt.ff.de minor.si minor.xxv.an.&.C.de fideicommiss. l.ab eo.& ad.l.Falci.si ea.Accursius.

Cvm fidei.] *CASVS.* Rogaui hæredem meum ne Stichus seruus meus alienam seruit. quàm suam patiatur. si hæres meus eum alienat,statim poterit Stichus petere libertatem. & hæc sunt vera quando voluntariè hæres alienauit.si au-

h *Pendet.* veluti si testator necesse habuerit eũ alienare sub cõditione,& cõditio extiterit in persona hæredis: vt arg. infra de verbo.obligationib. si seruum.§. item si homo. Et sic nota quædam permitti ex necessitate,quæ ex voluntate non permittuntur: vt supra de fundo dotali.l.j. & supra de legatis. j. filiusfami. miles.§. diui. in fine.& de lega. ij.l. peto.§. prædium. & de leg.iij.pater filium.ij. responso. & supra de petitio.hereditа. diuus. & famil. erciscun.qui erat.

i *Quòd.* id est quia. sed contra infra eo .l. rogo ne stichus.in fi. Solu. ibi cogitauit testator quocunque modo alienaretur: hic nõ quod in dubio præsumitur. vel ibi ex persona hæredis aduenit necessitas alienãdi:hic testatoris. & facit .j.l. proxima.

Qvidam in testamento.] *CASVS.* Testator prohibuit quosdam seruos vendi. si ideo eos noluit vendi, vt si vendãtur,fiãt liberi (quod voluisse præsumitur) efficiuntur liberi si vendãtur. idem est si testator dixerit,nolo quòd tales serui alij seruiant

k *Venire.* id est vendi.

l *Venundari.* quod præsumitur : vt infra eo.l. generaliter.§. si petitum.

m *Si veneant.* id est vendantur.

n *Libertas.* illis venundatis.

o *Relicta.* vtpote per fideicom. relicta si contingat eam alienari:vt &.j.e.l.rogo.Accursius.

p *Quoquo modo.* etiam ex necessitate ex persona hæredis interueniente:vt.d.l.rogo.

q *Redemerit.* no.sic.ff.depo.l.j.§. si rem.&.j.rem ratam habe.quo enim.§.j.& arg.ff.de mino.l. verum.§. item quæri.&.j.quo.le.l. j.§.prodest autẽ.item facit.ff.de ser.expor.l.fin.&.ff.l. proxi.&.j. l.imperator.in prin.

r *Veniit.* id est venditus est.

f *Intercedendum.* i.contradicendum.

t *Latitaut* . maxime:quia etiam si præsens esset,eandem habet electionem:vt.j.eo.l.generaliter.§.vlti.

BIU Cujas

a *Senatusconsulto.* Rubriano, quod ei electionem dat: vt. ĭ. eo. l. si eum. & facit. s̆. de act. emp. l. Titius.
b *Non erat.* vnde inefficax est act. de euict. l. contra eum.
c *Existimas.* tu iurisconsulte quispiam.
d *Actionem.* emptori in factum in duplum eius quod dedit, vel obligatus est emptor. nam sic est in libero empto: vt subiicit. &. ĭ. de lib. cau. l. rectissime. &. l. in tantum.
e *Adducor.* id est moueor.
f *Venditorē.* aliàs venditorem: & hæc bona. & aliàs véditos, & hæc mala.
g *Magis.* quàm manumissus teneatur: & sic corrigitur quod proxime dixit.
h *Statulibero.* qui si ad pretium participādum passus est se vendi, nō peruenit ad libertatē. aliàs cum pure nō cōpetebat libertas, tempore venditionis proclamauit in libertatē. secus si competebat: vt ĭ. qui. ad liber. pro. non licet. l. Licinius. emptor verò potest agere de euictione. sed si vēditor non sit soluēdo, datur aduersus manumissum de dolo: argu. s̆. de dolo. l. & eleganter. §. seruus patroni.

Flo. venditos

EX causa.] CASVS. Pupillo legatū relictum est, & est grauatus de seruo suo manumittendo. Dicitur quòd nō potest manumittere absque tutore.
i *Non potest.* de proprio dicit, non de relicto sibi ad hoc: quia etiam sine tutore manumitteret eum. arg. s̆. de ma. vin. l. si rogatus. in prin. vbi dicit incūctanter. & argu. ĭ. eo. l. cum quasi. §. ĭ. & die vt s̆. de manu. l. seruus furiosi. Accursius.

Flo. quoniam

IMperator.] CASVS. Firmi⁹ Titiano tres seruos legauit, & eum rogauit ne alicui alij seruiant. si propter aliquod delictum Titiani bona sunt publicata, hi serui manumittētur à republica. Secūdo dicit: sicut hęres, ita legatari⁹ potest rogari de seruo manumittendo. & si quis rogat⁹ de manumittēdo decedat prius quàm manumittat, hæres eius cogetur manumittere. Tertio dicit: hæres institutus hæredit. amisit, eò quia accōmodauerat fidem testatori de aliquo dando non capaci, & sic fiscus bona habuit. Dicitur quòd nihilo minus libertates relictæ in testamento siue directæ sint, siue fideicommissariæ, tenebunt. Francis.
k *Tres.* scilicet seruos.
l *Publicè.* id est à repub. & fa. s̆. eo. l. cum fidei. &. l. quidam.
m *Debent.* vt. s̆. de le. ij. l. cum ita. §. ĭ.

Flo. pręgnas.

senatusconsulto, [a] vt quasi ex testamento ad libertatem perueniat.

Qui seruum cui data est fideicommissi. libertas, vendit: tenetur emptori de euictione.

¶ Is cui ex fideicommisso libertas debebatur: ab eo qui soluendo non [b] erat, passus est se bonæ fidei emptori tradi. Existimas [c] in manumissum cōstituendam actionem, [d] exemplo eius qui liberi hominis emptorem simulata seruitute decepit. Ego quoque adducor, [e] vt putem rectè aduersus venditorem* [f] actionē competere: & magis [g] similē videri statulibero, [h] qui pridie quàm ex testamento ad libertatem peruenisset, idem fieri passus est.

XI. MODESTINVS libro primo Differentiarum.

EX causa fideicommissi seruo libertatem dare sine tutoris auctoritate pupillus non potest. [i]

XII. IDEM libro singulari de Manumissionibus.

IMperator Antoninus, cū Firmus Titiano tragœdos tres [k] legasset, & adiecisset, *quos tibi commendo, ne cui alij seruiant:* publicatis bonis Titiani rescripsit, debere eos publicè [l] manumitti. ¶ Et legatarius nō minus quàm hæres rogari potest seruum manumittere. Et si ante manumissionem decesserit, successores eius debēt [m] manumittere. ¶ Diuus Antoninus & Pertinax rescripserunt, hæreditate fisco vindicata, quam* tacitè [n] quis rogatus erat ei qui capere non poterat, restituere hæreditatem: & directò, & per fideicōmissum datas [o] libertates deberi. [p]

XIII. IDEM libro nono Regularum.

SI prægnās* ancilla moram nō studio manumissoris, sed fortuitò patiatur, ne manumittatur: liberum quidem non pariet, sed cogetur qui manumittere debuit, natum matri [q] tradere, vt per eam perueniat ad libertatem.

Non intelligitur repetitum, quod repetitum vitiaret. Bartolus.

XIIII. IDEM libro decimo Responsorum.

LVcius Titius testamēto facto Seiam vxorem suam, item Titiam filiam cōmunem æquis portionibus scripsit hæredes: [r] item alio capite, [s] *Erotem seruum meum, qui & Psyllus vocatur, liberum esse volo, si vxori meæ placeat.* Cum itaque Seia vxor Lucij Titij abstinuerit ab eadē hæreditate, & ex substitutione portio eius ad Titiam filiā peruenerit: quæro, an Eroti qui & Psyllus vocatur, ex his verbis suprascriptis libertas competat? Modestinus, Eroti, quòd vxor testatoris hæreditate se abstinuit, non obesse respondi. Itē quæro, an Seia vxor, quæ se hęreditate abstinuit, petēti Eroti libertatem, iustè contradicere possit? Modestinus respondit, Seiæ dissensum nullius esse momenti. [t]

XV. IDEM libro tertio Pandectarum.

IS qui* ex causa fideicommissi manumissurus est, nullo modo deteriorem eius serui cōditionem facere potest, ideoque nec vendere eum interdum alij potest, vt ab eo cui traditus est, manumittatur: & si tradiderit, redimere illum cogitur, & manumittere. Interest enim nonnunquam, [u] à sene potius manumitti quàm à iuuene.

XVI. LICINNIVS RVFINVS libro quinto Regularum.

LIbertates etiā per fideicōmissum dari possunt: & quidem largius, quàm directò. nā non tantū propriis, sed & alienis seruis per fideicōmissum libertas dari potest: [x] ita tamē, vt vulgaribus [y] verbis, & quibus euidenter volūtas testatoris exprimi possit.

XVII. Ex libro vicesimoprimo Digestorum Scæuolæ Claudius.

*SI prægnans.] CASVS. Hæres vel legatarius rogatus manumittere ancillā, fuit in mora manumittēdi: non sua culpa sed fortuito casu impeditus: interī ancilla prægnās peperit. Dicitur quòd cogitur eam manumittere, & ei tradere partū ad manumittēdum.
q *Matri.* de hoc distīgue vt dixi. C. eo. l. iij. & facit. ĭ. titu. iiij. l. iij.

LVcius.] CASVS. Instituit vxorē meā & filiam meam hæredes æqualiter: & Eroti seruo meo reliqui libertatem si placebit vxori meę. tandem vxor mea abstinuit se ab hęreditate. & sic omnia bona veniunt ad filiam meam. Dicitur quòd libertas debebitur Eroti: nec requiritur cōsensus vxoris meæ, ex quo mihi nō successit. Fran. Accursius.
r *Hæredes.* & inuicem substituit.
s *Capite.* testamenti scilicet scripsit Eroté.
t *Momenti.* quia non videtur libertas collata in eius arbitriū, nisi sit hæres. sed cōtra. C. eo. l. cū proponas. Sol. ibi subauditur maxime, vt ibi dixi.

*Fl. §.

IS qui.] CASVS. Qui ex causa fideicōmissi manumittere debet seruum: non potest facere deteriorem eius cōdi. hinc est quòd nec eum vendere potest vt ab emptore manumittatur. & si vendat, cogitur eum redimere & manumittere. Fran.
u *Nōnunquā.* sed multotiés à sene, q̄a senex citius moritur q̄ iuuenis, præsumptiōe iuris: vt. s̆. ad le. Fal. l. hęreditatū. licet secus quādoque contingat: vt. s̆. de inoffic. testa. l. nā & si. sic ergo nō tot operas prēstabit, quot iuueni secundum Fr. & facit. ĭ. eo. l. generaliter. §. fi.

LIbertates.] CASVS. Libertas potest relinqui directò, ité per fideicōmissū. & quādoq; melius est si per fideicōmissum detur, vt seruis alienis: dum tamen idoneis verbis relinquatur. Fran. Ac.
x *Potest.* sed directo tantū suis: vt. C. de manumis. testa. l. seruo.
y *Vulgaribus.* id est aptis, qualia sunt instit. de sing. re. per fideicom. re. §. fina. Accursius.

CVm.] CASVS. Dixit testator hæredi: cum tibi videbitur manumittere Stichum seruum meum, manumittas. per hæc verba

BIU Cujas

verba fideicommissaria videtur relicta libertas. Francis.

*alias hæc lex incipiebat, Acciolam Claudiã &c. ad quod respicit glos. † Vide Alcia. lib. disput. 1. ca. 14.

a *Acciolam.* aliàs l. & aliàs §. & dic Claudium esse nomen instituti. & facit. j. eo. l. fideicommissaria.

b *Visum fuerit.* scilicet opportunum.

Testamento.] CASVS. Reliqui libertatẽ seruo meo in testamẽto hoc modo: Pamphilus sit liber si bene se gesserit in rationibus meis. tandem adhuc aliquo tempore vixit: postea decessit: nec vlla querimonia est facta de Pamphilo quòd male se gesserit. dicitur quòd erit liber.

c *Querelæ.* sic .ff. ad Syll. l. j. §. fina. & facit C. de manu. testa. l. iiij.

*Flo. ville

Hæredẽ.] CASVS. Vxor instituit virum suum hæredem, & per fideicõ. reliquit libertates quibusdã seruis. castaldio viri cum vir abesset, & ex iusta causa: petiit à præside sibi dari libertatem: & data fuit. nũc vir reuersus petit ab isto liberto facto rationem eius quod gessit in seruitute. Dicitur quòd non auditur.

*Flo. iffi. *adierint

[VXORI.] Maritus legauit vxori suæ dotem, & plures alias res: & rogauit eam per fideicom. quòd ipsa manumitteret apud cõsiliũ seruũ suũ nomine Aquilinũ. mulier non vult manumittere. Dicitur q̃ cõpellitur manumittere: & si aliqua legata erũt relicta Aquilino poterit petere. Francis.

d *Marito.* ab vxore. Accursius.

e *Dedit.* scilicet in testamento.

f *In quibus.* ſ. seruis manumissis in testamẽto per fideicõmissum. Ac.

g *Actori.* id est castaldioni.

h *Mariti.* ſ. dedit libertatem per fideicõ.

i *Iste.* scilicet seruus castaldio.

k *Deberi.* quod facere debet: vt. j. eo. l. si legatario. §. fi.

l *Nõ posse.* vt. C. an seruus ex suo facto. l. pen.

m *Legauit.* ſ. maritus.

n *Negauit.* ſ. mulier.

o *Quòd.* id est quia.

p *Sibi.* scilicet vxori.

q *Vellet.* scilicet vxor.

r *Compellendã.* sic. C. ad. l. Falcid. l. si ea. & .C. eo. l. deberi. & .ff. de leg. ij. l. cum pater. §. qui dotale. Accursius.

f *Eúmque.* scilicet Aquilinum.

t *Legata sunt.* siqua sunt. Accursius.

Apud Iulianum.] CASVS. Titius hæres institutus erat rogatus manumittere seruum hæreditariũ. erat etiã grauatus restituere hæreditatem Seio. hic Titius restituit hæreditatẽ Seio, retento isto seruo quem debebat manumittere. nũc nõ vult manumittere, & sic latitat: vel forte est absens ex iusta causa. dicitur

Vnã a †*tibi visum fuerit* b *manumittere,* vtiliter datur fideicommissa libertas.

XVIII. SCAEVOLA libro vicesimotertio Digestorum.

TEstamento ita cauit: *Pamphilus, si bene se gesserit [in] rationibus meis, liber esto.* Quæsitum est, cũ manente eodẽ testamento, post aliquot annos decesserit, nec vlli * querelæ c locus de Pãphilo circa rationes patroni sit: an ex testamẽto libertatẽ sit consecutus? Respõdit, nihil ꝓponi cur non sit consecutus.

XIX. IDEM libro vicesimoquarto Digestorum.

HAerede instituto 'marito, d per fideicõmissum libertatem seruis dedit: e in quibus f & Sticho actori g mariti. h quæsitũ est, cum absente domino, iste* i præsidem prouinciæ adierit, * vt libertas sibi prẽstare tur, quasi ex iusta causa hæres abesset, & præses prouinciæ ꝓnũciauerit libertatem deberi: k an agi cũ Sticho possit, vt rationem act⁹ à se administrati reddere cõpellatur? Respondit, nõ posse. l [Vxori dotem & alias res plures legauit: m & eius fidei cõmisit, vt Aquilinũ seruum proprium mulieris apud consilium manumitteret. id negauit n se facere debere, quòd o ipsius proprius esset. quæro, an libertas ei debeatur? Respõdit, vxorem, si ex testamento nõ solum dotẽ, sed etiã cætera legata prẽstari sibi p vellet q, cõpellendã r ex causa fideicommissi Aquilinum manumittere: eumque f cũ liber erit, petiturum ea quæ sibi legata sunt. t

XX. POMPONIVS libro septimo Epistolarum.

APud Iulianum ita scriptum est: si hęres rogatus seruũ u manumittere, ex Trebelliano senatusconsulto hæreditatem restituerit: cogi debebit x manumittere: & si latitabit, vel si iusta ex causa aberit, prętor causa cognita secundum senatusconsulta ad eas causas pertinẽtia pronũciare debebit. y Si verò seruum susceperit is cui hęreditas restituta fuerit, ipsum cõuenit z * manumittere: & eadem in persona eius obseruari conueniet, quæ circa emptores a custodiri solent. An hæc b vera putes? Nam ego c discẽdi cupiditate, † quam solã viuendi rationem optimã, in octauum & septuagesimum annum ætatis duxi: memor sum eius sentẽtiæ, qui dixisse fertur: Κἂμ† τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σωρῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην. [i. Et si alterum pedem in tumulo habere, non pigeret aliquid addiscere.] [Et] bellissimè d Aristo & Octauenus putabãt hunc seruũ de quo quęreret, fideicõmissæ hęreditatis nõ esse: e quia testator rogando hæredem vt eum manumitteret, nõ videretur de eo restituẽdo sensisse. Si tamen per errorem ab hærede datus fuerit: ea dicẽda sunt, quæ Iulianus scribit. f

XXI. PAPINIANVS libro nonodecimo Quæstionum.

ROgo, *ne Stichus alterius seruitutẽ experiatur.* Intelligi datam fideicõmissam libertatem placuit principi. g Quid enim tam cõtrariũ est seruituti, quàm libertas? h Nec tamẽ quasi post mortem hæredis data videbitur. qd̃ eò pertinet, vt si viuus eũ alienauerit, confestim libertas petatur: nec prosit ad impediendam libertatis petitionem, si redemerit eum, cuius semel i conditio extitit. Idem probãdum est & si non voluntaria k alienatio ab hærede facta est: nec refragabitur, quòd non per ipsum l alienatio facta est. fuit enim quasi statuliber, & quacumque ratione m cõditio impleta est.

*Fl. cõpetit

† Nat. quòd bonũ est ſeper discere. concor. tex. & ibi glos. in cano. nullus episcop⁹ xxxviii. distin. tex. & cano. si habes. 24. q. 3. † Vide Eras. ad hũc locũ Chil. 2. cent. 1. ꝓu. 52. Iuxtaq; hanc sentẽtiã est quod M. Cicero de Senectute inducit Solonem in versibus gloriãtem quòd se quotidie aliquid addiscentẽ senem fieri dicebat.

& hæc sunt vera, siue voluntaria sit alienatio, siue non. Fran.

g *Placuit principi.* per prædicta verba.

h *Libertas.* q.d. nihil: vt institu. de iu. perso. §. j.

i *Semel.* non sufficit semel. sic. ff. de aqua plu. arcen. l. in diem.

k *Si non voluntaria.* sed necessaria. & sic est contra. ff. eo. l. cum fideicõ. Sol. plene dic vt ibi. & facit. ff. eo. l. quidã. & qd̃ ibi dixi.

l *Per ipsum.* id est voluntate eius.

m *Ratione.* dic vt. j. de verbo. obliga. l. cum seruus. & .ff. de condic. inde. l. si.

Si legatario.

BIU Cujas

Si legatario.[CASVS.] Testator legauit Titio decem, itē fundum, & grauauit eum vt manumitteret seruum suū Stichum: legatarius cœpit petere.x. detracta est inde Falcidia, & sic legatarius nō vult hoc legatū pecunię habere, nec manumittere seruum. dicitur quòd cōpellitur legatū pecuniæ accipere detracta Falcidia, & manumittere seruū.[ADVOBVS.] Duo erant hæredes, & grauati sunt manumittere duos de seruis eorum quos vellent: cum tres tantum seruos haberent. vnus hæredum latitat, nec vult eligere qui duo sint manumittēdi. Dicitur quòd stabitur electioni alterius hæredis tantum qui prēsens est. sed si vnus de seruis decedit antequā eligātur: tunc tantum duo qui supersunt, veniunt manumittendi.[CVMIS.] Hęres rogatus manumittere seruū, abest iusta de causa, siue non iusta, & sic latitat: vel si erant plures hæredes, & grauati manumittere seruum: quidā eorū absentes sūt iusta de causa, quidam non iusta de causa: & quidam sunt præsentes: vel si hæres grauatus decedat, nec aliquis ei succedat: vel si hæres rogatus abstineat se ab hæredi. dicitur quòd iudex debet pronunciare hūc liberum velut ex testamēto illius qui reliquerat per fideicom. libertatē. Itē debebit iudex pronūciare qui fuerint absentes iusta de causa, vt illi sint patroni: & qui non iusta, & illi non erunt patroni. Fran.

*Flo. libertos

*Flo. frustrandi

a *Si legatario fūdi.* cui fundus &.x. ideo relicta erant, vt seruū suū manumittat. Accur.

b *Decem.* præter fundum.

c *Legis Falcidiæ.* contra. ſ. eo. l. decem. in fi. & l. seq. Sol. vt in. l. illa, decem.

d *Fūdi.* vt &. ſ. de lega. ij. l. v. & facit. C. eo. ti. l. ſi te. & l. deberi.

e *Petiit.* testator.

f *Potuisset.* quasi totum arbitrium in eum à testatore collatum sit. Accursius.

g *Quòd si ex seruis vnus decesserit.* vnde amodo non est in eorum arbitrio, vt subiicit: & arg. ſ. de contrahen. empt. l. ſi in emptione. §. ſi emptio.

h *Iusta ex causa.* quod est eo ipso quòd non est ex iniusta: vt. j. eo. l. ſi eum. §. ex iusta.

i *Quidam.* cum sint plures. Accursius.

k *Fraudandi.* aliàs frustrandi. Accursius.

l *Aut ei.* scilicet hæredi rogato. Accursius.

m *Pronūtiare.* in omnibus suprascriptis.

n *Competere.* in omnibus prædictis casibus ac si libertas directa testamento data esset: vt &. C. eo. l. ancillam. &. l. ſi seruus. in fi.

o *Absit.* vt prēsentibus & iusta causa absentibus ius patronatus seruetur: detrectantibus modis omnibus denegetur: vt. ſ. eo. l. j. &. j. eo. l. ſi eum. §. eorum. & no. de causa in sententia exprimenda. a sic. ſ. de suſpe. tut. l. hæ. &. C. de iudi. l. properandum. §. pen.

a *Limitabis hoc dictū gl. & l. hæ. in glo.*

Fideicommissaria.[CASVS.] Hæres rogatus de manumittendo seruum, non potest differre manumissionē ob hoc quòd dicat seruum expilasse res hæreditarias, vel male gessisse rationes domini.[FIDEICOMMISSARIAM.] Titius hæres institutus & rogatus manumittere seruum hæreditarium, grauatus etiā fuit restituere hæreditatem Seio. decessit Titius antequam restitueret. Dicitur quòd hæres Titij debet hāc hæreditatē Seio restituere, & etiā libertatem præstare seruo debet, si ab eo petat seruū.[SERVVM.] Pater habens plures filios, vnum ex his habebat militē. ei donauit Stichū, & quædā alia bona. postea credēs iste pater dominiū serui & aliarum rerū quas donauerat filio, adhuc remansisse penes se, ab intestato decedens rogauit filios omnes vt istum Stichum seruum manumitterent. Dicitur quòd filius miles si succedat patri, cōpellitur manumittere, nec aliquid fratres ob hoc dabunt militi: alias autem res donatas militi à patre non cōpellitur miles conferre siue cōmunicare cū fratrib⁹. [ETIAM.] Grauati filium meum, vt cū habebit. xx. an. manumittat seruum Stichum. filius antequam haberet hanc ætatem, decesit. Dicitur quòd hæres Ilij præstabit tunc temporis libertatē, quo si filius viueret, hanc ętatem cōpleret: licet ſ. eus sit in fideicommiſ. [SERVVM.] Testator rogauit filiū suum hæredē, vt post. v. ann. manumittat seruū Stichū, si ille seruus præſtiterit omni die vſque ad finem quinquennij certā mercedem. postea seruus fugit ab isto filio hærede, & per biennium nihil prēstitit. Dicitur quòd deficit conditio: nec iste debebit ob hoc amodo manumitti, nisi filius hæres accipiat per biēnium ministerium eius serui loco mercedis: nam tūc videtur paritum cōditioni, & sic libertatem dari: vel nisi steterit per hæredem quo minus accipiat istam mercedem. Francis.

*Flo. libertos

*Flo. frustrandi

XXII. IDEM libro vicesimo secundo Quæstionum.

SI legatario fundi [a] decem [b] pretij nomine relicta sunt in hoc, vt seruum suum manumittat: quamuis fundi legatum adgnouerit, si tamen pecuniæ [legatum] propter interuentū Falcidiæ nō adgnouerit, cogendus est & pecuniam accipere habita legis Falcidiæ [c] ratione, & seruo fideicōmissariam libertatem præstare, cùm semel fundi [d] legatum adgnouerit. ¶ A duobus hæredib⁹, qui tres seruos habebat, petiit, [e] vt duos ex his, quos voluissent, manumitterent. altero hæredum latitante, alter declarat quos velit manumittere. Potest dici fieri liberos: vt perinde libertas cōpetat, ac si præsens solus manumittere potuisset. [f] Quòd si ex seruis vnus decesserit: [g] siue iusta ex causa absit hæres, siue fari non possit, à quo petitū est: decernente prætore, duos, qui supersunt, fieri liberos* cōuenit. ¶ Cùm is qui fideicōmissam libertatem præstare debet, iusta ex causa [h] abest, aut latitat: aut quidam [i] præsentes sūt, alij ex iusta causa absunt: nonnulli fraudandi [k] gratia fideicōmissi, copiam sui non faciunt: aut ei [l] qui libertatē debuit, hæres non extitit: aut suus hæres hæreditate se abstinuit: prætor pronuntiare [m] debet, ex testamento Lucij Titij fideicōmissam libertatem cōpetere. [n]

XXIII. IDEM libro nono Responsorum.

FIdeicōmissaria libertas prętextu expilatæ [p] * hæreditatis, aut rationis gestę, [q] nō differtur. ¶ Fideicommissariam libertatem ab hærede nō præstitam cogēdus est hæredis hæres, qui restituit ex Trebelliano senatusconsulto hæreditatem, præstare, [r] si eius personam [s] eligat, qui manumittendus est.

Onus manumittendi seruum, transit ad hæredem fideicommissarii qui rogatus fuit manumittere.

¶ Seruū peculij castrēsis, quem pater fideicommissi verbis à legitimis filiis hæredibus [t] liberari voluit, filium militem, vel qui militauit, si patris hæres extitit, manumittere cogendum [u] respōdi, quoniam proprium [x] manumisisse defunctus post donationem in filium [y] collatam existimauit. portionem enim à fratre [z] domino fratrem eundemque [a] cohæredem citra dānum [b] voluntatis [c] redimere nō cogendum: nec ob eundem idque senatusconsulto demonstratum est, quo senatusconsulto cōprehensum est, ne dubiū & obscurum esset cuius libertus fieret, prætorem pronūtiare debere, qui ex iusta causa, & qui detractandæ libertatis gratia absit. [o]

Hæres rogatus de manumittendo seruo, non potest differre manumissionem ob hoc quòd dicat seruum expilasse res hæreditarias, vel male gessisse res domini. Fran.

a *Si legatario fūdi.* cui fundus &. x. ideo relicta erant, vt seruū suū manumittat. Accur.

b *Decem.* præter fundum.

c *Legis Falcidiæ.* contra. ſ. eo. l. decem. in fi. & l. seq. Sol. vt in. l. illa, decem.

d *Fūdi.* vt &. ſ. de lega. ij. l. v. & facit. C. eo. ti. l. ſi te. & l. deberi.

e *Petiit.* testator.

f *Potuisset.* quasi totum arbitrium in eum à testatore collatum sit. Accursius.

g *Quòd si ex seruis vnus decesserit.* vnde amodo non est in eorum arbitrio, vt subiicit: & arg. ſ. de contrahen. empt. l. ſi in emptione. §. ſi emptio.

h *Iusta ex causa.* quod est eo ipso quòd non est ex iniusta: vt. j. eo. l. ſi eum. §. ex iusta.

i *Quidam.* cum sint plures. Accursius.

k *Fraudandi.* aliàs frustrandi. Accursius.

l *Aut ei.* scilicet hæredi rogato. Accursius.

m *Pronūtiare.* in omnibus suprascriptis.

n *Competere.* in omnibus prædictis casibus ac si libertas directa testamento data esset: vt &. C. eo. l. ancillam. &. l. ſi seruus. in fi.

o *Absit.* vt prēsentibus & iusta causa absentibus ius patronatus seruetur: detrectantibus modis omnibus denegetur: vt. ſ. eo. l. j. &. j. eo. l. ſi eum. §. eorum. & no. de causa in sententia exprimenda. a sic. ſ. de suſpe. tut. l. hæ. &. C. de iudi. l. properandum. §. pen.

p *Expilatæ.* aliàs expilatæ: aliàs compilatæ. & concordat infra ſi quis testa. liber esse iuſſus. l. j. §. ſi seruus. & arg. C. de cri. expi. hære. l. obtentu. Sed contra. C. de lega. non est. Solu. hic ab alio, ibi à seruo fuit expilata. Vel verius hic speciale in libertate: vt. d. §. ſi seruus.

q *Gestæ.* aliàs, iustæ: & tunc sequenti: aliàs, gestæ: & tunc præcedenti literæ iungitur. Et no. quòd post libertatem rationem debet reddere: vt. j. eo. l. ſi pure.

r *Præstare.* scilicet libertatem. Accursius.

ſ *Personam.* quod potest: vt. ſ. eo. l. apud Iulianum.

t *Hæredibus.* ab intestato. Accursius.

u *Cogendum.* eum solum, nec per hoc videtur adire: vt. ſ. de acquiren. hære. l. Iulianus. §. fi. Accursius.

x *Proprium.* id est credidit apud se pater remansisse dominium etiam post donationem in filium factam, licet erraret. & sic volebat alios filios grauare in redimendo.

y *In filium.* militem.

z *A fratre.* domino milite.

a *Eundémque.* militem: cōseruata in totū voluntate testatoris.

b *Damnum.* scilicet de voluntate.

c *Voluntatis.* id est salua voluntate.

a *Errorem.* quo putauit pater suum, & alias res donatas filio in suo dominio remansisse. M. & facit. C. famil. ercis. l. si filius. Acc.
b *Legitimos.* non tantum inter testamentarios.
c *Non placuit.* vt &. s. de manu. testa. l. si ita. Sed cõtra. C. quãdo dies leg. ce. l. ex his Sol. vt ibi. & fa. s. quã. dies leg. ce. l. si Titio.
d *Eo tempore.* scilicet totius quinquennij.
e *Voluit.* s. testator.
f *Proximo.* post mortem testatoris.
g *Vagatus.* seruus.
h *Elegissent.* contẽpta mercede: & accipe excepto quòd &c. q. d. videtur paritum conditioni, siue accipiat hęres ministerium pro mercede, siue per hæredem stet vt neutrum fiat.
i *Eam rem.* id est vagationem biennij.

errorem [a] cætera quæ pater in militiam profecturo filio donauit, fratri qui mansit in potestate, conferenda: cum peculium castrense filius etiam inter legitimos [b] hæredes præcipuum retineat. ¶ Etiam fideicommissaria libertas à filio post certam ætatem eius data, si ad eam puer nõ peruenit, ab hęrede filij præstituta die reddatur: quã sentẽtiam iure singulari receptam, ad cętera fideicõmissa relicta porrigi nõ placuit. [c] ¶ Seruum à filio post quinq; annos, si eo tẽpore [d] mercedem diurnam filio præstitisset, manumitti voluit. [e] biennio proximo [f] vagatus [g] nõ præstiterat. cõditione defectus videbatur: si tamen hæres filius, aut tutores eius ministeriũ serui per biennium elegissent, [h] * eam rem, [i] excepto, * quòd per hæredem stetisset, impedimento residuæ conditioni non esse constitit.

Generaliter.] CASVS. Illi possunt fideicõmissarias libertates relinquere, qui aliquod fideicom. pecuniarium possunt relinquere: vt sunt illi qui possunt testari: & cuiusque seruo potest fideicom. libertas relinqui, siue principis seruo, siue ciuit. siue seruo hostium, & tũc debebitur cum seruus hostium ad nos peruenerit. Item libero homini potest relinqui libertas per fideicom. & tunc tenebit, si tempore mortis testatoris inueniatur seruus, vel tempore existẽtis conditionis sub qua relicta erat libertas. Item seruo alicuius qui sit in ventre, potest relinqui libertas per fideicommiss. Item seruo damnato in metallum potest fideicommissaria libertas relinqui, & tunc debebitur, cum à pœna erit liberatus indulgentia principis. tunc enim seruus fisci efficietur, & nũquam reuertetur sub priore domino. Item nato & concepto ex damnata in metallum, potest fideicommissaria relinqui libertas, cum etiam talis seruus possit vendi à fisco. [*SI PETITVM.*] Testator dixit in testamẽto, nolo quòd Stichus seruus meus seruiat. Dicitur quòd per hæc verba videtur hæres rogatus de manumittẽdo. sed si testator dicat, nolo quòd hæres meus Stichum seruum meum vendat: videtur relinquere libertatem per fideicommiss. si contingat eum vendi: nisi appareat quòd alia de causa hæc verba dixerat, vt animo cruciãdi seruũ: & sic ih eius odium possit habere: vel quia dixit hæc verba animo consulendi hæredi ne eum vendat, cum bonus sit seruus. & hoc debebit probare hæres. nam præsumitur quòd animo relinquendi libertatẽ hæc verba dixerat testator. [*SI QVIS TVTOREM.*] In testamento meo Stichum reliqui tutorem filiis meis, credens eum liberum, cum esset seruus. non propter hoc putet sibi libertatem deberi. [*SI QVIS.*] Ego Franciscus obligaui seruum Stichum Bozolo. tandem Bozolus illi seruo reliquit libertatem directò in testamento. de rigore iuris non valet, sed tamen de æquitate valet: vt videatur hæres Bozoli rogatus per fideicommiss. manumittere, & sic eũ emet à me, & manumittet: & hoc præualet, cum non est ignotum multa induci cõtra rigorem iuris fauore libertatis. [*EX TESTAMENTO.*] Testamento rupto per natiuitatem posthumæ, omnes libertates tam directæ quàm fideicommissariæ in eo relictæ cassantur: nisi testator dixerit eas dandas etiam à legitimis. & iste est casus. hodie autẽ secus seruatur: vt. C. de lib. præte. authen. ex causa. [*SI QVIS ALIENVM.*] Ego Franciscus legaui Titio. x. eundem rogaui vt manumittat seruum suum Stichum: vel forte nõ suum, sed alienum. Tandẽ Titius accepit hæc. x. nunc videt Titius quòd valet seruus Stichus vltra. x. non vult manumittere Stichum. quæritur an cogatur? & distinguitur. nam aut hic Stichus erat seruus Titij: & tunc cogitur eum manumittere: licet minus sit legatũ quàm valeat Stichus. si autem sit seruus alienus, non cogitur Titius eum emere pro maiori quãtitate quàm habuerit nomine legati: & sic nec manumittere. Sed pone quòd Titium hæredẽ mihi institui, & eum rogaui de seruo Sticho manumittendo. Dicitur quòd si aliquid licet modicum supersit penes eum de hæreditate, deducto ære alieno: cogitur eum manumittere. si autem nihil supersit, non cogitur. Postea dicit: legaui Titio. x. eundem rogaui de Sticho seruo alieno manumittendo, qui vltra. x. valet. tandem hoc legatum creuit, puta mora hæredis, & sic Titius habuit forte vsuras legati, & sic vltra decem. dicitur quòd hoc totum est de legato: & si hoc totum simul legatum collectum sufficiat ad emẽdum Stichum, cogitur eum emere & manumittere. Idem est & si serui Stichi pretiũ decrescat, ita quòd bene potest emi pro tanto quantum est legatum. nam Titius cogitur eũ emere & manumittere Sed pone quòd fundum legaui Titio: eũdem rogaui de seruo Sticho manumittẽdo, & bene tũc valebat legatum tantum, quantũ seruus Stichus. tandem decreuit legatum, fundus puta chasmate, ita quòd valet minus q̃ Stichus. an nunc cogetur manumittere Stichum? & dicitur quòd non, si legatum quod habet vult reddere. sed si hoc quod remansit, valet tantum quantum Stichus: tũc bene cogitur manumittere. Sed pone quòd erat rogatus plures seruos manumittere, & fundus legatus minutus, vt dixi prius, adhuc valet tantum quantum aliqui ex seruis, non quantum omnes: & accepit legatum: hoc casu cogitur manumittere quosdam ex his qui sufficiant ad pretium legati, & primo illos qui primo sunt nominati. Si hoc nõ apparet: tunc forte vel meritis decernetur, qui primo manumittantur. Vltimo dicit: ea quæ dixi quando Titius erat rogatus de seruis suis manumittendis, habent locum & si de alienis seruis manumittendis erat rogatus: cum legatum sibi relictum non sufficiat ad omnes emendos. nam emet quos poterit ex tanto quantum est legatum, & manumittet. [*SI CVI LEGATVM.*] Titius legauit mihi centum, & rogauit me vt manumitterem seruum meum Stichum, & ei facto libero ista centum darem. dicitur quòd tali seruo non compellor dare libertatem: & adducit simile quod leue est. [*SI ROGATVS QVIS SIT*] Legatus est mihi fundus, & rogatus sum vt istum fundum post mortem meam restituam Titio, & cẽtum dem Sempronio. dicitur quòd ita demum teneor ad ista centum, si interim tantum lucri habeam ex hoc fundo. sic ergo pendet hic fideicommissum, prout supra dicitur de libertate. [*QVOTIENS.*] Seruo relicta est libertas per fideicommissum. amodo si hæres eum vendat, vel vsucapiatur hic seruus ab aliquo: non extinguitur hoc fideicommissum, quin hic seruus possit petere manumitti. poterit autem petere manumitti ab eo à quo maluerit, scilicet ab hærede, vel ab emptore. & similiter si erat relicta libertas sub conditione, & interim hæres eum vendat. nam existente conditione, poterit petere manumitti: vel vult ab emptore, vel ab hærede. & si ante conditionem emptor eum manumiserit: & tunc existente conditione petat se esse libertum hæredis, non manumittentis, cum durior sit patronus: auditur. idem si ex alia causa hoc idem petat. & hoc si fuerit talis voluntas testatoris. si autem testator non curauit à quo manumittatur, sed hoc tantum quòd manumittatur: tunc hoc non poterit allegare siue petere hic seruus libertus factus. Franciscus Accursius.

¶ In fideicommissaria libertate quamuis quis modicum [a] legatum fuerit consecutus: necesse [b] habet seruum suum manumittere. Pecuniarium enim fideicommissum si diuisum [c] fuerit, satis * iniuriam facit [tam] libertati [d] quàm fideicommissario. Satius est igitur eũ qui adgnouit legatũ, onerari, quàm libertatem intercidere.

Cui fideicõmissaria libertas debetur: interim est seruus, donec manumittatur.h.d.

¶ Quotiens seruo vel ancillę fideicommissaria libertas relinquitur: in ea conditione est, vt quoad manumittaẽ, seruilis cõditionis sit. Et quidem si nullã moram prędandæ libertati, qui præstare debet, fecit: nihil de statu eorum mutatur: [e] ideoq; eos interim legari posse, sed cũ sua causa, [f] constat.

XLVI. IDEM libro sexto Disputationum.

FIdeicommissaria libertas ita potest dari: [g] *hæres si volueris, fidei tuæ committo, vt Stichum manumittas.* quamuis nihil aliud in testamẽto [sit,] potest valere ex nutu hæredis. [h] Planè & si ita: *si Stichus voluerit,* potest ei libertas [i] adscribi. Sed & si ita adscriptum sit: *si Seius voluerit, Stichum liberum esse volo:* mihi videtur posse dici valere libertatem [k]: quia conditio potius est: quemadmodum si mihi legatum esset, si Titius Capitolium ascenderit. ¶ Quòd si ita [l] scriptum sit: *si hæres voluerit:* nõ valebit: sed ita demum, [m] si totum in volũtate fecit hæredis, si ei libuerit. Cæterùm si arbitrium illi quasi viro bono dedit: non dubitabim [o] quin libertas debeatur. Nam & eam libertatem deberi placuit: *si tibi videbitur, peto,* [n] [vt] *manumittas.* ita enim hoc accipiendũ [est,] si tibi quasi viro bono [o] videbitur. Nam & ita relictum, *Si voluntatem meam probaueris:* [p] puto deberi: quemadmodum, *Si te meruerit quasi virum bonum:* vel, *Si te non offenderit, quasi virum bonum:* vel, *Si comprobaueris:* vel, *Si non reprobaueris:* vel, *Si dignum putaueris.* nam & cum quidam Græcis verbis ita fideicõmissum reliquisset: ὃν δεῖνα ἐὰν δοκιμάσῃς, ἐλευθερίαν δοθῆναι βούλομαι. [id est, illi, si probaueris, libertatẽ dari volo:] à diuo Seuero rescriptum est, fideicommissum peti posse. ¶ Quãquã [q] autem in hæredis arbitriũ conferri an debeatur, non possit: quando tamen debeatur, conferri potest. ¶ Quidam [r] cũ tres seruos legasset, fidei hæredis sui commisit, vt ex his duos quos vellet manumitteret. Fideicommissa libertas valebit: & quos ex his volet hæres manumittet. Quare si eos vindicaret legatarius, quos hæres vult manumittere: exceptione doli [mali] repelletur.

XLVII. IVLIANVS libro quadragesimosecundo Digestorum.

SI pater duos filios hæredes ſstituerit, & adgnatiõe posthumi ruptum testamentũ fuerit: quamuis hæreditas pro duabus partibus [f] ad eos [t] pertineat, tamen fideicommissæ libertates præstari non debent: [u] sicut ne

g *Dari potest.* sed an data valeat? Rñ. hoc aperit.j.e.§.quod si ita.

h *Hæredis.* vt &.ſ.de leg.j.senatus.§.legatum.

i *Libertas.* sed & legata possunt conferri in voluntatem legatarij: & conditionalia sunt: nec ad hæredem transmittit legatarius, nisi voluntatem expresserit: vt supra de leg.j. si ita legatum. §.j. nec est contra. huic respon.j.C.de contrahen.emp. in vendẽtis. quia illud in contractibus.

k *Libertatem.* quod fauore libertatis fit: vt supra de cõdi.& demonstra.l.nonnunquam.

l *Quod si ita.* nunc aperit primum dictum legis: licet ibi in secunda persona, hic in tertia loquatur: sed non est vis.

m *Ita demum.* non valebit, si &c. Accursius.

n *Peto.* id est volo.

o *Bono.* qui arbitratur libertatem præstari.

p *Probaueris.* scilicet tu hæres Gual. Accursius.

q *Quanquam.* sic.ſ.de eo quod certo lo.l.ij.§.qui Stichum.&.ſ. de contrahen.emp. hæc venditio.&.l. si in emptione.§.pe.& facit.j. de act.& obli. sub hac conditione.&.C. de do.promiſ.l.iij. & supra de leg.ij.l.j. & de leg.iij. fideicommissa.§. sic fidei. & de leg.j.l.si sic.in princip.

r *Quidam.* Concor.ſ. de manumiſ.test.si peculium.§.fi.&.C.eo. si quis in testaméto. &.j. eo.l.si seruus. Ac.

SI pater.] CASVS. Quidam duos filios habẽs, eos hæredes instituit, & eos rogauit ꝙ manumittant quosdã seruos. postea natus est posthum⁹ illi testatori, & sic ruptũ est testamẽtũ. dicitur ꝙ hæc fideicõmissaria libertas extinguitur: licet penes istos duos filios debeãt remanere duę partes bonorũ: & sic legata in eo testaméto relicta extincta sunt. [*SICVM ALIENVM.*] Hæres rogat⁹ vt seruũ alienũ manumittat, latitat: propter hoc dicit ꝙ habet locũ senatusconsultũ de quo habes ſ.e.alieno.§.fi.&.l.fi. in quo cauetur ꝙ hæres compellitur emere & manumittere: vel dominus serui poterit eũ manumittere, & petere ꝑtium ab hærede. [*SIA STICHO.*] Grauaui hærede meũ vt manumittat seruũ Stichũ, si reddiderit ratiões. nũc hærede absente Stich⁹ vult reddere rationes, & venire ad libertatẽ. quæritur quid iuris? & distinguitur. nã aut hic hæres est absens iusta de causa: & tunc iudex eliget quẽdã bonũ virũ qui excutiat rationes à seruo, & reliqua accipiat & deponat: & postea iudex dabit libertatẽ illi seruo. si aũt hæres abest mala fide: satis est ꝙ seruus dicat corã iudice se paratum reddere rationẽ: & sic pronũciet iudex libertatẽ huic seruo. [*CVM SVB CONDITIONE.*] Seruum tibi pure legaui vt eum manumittas si nauis venerit ex Asia. dicitur quòd tibi non aliter dabitur hic seruus nisi caueas hæredi meo quòd eum manumittes veniente condi. [*QVAEDAM.*] Quædam existens infirma nolens decedere ab intestato, præsentibus. v. viris & matre sua ita dixit. Mæuiam & Seiã liberas esse volo. Dicitur quòd siue mater ei succedat, siue matre repudiante alius legitimus ei succesit: videtur grauatus per fideicommissum vt has seruas manumittat.

s *Pro duabus partibus.* pro tertia ad posthumum.& sic no. testamentum rumpi in totum [a] etiam propter vnum posthumum. sic infra de iniu. testa.l.pen. aliud de inoffi. testa. vt supra de inoffi. testa.l.circa. Azo.

t *Ad eos.* scilicet filios institutos in testamento in quo erant relictæ libertates: quod testamentum est ruptum per natiuitatem posthumi.

u *Non debẽt.* nisi ab intestato rogauit: vt.ſ.eo.l.aliena.§.j.&.ſ.de iur.codi.l.qui graui.& seq.&.l.pe.&.C.de fideicõmiſ.l.eã quã.

legata quidem aut fideicõmissa [a] præstare coguntur. ℣ Si cùm alienum seruum hæres rogatus sit manumittere, item communem, vel eũ in quo vsusfructus alienus est, [is [b]] latitet: non iniquè [c] senatusconsulto [d] libertatibus succurretur. ℣ Si Sticho [e] libertas per fideicõmissum data fuerit sub conditione, si ratiões reddidisset: & is absente [f] hærede paratus sit reliqua soluere: prætoris officio continetur, vt virum bonum eligat, cuius arbitrio rationes computẽtur: & [vt] pecuniam quæ ex cõputatione colligitur, deponat: atque ita pronuntiet libertatem [eorum] ex causa fideicommissi deberi. Hæc autem fieri conueniet, si hæres ex iusta causa aberit. nam si latitauerit, satis erit liquere prætori, per seruum non stare quo minus conditioni pareat: atque ita pronuntiare de libertate oportebit. ℣ Cum sub conditione legato [g] seruo libertas datur: non aliter fideicommissario tradi debet, quàm vt caueatur, existente cõditione traditum [h] iri * eum. ℣ Quædam cum in extrema esset valetudine, præsentibus honestis viris compluribus, [i] & matre sua ad quam legitima [k] eius hæreditas ptinebat, ita locuta est: *Ancillas meas Mæuiam & Seiam liberas esse volo*: & intestata decesit. quæro, si mater ex senatusconsulto [l] legitimam hæreditatem eius non vindicasset, & hæreditas ad proximum cognatũ pertinuisset, an fideicõmissa libertas deberetur? Respõdi deberi. nam eam quæ in extremis dixisset, *ancillas meas illam & illam liberas esse volo*: videri [m] ab omnibus qui legitimi hæredes, aut bonorũ possessores futuri essẽt, petisse vt hoc fieri possit.

Legatarius si petat seruum qui ei legatus est vt eum manumittat: debet cauere de eo manumittendo antequam ei tradatur.

XLVIII. IDEM libro sexagesimo secundo Digestorum.

CVm in testamento scriptũ esset, *Stichum Titio lego*: vel, *hæres meus dato, ita vt eum Titius manumittat*: [n] dixi petenti legatario Stichum, exceptionẽ doli mali obstaturam, nisi cauerit se libertatem secundum voluntatem defuncti præstaturum.

Hæres & legatarius si rogati sunt seruum manumittere, & latitant: seruus efficitur libertus Orcinus.

XLIX. AFRICANVS libro nono Quæstionum.

SI is cui seruus legatus est, rogatus manumittere, latitet: Orcinum [o] fieri libertũ respondit. Idem fore & si non legatarij, sed hæredis fidei commissum esset. Sed & si non omniũ, sed quorũdam hæredum fidei commissum sit, æquè [p] dicendũ [erit] Orcinum fieri. In eos autem qui latitauerint, [q] cohæredibus [r] à quibus redimẽdæ partes essent, vtilem [s] actionem [t] eo nomine dari debere: vel etiã familiæ erciscundæ iudicio rectè eos acturos.

L. MARCIANVS libro septimo Institutionum.

SI seruus legatus, & per fideicõmissum manumissus [u] sit: Ceruidius Scæuola consultus [x] putabat nouissimam scripturã valere: siue libertas sit, siue legatum: quia cùm libertatẽ datam postea placeat adimi, [y] & legatum * constat posse admi. Sed si in obscuro sit, qua mente post libertatẽ legauerit eundẽ seruũ: in obscuro libertatẽ præualere. quę sententia mihi quoque verior esse videtur. [z]

SI seruus legatus.] CASVS. Seruum tibi legaui. postea grauaui hæredem meum vt eum manumittat. dicitur quòd legatum extinguitur. sic vltimum dictum seruatur. Sed pone quòd primo hæredem meum rogaui de manumittendo Sticho, postea eum Stichum legaui. Dicitur quòd primum grauamen libertatis dandæ extinguitur per hoc legatum, quasi videar pœnituisse de libertate. Si autem est in obscuro, siue in dubio, qua mente legauerim: non extinguitur libertas.

u *Manumissus*. i. manumitti iussus.

x *Consultus*. i. interrogatus.

y *Adimi*. s. posse. *bodiè olim in publicis, si precibus ei à manumissore [illegible] iussit cessare in nullo.*

z *Verior esse videtur*. vt. ẽ. titu. j. si peculiũ. §. fin. & infra de re. iur. l. quoties. & ad hoc. ẽ. titu. j. Stichus Sempronio. & supra de vulga. substi. l. fin. §. j. ibi, nos dominis &c. & de libe. & posthu. si ita. §. regula. & de lega. ij. si idẽ. in princip. j. tit. j. l. Stichum. in prin. &. C. de nec. ser. l. quidam. §. fi.

NON tantum.] CASVS. Rogaui hęredem meũ quòd seruum manumittat. siue ipse hæres, siue hæres eius eum manumittat: bene est. idẽ si emptor qui emit ab hærede, eũ voluerit manumittere: & fiscus ei succesit antequam manumittat. Dicitur quòd fiscus cogitur eum manumittere. Vltimo dicit, quòd rogatus manumittere, poterit manumittere, etiam si eius sit ætatis qua rem suam alienare non posset, vt quia minor est. [SI ALIENVM.] Decẽ tibi lego, & rogo te vt seruũ Stichum emas & manumittas. domino Stichi nolente vendere: tamen retinebis legatum. [CVI PER FIDEICOMMISSVM.] Seruus cui est relicta libertas per fideicommissum, est loco liberi, & obtinet vicem statuliberi: immo melioris est condi. cũ non possit in aliũ trãsferri: nec cogitur aliũ patronũ habere quàm rogatũ. [SENATVSCONSVLTO.] Hęres grauatus de manumittendo seruũ abest: & ex iusta causa: & hoc est, pnunciatũ. Dicitur quòd amodo erit liber perinde ac si esset manumissus ab hærede. Secundo dicit quando dicitur abesse: & certe tunc cum à tribunali abest. & quod dixi in hærede, idem in alio grauato per fideicommissum de manumittendo. qui si abest ex iusta causa, & hoc pronũtiatum fuerit: seruus erit liber, perinde ac si esset à rogato manumissus: & sic eius libertus erit. & de hoc, an scilicet absint ex iusta causa, vel non: debent præsides prouinciæ in prouinciis cognoscere: licet rogatus non sit eius prouinciæ. & hoc vltimum Articuleianum senatusconsultum induxit. Si autem quis est rogatus seruum proprium manumittere: & hic absit: & iudex cognouit eum abesse: & libertatem huic seruo deberi: pronuntiet

*Fl. & per legatum

a *Aut fideicommiss.* Ex rupto enim testamento nihil debetur: vt C. de posthu. hære. l. j. & argu. ẽ. eo. cùm quæsitum. §. fi. sed hodie secus: vt. C. de lib. præ. authẽ. ex causa.

b *Is.* scilicet hæres.

c *Non iniquè.* sed æquè.

d *Senatusconsulto.* aliquo: arg. ẽ. eo. l. alieno. §. fin. &. l. seq. non Rubriano, quod in seruo rogantis: nec Aemiliano, quod in seruo legati locum habet: vt. ẽ. e. l. cum vero. §. subuentum. &. l. si eũ. §. si quis seruũ. Vel dic senatusconsul. i. ex mente prędictorum senatusconsultorum.

e *Si Sticho.* facit. ẽ. eo. si pure. Accursius.

f *Absente.* ex iusta causa, vt statim patet.

g *Legato.* pure, sed libertas sub condi.

h *Traditũ.* id est quod reddet hæredi ad manumittendum: vt supra eo. titu. j. l. Iulia. ij. responso. & facit. j. l. proxi. &. ẽ. titu. j. si peculium. §. fina. Ac.

i *Compluribus.* vt. v. ad minus: vt. C. de codic. l. fi. §. in omni.

k *Legitima.* ex Tertul. vt instit. ad Tertul. in prí. & facit ad. §. ẽ. e. l. in testamento.

l *Senatuscon.* Tertulliano.

m *Videri.* vt fuit in nostro casu.

Fla. tradituri

CVm in testamento.] CASVS. Titio seruum legaui, & eum rogaui vt seruum istũ manumittat. non dabitur Titio seruꝰ, nisi caueat hæredi de eo manumittendo. Fran.

n *Manumittat.* Idem si vt quoduis aliud faciat: licet non interfit hæredis: vt & supra de lega. iij. si tibi legatũ. & facit. ẽ. titu. j. Iul. & ẽ. l. proxi. §. penul.

SI is.] CASVS. Tibi erat legatus Stichus, & rogatus eras vt eum manumitteres. tu latitas, nec vis manumittere. erit Orcinus libertus. idem est si hæres testatoris rogatus sit Stichum manumittere. nam si latitet, erit libertus Orcinus iste Stichus. Sed quid si cum plures essent hæredes, quidam ex eis sunt rogati manumittere Stichum seruum hæreditarium, & latitant? Respon. ille seruus efficitur libertus Orcinus. Alij tamen hæredes qui non erant rogati, agent contra rogatos ad pretium partium quas habebant in illo seruo.

o *Orcinum.* ex Rubriano: vt. ẽ. eo. cum vero. §. subuentum.

p *Aequè.* id est, sicut in superiori casu efficitur Orcinus, si non manumittatur: ita hic.

q *Latitauerint.* qui soli sunt rogati.

r *Cohæredibus.* qui non sunt.

s *Vtilem actionem.* Ad pretium suæ partis: vt supra eo. cũ quasi. §. si plures.

t *Actionem.* forte in factum.

BIU Cujas

nuntiet eum esse liberum: & erit amodo liber. & hoc est inductum à senatusconsulto Iunciano. Vltimo dicit: Si hæres rogatus de manumittendo seruum hæreditarium, absens sit: iudex iudicabit seruum esse liberum, & erit liber. absens autem dicitur, siue abest ex iusta causa: siue latitet: siue præsens est, & non vult manumittere. Sed pone quòd hic hęres vendat hunc seruum, quem erat rogat⁹ manumittere. hoc casu emptor cogit manumittere. Sed pone quòd duo erant hæredes, & vnus eorum rogatus est de manumittendo seruum hæreditarium. Dicitur quòd rogatus manumittet etiam altero cohærede absente. intellige tamen quòd pretium serui dabit. & hæc etiam vera sunt, si cohęres sit ipubes. Sed pone quòd hæres rogatus est manumittere ancillam, & vt cum ea contrahatur matrimoniũ. Dicitur quòd cogitur eam manumittere. non autem eam ducere in vxorem cogitur. Fran.

a *Emptione.* à quo eorum, eligit seruus: vt supra eo. l. generaliter. §. fi. M.

b *Transit.* seruus cum hæreditate.

c *Ab eo.* scilicet fisco.

d *Prohibetur.* vt supra eo. alieno. §. ij. &. l. neque infantes. §. fi. & sic voluntas defuncti facit cessare necessitatẽ decreti: vt. C. quando decre. opus non est. l. j. ij. &. iij. & facit supra de manu. vindi. l. si rogatus. in princip. Sed argu. cõtra. C. de reb. ali. non alienandis. l. fi.

Defuncti voluntas necessitatem decreti cessare facit.

e *Retinet.* vt supra de le. j. l. si fundũ sub cõ. §. Iulia. & facit. C. eo. l. deberi.

f *Obtinet.* sicut enim statuliber conditionẽ expectat: ita iste manumissionem. M.

g *Magis.* s. est plus liber quàm statuliber.

h *Experiatur.* facit. ff. eo. l. generaliter. §. fi. &. l. is qui ex causa. & C. qui. ad liber. procla. nõ licet. l. j. Accursius.

i *Cautum est.* vt &. ff. eo. neque infantes.

k *Cognoscant.* de supradictis.

l *Eius prouinciæ.* cuius testator forte fuerat. vel dic, speciale: vt &. l. neque infantes. §. fi. aliàs contra: vt. ff. de iurisdi. om. iud. l. fi. &. C. de interdi. l. ij.

m *Iunciano.* idem dicitur Aemilianũ: vt. ff. e. si eũ. §. si quis seruũ.

n *Pronuntiationem.* i. post decretum interpositum eo absente.

o *Rescripsit.* facit. ff. eo. l. neque infantes. &. l. si cum. in prin.

p *Quoque.* facit. ff. ea. l. in prin. Accursius.

q *Cohæres.* qui est rogatus.

r *Accepisset.* Sed reddet ei pretium: vt. ff. e. l. si is. §. fina.

s *Manumittere.* Sed hæres rogatus erat: vt supra eo. l. cũ quasi. §. si plures. Accursius.

t *Manumittere.* s. ancillã vt cõtrahat matrimoniũ cũ rogato. Ac.

LI. IDEM libro nono Institutionum.

NOn tãtũ ipse qui rogat⁹ est manumittere, ad libertatẽ perducere potest: sed & successores eius, siue emptione, [a] siue quo alio modo successerint. Sed & si nemo successor extiterit: ad fiscum ita transit, [b] vt libertas ab eo præstetur. Is autem qui rogatus est manumittere: etiam eo [c] tempore quo alienare prohibetur, [d] potest manumittere. ¶ Si alienum seruum quis rogatus fuerit manumittere, cum ei pecunia certa legata esset vt emat eum, & manumittat, & dominus nolit eum vendere: legatum retinet [e] ex voluntate defuncti. ¶ Cui per fideicommissum libertas debetur, liberi quodammodo loco est, & statuliberi locum obtinet, [f] vel eo magis, [g] quòd nec in alium transferendus est, [ita] vt aut libertas eius impediatur, aut iura patronorum grauiora experiatur. [h] ¶ Senatusconsulto Dasumiano cautum est, [i] vt si ex iusta causa absit qui fideicommissam libertatem debet, & hoc pronuntiatum fuerit: perinde libertas competat, atque si vt oportet, ex causa fideicommissi manumissus esset. Abesse autem is intelligitur, qui à tribunali abest. ¶ Et quia [de] hęredibus tantum cautum erat: adiectum est eodem senatusconsulto, vt quicumque fideicommissam libertatem [debet:] ex quacumque causa [iusta] pronuntiatum fuerit eũ eósve abesse: perinde habeatur, atque si vt oportet ex causa fideicommissi manumissus esset. ¶ Sed Articuleiano senatusconsulto cautum est, vt in prouinciis præsides prouinciarum cognoscãt, [k] licet hæres non sit eius prouinciæ. [l] ¶ Sed si non hæreditarium seruũ quis rogatus fuerit manumittere, sed proprium: ex senatusconsulto Iunciano [m] post pronuntiationem [n] peruenit ad libertatem. ¶ Siue iusta ex causa abest, siue latitet, siue præsens non vult manumittere: pro absente eum haberi diuus Piùs rescripsit. [o] ¶ Emptor quoque [p] vt manumittat, eodẽ senatusconsulto expressum est: & præsens cohæres [q] perinde manumittat, atque si traditum à cohærede accepisset. [r] quod & in impuberis persona cohæredis, qui non erat rogatus manumittere, [s] eundem principem rescripsisse relatum est. Sed si matrimonij causa quis manumittere [t] rogatus est, non est cogendus eam vxorem ducere: sed sufficit fideicommissa libertas.

A

B

C

D

LII. VLPIANVS libro primo Responsorum.

POsteaquã à creditore [u] alienati sunt serui quibus fideicommissa libertas adscripta est: non nisi ex iusta causa aduersus hæredẽ subueniri eis posse.

LIII. MARCIANVS libro quarto Regularum.

SI quis rogatus ancillam manumittere, moram fecerit: [x] si interea enixa fuerit, constitutum est huiusmodi partum liberum nasci, & quidem ingenuum: sed sunt cõstitutiones, [y] quibus cauetur, statim ex quo libertas deberi cœperit, ingenuum nasci: & hoc magis est sine dubio sequendum: quatenus [z] libertas non priuata, [a] † sed publica res est: vt vltro is qui eam debet, offerre [b]

Posteaquã. CASVS. Testator quosdam suos seruos obligauerat alicui, puta Bozolo Florentino. hic testator rogauit hæredem suum de his seruis manumittendis. antequam hæres eos luat & manumittat, Bozolus eos vendidit iure creditoris. quæritur, an hic hæres cogatur eos redimere ab emptore, & manumittere. Dicitur quòd nõ, nisi fuerit in mora luendi eos. Fran.

u *A creditore.* vt ab emptore cogatur redimere & manumittere, & ex iusta causa si hæres facit morã luendo à creditore: vt. ff. eo. l. Thais. §. j.

Si quis rogatus. CASVS. Hæres rogat⁹ est manumittere ancillam hæreditariã. hic hæres adita hæredi. fecit moram in manumittendo, & sic ancilla peperit. Dicit quòd hic partus est liber ingenuus. cum enim libertas sit res publica, is hæres qui eam debet, debuit eam offerre, aliàs lex dat libertatem. Sed pone quòd hic hęres non adiuit hæredi. in odium huius ancillę, ad hoc vt ei⁹ partum haberet seruũ. tũc hic partus natus est seruus. tradetur tamẽ matri ad manumittendũ. sed si mater vel eius hęres nõ vult manumittere: coguntur ad hoc. Sed pone quòd hæc mater nolit sibi hunc filium tradi. tunc hæres testatoris ad hoc compellit. Sed pone quòd hæres non studiosè distulit adire. adhuc idẽ. Sed pone quòd ancilla peperit antequã hæres cognoscat se hæredẽ. adhuc idem. tamen hoc casu ipse hæres manumittet hunc partum. Sed pone quòd directo relicta erat libertas huic ancillæ: & antequã adiret hæredi. ancilla peperit. hoc casu mater manumissa petet hunc partũ. Sed pone quòd directò libertas fuit relicta seruis. sed † antequã hęreditas adeatur, hi serui ab aliquo sunt vsucapti. Dicitur quòd hæreditate postea adita, per prętorem subuenitur his seruis vt efficiantur liberi: licet eis possit imputari, quare passi sunt se vsucapi. & hoc si erant hi serui magni. si autem paruuli: hoc non esset eis imputandũ. hoc dicit cum duabus. ll. seq. Franciscus Accursius.

x *Fecerit.* post aditam hæreditatem, aliàs secus: vt infra. §. j. & quod hic dicit moram, intellige per interpellationẽ. Item nota moram: aliàs seruus nascitur, sed matri traditur ad manumittendum: vt supra eo. l. si prægnans. &. l. cum vero. §. apparet. in princip.

y *Constitutiones.* imperatorum, non solum alia iura.

z *Quatenus.* id est quia.

a *Non priuata.* id est non indiget quòd à priuato detur talis libertas: cum per legem detur.

b *Offerre.* Ex hoc videtur in aliquo corrigi quod dixi. ff. eo. cũ vero

BIU Cujas

vero.§. apparet. & sic est.C. de contrahen. & commit. stipula. l.magnã.& de emphyteutico iure.l.ij.§.penul.Sed argumentum contra.ẽ. quorum lega.l.ij.§.j. quod non placet: quia & infra eo.l.sed si non data. habes idẽ.ſ. quòd debeat peti.dic ergo quòd vltro debet offerre ſi velit eum habere libertum.

a *Debeat.* timens ne eo differente lex præſtet.

b *Tardius adierit.* ſic ſupra de vſufru. lega. l. ſi vſusfructus leg.in princip.

c *Matris.* non tamen imponet operas,cũ ex neceſsitate manumittat:vt &.C.de ope.lib. l.ij.& adiũge duas ſeq. ll.cum iſta.

d *Mater. Accepiſſet.* vt manumitteret.quod fit quandoque: vt ſupra .l. proxi. in fi.

e *Eius.* ſcilicet matris.

f *Ed & ſi non. Idem dicẽdũ.* quod ĩ.l.ſi quis rogatus.in fine cõtinetur, vel quòd etiã in vtraque ſuperiori. Accurſius.

g *Eſſe.* libertati.

h *Debebit.* quia nihil eſt quod poſsit ei imputari, iuſta ignorantia eum excuſante. Ir. & adde diſtin.vt.C.e. l.iij.

i *Nam ibi.*ſ.in ſuperioribus caſibus.

k *In rem matri.* No. ſpeciale,vt mater vindicet filium:argu.contra.j. de fur. mater. In patre conſtat quòd po teſt:vt.ſ. de rei vin.l.j.

l *Subueniendum eſſe.*vt infra tit.ij.l.ij.in.j. reſpõ.&.l. ſtatuliberum. §.fin.

Vcius.] CASVS. Teſtator in prima parte teſtamenti inſtituit poſthumos & Seium.& libertatẽ ſeruis reliquit quando poſthumi eſſent puberes. In ſecunda vero parte ſubſtituit poſthumis hoc modo.ſ.ſi poſthumi non naſcentur, vel nati ante pubertatẽ decedant:ſubſtituo illos. Tertio fecit codicillos,in quibus dixit velle ſeruari tã à primis q̃ à ſecũdis hæredibus ſiue ſubſtitutis ea q̃ in teſtamẽto cauerat. poſtea euẽnit q̃ poſthumi non ſunt nati:& ſic Seius & ſubſtituti habẽt bona. quæritur,an debeant dare libertatem his ſeruis ſtatim,an expectata condi. ſub qua danda erat ſi poſthumi eſſent nati? Et dicitur quòd ſtatim danda eſt libertas, nec conditio debeat.[a] Sed ſi nondum debita libertate fideicommiſſa ancilla peperit, ſtudio tamen hæredis fuerit effectum vt nondũ libertas deberetur, vtiq; quòd tardius adierit[b] hereditatem,vt qui nati ſint ex ancilla, ſerui ei[c] fiant:placet manumittẽdos: ſed tradi matri oportere, vt ab ea manumittantur,vt * liberti potius matris[c] fiant.Nam quos indignus eſt hęres ſeruos habere, ne libertos quidem habebit.

LIIII. MAECIANVS libro ſextodecimo Fideicommiſſorum.

SI mater poſtquam filiũ[ſuũ] accepiſſet,[d] vel qui in eius[e] locum ſucceſsit, præſtare noluit libertatẽ: compellẽdi ſunt. Amplius,ſi mater aut nollet ſibi filium tradi,aut in rerum natura eſſe deſiiſſet: non ab re eſt dicere,nihilo min[o] ita natis ab hærede libertatem præſtari.

LV. MARCIANVS libro quarto Regularum.

SEd & ſi non data opera tardius adierit,ſed dum de adeũda hæreditate deliberat:idẽ dicendum*[f] eſt.& ſi poſtea cognouit ſe hæredem inſtitutum, quàm ãcilla peperit:placet hoc quoque caſu ſubueniẽdum eſſe.[g] hoc tamen caſu ipſe manumittere debebit,[h] non matri tradere. Sed ſi directò libertas data fuerit ancillæ,& horum aliquid euenerit:quemadmodũ natis ſubuenietur?nam ibi[i] quidem petitur fideicommiſſa libertas, & prætor paruulis ſubuenit. cum verò directò libertas datur, non petitur. Sed etiam hoc caſu puto nato ſubueniendum eſſe:[ita] vt aditus prætor in rem matri[k] decernat actionem, exemplo fideicommiſſariæ libertatis. Sic denique & Marcell[o] libro ſextodecimo digeſtorum ſcripſit,& ante aditam hæreditatem vſucaptis qui teſtamẽto manumiſsi ſunt, ſubueniendum eſſe,[l] vt eis libertas conſeruetur, vtique per prætorem: quamuis & his imputari poſsit quare vſucapti ſunt. In paruulis autem nulla deprehenditur culpa.

Non intelligitur repetitum, quod repetitum vitiaret Bartolus.

LVI. MARCELLVS libro ſingulari Reſponſorum.

A expectanda eſt,cum non poſsit euenire in perſona horum ſubſtitutorum:ſecus ſi eſſet alia conditio.Franciſcus.

m *Vt cum ad pubertatem.* hæc eſt conditio de qua eſt quæſtio an à ſubſtitutis ſit repetita.

n *Priore teſtamento.* id eſt prima parte teſtamenti.

LVcius † Titius teſtamento ita cauit: *ſi quos codicillos reliquero, valere volo. ſi quis mihi ex Paula, quæ vxor mea fuit, intra decem menſes natus natáve erit: ex ſemiſſe hæredes ſunto. Gaius Seius ex ſemiſſe hæres eſto. Stichum & Pamphilum ſeruos meos & Erotem & Diphilum peto, & fidei hæredum committo, vt cùm ad pubertatem[m] liberi mei peruenerint, manumittant.* deinde nouiſsima parte ita cauit: *quòd ſi mihi liberi nati non erunt, aut intra pubertatem deceſſerint, tunc hæredes ex paribus partibus ſunto Mucius & Mæuius. legata, quæ priore teſtamento,[n] quo filios & Seium[inſtituí,] reliqui, præſtari volo, hoc eſt & à ſequentibus hæredibus.* Deinde codicillis ita cauit: *Lucius Titius hæredibus primis & ſubſtitutis ſalutem. peto, vt ea quæ teſtamẽto caui, legaui, & ea quæ codicillis cauero legauero, præſtetis.* quæro, cũ liberi Lucio Titio nati non ſint: an Sticho & Pamphilo & Eroti & Diphilo ſeruis confeſtim fideicõmiſſa libertas præſtari debeat?[o] Marcellus reſpõdit, conditionem quæ libertati eorum de quibus quæreretur,[p] ſi filij hæredes extitiſſent, adpoſita eſſet,[q] repetitam non videri:[r] ideoque cõfeſtim libertatem præſtandam eſſe & à primis[ſ] & à ſubſtitutis hęredibus. nam vt ſupra ſcriptum[t] eſt,petiit, vt quæ teſtamento cauiſſet, præſtarentur. cauit autem de libertate eorum ſeruorum. atquin ſub conditione cauit:& ſi alterius generis conditio eſſet, expectanda eſſet. ſed non eſt veriſimile,[u] vt hoc in iſta cõditione cogitauerit, cùm fidei ſubſtitutorum cõmitteret: qui admitti ad hæreditatem nõ poſſent,ſi adimpleretur conditio.

DE ADEMPTIONE libertatis.

TITVLVS VI.

I. TERENTIVS CLEMENS libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

CVm libertas lege adimitur:[x] aut pro nõ data haberi debet, aut certe perinde obſeruari, ac ſi [poſtea] à teſtatore adempta eſſet.

o *Debeat.* ſcilicet à ſubſtitutis.

P *Quæreretur.* Accipe appoſita eſſet, quæ eſt ſi ad pubertatem peruenerint.

q *Eſſet.* in prima parte teſtamenti.

r *Non videri.* nec in codicillis:nec in ſecũda parte teſtamenti: vt & ſupra de leg.j. ſeruo alieno.§.ab impubere. &.l.ſi quis à filio.ij.reſpon.argu.contra.j.de verb. oblig.l. Titia.§. idem reſpõdit. &.ſ. de condi. inſtitut .l. cum ſeruus.

ſ *A primis.* ex vi codicillorum.

t *Scriptum.* in codicillis.

u *Veriſimile.* Not.nõ ſubintelligi intellectũ qui vitiet.lic.C.de cõdi.inſer.l.cum patrẽ.& d.l.ſeruo alieno.§.ſi ab impubere.Accurſius.

DE ADEMPTIONE libertatis.

Cum libertas.] CA. Quotiẽs libertas in teſtamento data eſt lege inhibente: perinde eſt ac ſi non eſſet relicta, vel ac ſi à teſtatore eſſet adempta.& da exẽpla in ſeruo accuſato de adulterio cum domina cõmiſſo,qui non poteſt manumitti. Idẽ in ſeruo de plagio dãnato,pro quo domin[o] pœnã ſoluit pecuniariam. ſunt & alia exẽpla vt habes in glo. Franciſcus Accurſius.

x *Lege adimitur.* quod fit in ſeruo de adulterio cum domina cõmiſſo accuſato: vt inſtitu. de hæredibus inſtituen.§. ſeruum.&.ſ. de hæredibus inſtituẽ. l. his verbis .§. interdum.& de leg.ij. cum filius .§. ſeruus. Item pone in ſeruo qui ſeruatur intra.lx. dies ob quæſtionem adulterij: vt. j. qui & à qui.l. ꝓſpexit. &.C. ad .l. Iuliam de adulte.l. verba. item pone vt ſupra de manu.l.lege Flauia. &.l. ſeruus. & hoc ex perſona ſerui. Ex perſona etiã domini quãdoque prohibet lex:& tunc idem:vt infra qui & à qui .l. quæſitum. & de manumiſſ.l.qui pœnæ.

† *Colligit Bart.ex iſta.l.quòd ita demum intelligatur aliquid eſſe repetitũ, ſi nõ vitiat. cui concor. Do. in .l. ſi ex falſa. in gloſ. antepe.C.de trãſactio.*

DE

BIU Cujas

DE STATVLIBERIS.

Dictum est generaliter de libertatibus: nunc specialiter de his scilicet libertatibus quæ in tempus sub conditione differuntur.

Statuliber.] CASVS. Statuliber dicitur seruus cui relicta est libertas ex die vel sub conditione. Secundo dicit quòd conditio quãdoque est expressa, vt hic: si nauis ex Asia venerit, talis seruus sit liber. quandoque fit conditio vi ipsa, quæ facit seruum statuliberum: vt si in fraudẽ creditorum relicta sit libertas, & nescitur an ex hoc fraudentur ipsi creditores: an non, nã interim seruus talis dicitur liber. Franciscus.

a *Manifestum est.* puta si sit relicta libertas si nauis ex Asia venerit: vel sub qualibet alia simili. Accursius.

b *Cum effectu.* nõ solũ consilium: vt &. j. de fideicom. lib. l. iij. §. si in fraudem. & facit. ff. ne quis eũ qui i ius voca. l. penultima. §. ij. Acc.

Qui statuliberi.] CASVS. Quatuor partes habet huius. l. principium. Prima est, quòd statuliber interim siue vendatur ab hęrede, siue vsucapiatur ab aliquo, siue interim manumittatur: non perdit spẽ libertatis Orcinæ, quin veniente condit. sub qua erat relicta libertas, sit Orcinus libertus, scilicet testatoris. Secunda est: statuliberi causam non prius seruus nanciscitur, nisi adita hæreditate, saltẽ ab vno hæredum. ante enim quàm adeatur, si vsucapiatur hic seruus ab aliquo: spes libertatis extinguitur. Tertia est: seruus substitutus est filio impuberi, si cõtingat eũ mori in pupillari ætate. & in hoc casu est relicta libertas seruo sub cõditione aliqua. nunc impubes adiuit hæredi. an nũc ille seruus dicatur statuliber, quæritur. & dicitur quòd sic: licet quidam cõtra: & male. Quarta est: legatus est seruus dandus ab impubere hærede. huic impuberi datus est substitutus. & hoc casu relicta est libertas huic seruo. dicitur quòd prævalet libertatis datio, vt sic dicatur statuliber, & legatum non teneat. [*SI IN PRIMIS.*] Stichum seruũ meum cum libertate hæredem ex parte institui sub condit. puta si nauis ex Asia venerit. dicitur quòd interim nõ est statuliber: cum à seipso accipiat libertatem, & adeũte cohærede non est liber: & possessus ab aliquo vsucapiatur non spe libertatis. Secundo dicit: pone quòd deficiat conditio. hoc casu est liber tantum, non hæres, sed statuliber. Tertio dicit: substitui seruum meũ cum libertate pupillo meo hæredi instituto. siue primo gradu substituo, puta si pupillus hæres non erit: sit seruus liber & hæres. siue secundo, puta si pupillus hęres non erit: talis sit hæres. & si ille non sit, tunc seruus hæres erit. & eodem modo in inferiori gradu substitutionis. & in omnibus his casibus dicitur hæres necessarius. & interim est statuliber. Franciscus.

c *Qui.* scilicet seruus. Accursius.

DE STATVLIBERIS.

TITVLVS VII.

Hæc lex seipsam summat.

I. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

STatuliber est, qui statutã & destinatam in tempus vel [in] cõditionem libertatem habet. Fiunt autẽ statuliberi vel cõditione expressa, vel vi ipsa. Cõditione expressa quid sit, manifestũ[a] est: vi ipsa, cum creditoris fraudandi causa manumittuntur. Nam dũ incertum est an creditor iure suo vtatur, interim statuliberi sunt: quoniam fraus cum effectu[b] in lege Aelia Sentia accipitur.

Statuliber quocumque transeat, cum sua causa transit: & statuliberi causam non prius nanciscitur seruus, quàm adita sit hæreditas. si vero ante aditionem tradatur, siue vsucapiatur: spes libertatis perit. Itẽ seruus substitutus substitutione pupillari, licet pupillus adeat hæreditatem: nihilo minus seruus efficitur statuliber.

II. VLPIANVS libro quarto ad Sabinum.

QVi[c] statuliberi causam adprehenderit:[d] in ea conditione est, vt siue tradatur, salua spe libertatis alienetur: siue vsucapiatur, cum sua causa vsucapiatur: siue manumittatur, non perdat spem Orcini liberti. Sed statuliberi causam non prius seruus nanciscitur, nisi adita vel ab vno ex institutis hæreditate. Cæterùm ante aditionem, siue tradatur, siue vsucapiatur, siue manumittatur: spes statutæ *libertatis intercidit.[e] ℣ Sed si in impuberis tabulis seruo ita libertas assc-

*Flo. statæ

A d *Apprehenderit.* id est qui est statuliber.

e *Intercidit.* sed adita hæreditate redintegratur: vt. j. eo. statuliberum. §. fin. & supra tit. ij. l. pe. in fin.

f *Adscripta est.* ita vt dictum est. Accursius.

g *Habetur.* quòd sit statuliber. & ad hoc. j. ea. l. §. fi. & l. in tabulis. &. ff. de hæredi. institu. l. sed & si in cõditione. §. fi.

h *Si in primis.* respõdet scilicet Iulianus.

i *Sub conditione.* si nauis ex Asia venerit.

k *A semetipso.* facit. ff. de adquiren. hæredi. ex parte. & dicta. l. sed & si in conditione. §. fin. & supra de nego. gest. at qui natura. in prin. &. §. cum me.

l *Secundum Iulianum.* vt. ff. proxi. §. in fine.

ptaf est: an viuo pupillo, post aditionem videlicet hęreditatis patris, statuliber sit? Cassius negat: Iulianus cõtra existimat. q̃ sententia verior habetur.[g] Plus scripsit Iulianus, & si legatus sit seruus ab hærede patris, liber esse iussus in pupillarib⁹ tabulis: prævalere libertatis dationem.

Sub conditione seruus institutus, non est statuliber conditione pendente. & reddit rationẽ. Si conditio deficiat, erit statuliber tantum: non etiam hæres. Item seruus substitutus pupillo cum libertate, siue primo gradu, siue secundo, aut vlteriori, efficitur statuliber. hoc dicit vsque ad. l. seq. quam vide per te.

℣ Si[in] primis[h] tabulis sub conditione[i] seruus cũ libertate ex parte dimidia hæres sit institutus: an statuliberi causam obtineat, vt adeunte cohærede, cum sua causa vsucapiatur? [Et] cùm à semetipso[k] acceperit libertatem: non potest statuliberi causam obtinere. Planè si conditio hæreditatis deficiat (quo casu secundum Iulianum[l] vel libertatem adipiscitur*) dicendũ est C stauliberi causam obtinere: eo quòd nõ à semetipso, sed à cohærede accepisse libertatẽ creditur. ℣ Quocumque gradu pupillo seruus cũ libertate substitutus sit: necessarij causam obtinet. quæ sententia vtilitatis causa recepta est: & à nobis ꝓbatur. Celsus quoque putat libro quintodecimo cum libertate substitutũ statuliberi causam obtinere.

III. IDEM libro vicesimoseptimo ad Sabinum.

STatuliberos cõditioni parẽ re oportet, si nemo eos im- D minus seruus vadat. nam liber erit seruus. Sed pone quòd seruo est relicta libertas, si det decem vni hæredum, puta Titio. & per alterum hæredẽ stat quo minus det. certe liber est hic seruus: & cohæres cui hæc. x. erant danda, aget familiæ erciscundæ cõtra hæredem impedientẽ adista. x. [*SI DECEM IVSSVS.*] Seruus esse liber iussus si det. x. hęredi, accepit quinque ab extraneo, & ea dedit hæredi. dicitur quòd nõ est liber, nisi omnia decem det: & extraneus qui ad hoc dederat nũmos, eos vindicabit. sed si seruus det alia. v. erit liber: & extunc dominiũ nummorum erit accipientis. [*SI PLVS QVAM.*] Iussus dare. x. & esse liber, dedit. xx. dicitur quòd erit liber, & alia. x. repetentur. [*SI QVIS.*] Seruus erat iussus esse liber, si det. x. hæredi. hæres eum vendidit sine peculio: an statim sit liber, quæritur? & videtur ꝙ sic, quasi prohibitus videatur de peculio dare. sed tamen dicit quòd nõ est liber, nisi cũ vellet accipere de peculio & soluere, prohibitus est. [*SI QVIS SERVVM.*] Seruo relicta est libertas, si det. x. hæredi. hæres prohibet eum operari, vel aufert ei quod ex operis suis quæsierat: vel sponte dedit ei seruus. an efficiatur liber hic seruus quæritur, & dicitur ꝙ si id quod quæsierat

BIU Cujas

rat seruus, hæredi dedit sponte, vel abstulit ei hæres, erit liber. si auté prohibeatur operari, nó erit per hoc liber: nisi testator voluerit ꝙ hæc. x. possit seruus colligere ex operis suis. si auté surripuit hæredi argentũ, vel aliã rem, & eã vendidit: & de hac pecunia soluit heredi: erit liber. secus si ipsam pecuniã surripuit heredi vel alij, & soluit hæredi: nã donec extat pecunia, nó erit liber. si auté est cõsumpta in primo casu. s. qũ hæredi surripuit, idé. si auté alij, tunc liber efficiet. [NON SOLVM.] Siue hæres fecit morã in manumittẽdo seruũ de quo erat rogatus: siue eius tutor, vel curator, vel similis: est idé semper. s. vt seruus efficiatur liber. sufficit enim quòd per statuliberum nõ stet quo minus conditioni pareatur. [SI QVIS.] Seruus iussus est liber esse, si det. x. hæredi intra. xxx. dies proximos post mortẽ testatoris. hic hæres distulit adire: postea adiuit. dicitur quòd seruꝰ si det. x. intra. xxx. dies post aditã hæreditaté, satis est vt sit liber: & hoc, si hęres dolose distulit adire: & seruꝰ pecuniã quã propter hoc habebat paratã, interim amisit: hoc casu statim adita hęredi. seruꝰ fit liber. [SI QVIS SIC.] Libertas relicta est seruo cum. x. dare poterit hæredi. dicitur ꝙ tũc erit liber cum dederit: vel per eũ nõ stet quo minꝰ prius det: licet seruus habuerit decé, vel sit idoneus ad decé soluẽda. [STICHVS.] Sticho relicta est libertas, si annua bima trima die. x. aureos det hęredi. cũ vellet ꝓ primo anno dare. x. hæres noluit recipere. non per hoc erit liber, sed tunc demũ cum lapsum erit trienniũ, & seruus soluerit ꝓ omni anno. x. vel per eũ non steterit. vnde & si eadé. x. secũdo anno obtulit, satisfit: vel tertio, & hæres noluit, seruus fit liber, nec hæres poterit pœnitere. Sed pone ꝙ hic seruꝰ tota. xxx. obtulit primo anno pro omnibus tribus? satis fit vt hic seruus fit liber. [SIT A.] Relicta est libertas seruo, si quinquẽnio seruierit hæredi. hæres interim eum manumittit. Dicitur ꝙ statim sit liber ex testaméto: quasi per hęredem steterit quo minus cõditio impleatur. secus auté si hæres eius seruitio non vult vti. nam hoc casu seruus non fit liber, nisi lapsu quinquennij. & est ratio diuersitatis inter hos duos casus: quia in primo casu, ex quo est manumissus, nõ potest amodo seruire iure seruitutis. secũdo casu potest, cũ adhuc sit seruus, & hęres potest manumittere, & vti eius seruitio, licet non per totum quinquenniũ, cũ aliquid de eo sit lapsum. [IDEM IVLIANVS.] Arethusæ relicta fuit libertas, si tres seruos pepererit. ꝓ hæredé stetit quo minus pareret, dãdo ei medicamenta ne cõciperet, vel vt abortũ faciat. dicitur ꝙ statim est libera. idem est si seruo relicta est libertas, si seruierit hæredi: & hæres cum vẽdat & tradat. nã statim seruus fit liber. Fran. Accur.

Flo. offert &c.

pediat, & sit conditio possibilis. [a] Sed si in hæredis persona iussus sit parêre cõditioni: quid dici debeat? [Et] si quidẽ paruit conditioni, statim liber est, etiã inuito hærede. Quod si nõ patitur hæres pareri, puta offerri * sibi decẽ, [b] q̃ dare iussus erat: [c] proculdubio liber est: quia per hęredem stare videtur quo minus cõditioné impleat. & parui refert, de peculio ei offerat, an ab alio accepta. Receptũ [d] est enim, vt seruus peculiares quoque nũmos dãdo perueniat ad libertatem: siue ipsi hæredi, siue alij dare iussus est. ℣ Inde quæritur, si fortè debeatur pecunia huic seruo vel ab hęrede, quòd in domini rationẽ plꝰ erogauerit [e], vel ab extraneo: nec velit hæres debitorem cõuenire, vel statulibero soluere pecuniã: an debeat ad libertatem peruenire, quasi moram per hæredem patiatur? Et aut [f] legatum huic statulibero fuit peculium: aut non. si legatum peculium fuit, Seruius scribit moram eum libertatis passum ob hoc ipsum, quòd ei aliquid ex ratione dominica deberetur, nec ei ab hęrede præstaretur. quã sententiã & Labeo probat. ℣ Idé Seruius probat & si in eo moram faciat hæres, quòd nolit exigere à debitoribus. [g] nam peruenturum ad libertatem ait. mihi quoque videtur verum quod Seruius ait. Cùm igitur verã putemus sententiam Seruij: videamus an & si non fuerit prælegatum peculium seruo, idem debeat dici. constat enim [h] statuliberum de peculio posse dare, vel ipsi hæredi iussum [i], vel alij: & si eum dare impediat, perueniet statuliber ad libertatem. Denique etiã remedij loco hoc monstratur domino statuliberi, vt eum extraneo iussum dare ꝓhibeat: ne & nũmos perdat [k] cum statulibero. proinde defendi potest, & si non vult exigere, vel ipse soluere, vt hic habeat vnde cõditioni pareat, libertatem competere. & ita Casius quoque scribit. ℣ Non solùm autem si dare iussum dare prohibeat, statuliber ad libertatem peruenit: verum etiam si ascendere Capitolium iussum, ascendere vetet: item si Capuæ dare iussum, Capuam ire prohibeat. nam qui prohibet seruum proficisci: intelligendus est impedire magis velle libertatẽ, quàm operis serui vti. [l] Sed & si iussum cohæredi dare, non patiatur vnus ex hæredibus dare: æquè liber erit. sed is cui iussus erat dare, & liber esse: familiæ erciscũdę iudicio ab eo qui impedierit, consequetur quod sua intererat prohibitum statuliberum non esse. ℣ Si decem iussus dare & liber esse, quinque det: nõ peruenit ad libertatem, nisi totum det [m]. interim igitur vindicare quinq; nummos dominus [n] eorum potest. sed si residuum [o] fuerit solutum, tunc etiam id alienatum [est,] cuius ante dominium non erat translatum. [p] ita pendebit prędecessoris summæ alienatio: sic tamen, vt non retro [q] nummi fiant accipientis: sed tunc cum residua summa fuerit exsoluta. ℣ Si plꝰ quàm iussus erat, dederit statuliber: [r] puta decem iussus dare, viginti dederit, siue numerauerit, siue in sacculo dederit: peruenit ad libertatem, & superfluũ potest repetere. [f] ℣ Si quis seruum iussum decẽ dare, & liberum esse, vendiderit sine peculio: [t] vtrum statim [u] liber sit, quasi prohibitus videatur de peculio dare, hoc ipso quòd sine peculio distractus sit: an verò cum fuerit prohibitus peculium tangere? Et puto tunc demum liberum fore, cum volens dare prohibeatur: non statim vbi venit. ** Si quis seruum iussum decẽ dare, & liberum esse, operari prohibeat: vel si quod

a *Posśibilis*. aliàs dic vt. j. eo. cum hæres. §. ij. Accursius.

b *Decem*. scilicet non patitur.

c *Erat*. scilicet ad hoc vt fieret liber.

d *Receptum est*. vt & ff. de condic. cau. da. l. iij. §. fin. deducto quod domino debetur: vt. j. eo. si decem. Accur.

e *Plus erogauerit*. quã inde accepisset.

f *Et aut*. nunc respõdet.

g *Debitoribus*. scilicet istius serui.

h *Constat enim*. vt supra in prin.

i *Iussum*. scilicet dare.

k *Perdat*. interim sub. perdet tamen: quia cõuenitur actione in factum, ab eo qui habere debuit: vt. ff. de cõdic. cau. da. l. iij. §. fin. Item contra. ff. eo. si peculiũ. §. de illo. sed solue vt ff. de condic. ob cau. l. iij. §. fi. vbi plene dixi. & facit. ff. de fideicom. lib. l. si filius. §. erit. & infra de fur. l. si seruus communis. §. fi.

l *Serui vti*. aliàs serui vti: & hæc bona: & dic operis in eũdo Capuã. & sic facit. j. si quis seruum. aliàs seruituti. & hæc mala.

m *Totũ det*. sic. C. de distra. pig. l. quãdiu. Arg. contra. j. de sol. si quis stipulatus. §. qui decé.

n *Dominus*. extraneꝰ, qui ad hoc dederat seruo, vel domino serui.

o *Residuum*. id est alia quinque. Accur.

p *Translatum*. sic. ff. de cõdic. indeb. si nõ fortem. §. si decem. & j. de verb. obli. l. ij. in prin.

q *Non retro*. sic. ff. de offi. procon. l. obseruare. §. fi. Argu. cõtra. C. ad Mace. l. fi. Item facit ad. §. ff. de vsufru. l. sed & si quis stipulet. §. interdum. *Fl. venit

r *Statuliber*. extraneo, non hęredi, vt habeant locum sequentia.

f *Repetere*. dominus quondã. sic. ff. de condic. indeb. si pœnæ. §. fin. & l. cum duo.

t *Sine peculio*. quod semper intelligitur, nisi cõtra. dicatur: vt. ff. de contrahen. empt. quotiens.

u *Statim*. facit. j. e. non videbitur. & ff. ea. l. in prin.

x *Venit*. id est venditur sine peculio.

BIU Cujas

ex operis suis meret, abstulerit ei hæres: vel si quod ex mercedibus suis coëgit, hæredi dederit: an ad libertatem [a] perueniat? Et puto, si quidem ex operis dederit, vel vndecumque dederit: ad libertatem peruenturũ. quod si prohibeatur operari, nõ fore liberum [arbitror:] quia operari domino [b] debet. Planè si ei ablata fuerit pecunia ex operis collecta, liberum fore arbitror: quia de peculio [c] dare prohibeatur. Sanè si testator vel ex operis vt det, iussit: prohibitum operari, ad libertatem peruenturum nõ dubito. Sed & si argento subtracto, [d] vel rebus aliis distractis nummos corrasos [e] dederit, pueniet ad libertatem: quamuis si nummos subtractos dedisset, ad libertatem non perueniret. Nec enim videtur dedisse, [f] sed magis reddidisse. Sed nec si aliis subripuerit nummos, [g] & hæredi dederit, ad libertatem perueniet: quia auelli nummi ei qui accepit, possunt. Planè si sic consumpti fuerint, vt nullo casu auelli possint: competet libertas. ℣ Non solùm autem si hæres moram facit libertati, sed & si tutor, vel curator, vel procurator, vel alius quiuis in cuius persona conditioni parendum est: libertatem competere dicemus. Et sanè hoc iure vtimur in statulibero, vt sufficiat per eum non stare [h] quo minus conditioni pareat. ℣ Si quis hęredi † in diebus triginta proximis mortis testatoris dare iussus fuerit, deinde hæres tardius adierit: [i] Trebatius & Labeo, si sine dolo malo tardius adierit, dantem eum intra dies triginta aditæ hæreditatis, ad libertatẽ peruenire [aiunt.] quæ sententia vera est. Sed quid si data opera traxerit: [k] an ob id statim vt adita est hæreditas, ad libertatem perueniat? Quid enim si tunc habuit, [l] post aditam [hæreditatem] habere desiit? Sed & hic expleta videtur cõditio, [m] quoniam per eum non steterit quo minus impleatur. ℣ Si quis sic acceperit libertatem, † *Cùm decem dare poterit, liber esto*: Trebatius ait, licet habuerit decem, vel idoneus fuerit ad adquirendum & conseruandum peculium: tamen non aliàs ad libertatem peruenturum, nisi dederit, aut per eum nõ steterit quo minus det. quæ sententia vera est. [n] ℣ Stichus annua bima trima die denos aureos hæredi si dederit, liber esse iussus est. Si prima pensione steterit per hæredem quo min⁹ acciperet decem, expectandam esse secundam [o] * pensionem placet: quia tempus adiectum est, [p] & adhuc supersunt duæ pensiones. Sed si eadem decem sola habeat quæ obtulit [q] ad primam pensionem: an etiam ad sequẽtem quoq; prosit, si offerat [decem:] an & ad tertiam, si sequẽs pensio non sit accepta? Et puto sufficere hæc eadem: & pœnitentiæ hæredi locum non esse. [r] quod & Pomponius probat. ℣ Quid si seruus qui annua bima trima die iussus est dena dare, tota simul offerat hęredi, [f] nõ expectata die? vel decẽ primo anno datis, secundo anno viginti obtulit? benigni⁹ est eũ in libertatem peruenire: [t] cùm vtriusque prouidentia infertur, & serui quatenus maturius in libertatem perueniat: & hæredis, quatenus dilatione interempta illico accipiat, quod post tempus consequi poterat. * ℣ Si ita sit libertas seruo data, *si quinquennium hæredi [meo] seruierit*: deinde eum hæres manumiserit, statim liber [u] sit: quasi per eum [x] sit effectum quo minus [y] ei seruiat: quamuis si non pateretur eum sibi seruire, non statim pueniret [ad libertatem [z],] quasi quinquennium præteriisset. ratio huius rei euidens est. manumissus enim amplius seruire non potest. [a] at is quẽ quis non patitur sibi seruire, postea pati potest intra quinquennij tẽpus. Atquin [b] iam quinquennio ei seruire non potest. sed vel [c] minus potest. ℣ Item Iulianus libro sextodecimo Digestorum scripsit, si Arethusæ [d] libertas ita sit data, si tres seruos pepererit: & per hæredem steterit quo minus pepererit, puta quòd ei medicamentum [e] dedisset ne conciperet: statim liberam futuram esse. Quid enim expectamus? [f] Idémque [g] & si egisset hæres, vt abortum faceret: [h] quia & vno vtero potuit tres edere. ℣ Item si hæredi seruire iussum statuliberum hęres vendidit, & tradidit: credo statim ad libertatem [i] peruenire.

a *Ad libertatem.* nisi ipsemet operas ab hærede conduxerat, quarum mercedem soluendo nõ sit liber: vt. j. eo.

b *Operari domino.* & vxor viro: [a] vt. ff. de operis lib. l. sicut.

c *De peculio.* ex peculio enim intelligitur quod ex operis suis quęsiuit.

d *Subtracto.* hæredi. Accursius.

e *Corrasos.* id est collectos ex venditionibus prædictarum rerũ. sic ponitur. ff. de admitut. ita autem. in princ. & pro hoc. j. de fur. qui vas. §. vlti. Alij dicũt: id est non argenteos. quod nihil est.

f *Dedisse.* sic. j. eo. l. Stichum. §. si hæres.

g *Nummos.* vnde habere non videtur: vt. j. de reg. iur. l. non videtur data. Et argu. ff. de pig. act. elegãter. §. qui reprobos. & facit. j. eo. si hæreditas. & l. non omne. & l. non videbitur.

h *Non stare.* vt. j. e. si hæreditas. in prin. & facit. ff. de manumiss. testa. qui filium. & in ponetur testatiua hunc. §. intelligę, non casuali.

i *Adierit.* hæreditatẽ: & sic non potuit dare. aliàs contra: vt infra. e. l. si intra.

k *Traxerit.* id est protraxerit. sic supra titu. ij. si quis rogatus. §. j.

l *Habuit.* quod dando potuit ad libertatẽ peruenire. & ad hoc. j. eo. si hęreditas. in prin.

m *Conditio.* & sic adita hęreditate erit liber.

n *Vera est.* oportet ꝙ factum sequatur potẽtiam.

o *Secundam.* aliàs primam, & tunc dic primam post primam. sic in authen. de hære. & Falc. §. inordinatum. aliàs trinam.

p *Adiectum est.* sic. j. de verbo. obligat. l. in illa stipulatione.

q *Quę obtulit.* ex hoc, quia eadem decem offert: patet secundum Azo. quòd non est necessaria cõsignatio vel depositio, sed sufficit sola oblatio, nisi quando esset absens qui recipere deberet: vt hic, & infra eo. l. cum hæres. in princi. & §. si duobus. quod non est aliàs: vt. C. de vsur. l. acceptam.

r *Non esse.* sic. ff. de ędil. edic. l. quis sit fugitiuus. in princi. Argu. cõtra. C. de appel. l. si qs libellos. Accursius.

s *Offerat hęredi.* & sic xxx. pro tribus annis, in quolibet quorum tenebatur soluere decem & postea esse liber.

t *Peruenire.* sic. ff. de manumiss. testamen. l. si * Flia ita fuerit. §. si. Sed contra. j. eo. l. si tricnio. sed ibi solues.

u *Statim liber.* sic. j. e. l. seruus si hæredi. in prin. & dic ex testamẽto, non ex huius manumissione. Accursius.

x *Per eum.* scilicet hæredem.

y *Quo minus.* i. non.

z *Peruenire ad libertatem.* & est sic. j. eodẽ. l. Stichus. §. Dama.

a *Non potest.* iure seruitutis: vt & j. l. proxi. §. Stich⁹ Titio. quæ est contra. sed ibi solues.

b *Atquin.* opponit.

c *Sed vel.* nunc respõ. & dic vel pro saltem.

d *Arethusæ.* aliàs. §. idem. & aliàs. l. Arethusæ. H.

e *Medicamentum.* ad quòd facit in authen. de nupt. §. sic itaque. & infra ad le. Cor. de sic. l. iij.

f *Expectamus.* Nota ergo conditionem pro impleta haberi, ex quo stat per eum cui debet impleri: b vt & ff. de fideicommiss. liber. l. si filiꝰ. §. erit. & j. de verbo. obliga. l. in executione. §. fi. Arg. contra ff. ea. l. §. si quis seruum. vbi prohibet eum operari: & nõ nocet domino.

g *Idémque.* scilicet ꝙd statim efficiatur libera.

h *Faceret.* scilicet Arethusa.

i *Ad libertatem.* conditione habita pro impleta: quia per hæredẽ stetit quo minus ei seruiret.

CVm hæres.] CASVS. Seruus iussus est esse liber, si decem hæredi. hæres abest causa reipublicę, dicitur quòd hic seruus vel expectet hæredem, & ei det. x. & erit liber. vel si nõ vult expectare: deponat pecuniam in ecclesia, & erit liber. [NON EST STATVLIBER.] Reliqui libertatẽ cuidã seruo, q nihil habebat, si det mille libras hæredi. vel sic: cũ morietur, sit liber. non est iste

BIU Cujas

iste talis statuliber, cum nec animus dandæ libertatis sit. [SERVIRE.] Seruo relicta est libertas, si anno seruierit Titio. Titio intra annum mortuo seruus nondum est liber, nisi annus finiatur. & redditur ratio. [SI DVOBVS.] Seruus liber esse iussus si det. x. Titio & Sempronio. v. obtulit Titio, & Titius noluit. eadem quinque obtulit Sempronio, & noluit. dicitur quòd sit liber. [STICHVS.] Seruo relicta est libertas, si seruierit Titio extraneo per triennium. vel sic: si tot operas puta. x. ei dederit: dicitur quòd interim est statuliber, & seruire debebit per triennium Titio: licet non domino. & si hæres prohibet Titio seruire: statim seruus fit liber. & hęc sunt vera, quando per hæc verba non habuit testator animum relinquendi Titio dominium seruitutis. tunc enim secus esset in hoc vltimo casu: quod dic vt in glo. [STICHVS.] Titio reliqui libertatem, si hæredi meo seruierit per annum. dicitur quòd hic annus cōstat ex. cccl xv. diebus, nō ex pluribus propter bissextum. & dicitur quòd impleta conditio est, si per aliquam partem anni fuit infirmus, ita quòd non potuit seruire. Secundo dicit: seruus liber esse iussus est, si det. x. hæredi. hæres cogitur recipere etiam particularem solutionem. & hoc speciale fauore libertatis. Tertio dicit: relicta est libertas seruo, si Titius Capitolium ascendat. vel sic: si Titius det. x. fratribus prædicatoribus: Titius nō cōpellitur hoc adimplere: & eo non adimplente, seruus non fiet liber. Vltimo dicit, seruus liber esse iussus, si seruiat hæredi per annum: illi dies non computantur in anno quibus seruus extitit in fuga, vel in quibus contendit pro libertate contra hæredem. Fran. Accursius.

Deposita pecunia quam statuliber debet pro sua liberatione, efficitur liber.

IIII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

CVm hæres reipublicæ causa abesset, [a] & pecuniā statuliber haberet: vel expectare eum debere donec redeat is cui dare debet, vel deponere in ædem pecuniam consignatam oportet: quo subsecuto statim ad libertatem peruenit. [b]

Libertas collata in nimis longū tempus, vel in cōditionem impossibilē, declarat voluntatē domini contrariam esse libertati.

¶ Non est statuliber, cùm libertas in tam longum tempus collata [c] est, vt eo tēpore is qui manumissus est, viuere nō possit: [d] aut si tā difficilem, immo penè impossibilem conditionē † adiecerit, vt aliūde ea libertas obtingere non possit: veluti si hæredi milies* dedisset: aut cū moreretur, liberum esse iussisset. sic enim libertas inutiliter datur. & ita Iulianus scribit: quia nec animus dādæ [e] libertatis est. ¶ Seruire Titio anno, & liber esse iussus, Titio mortuo nō statim liber fiet, sed cùm annus transierit: [f] quòd [g] videtur nō tantum sub cōditione, sed etiam ex tēpore data libertas. etenim absurdum est, maturius eum liberum fieri cùm conditionem nō impleuit, quàm futurus foret si eam expleret. ¶ Si duobus decē datis, liber esse iussus sit: & vnus quinque accipere noluerit: melius est dicere posse eum eadem quinque [h] alteri offerētem [i], ad libertatem peruenire. ¶ *Stichus si Titio* [k] *per triennium seruierit, vel si illi* [l] *centum operas dederit: liber esto.* constat hoc modo libertatem vtiliter dari posse. nam & alienus seruus seruire nobis potest sicuti liber, [m] & multo magis [nobis] operas dare: nisi testator seruitutis appellatione [n] dominium magis quàm operā intellexit. ideoque si prohibet hęres Titio seruire, peruenit ad libertatē. [o] ¶ *Stichus, si hæredi meo anno seruierit, liber esto.* quærendū est, annus quomodo accipi debeat: an qui ex cōtinuis diebus trecentis sexagintaquinque cōstet: an quibuslibet? [p] Sed superius [q] magis intelligendum Pōponius scribit. Sed si quibusdam diebus aut valetudo, aut alia iusta causa impedimento fuerit quo minus seruiat: & hi anno imputandi sunt. [r] Seruire enim nobis intelliguntur etiam hi quos curamus ægros: qui cupientes [nobis] seruire, propter aduersam [f] valetudinem impediuntur. ¶ Item si decem hæredi dare iussus fuerit, hęres etiam per partes [t] accipere fauore libertatis cogēdus est. ¶ Ita liber esse iussus, *si Titius Capitolium ascenderit*: si Titius nolit ascendere, impedietur libertas. Idémq; iuris est in similibus causis [u] & conditionibus. [x] ¶ Item Cassius ait, ei qui seruire iussus est anno: illud tēpus quo in fuga [y] sit, vel in controuersia, [z] pro libertate non procedere.

a *Abesset.* secus si præsens accipere recusat: vt supra. l. proxi. §. Stichus annua.

b *Peruenit.* sic. C. de vsu. l. acceptā. & qui po. in pigno. ha. l. j. & ſ. depo. l. j. §. si pecuniam in sacculo. Accursius.

c *Collata.* id est relicta.

d *Possit.* nisi conditione impleta.

e *Dandæ.* quòd præsumitur ex eo quòd tam longum tempus vel conditionem impossibilem adiecit. Azo. vt. ſ. de manu. testa. l. antepen. §. fi. & l. fi. in prin. & argu. ſ. de vsufru. l. Titio. Sed cōtra. instit. de hære. instit. §. impossibilis. sed finis huius §. videtur soluere. vel hæc per illam corrigitur: vel ibi de natura est impossibilis: hic de facto.

f *Annus transierit.* vt &. ſ. de testamen. manu. l. si ita scriptū fuerit. & j. eo. l. si peculium. §. quædam. & l. si seruus liber. Sed contra. j. ea. l. §. Stichus. & l. si hæredi. in fi. Solu. ibi in persona serui contingit impedimentum: hic in persona domini.

g *Quòd.* i. quia. & hoc soluit etiam dictum contrarium.

h *Eadem quinque.* & facit. ſ. eo. l. proxi. &. §. Stichus annua. &. §. si decem iussus. Accursius.

i *Offerentem.* i. quia alteri offerebat. Accursius.

k *Titio.* ſ. extraneo, qui non erat hæres.

l *Vel si illi.* disiunctio est legis, non testantis.

m *Sicuti liber.* accepto verbo seruire, non pro dominio. aliàs secus: vt supra. l. proxi. §. pen. Accursius.

n *Appellatione.* vt per hoc qđ dixit seruire, voluerit vt per triennium dominium foret Titij. Accursius.

o *Peruenit ad libertatem.* quia nō stat per seruum quo minus adimpleat conditionem, sed per hæredē. & hoc intellige, cum testator seruitutis appellatione non dominium, sed operam intellexit. quod in dubio est præsumēdum: vt infra eo. l. pe. in prin. &. ſ. de vsufru. leg. l. vxori. §. fina. Si verò dicas loqui quādo intellexit de dominio, non statim peruenire ad libertatē, argu. ſ. l. proxi. §. penult. & ideo leges interrogatiue peruenit ad liber? Respon. non peruenit, secundum Ioan. Item arg. contra. huic §. j. eo. l. si triennio. & l. si peculium. §. quædā. & l. seruus si hæredi. §. imperator.

p *Quibuslibet.* aliàs q̄buslibet, & aliàs bissexto. & hæc bona. & de hoc plene habes. j. de verbo. signi. l. cum bissext⁹. *ADDITIO.* Florentiæ legitur, quibuslibet, id est non cōtinuis.

q *Superius.* qui constat ex. cccl xv. diebus: vt & supra ad leg. Aquil. ita vulneratus. Accursius.

r *Imputādi sunt.* quasi conditione ipleta. sufficit enim si per eū non stat quo minus seruiat. Azo. & ad hoc. ſ. ad le. Rho. de iac. l. fin. vbi dicit, puta morbo impeditū. &. ſ. de vsufru. l. arboribus. §. de illo. &. j. eo. l. fi. &. ſ. de cōdit. & demon. l. si pecuniā. in prin. &. j. de re iudi. l. cōtumacia. §. pœnam. &. ſ. loc. l. qui operas. &. j. de variis cog. l. j. §. pen. Ac.

s *Aduersam.* secus si propter publicum iudicium impediatur: vt. j. eo. l. Stichum. §. Dama. vel per casum in persona eius cui est seruiendum: vt. ſ. ea. l. §. seruire. & facit. j. e. l. in fi. Accursius.

t *Per partes.* fauore libertatis. aliàs contra. ſ. de vsur. l. tutor. §. Lucius. & hoc plene notaui. ſ. si cer. peta. l. quidam.

u *Similibus causis.* vt in pecuniariis relictis: vt. ſ. de condi. & demonſt. l. nonnunquam.

x *Conditionibus.* ſ. similibus, si Titius Romā ierit, vel vltra mare.

y *In fuga.* sic. j. e. l. seruus qui testamento. §. seruus. &. ſ. de ser. expor. l. Titius. in prin. Ar. contra. ſ. de vsufru. l. arboribus. §. Iulianus. &. j. de acqui. poſſ. l. j. §. per seruum qui. Accursius.

z *In controuersia.* cum in libertatem proclamat: non si ei ab alio fiat controuersia sine dolo serui.

STatuliber.] CASVS. Seruus iussus est esse liber, si reddiderit rationes hæredi. hic seruus reliqua quæ nunc apparēt, vult reddere, & vult satisdare pro aliis reliquis, si apparebūt. satis est, & sic fit liber. Vltimo dicit: seruus liber esse iussus, si det decem, debet decem dare ad hoc vt sit liber. non autem prodest si vult satisdare. Franciscus.

a *Liberum fore.* & bene. Arg.ſ.de col.bo.l.j.§. ſed cum poſsint. & ar.ſ.ſi cer.peta.l.quidam.

b *Incerta cauſa.* ſi habes, incerta cauſa: ſubaudi, impediéte rationem huius. Accurſius.

c *Et genere.* ſcilicet impediente rationem huius. Accurſius.

d *Statuliber, qui nõ rationes.* tunc enim in obſcuris fideiuſſores admitterentur. Ir. vt.ſ. di xi. ſic.ſ. quibus mo. pig. vel hypo. ſol. l. item liberatur. §. j. & de conſtit. pecu. l. promiſſor. §. conſtituto. Ac.

Obſcuritas rationum non impedit libertatem competere, ſi ſtatuliber paratus eſt probis ſatiſdare.

V. POMPONIVS libro octauo ad Sabinum.

STatuliber rationem reddere iuſſus, reliquum quod apparet ſoluit: de eo quod obſcurius eſt, ſatiſdare paratꝰ eſt. Neratius & Ariſto rectè putant liberum fore: [a] ne multi ad libertatem peruenire nõ poſsint, incerta* cauſa [b] ratione* & genere [c] negotij huiuſmodi. ℣ Statuliber qui non rationes [d] reddere, ſed pecuniam iuſſus eſt dare: numerare debet, non fideiuſſorem dare.

VI. VLPIANVS libro viceſimo ſeptimo ad Sabinum.

SI ſtatulibera ſerua pœnæ facta ſit, [e] & poſt damnationẽ ſtatutæ libertatis conditio extiterit: quãuis ipſi ſtatuliberæ nihil proficiat, [f] partui [g] tamẽ ꝓficere oportet, vt perinde liber naſcatur, atque ſi mater damnata non eſſet. Quid tamẽ ſiqua conceperit in ſeruitute, deinde ab hoſtibus capta, peperit ibi poſt exiſtentem conditionem? an liberum pariat? Et interim [h] quidem, quin ſeruus hoſtiũ ſit, nequaquã dubium eſt: ſed veriꝰ eſt poſtliminio eum liberũ fieri: quia ſi mater in ciuitate eſſet, liber naſceretur. Planè ſi [hæc] apud hoſtes eum concepiſſet, & poſt exiſtentem conditionẽ edidiſſet: benignius [i] dicetur cõ petere ei poſtliminium, & liberum eum eſſe. ℣ Statuliber parẽdo cõditioni in perſona emptoris peruenit ad libertatem. & ſciendum [eſt] hoc ad ſtatuliberos omnis ſexus pertinere. Non ſolum autẽ ſi euenerit hęc conditio, ad eum tranſit qui emit, verumetiam ad omnes quicumque quoquo iure dominiũ in ſtatulibero nacti ſunt. Siue igitur legatus ſit tibi ab hærede ſtatuliber, ſiue adiudicatus, [k] ſiue vſucaptus à te, ſiue traditus, vel aliquo iure tuus factus [eſt:] ſine dubio dicimꝰ [iure] parere cõditiõi ĩ ꝑſona tua poſſe. Sed & in hærede emptoris idem dicitur [l]. ℣ Si filiusfamilias hæres ſit inſtitutus, [m] & ſtatuliber filio dare iuſſus eſt, & liber eſſe: ſiue filio [familias,] ſiue patri dãdo peruenit ab libertatẽ: quia & ad patrem [n] hæreditatis emolumentum peruenit. Sed & ſi poſt mortem filij patri dederit, quaſi hæredis hæredi: liber erit. Nã & ſi quis extraneo dare iuſſus ſit, & liber eſſe: deinde hic hæredi hæres extiterit: nõ quaſi in extranei perſona, ſed quaſi iu hæredis, cõditioni parebit. [o] ℣ Statuliber [p] decem dare iuſſus & liber eſſe, ſi quinque datis diſtractus ſit: reſidua quinq; emptori dabit. ℣ Si ſeruus tuus ſtatuliberum emerit: tibi [q] datur quod hęredibus dare iuſſus eſt. Sed & ſi tuo ſeruo dederit: ſi modò is [r] eum peculiari nomine emit, neque ei tu peculium ademiſti: puto liberum fore, ſcilicet vt eo modo tibi dediſſe intelligatur, perinde atq; ſi tua voluntate cuiuis alij tuorum ſeruorũ dediſſet. ℣ Si quis non dare decem, ſed rationibus redditis liber eſſe iuſſus ſit: an ad emptorem hæc conditio tranſeat, videamus. Et aliàs ſciendũ eſt, eas demum conditiones ad emptorẽ tranſire, quæ ſunt in dando: cæterum ſi quæ ſunt in faciendo, non tranſeunt: vtputa ſi filium eius literas edocuerit. hæ enim perſonis eorum cohęrent, [s] quibus adſcribuntur. Rationum autem reddendarũ conditio, quod ad reliqua quidem attinet, in danda pecunia conſiſtit: quod* autem ad ipſa volumina rationum tradenda percontandáſque & examinandas rationes, & diſpũgendas [t] atque excutiendas, factum habet. Nũquid ergo reliqua quidem & emptori dando perueniat ad libertatem: cætera in perſona hęredis conſiſtant? Puto igitur & ad emptorem reliquorum ſolutionem tranſmitti. ſic fiet, vt diuidatur [u] conditio. & ita Pomponius libro octauo ex Sabino ſcripſit.

* *Hal. inſerta*
* *Flo. rationis*

a *Liberum fore.* & bene. Arg.ſ.de col.bo.l.j.§. ſed cum poſsint. & ar.ſ.ſi cer.peta.l.quidam.

b *Incerta cauſa.* ſi habes, incerta cauſa: ſubaudi, impediéte rationem huius. Accurſius.

c *Et genere.* ſcilicet impediente rationem huius. Accurſius.

d *Statuliber, qui nõ rationes.* tunc enim in obſcuris fideiuſſores admitterentur. Ir. vt.ſ. di xi. ſic.ſ. quibus mo. pig. vel hypo. ſol. l. item liberatur. §. j. & de conſtit. pecu. l. promiſſor. §. conſtituto. Ac.

SI ſtatulibera.] *CAVS.* Statulibera propter aliquod delictum eſt ſerua pœnæ effecta. nunc extitit cõditio ſub qua relicta erat ei libertas. dicitur quòd hoc prodeſt partui eius, licet non ei, vt partus tunc conceptus & natus ſit liber. Sed quid ſi hæc ſtatulibera exiſtens in ſeruitute concepit: poſtea capta ab hoſtibus pariat poſt euentũ cõditionis? certe interim donec partus eſt apud hoſtes, eſt ſeruus: liberatus ab hoſtibꝰ, fit liber iure poſtliminij. idẽ ſi apud hoſtes concepit: & pariat ibidem poſt euentum conditionis. [*STATVLIBER.*] Seruus iuſſus eſt liber eſſe ſi det. x. hęredi. hunc ſeruum hæres interim vẽdit, vel legat, vel donat alicui, vel vſucapitur ab aliquo. dicitur quòd hic ſeruus ſi paret conditioni in perſona emptoris, vel alterius noui domini dando ei iſta. x. efficitur liber. idem in emptoris hærede. idem ſi det patri hęredis: poſito ꝙ filius ſit inſtitutus ab extraneo. & hæc ſunt vera, ſiue filius nunc viuit ſiue non, cum ſeruus dat. x. patri hæredis. Sed pone quòd iuſſus eſt ſeruus dare decem extraneo, & liber eſſe: nunc hæres teſtatoris ſucceſsit illi extraneo. huic hęredi dabuntur. x. nõ quaſi extraneo. Franc. [*STATVLIBER.*] Iuſſus ſeruus dare. x. hæredi, & eſſe liber. v. dedit hæredi: nunc hæres eum vendidit. ſi alia quinque det hic ſeruꝰ, dabit emptori. [*SI SERVVS.*] Seruus iuſſus eſt eſſe liber, ſi det decem hæredi. hæres hũc ſeruum vendidit ſeruo meo. dicitur ꝙ ſi hic ſtatuliber det mihi hæc decẽ, erit liber. ſed & ſi ſeruo meo det, erit idẽ, ſi emerat de peculio eum, nec ei peculiũ ademi. [*SI QVIS.*] Seruꝰ liber eſſe iuſſus eſt ſi reddiderit cum ſeruus ita. §. j. & l. qui ſub conditione. Accurſius.

u *Diuidatur.* ſimilis diuiſio inſtit. per quas perſo. no. acqui. §. j. Et not. quia conditio quæ pendet ex perſona ſerui, aut conſiſtit in *Conditio perſonæ*

BIU Cujas

in dando, aut in faciendo, aut mixta est. vbi in dando: hæredi est dandũ & emptori, & hæredibus emptoris: nisi esset dictũ vt alij detur: vt. j. eo. l. Labeo. &. j. eo. l. qui pecuniã. &. l. si quis testamẽto. &. l. ita liber. &. ſ. de euic. l. qui alienam. §. fi. & hic. Si verò est dictũ vt alij detur: ei dabitur non alij, nisi in casu: vt hoc. §. &. ſ. de euict. l. qui alienam. in fin. &. j. eo. l. si is cui. & de condit. & demõ. l. sub diuersis. §. fin. Secundo casu, quãdo scilicet in faciendo: si sit dictum in cuius persona, ei impleri debet: vt ſ. de cõdit. & demon. l. quæsitum. aliàs hæredi. nec ad emptorẽ trãsit: vt hic. Si autẽ sit mixta, tunc serua quod hic dicit, vt factũ fiat personæ designatæ, datio verò etiam emptori: vt hic, &. ſ. de euict. l. q libertatis. §. seruũ. Quod in emptore dixit: in accipiente quoquo titu. accipe: vt. ſ. §. statuliber. &. j. eo. l. statuliber. §. Quintus. circa fin. Item est huic fini arg. contra. ſ. de iurisdi. om. iudi. l. si idem. §. si vna. Accursius.

a *Vsusfructus. Conditionẽ.* licet sit in dando. Accursius.

b *Non trahit.* vt detur fructuario, sed proprietate alienata datur proprietario: vt. ſ. l. proxi. §. fin.

Ita liber.]CASVS. Testator reliquit libertatem seruo, si det decem, & nõ dixit cui. dicitur quòd debet dare hæredi. Secũdo dicit: testator reliquit libertatem seruo, si det decẽ hæredibus: & hæredes vendiderunt hũc seruum. dicitur quòd eas portiones quas dedisset hæredibus, si pœnes eos remãsisset: easdem dabit emptoribꝰ. & quas dedisset hæredibus, declarat. nam aut expressit nomina propria hæredum: & tunc viriles darẽtur hæredibꝰ, & sic emptoribus: aut dixisset simpliciter hæredibus: & tunc hæreditariæ. Fran.

c *Ita liber.* sic. j. eo. l. qui pecuniam. & quod. not. ſ. l. si statulibera pœnæ. §. fina.

d *Nomina.* propria. & est similis distinctio. ſ. de leg. j. l. turpia. §. fin. & l. si hæredes nominatim. &. ſ. ad Trebel. l. quotiens. &. l. sequen. Sed cõtra. j. eo. l. si quis testamẽto. Solu. vt ibi. Item quid si dixerit propria & appellatiua? Respon. distingue quod præposuit. Argu. j. de stipu. ser. l. seruus communis ita.

e *Viriles.* id est pro numero personarum: vt. ſ. de leg. præ. l. viriles. in prin. Accursius.

Statuliberum.]CASVS. Statuliber antequam impleatur cõditio, dicitur seruus hæredis. & si interim delinquat, poterit hæres dare eum pro noxa. adueniente autem conditione erit liber. sed si hæres eum vendat, adhuc durat spes libertatis: & si vendiderit eum tanquam merum seruum, non tanquam statuliberum, tenebitur emptori act. ex emp. item crimine stellionatus si sciẽs dissimulauit eius condit. Vltimo dicit: hæres dans pro noxa statuliberum liberatur. item & si antequam det, existat condit. liberatur. [STATV LIBER. 1.] Ille cui relicta est in testamẽto libertas sub conditione, ita demum tenet hoc relictũ, si adeatur hæreditas, & extunc habet spem libertatis. antequam adeatur, vsucapi potest talis seruus. & si postea adeatur: extunc in-

VII. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

VSusfructus alienatio conditionem[a] statuliberi secũ non trahit.[b]

VIII. POMPONIVS libro octauo ad Sabinum.

ITa liber[c] esse iussus, *si decem dederit, liber esto*: hæredi dare debet. nam qui non habet cui det, hæredi dando ad libertatẽ peruenit. ℣ Si partes suas quisque hæredum diuersis ementibus vendiderit: quas portiones hæredibus dare statuliber debuit, easdem dabit emptoribus. Labeo autem ait: si nomina[d] dumtaxat hæredum in testamẽto posita sint, viriles[e] partes eis dãdas: si verò ita, *si hæredibus dederit*, hæreditarias.

IX. VLPIANVS libro vicesimo octauo ad Sabinum.

STatuliberum medio tẽpore seruum hæredis esse, nemo est qui ignorare debeat:[f] eapropter noxæ dedi poterit:[g] sed dedit[o] sperare adhuc libertatem poterit. nec enim deditio spem illi adimit[h] libertatis. ℣ Si statuliberum non eadem conditione[i] hæres vendat, causa eius immutabilis est:[k] & luere se ab eo potest simili modo vt ab hærede, si tamen suppresserit [hæres] conditionem statuliberi: & ex empto[l] quidem tenetur: grauiores[m] autem etiam stellionatus crimẽ imponũt[n] * ei qui sciens[o] dissimulata cõditione statutæ libertatis simpliciter eum vendiderit. ℣ Illud tractatum est, an liberatio contingat ei qui noxę dediderit statuliberum. Et Octauenus putabat liberari.[p] & idem dicebat & si ex stipulatu Stichũ deberet,[q] eúmque statuliberũ[r] soluisset. nam & si ante solutionẽ ad libertatẽ peruenisset: extingueret obligatio. * tota enim[f] ea in obligatione cõsistere, quę pecunia lui præstarique possunt. * libertas autẽ pecunia lui non potest, nec reparari. *[t] quę sententia mihi videtur vera. ℣ Statuliberi conditio ita demũ immutabilis est, si adita hæreditas fuerit.[u] cæterum ante aditam hæreditatem in propriam vsucapitur[x] seruitutem, libertatísq; spes infringitur: sed adita postea hæreditate spes libertatis fauore sui redintegrabitur.

X. PAVLVS libro quinto ad Sabinum.

SI decem dare iussum hæres vendiderit & tradiderit, dixerítque adscriptum libertati, si viginti dedisset:[y] ex empto erit actio cum venditore. aut si dupla promissa est ob euictionem dumtaxat, duplæ repetitio erit: [&] ex empto ob mendacium.[z]

XI. POMPONIVS libro quartodecimo ad Sabinum.

SI hæres[a] pecuniam donasset statulibero, vt sibi eam daret, & liber esset: non fieri liberũ[b] Aristo ait: sed si in plenũ[c] infra de vsucap. l. sequitur. §. lana? Respon. hic alienus erat. vel verius quo ad ius parendi conditioni: vt. j. de capt. & postli. re. l. in bello. §. si quis. & sic etiam expone. ſ. eo. l. ij. in prin. &. §. j. &. ſ. titu. ij. l. pen. in fin. Accursius.

Sed decem.]CASVS. Liber esse iussus, si det decem hæredi: hęres eum vẽdidit, & dixit emptori quòd hic seruus debebat esse liber si det. xx. nunc apparet quòd dando. x. est liber. tenebitur hæres emptori act. ex empto. si autem promisit hæres de dupla nomine euictionis, & euincatur emptori hic seruus per extraneum: tunc hæres tenebitur de dupla. Fran.

y *Dedisset.* hæredi: secus si ãlij: vt. ſ. de euict. l. qui alienam. §. j.

z *Ob mendacium.* hic est sensus: vt ob mendacium agatur ex empto, & non ad duplum: sed re euicta ab aliquo extraneo ad duplum agitur, si promissa est: & sic non est contra. C. de euic. l. qui libertatis. §. j. vbi dicitur non agi ad duplũ propter mendacium

Si hæres.]CASVS. Liber esse iussus si det. x. hæredi: hæres donauit seruo decẽ, vt ea ei redderet, & liber esset. licet reddat, non est liber. & hoc de rigore: de æquitate secus. si autem simpliciter donauit, & seruus hæc. x. reddat hæredi, liber est Fran.

a *Si hæres.* aliàs lex si hæres, aliàs. §. Pomponius.

b *Liberum.* de rigore iuris. sic & infra de solu. l. qui sic. sed de æquitate secus: vt supra si cer. peta. l. si tibi. & de dona. l. qui id. §. j. quæ sunt contra. Accursius.

c *In plenum.* i. nõ adiecta hac cõditione. quandoq; ergo plene

Flo. impendens triplex est.

Flo. important

Flo. obligatio tota. ea enĩ ℣ obl.
Fl. deest, possunt
Flo. reparari potest. a Cõcor. te. ℣ ca. apostolicæ. & ibi no. Panor. nu. 3. vbi post in apostil. ad ipsũ in versi. nõ curauit. extra de cle. excõ. mini. & ℣ ca. nouit. de sent. excõmuni.

Agi ad duplũ ob mẽdacium an possit.

BIU Cujas

dat,quandoque nõ.sic infra de adquirẽ.re.domi.l.per seruũ.§.j.

Si quis testamento.] CASVS. Liber esse iussus, si reddiderit rationes hæredibus:reddere debet & reliqua,& pro hæreditaria parte omnibus:licet quorũdam hæredum nomina sint expressa.Franciscus.

a *Posita.*sed certe immo virilis tunc: vt .ſ. eo.l. ita liber.§.j. quæ est contra solutionem datam pro hæreditaria his quorum nomina non sunt expressa: nominatis verò ꝓ virili: vt sit ꝓportio totius & partis. vel aliud cum omnia nomina,aliud cũ pars tãtũ exprimitur:vt.j.eo.l.qui pecuniam.& hoc placet. vel.ſ.sunt exposita ꝓpria:hic appellatiua.& facit.ſ.de manumiſ.testa.l.ſi ita fuerit.Acc.

**Flo.dedevit Totius & partis debet esse proportio.*

Si quis ita.] CASVS. Reliqui libertatem seruo meo, si hæres eũ nõ manumittat in suo testamento. dicitur ꝙ expectabitur mors hæredis,si hæres eum manumittat in testamento suo,vel nõ.[SERVVS COMMVNIS.] Vnus ex dominis reliquit libertatem seruo communi si det .x. dicitur quòd dare poterit ex peculio hæc.x. siue hoc peculium spectet ad hæredem relinquentis libertatẽ, siue ad alium dominũ: nec est vis cui debeat dare. [SI DVO.] Duobus seruis relicta est libertas,si reddiderit rationes. quæritur an vnus reddendo sine alio ꝓueniat ad libertatem? & distinguitur. nã aut gesserunt seperatim rationes:& tũc vnus reddendo sine alio erit liber. aut communiter gesserunt,& tunc vnus sine alio non potest ꝓuenire ad libertatem. [QVI ITA.]Libertas relicta est seruo,si iurabit se ascẽdere Capitolium.dicitur ꝙ statim cũ iurat, est liber. [SERVVS.] Reliqui libertatẽ seruo hæredis mei, si quandã rẽ quæ est hæredis mei,ei donasset,fieri liberum.

** Flo. applicantur*

XII. IVLIANVS libro septimo Digestorum.

SI quis testamento libertatẽ acceperit sub conditione,si rationem reddiderit:* debet ꝓ hæreditaria parte hęredibus reliqua soluere:etiam si nomina quorundam hæredum sint in conditione posita.[a]

XIII. IDEM libro quadragesimotertio Digestorum. B

SI quis ita libertatem dedisset: *Stichus,si eum hæres meus testamento suo non manumiserit,liber esto*: secundum voluntatem defuncti hoc significari videtur,[b] si testamento suo hæres non adscripserit ei libertatem. quare si quidem hæres libertatem seruo testamento suo dederit,defectus[c] conditione videbitur.si non dederim:impleta conditione vltimo vitæ tempore hæredis ad libertatẽ perueniet. ℣Seruus communis liber esse iussus[d] ita,si decẽ dederit:ex peculio dare potest,quod quocũque modo adquisitũ habuerit:nec refert apud hæredẽ[e] id,an apud sociũ[f] fuerit: & hæredi,an extraneo dare iussus sit. nam per omnia causæ[g] statuliberi applicabitur,[h]* quòd cõditionis implendæ gratia alienare peculiares nũmos potest. ℣Si duo serui rationibus redditis liberi esse iussi fuerint, & separatim rationes gesserint:nõ dubiè separatim quoque conditioni parêre poterunt. Sed si actus eorum communiter gestus,ita immixtus fuerit,vt separi nõ possit:necessariò alter cessando alterius libertatẽ impediet:nec videbitur conditio in alterius persona impleta,nisi id quod computatione rationum habita reliquũ fuerit,aut vterque,aut alter totum[i] soluerit. ℣Qui ita liber [esse] iussus est, *si iurauerit se Capitolium ascensurũ*: confestim vt iurauerit, quãuis Capitolium non ascenderit,[k] liber erit. ℣Seruus hæredis rem ipsius hæredis dare iussus,& liber esse,ad libertatẽ ꝓueniet:[l] quia potest[m] testator & sine vlla dandi cõditione hæredis seruum manumitti iubere. ℣Hæc scriptura, *Stichus cùm erit annorum triginta,liber esto: Stichus si decem non dederit, liber ne esto*: hanc vim habet:Stichus si decẽ dederit, & ad annos triginta peruenerit,liber esto.nãque ademptio libertatis vel legati sub cõditione facta incipit cõtrariam conditionem legato vel libertati quæ prius data erat, iniecisse.[n]

XIIII. ALFENVSVARVS libro quarto Digestorum. C

SEruus qui testamẽto domini,cùm decem hęredi dedisset,liber esse iussus erat:hæredi mercedem referre pro operis suis solebat.cũ ex mercede hæres amplius decẽ recepisset,seruus liberum [se] esse aiebat.de ea re consulebatur. Respondit non videri liberum esse.non enim pro libertate,[o] sed pro operis eam pecuniã dedisse:nec magis ob eam rem liberum esse quàm si fundũ à domino conduxisset,& pro fructu fundi pecuniam dedisset. ℣Seruus cum hæredi annorum septem operas dedisset,liber esse iussus erat. is seruus fugerat, & annum in fuga fecerat. cum septem anni præteriissent, respondit non esse liberum: non enim fugitiuum operas domino dedisse. quare nisi totidẽ dies[p] quot D

a *Posita.* eius testatoris qui reliquit libertatem.

b *Significari videtur.*ſ.vt sit liber,si &c.

c *Defectus.* Sed cur manumittente hærede non fit liber ex testamento priore:vt.ſ.eo.l.ſtatuliberos.§.ſi ita?Respon.ſ.conditio,ſi seruierit, habetur pro impleta, cum hæres manumiserit: quia per eum fit quo minus impleri possit.at hæc cõditio,ſi hæres non manumiserit,deficit cum hæres manumittit,secundum Ioan.Item quid ſi dixerit testator,Stichus liber esto,ſi testamento suo hæres eum manumiserit:& hæres ei postmodum reliquit libertatem.ex cuius testamento erit liber?ar. quòd ex primo.ſ. de leg.iij.vnum ex familia.in prin.&.ſ.de hære.instit.l.iij.§.ij.& l.asse.&.j.eo.l.ſi peculium.§.fi.

d *Iussus.*ab vno ex dominis.

e *Hæredem.* eius testatoris qui reliquit libertatem.

f *Socium.*nã potest ab alio domino habere,ab alio non:vt.ſ. de pecu.l.quis ergo.

g *Causæ.*i.vtilitati.Io. vt.ſ. cuicunque, & de quocũque suo peculio posſit dare.Ioan.

h *Applicatur.* hoc.ſ. quòd potest &c. Sed contra.j.eo.l. non videtur.Solu.vt ibi.

i *Totum.*cõcordat.ſ. de manu. testa.l. ſi ita fuerit.&.C. de condit. inser.l.pen.

k *Non ascenderit.*non enim ascensio, sed iusiurandũ in conditione fuit. Azo. Sed quid ſi ascendit,& nõ iurauit? Rñ.nõ videtur implesse conditioné,cũ iuramentũ nõ remittatur: vt &.ſ.de manu.testa. l.ſi quis libertatẽ.&.l. seruum testamento.

l *Perueniet.* tradẽdo: vel ſi per eũ non stet: Et sic no.ꝙ non semper est idem dare quod facere accipiẽtis.sic & potest nouare.ſ. de vsur.l.ſi ſtipulatus.§.verum ſi emptor.& instit. qui. mo. re cõ.obli.§. itẽ is cui.& inst.de leg. §.incertis. Sed alias cõtra:vt instit.de act.§.sic itaque.&.j.de ver.obl. l.vbi aũt non.§.fi. Ac.

m *Quia potest.*bona ratio,quia suã rẽ ei dari, & nihil dari, paria sũt: vt ſupra. de lega.§. ſed ſi rem legatam.

n *Iniecisse.*vt.ſ.de admen.lega.l.ſi legatum. in prin.&.ſ.ſi cer. pet. l.pecuniam.

Seruus.] CASVS. Liber esse iussus est seruo,ſi det.x. hæredi. hic seruo cõducebat operas suas ab hærede, & dedit nomine mercedis vltra.x.dicitur ꝙ non est per hoc liber. [SERVVS.]Relicta est libertas seruo, cum dedisset hæredi operas per septẽ annos.dicitur quòd dies quibus fuit in fuga, non computantur in septem annis.vnde nisi per totidem dies seruiat post septem annos quot fuit in fuga,non erit liber.secus autem est ſi fuit dictum,cum septem annis seruierit:tunc sit liber. nam erit liber,ſi post tempus fugæ reuersus seruierit.Fran. Accursius.

o *Non enim pro libertate.*non omnis ergo numeratio implet cõditionem:licet sit arg.cõtra.ſ.eo.l.ſtatuliberos.§.ſi quis seruũ.& facit.ſ.ſi cer.peta.l.non omnis.&.j.eo.l.ſi decem.Accursius.

p *Totidem dies.*quod facere potest,& sic moram purgare:vt.ſ. eo.l.cum hæres.§.fi.Sed contra.j.eo.l.ſi in tra quinquẽniũ.Solu. vt ibi.Item facit quod no.ſ.de fideicõmiſ.lib.l.Thais.§.intra.

Mortuo.] CASVS.Relicta est libertas seruo,ſi det decẽ hęredi.hic seruus fecit locupletioré hæreditẽ.in.x.liber ſit,vt ſi de suo soluit creditoribus hęreditẽ.vel pauit familiam hæredis, ita ꝙ decem expendit.[HAERES CVM.]Seruus iussus esse liber

BIU Cujas

liber si det.x.hęredi.cum hæres venderet hunc statuliberum,dixit in pretio inter se & emptorem facto.x. quæ iussus est seruus dare,& esse liber:volo quòd mihi debeant dari.dicitur quòd seruus hæc.x. dabit hæredi,& erit liber.idem si hæres dixit in pacto:volo q̃ hæc.x.det seruus cuidam extraneo, puta Titio.nam ei Titio dando.x. seruus erit liber.Fran.

a *Hæreditatem.* hæredis cui iussus erat dare.

b *Existimaui.* ego Aphricanus. Accursius.

c *Valere.* quantum ad hoc vt emptori nõ cogatur dare,& vt dando extraneo liber fiat.R. & facit.ĵ.de sol.l. vero procuratori.&.l. solutam.Accursius.

d *Statuliberæ. Hæredis est.* cũ ipsa seruia sit:vt.s̃.eo.l.statuliberum.in prin.&.C.de fideicom.lib.l.cum libertãte.quandoque tamen fallit:quod plene dixi.s̃.tit.ij.l.pen.in fi.

Si decem.] CASVS. Dominus reliquit seruo suo libertatem,si x.daret hęredi.hic seruus debebat ex aliqua causa dare.x. domino: & sic debet hæredi. si seruꝰ.x.dat hæredi,nõ erit per hoc liber. & quod aliàs dicitur q̃ seruus iussus dare,& liber esse,potest dare ex peculio: hoc intellige vt non etiam ex eo dare possit quod extra peculium est.Fran.

e *Tantũdem.*ſ.decem. Accursius.

f *Debet.* scilicet ex alia causa.

g *Posse dici.* vt. &.s̃. de pecu.l.peculium.§. si hæres.

h *Nullum.* vt &.s̃. de pec.l.sed si damnum.§. præterea.

i *Constituentium.* vt ex peculio dare possit.

k *Progrediatur.* dicẽdo contra prędicta.

l *Surripuerit.* pro eo enim fere haberi potest,siue nummos quos in peculio habet,& mihi debet,mihi soluat:siue nummos mihi surripiat,& eos mihi postea reddat:quo casu eum non peruenire ad libertatem supra dictum est.Ro.in.l.statuliberos.§.si quis seruũ. & facit supra de pecu. l.peculium.§. ex aliis.ibi,alioquin & quod surripuit seruus &c. sed videtur contra primum dictum.ĵ.eo.l. Sticho.§.j. sed ibi solues.Accursius.

Si triennio.] CASVS. Relicta est libertas seruo,si det.x.omni anno vsque ad trienniũ hæredi.nunc seruus primo anno obtulit.xx.hæredi:& hæres noluit.non est liber per hoc: cum & si hæres accepisset hęc viginti, non esset seruus liber.subaudi, nisi alia decem offerret.Franciscus.

m *Liber esset.* nisi iterum.x.hæredi obtulerit.& sic non ob.s̃.eo. l.statuliberos.§.Stichus.in fin.&.s̃.de manumiſ.testa.l.si ita fuerit.in fin.Accursius.

Si seruus.] CASVS. Relicta est libertas seruo,præterea & legatum,si filius testatoris compleuerit quatuordecim annos. ille filius ante decesit.dicitur quòd cum transierit tantum temporis quo filius si vixisset compleuisset.xiiij.an.erit hic seruus liber:non autem legatum habebit.Fran.

n *Si seruus.* facit.s̃.de manumiſ.testamen.l.si ita scriptũ.& quod ibi not.Accursius.

Si peculium.] CASVS. Seruo relicta est libertas & peculium, aufugisset, * seruisset, non fore liberum. Sed si ita scriptum esset, vt tum liber esset,cùm septẽ annis seruiisset: potuisse liberũ esse,si[post]tempus fugæ reuersus seruisset.

* Fl. absisse

XV. AFRICANVS libro nono Quæstionum.

MOrtuo hærede si statuliber locupletiorem hæreditatem[a] tanta pecunia, quantã dare sit iussus,fecerit,veluti creditoribus soluendo,cibaria familię dando,statim eũ ad libertatẽ esse vẽturum existimaui.[b] ¶Hęres cũ statuliberũ decẽ dare iussum venderet, conditionẽ pronuntiauit,& traditioni legẽ dixit, vt sibi potius quàm emptori eadem decem darentur. quærebatur,vtri eorum statuliber pecuniam dando libertatẽ consequeretur?Respondit[eũ] dare debere hęredi. Sed si talẽ legem dixisset, vt extraneo alicui statuliber pecuniã daret: respondit & hoc casu conuentionẽ valere:[c] quia hęredi videtur soluere,qui volũtate eius alij soluit.

XVI. VLPIANVS libro quarto Regularum.

STatulibera quidquid pepererit,hoc seruum hęredis est.[d]

XVII. NERATIVS libro tertio Membranarum.

SI decem hęredi dedisset,iussus est liber esse.decẽ habet, & tantũdem[e] domino debet.[f] dando hęc decem non liberabitur. nam quod statulibero ex peculio suo dare explendę cõditionis causa cõcessum est: ita interpretari debemus,vt non etiã ex eo dare possit,quòd extra peculium est.Nec me prętererit hos nummos peculiares posse dici:[g] quãuis si nihil prętercea seruꝰ habeat, peculium nullum[h] sit.sed dubitari nõ oportet,quin hęc mens fuerit id cõstituentium,[i] vt quasi ex patrimonio suo dãdi eo nomine seruo potestas esset:quia id maximè sine iniuria dominorũ concedi videbat.quòd si vltra quis progrediatur:[k] non multũ aberit,quin etiam eos nũmos quos domino surripuerit,[l] dãdo,statuliberum cõditioni satisfacturum existimet.

XVIII. PAVLVS libro singulari de libertatibus dandis.

SI triennio dena dare iussus, primo anno viginti obtulerit:non accipiente hærede,non statim liber est: quia etsi accepisset hęres,nõdũ liber esset.[m]

XIX. VLPIANVS libro quartodecimo ad Edictum.

SI seruus[n] liber esse iussus sit, & legatum ei datum si filius quartumdecimum annum cõpleuerit: & filius ante decesserit:libertas fauore competet die veniente: legati autem conditio deficit.

Cum non stat per seruum quin conditio libertatis impleatur:perinde est ac si impleta esset,vt competat seruo libertas.

XX. PAVLVS libro sextodecimo ad Plautium.

SI peculium seruo legatũ sit, qui iussus est alij dare decẽ, extraneo: hæredi eius extranei dando liber est, si hæc fuit voluntas defuncti.[QVAEDAM CONDITIONES.] Quandoque libertas relinquitur seruo sub conditione, quæ conditio sui natura vno eodẽmque tempore non potest impleri:vt si decem operas dederit hæredi. nam per decem dies debet operas dare. à simili,si ad decem annos,decem aureos dare iussus est hæredi,& esse liber:omni die potest dare vnum aureum:& cum omnes compleuerit ad soluẽdum,erit liber.in vno tamen discordãt hæ cõditiones: quia conditio operarũ non potest simul impleri.vnde si hæredi seruꝰ offerat.x.operas vna die, accipiat hæres vel non,non fit liber. nisi.x.dies transeãt.idem si iussus est ire Capuam,& esse liber,& hæres prohibeat eum ire. nam non statim fit liber:sed lapso tanto tempore quo potuisset iuisse Capuam.sed secus in secunda condit.puta si det.x.sit liber. nam poterit simul.x.dare,& erit statim liber.[SI ITA QVIS ACCEPERIT.] In testamento meo dixi:si hæres meus Stichum non manumiserit, Stichus sit liber. expectabitur aliquod tempus,nec nimium,nec modicum,intra quod poterit hæres sine suo magno incõmodo eum manumittere.& si manumiserit, tunc fit liber ex testamento meo.si autem tempus est appositum intra quod hæres eum manumittat si vult,alioquin sit liber:illud tempus expectabitur.quo elapso & seruo non manumisso,seruus erit liber ex testamento meo.Fran.Accursius.

A si det.x. alicui extraneo, puta Titio. cum seruus vellet dare hæc decem de peculio illi Titio,& liber esse, hæres nõ permisit: certe hic seruus liber est.& si peculium petat tanquam sibi legatum ab hærede hic liber factus,& hæres vult retinere decẽ quæ iussus erat seruus dare, & liber esse:auditur. intelligas tamen quòd hic hæres tenetur illi Titio act.in factũ ad illa decẽ. [DE ILLO.] Seruus liber esse iussus si det decẽ alicui extraneo,puta Titio: poterit hic seruus iuito vel ignorante hærede decẽ de peculio detrahere, & soluere Titio,& faciet pecuniam accipientis. si autem hic seruꝰ iussus est esse liber si det decem hæredi, & hæres decẽ debebat huic seruo:poterit seruꝰ cõpensare cũ hærede, & erit liber. [IS CVI.] Seruus liber esse iussus est si det decem cuidam extraneo: puta Titio. antequam det,decessit Titius. quæritur an hic seruus sit liber? Et respon. quòd si hic seruus habuit.x. parata in vita Titij,& per eum non stetit quo minus solueret: seruꝰ est liber. & hoc dixit Sabi. Iul. autem plus dicit, quòd si nunc seruus habet parata.x. & tunc non habuit: satis sit vt sit liber. & hoc est non testatoris voluntate,sed iure supplente eam fauore libertatis,adeo quòd nec legatum hoc casu relictũ habebit. si autem per hæredem stetisset quo minus daret seruus decẽ Titio: tũc sit liber iure testamenti. Vltimo dicit. seruus liber esse iussus si det decem hæredi:hæredi hæredis dando liber est.si autem est iussus dare decem Titio

B

C

D

a *Prohibuerit dare.* & sic est liber conditione habita pro impleta: vt.ſ.e.l.iij.in prin.&.C.de condi. inſer.l.ſi.

b *Manumiſſus.* id est factus liber ipso iure conditione habita ℞ impleta, cum per eum non remanſit, ſed per hæredem.

c *Et cum ſeruo.* nunc ſoluit.

d *Inuidioſum.* ſic.ſ.de diſtra. pig.l. ſcriptum. §.ſi aliena.j.reſpon.

e *Fraudari.* tenetur tamen actione in factum ei in cuius perſona erat adimplenda cõditio: vt.ſ.de condict.ob cau.l.iij.§.fin.

f *Inuito.* immo videtur ℞ dominium non tranſeat inuitis hæredibus: vt.ſ. de condit. & demõ.l.ſi inuitus. & ſ.eo.l.ſtatuliberos. circa prin.ibi, cum igitur veram &c.&.ſ.de condic.ob cau.l.iij.§.fi.ſed ibi.ſ. in titu. de cõdic. cau.da.l.iij.§.fina. plene dixi. Accurſius.

g *Eam.* ſ. tantùm.

h *Debeat.* ſ. naturaliter: vt ſupra de pecu l. nec ſeruus.

i *Compenſare.* vt.ſ.de pec.leg.l.ſi peculiũ.§. ſicut aũt.&.ſ. de cõpẽ. l.etiam quod natura.

k *Non ſtaret.* quia offerebat: vt.C. de condit. inſer.l.ſi.& facit.ſ. de condit.& demõſt.l. cũ ita datur libertas.ij. &.iij.rñ.&.j.eo.l. Stichum Titio.§.pen.

l *Conſtituto.* q.d. non teſtatoris volũtate, ſed iure ſupplente eam.

m *Potius iure.* non ex volũtate teſtatoris, ſed ex iure ſupplente eam.

n *Eidem legatum ſit.* præter libertatem.

o *Habiturus eſt.* conditionis defectu: vt.ſ. de condit.& demon.l. in teſtamento. nam ſic eſt & in aliis pecuniariis relictis, vt deficiant deficiente conditione ſub qua relicta ſunt: vt ſubiicit,&.C. de condit. inſer.l.legatum.

p *Ex teſtamento.* i. ex volũtate defuncti ſola, non iure conſtituo. M.

q *Hæredis hæredi.* quia hæres hæredis &c. vt C.de hære.inſti.l.fina. & de vſufru.l.antiquitas.&.j. de verb. ſigni. l.hæredes.&.ſ.e.l.ſi ſtatulibera.§.ſi filiusfa.& l.mortuo.& infra eo.l. ſeruꝰ ſi hęredi.in princip. &.C.de lega.l. in annalibus.

r *Dicendum eſt.* vt & eius hæredi poſsit dari: aliàs ſecus: vt.ſ. de condit. & demonſt.l. ſub diuerſis.§.fi. vel etiam aliter, vt ibi notauimus.

ſ *Dantur.* vt.ſ.de ope.liber.l.j.

t *Igitur.* à ſimili: & dic iuſſum vſque ad.x.annos.x.aureos dare, & liberum eſſe: & ipſe quolibet anno dedit vnum.

u *Neceſſario.* ſed aurei ex voluntate ſic diuiſim ſoluuntur. nam & ſic liber eſſe: & hæres eũ prohibuerit dare [a]: deinde manumiſſus [b] peculium petat ex cauſa legati: an per doli exceptionem eam ſummam quam daturus eſſet, deducere hęres poſsit, vt ipſi proſit non manumiſſo, quòd ea pecunia data non eſt: an verò indignus ſit hæres, qui contra voluntatem defuncti fecit, eam pecuniam lucrari? Et cũ ſeruo [c] nihil abſit, & libertas ei competat: inuidioſum [d] eſt hæredẽ fraudari. [e] ℣ De illo quæritur, ſi inuito [f] hærede det, aut neſciente: an faciat nummos accipientis. Et Iulianus verè exiſtimat ex hac cauſa conceſſam videri ſtatuliberis alienationẽ nummorum etiam inuito hęrede: & ideo facere eos accipientis pecuniam. Quòd ſi hæredi dare iuſſus eſt decem, & eam [g] ſummam hæres debeat [h] ſeruo: ſi velit ſeruus eã pecuniam cõpenſare, [i] erit liber. ℣ Is cui ſeruus pecuniam dare iuſſus eſt, vt liber eſſet: deceſsit. Sabinus [ait] ſi decem habuiſſet parata, liberum fore: quia non ſtaret [k] per eum quò minus daret. Iulianus autem ait, fauore libertatis cõſtituto [l] iure hunc ad libertatẽ peruẽturum, etiam ſi poſtea habere cœperit decem. Adeo autem [ex] conſtituto potius iure, [m] quàm ex teſtamẽto ad libertatem peruenit: vt ſi eidem & legatum ſit, [n] mortuo eo cui dare iuſſus eſt, ad libertatẽ quidem peruenietnõ autem & legatum habiturus eſt. [o] Idque & Iulianus putat: vt in hoc cæteris legatariis ſimilis ſit. Diuerſa cauſa eſt eius quem hæres ℞ phibet conditioni parẽre. hic enim ex teſtamento [p] ad libertatem peruenit. ℣ Hæredi autem iuſſum dare, etiam hæredis hæredi [q] dare poſſe diuus Hadrianꝰ reſcripſit. [Sed] & ſi hoc ſenſit teſtator: etiam in legatario idem dicendum eſt. [r] ℣ Quædam cõditiones natura ſua nec poſſunt eodem tẽpore impleri, ſed neceſſariam habent temporis diuiſionem: velut cum decẽ operas * [ſeruus] iuſſus eſt dare: quia operæ per ſingulos dies dantur. [f] Igitur [t] & ſi ſingulos aureos det ſtatuliber: poteſt dici eum impleſſe conditionem. Alia cauſa eſt operarũ: quia hæ neceſſariò [u] ſingulę edẽdę ſunt. B Sed & ſi hæres accipere noluerit, [x] non ſtatim liber erit: ſed cùm tempus trãſierit per quod operarum quantitas cõſummatur. * Idem [y] dicendum eſt ſi iuſſus Capuam ire, [z] & liberum eſſe, hæres prohibeat ire. tunc enim erit liber cum peruenire Capuam potuerit. [a] ineſſe enim videtur tempus tam operarum præſtationi quàm itineri. ℣ Si ita quis acceperit libertatẽ, *Stichus, ſi hæres eum non manumiſerit, liber eſto:* poterit ab hærede manumitti. non [enim] contra [b] voluntatem teſtatoris adimitur ei libertas. Sed non tam continuum tempus exigẽdum eſt, vt C præcipitare* cogatur hęres, vel ex peregrinatione celerius reuerti ad manumittendũ, vel adminiſtrationem rerum neceſſariam intermittere. Nec rurſus tam longum [tempus exigendum eſt,] vt quandiu viuat ℞ trahatur manumiſsio: ſed modicũ: [ſcilicet] quo primũ poſſit ſine magno incommodo ſuo hæres manumittere. [c] Quòd ſi tempus [d] adiectum fuerit, illud ſpectabitur.

A etiam primo anno poſſunt omnes ſolui: & erit liber: vt hic innuit per hoc quod dicit, alia.&.ſ.de manu.teſt.l.ſi ita fuerit.in fi. &.ſ.eo.l.ſtatuliberos.§.Stichus.

x *Noluerit.* ſcilicet vnam operam, vel omnes ei ante tempus oblatas. Accurſius.

y *Idem.* vt tacitum tẽpus intelligatur.

z *Ire.* eodẽ tempore.

a *Potuerit.* vt infra eodem.l. ſeruus ſi hæredi.§. imperator. ſic & in ſtip.tempus ſcilicet tacite intelligitur propter locum: vt inſti. de verborum oblig.§.locati.& infra de verborum obliga.l. eum qui kalendis.§.quotiens.& l.continuus.§.cum ita. & niſi in caſu: vt infra eodem titu.l. fina.§. ſi inter eos.

b *Non enim contra.* id eſt contra voluntatem defuncti eſſet, ſi nõ p- * Fla mitteremus eum manumittere & habere libertum.& facit.ſ.eo.l. ſi quis ita. in princip. Accurſius.

c *Manumittere.* No. optimũ ex duobus cõtrariis temperamentũ: & ſic facit.ſ. de interrog.actio.l. & quia. & j.de verb.oblig.l.eum qui kalen. &.l. continuus.in prin.&.§. cum ita.&.§.illud. & de ſolu.ratum.&.l.quod dicimus. & rem ra. ha.l. quo enim.§. Iulianus. &.ſ.de nego.geſt.l.diuortio.&.ſ.de condic. ob cau.l. ſi pecuniã.§. finali. & ſi quis cau.l. ij.§.penulti.

d *Tempus adiectũ.* puta annũ. ad quod facit ſ.de condic.ob cauſam l.iij.§.j. Accurſius.

In redditione rationum continentur reliqua. Item cum teſtator fecerit mentionem de aliquo dando: ſi non expreſſit cui velit dari, debet dari hæredi.h.d. D

XXI. POMPONIVS libro ſeptimo ex Plautio.

LAbeo libro [ſecũdo] Poſteriorum ita refert: *Calenus* [e] *diſpenſator meus ſi rationes diligenter tractaſſe videbitur, liber eſto: ſuáque omnia* [f] *& centum habeto.* diligentiam eam deſiderare debemꝰ, quæ domino, nõ quæ ſeruo intelligitur quòd hæredi. [PACVVIVS.] Legaui tibi centum: & grauaui te per fideicommiſſum vt dares iſta centum cui velles de liberis meis. ſi antequam eligeres deceſsiſti, extunc dabitur omnibus libertis. Fran.

e *Calenus.* verba teſtatoris. Accurſius.

f *Suaque omnia.* Py. eſt, habeto &c.

BIU Cujas

a *Vtilis.* ad hoc supra de manumiss. testa. l. si ita scriptum sit. & l. qui filium. §. j.

b *Reddendo.* vt &. ſ. eod. l. si statulibera. §. penulti. & §. finali.

c *Videbitur.* materialiter ponitur.

d *Poterit.* nam competit nõdum damno dato: vt. ſ. de aqua pluuia arcenda. l. j. §. hæc actio. similis expositio supra ad Velleia. l. hæ actiones. & supra de capi. deminu. l. ij. §. hoc iudicium.

e *Cui.* id est cuius arbitrio. Accursius.

f *Agentium.* id est secundum morem in similibus obtentum ab agentibus, scilicet hominibus in causis, veluti si is &c. ex quo exemplo apparet quòd si non sit dictum cui eã diligẽtiam probari oporteat, hæredi probãda sit, secundũ. M. Argu. contra. ſ. titu. ij. l. Thais. §. sorore. & supra de cõtrahẽda emp. l. hæc venditio. sed aliis loquuntur casibus. Vel verius, & hic in subsidium ad arbitriũ boni viri recurrat hærede male reprobante, per dictam. l. & supra pro socio. l. si societatem. & de oper. lib. l. si libertus. Accursius.

g *Dedisset.* sic supra. l. proxi. &. ſ. eodem. l. ita liber.

h *Cui eorũ voles.* quibusdam nominatis, puta libertis: vt supra de leg. ij. l. cum quidam. & l. vnum ex familia. in principio.

Qui pecuniã.] CASVS. Seruo reliqui in testamẽto meo libertatẽ, si det decem: nec dixi, cui. dicitur quòd dare debet hæredibus meis, & pro hæreditariis partibus. sed si quosdam ex hæredibus nominaui, illis tantum dabitur: & pro hæreditariis portionibus. si autem adieci extraneũ, vel extraneos, quib⁹ volui dari, & hęredibus meis etiã: tunc extraneo vel extraneis dabitur virilis, hæredibus autem pro hæreditaria portione. Frãciscus Accursius.

i *Dare debet.* vt supra l. pxi. §. veluti &c. &. l. ita liber. &. ſ. de acquiren. hæredita. l. pro hærede. §. Papinianus. &. §. seq. Argu. contra. ſ. si vsusfruct. pet. l. fundum. Accursius.

k *Quibus.* scilicet tantum, puta duobus iussit dari, & non aliis duobus, cum essent quatuor.

l *His.* scilicet tantum: aliis nihil.

m *Hos.* scilicet extraneos.

n *Hæreditarias.* sic supra de vulga. substi. l. qui plures. Et not. quia aut omnia nomina propria hæredum dicta sunt: aut nullius: & tunc serua quod dicitur. ſ. eo. l. ita liber. §. fina. aut quorundam, & tunc quod hic: vel etiam dic vt dixi. ſ. eo. l. si quis testamento. Accursius.

fuerit vtilis. [a] erit autem ei diligẽtiæ coniuncta fides bona, nõ solum in rationibus ordinãdis, sed etiã in reliquo reddendo. [b] & quod ita scriptum est, *videbitur*, [c] pro hoc accipi debet, videri poterit. [d] sic & verba legis duodecim tabularũ veteres interpretati sunt, *si aqua pluuia nocet*, id est si nocere poterit. Et si quæreretur cui [e] eam diligentiam probari oporteat, hæredũ arbitratum viri boni more agentium [f] sequi debebimus: veluti si is qui certam pecuniam dedisset, liber esse iussus est, nõ adscripto eo, cui: si dedisset, eo modo poterit liber esse, quo posset si ita fuisset scriptum, *si hæredi dedisset.* [g]

Si testator posuit in electione mea vt dem centum certis nominatim cui velim: si decedo antequam eligam, debetur hæc summa omnibus pro portione. h. d.

¶ Pactumeius Clemens aiebat, si ita sit fideicommissum relictum, *cui eorum* [h] *voles rogo restituas*: si nullũ elegisset cui restitueret, omnib⁹ deberi, imperatorem Antoninum cõstituisse.

Qui præcipit in testamento aliquid dari: si non exprimat cui vel quibus debet dari, hæredi vel hæredibus pro hæreditariis portionibus: si quosdã nominauit hæredum, his tantum dabitur. si hæredibus vel extraneo dari iussit, extraneus habebit portionem virilem tantum: hæredes vero pro hæreditariis portionibus. h. d.

XXII. PAVLVS libro tertio ad Vitellium.

QVi pecuniam dare iussus est: nisi adiectũ sit, cui det, hæredib⁹ dare debet [i] pro partibus hæreditariis. pro ea enim parte quisque accipere debet, pro qua dominus est. Si quidam ex hæredibus quib⁹ [k] dare debeat, nominati sint: dabit his [l] pro hæreditariis portionibus. Si hęredibus nominatis etiam extraneus iunctus sit: extraneo virilis, cæteris [portiones] hæreditariæ dari debẽt. Et si non solum Titium, sed etiam alios adiecisset: hos [m] virilem partem habituros, cohæredes autem hæreditarias, [n] Iulianus scribit.

Transacto tempore intra quod conditioni quis parere debet, post tempus non admittetur. hoc dicit. In. §. seq. pone casum vt supra eo. l. si peculium.

XXIII. CELSVS libro vicesimo secundo Digestorum.

SI intra quinquennium Stichus centum dederit, liber esto: nec Titio [o] vel hæredi vel emptori post quinquennium dabit. [p] ¶ Si rationes reddidisset, liberũ esse iussum, non patitur hæres rebus peculiaribus venditis reliqua soluere. perinde liber est, quasi conditioni paruerit. [q]

Qui grauatus est aliquid promittere, sufficit ad conditionem implendam, si tantum promittat, licet non soluerit adhuc. h. d.

XXIIII. MARCELLVS libro sextodecimo Digestorum.

STichus si hæredi meo decem promiserit, vel operas daturum se iurauerit, liber esto. Potest expleri conditio, si promiserit. Nam spopõdisse aliqua significatione dici potest, etiam si non sit secuta obligatio. [r]

XXV. MODESTINVS libro nono Differentiarum.

STatuliberos venũdari posse, leges duodecim tabularum putauerunt. Duris autem conditionibus [s] in venditione minimè onerandi sunt: veluti ne intra loca [certa] seruiant, néve vnquam manumittantur.

Nomine rationum continentur rationes in scriptis redactæ, & non scriptæ. h. d.

XXVI. IDEM libro nono Regularum.

LIbertate seruo sub conditione rationis redditæ testamento data, hæres non solum scriptam rationem exigit, verumetiam quæ sine scriptura ab eo administrata est. Seruus iussus reddita ratione ad liberta certa loca eũ teneat emptor, vel quòd nõ possit eum manumittere: hæc pacta non tenent. Franciscus.

SI intra.] CASVS. Reliqui libertatem seruo meo, si det centum hæredibus meis intra quinquennium. post quinquennium dando non erit liber. Secundo dicit: reliqui libertatem seruo, si reddat rationes & reliqua. cũ seruus vellet reddere & soluere reliqua hæredi, hæres non patitur. dicitur quòd seruus fit liber, ac si conditioni paruisset. Franciscus.

o *Nec Titio.* extraneo cui dare iussus erat. M.

p *Dabit.* vt ad libertatem veniat: vt & supra titu. ij. l. Thais. §. inter. Sed contra supra eo. l. seruus qui. §. seruus. Solu. hic in dãdo, ibi in faciendo. Itẽ ibi ante tempus saltem incipit, hic non: sed ante quinquennium soluere potest, & esse liber: vt supra de ma. testa. l. si ita fuerit. §. j.

q *Paruerit.* facit supra eod. l. statuliberos. in principio. & . §. si quis seruum.

STichus.] CASVS. Seruꝰ liber esse iussus, si hæredi decẽ promiserit, vel operas daturum se iurauerit: si promittat decem hæredi, efficitur liber, licet non sit obligatus, vt quia inter seruum & dominum, & cętera. Franciscus.

r *Obligatio.* inter hæredẽ qui dominus est, & seruum: vt infra eodem. l. penulti. §. Paulus. &. j. de lib. cau. l. fi. §. fin. sed forte in subsidiũ tenebitur actione in factum post manumissionem: arg. C. an ser. ex suo fac. l. promissæ. Argu. tamẽ cõtra. ſ. si quis omis. cau. testa. l. si quis sub conditione dari. in fin. Itẽ nota quòd de facto sufficit conditionem impleri. sic. ſ. eodem. l. si quis. in principio. &. §. qui ita. & de manu. testa. l. seruum testamento. & de condit. instit. l. mulier. §. si quis. Item facit. ſ. de oper. liber. l. cerdonem. Accursius.

STatuliberos.] CASVS. Statuliber interim antequã impleatur conditio sub qua relicta erat libertas, potest vendi. & si in venditione apponatur pactum, puta quòd intra

s *Conditionibus.* conditio, id est pactio, aliàs dura, aliàs bona: vt hic, & supra de his qui sui vel alie. iur. sunt. l. dominorum. & supra de ædil. edicto. l. actionem. & facit. C. de testa. manumiss. l. statuliberis.

Libertate.] CASVS. Reliqui libertatẽ seruo, si reddiderit rationes hæredi. dicitur quòd debet reddere rationem quam redegit, & eam quam non redegit in scriptis. Secundo dicit: Seruo relicta est libertas, si reddiderit rationem. hic seruus nullam rationem administrauit. dicitur quòd erit liber. Fran. Accur.

a *Nihilo minus.* non ergo nocet falsa demonstratio: vt &.ff. de condit.& demonstr.l.demõstratio.Item facit.j.eo.l.seruus si hęredi.in prin.&.C.de manumiss.testa.l.cum testamento.

Si is.] *CASVS.* Seruus si daret decem hæredi,debebat esse liber.hæres alienauit hunc seruum, puta Sempronium: postea redemit: interim eum vendidit Titio.dicitur quòd dando decẽ Titio,erit liber.Francis.

b *Placuit.* dum viuit venditor: vt.j.eodẽ.l. seruus si hæredi.in prĩcipio. quæ est contra, secũdum quosdam. vel ibi ideo est:quia hæres cui erat dandus,manumisit eum statuliberũ: hic redemit, & alienauit.magis autẽ est contra de conditio. & demõstratio.sub diuersis. §.fi. sed qualiter intelligitur, expone vt ibi. & ad hoc facit quod no.ff.eodem.l. si statulibera pœnæ.§.fina.

**Flo. apud*

Si hæreditas.] *CASVS.* Testator reliquit libertatem seruo castaldioni, si redderet rationes intra.xxx.dies post mortem testatoris. hæres distulit hæreditatem adire bene per.xxx.dies,& sic seruus non potuit intra tempus prædictũ reddere rationes. dicitur quòd si adhuc vult reddere rationes, erit liber. [*STATVLIBER.*] Testator reliquit libertatem seruo suo sub condit. & legauit ei peculiũ. hic seruus antequam veniret conditio, emit aliquã rem. dicitur quòd hæc res, sicut & peculium,attinet ad seruum factum liberum: licet quidam dicerent contra.Fran.Accursius.

c *Ita.*scilicet vt.ff.dictum est.

d *Expleretur.*idẽ habes.ff. eod.l. statuliberos. §. si quis hæredi. Accursius.

e *Statuliber.* aliàs lex: aliàs.§.Accursius.

f *Legato.* illi statulibero.Accursius.

g *Scriptum est.* & male:vt subiicit.Accur.

h *Collatum esset.*veluti,cum libertate peculium tibi do lego.

i *Habeat.*vt &.ff.de pecu.l.peculium.

k *Non sit.*ante euentum conditionis.

l *Vtimur.*hoc cum ipsi seruo manumisso legatur: aliàs si extraneo,tempus mortis testantis inspicitur:vt institu.de leg.§.peculium.& supra de pecu.leg.l.denique.§.fi.& de pecu.l.pe.

Statuliberi.] *CASVS.* Statuliberi nihil pene(id est fere)differunt à seruis & quo ad cõtractus,& quo ad actiones,& quo ad delicta. [*QVINTVS MVCIVS.*] Testator exhæredauit filium, & instituit Titium hæredem, & reliquit libertatem seruo si daret.x.hæredi.nũc mota est quæstio inter filium & hæredem scriptum: qui filius dicebat se non iuste exhæredatum, & sic debebat habere bona. scriptus obtinuit: seruus dedit.x. istitatem peruenire: licet nullam administrauerit rationẽ, nihilo minus[a] erit liber.

Statuliber transit cũ sua conditione.h.d. Duas.ll.seq.vide per te.

XXVII. IDEM libro primo Pandectarum.

SI is cui dare iussus est, rede- merit statuliberum,eumque rursus alij vendiderit: nouissimo emptori dabit.iã enim cùm ad*eum cui dare iussus est, dominium quoque serui peruenerit:si eum alienet, conditionem quoq; ab eo ad emptorẽ trãsire,Iuliano placuit.[b]

XXVIII. IAVOLENVS libro sexto ex Cassio.

SI hæreditas eius qui seruum intra dies trigĩta mortis suæ, si rationes reddidisset, liberum esse iusserat,[fortè] post dies triginta adita est:iure quidem stricto ita[c] manumissus liber esse non potest:quoniam conditione deficitur:sed fauor libertatis eò rem perduxit,vt respondeatur expletam[esse]cõditionem, si per eum cui data esset, non staret quò minus expleretur.[d] ℣ Statuliber[e] antequam conditio libertatis obtigerit, si quid cõparasset:peculio legato[f] non cessurum, in libris Gaij Cassij scriptum est: [g] nisi id legatũ in tẽpus libertatis collatũ esset.[h] Videamus ne cũ peculiũ & accessionẽ & decessionẽ habeat,[i] augmentum quoque peculij[eius] si modò ab hærede ei ablatum non sit,[k] legato cessurum sit. Et magis hoc iure vtimur.[l]

XXIX. POMPONIVS libro octauodecimo ad Quintum Mucium.

STatuliberi à cæteris seruis nostris nihilo penè[m] differunt: & ideo quod ad actiones vel ex delicto venientes,vel ex negotio gesto,[n] [vel ex] contractu pertinet:eiusdem conditionis sunt statuliberi,cuius cęteri [serui:] & ideo in publicis quoq; iudiciis easdem pœnas[o] patiuntur, quas cæteri serui.

℣ Quintus Mucius scribit: paterfamilias in testamento scripserat, *si Andronicus seruus meus hæredi meo dederit decem, liber esto:* deinde de his bonis cœperat controuersia[p] esse. qui se lege hæredem aiebat esse,is eam hæreditatem ad se pertinere dicebat. alter qui hæreditatem possidebat, aiebat testamẽto se hæredem esse.secundum eum sententia dicta erat qui [ex] testamento aiebat se hæredem esse. deinde Andronicus quærebat, si ipsi [hæredi scripto] decem* dedisset,quoniam secundũ eum sententia dicta est,futurúsne esset liber: an nihil videatur sententia qua vicit,ad eam rem valere? [q] quapropter[r] si viginti hæredi scripto dedisset, & res contra possessorem iudicata esset,illum[f] in seruitute fore. Labeo hoc quod Quintus Mucius scribit,ita putat verũ esse,[t] si re uera lege ab intestato hæres fuit is qui vicit. nam si iniuria iudicis victꝰ esset scriptus verus hęres ex testamento,nihilo minus eum paruisse conditioni ei dando,& liberum fore.sed verissimum est (quod & Aristo Celso rescripsit) posse dari[u] pecuniam hæredi ab intestato,secũdum quem sententia dicta est. quoniam lex duodecim tabularum emptionis[x] verbo omnem alienationẽ complexa videretur:non interesset quo genere quisque dominus eius fieret: & ideo hunc quoque ea lege contineri, secundum quem sententia dicta est: & liberũ futurum eum qui ei dedisset pecuniam:hunc autem,id est postea scripto.quæritur,an sit liber? & antequam respõdeat,dicit alium casum.Si hic seruus dat decem scripto, & postea scriptus amisit bona,vt quia filius obtinuit contra eum:dicitur quòd hic seruus non erit liber.Labeo autem confirmat proximum casum ita demum si iuste iudicauerit iudex. postea loquitur Aristo,corrigẽs dicta:& dicit quòd hic seruus debet dare ei qui vicit : siue scriptus vicerit:siue filius. nam sicut verbo emptionis continetur omnis alienatio: sic hæc dictio hæres, comprehendit scriptum. & sic est respõsum quæstioni primæ. postea dicit quòd si seruus dedit decem scripto possidenti hæredi, quòd ista decem scriptus debebit dare vincenti.Franciscus.

m *Nihil pene.*vt supra eo.l.statuliberum. pene dicit, propter id qđ statim dicam.

n *Gesto.* veluti negotiorum,tutelæ.

o *Pœnas.*hoc est cõtra. infra de pœ.l.moris.§. finali. & de quæstio.l.statuliberi.& supra si ex noxa.cau.l finali. quibus dicitur vt liberum puniendum. Solu. hic deliquit antequã esset statuliber: in illis legibus postea: ar.infra de pœ.l.j.j.respon. & propter hoc dixit.ff.penè. **Flo.*

p *Controuersia.* inter legitimum hęredem & scriptum.M.

q *Valere.* ad hanc nõ respondet.

r *Quapropter.* scilicet scribit Quintus Mucius soluendo quãdam aliam quęstionem propter quam videbatur idem in superiori esse si sententia nihil facit pro scripto: sed in vtroque contra erit per Aristonem.

s *Illum.*scilicet seruũ. Accursius.

t *Verum esse.*illũ dantem scripto, & postea victo, in seruitute remanere: sed & hic Labeo corrigitur per Aristonem.

u *Posse dari.* Sed cur cum scriptus nõ desit hæres esse per hãc sententiam? Respon.immo quãtum ad effectum & vtilibus actionibus conuenitur & agit legitimus: vt & supra de transac.l.controuersia.& instit.de fideicom. hære.§.restituta. & de condic.indebi.l.iij.

x *Emptionis.*dixit enim,licet hoc non habeamus,statuliber decem dare iussus si venditus fuerit,decem det emptori.& sic trãslatio à scripto in legitimum,est venditio: secundum.H. Alij dicũt,vt Ir.quòd loquitur per simile.sicut enim lex duodecim tab. prædicto verbo emptionis omnem alienationem singularem est complexa:ita cum dixit,des hæredi:videtur omnem hæredẽ cõplexa.vnde si dedit legitimo,paruit cõditioni.Item not.hic large accipi hoc vocabulum, emptionis.aliàs stricte: vt.C. de iur. emphy.l.j.item in eo.tit.l.fin.&.C. de fun.patrimonia.l.j.itẽ.C. de præ. *Emptionis verbo fallacia sumitur.*

BIU Cujas

de præ.curi.l.fin.item.ſ.de pign.in quorum.ſic alienationis verbum eſt generale: vt in authen. de non ali. aut permu.§. alienationi.quandoque tamen ſtrictè ponitur: vt.ſ. de ali. iu.l. ex hoc edicto.§.alienare. Item no.nihil intereſſe quid ex æquipollentibus fiat.ſic.C.de inſt.& ſub.l.ſi mater.&.ſ.ad Treb.l-mulier.§.j.

a *Pecuniam.* habitam à ſtatulibero: vt & ſupra de don.cauſa mor. l. quod ſtatuliberi. & ſupra de pet.hær.l.nec vllam.§. ſed Sabinus. Remanet ergo ille liber etiam eo caſu quo eſt data ſententia contra ſcriptum cui fuerunt data decem, multo magis ſi pro ſcripto. & ſic corrigitur hic quod ſupra dixit Quintus Mucius & Labeo. Sed opponitur. Nonne reſciſſo teſtaméto reſcinditur & liberras: vt.C.de ma. teſta. ſi mater.&.ff.de pi. l.ſi ſuperatus? Reſpon. non: vt.j.de excep. rei iudi.l.j. Vel dic quòd loquitur in caſib⁹ quos habes.ſ. de inoffic. teſta.l.Papi.§.fi.&.l.ſeq. vel in eo quem habes C. de inoffic. teſt.l. cũ duobus. vel in illo qui eſt in ea.l.cum ex cauſa.vel vt.C. de pe. hære.l.fi. vel vt.C. de fideicom.liber.l. quamuis. Vel aliter tunc vitiatur libertas quando de viribus teſtamenti fuit quęſitum & diſputatum: at hic non fuit quęſitum: quia nec fuit oſtenſum: & ſic nó obſtant prædicta iura.*

Arg.j. excep. Accurſius.

ſ.ſi ita.] CASVS. Reliqui libertatem ſeruo, ſi hæres eum nó alienauerit. dicitur q̃ hæres poteſt alienare: & eum alienando deficit conditio libertatis. Franciſcus Accur.

b *Poterit.* & ſic deficit conditio libertatis: quod aliàs non contingit: vt.C.de manumiſ.teſta.l.ſtatuliberis.

ſ.ſi ſeruo.] CASVS. Relicta eſt libertas Sticho,& quoddã legatum,ſi reddiderit rationes. ita demum dicitur reddere,ſi reliqua reddat. Secundo dicit: Teſtator ſic dixit,ſi Stichus reddiderit rationes,liber eſto cum contubernali ſua. antequam redderet rationes, deceſſit. nunquid contubernalis erit libera,quæritur.& antequã ſoluat,adducit caſum ſimilem. Si teſtator dicat, illi cum illo lego fundum.ſi vnus ex eis decedat,valebit legatum in alium ſuperſtitem. poſtea reuertitur ad quæſtionem quam fecit, & dicit: ſi conditio illa fuit in contubernali: ſi nulla reliqua appareat Stichum debere: ipſa erit libera. ſi vero appareat debere: ita ſoluet,& non de peculio:& erit libera. Franciſcus.

c *Reddendarum.* aliàs non eſt in textu.

d *Legatum ſit.* ſ.aliquid præter etiã libertatem. & facit ad hunc caſum.ſ.de pecu.leg.l.denique.§.interdũ.&.C.de ma.teſta.l.iiij.

e *Quæſitum eſt.*ſ.in genere: nunc in ſpecie.

f *Stichus.* verba teſtatoris. Azo.

g *Cum contubernali.* teſtatoris.

h *Conditionem.* antequam reddat rationes.

i *Sibi placere.* ait Iulianus.

k *Illi & illi.* vt.ſ.de vſufruc.accreſcendo.l.Titio.in fi.Sed arg. contra.ſ.de fun.inſtru.l.ſi cui.in fin.

l *Magis eſſe.* ſcilicet ait. ſed hoc de rigore: ſed de æquitate non eſt onus conditionis ei in omni caſu: vt.ſ.de condit.& demon.l. Iulius Paulus.quæ eſt contra.

m *Largituram.* contubernalem. Accurſius.

n *Suo.* ſcilicet contubernali.

o *Dare.* ſcilicet contubernalem.

p *Id.* ſ.dare de peculio.

q *Principaliter.* hæc autem non fuit principaliter iuſſa.

ſ.I duobus.] CASVS. Teſtator duos hæredes inſtituit, & reliquit libertatẽ ſeruo ſi det.x.hæredibus. vnus hæredum vẽdidit partem quam habebat in hoc ſeruo. dicit q̃ iſte ſeruꝰ dabit.v.alteri hæredi, &.v. emptori,& erit liber. Frã. Accur.

r *Pecuniam.* & aliam partẽ emptori: vt.ſ.eo. l.ſi ſtatulibera.§.iij.

ſ *Statuliberorum.* ſic C.de teſt. manu.l. ſtatuliberis.&.ſ.e. ſtatuliberos venundari. Accurſius.

Eruus.] CASVS. Seruꝰ iuſſus eſt eſſe liber ſi det.x. hæredi. hæres eum vẽdidit, & poſtea deceſſit. quæritur cui ſeruus debeat, an emptori? & certe emptori. & quod aliàs dicitur hæredi hęredis dãdũ: eſt verũ, ſi hæres hunc ſeruũ nó alienaſſet. [IMPERATOR.] Seruꝰ iuſſus eſt eſſe liber, ſi reddiderit rationes hæredi. parato ſeruo reddere: hæres noluit audire. dicitur q̃ ſeruus eſt liber. & hoc reſcripſit ſperator. q̃d eſt intelligendũ ſi nulla reliqua debebat hic ſeruus: vel ſiqua debebat, ea offerat. ſic etiam debet eſſe liber cum ea facit propter quę eſſet, ſi hæres audiret rationẽ, liber. & adducit ſimile. relicta eſt libertas ſeruo ſi in Hiſpaniã vadat,& colligat fructus anni proximi fundorũ domini. hæres tũc tenet ſeruum Romæ, nec dimittit eum in Hiſpaniã ire. certe hic ſeruus nó ſtatim fit liber, niſi cũ tranſierit tẽpus quo poſſint illi fructus colligi. ſic & in ſtipula. tacitũ tempus intelligitur: vt ſi Romæ exiſtens promittat mihi dare cẽtum in Hiſpania. nam non ante tenebitur, quàm tranſierit tantũ temporis quo in Hiſpaniam promiſſor ire potuiſſet. Poſtea reuertitur ad primum caſum. Pone quòd hæres audit rationem: & cum ſeruꝰ multa reliqua debet, nec habet vnde ſoluat: hæres ei illa reliqua remittit animo donãdi. dicitur q̃ ſeruus ſit liber. Tãdẽ dicit: cũ ſeruꝰ vellet reddere rationẽ, hęres noluit audire: & ſic ſeruus dicẽs ſe nulla reliqua debere, eſt factꝰ liber, quaſi impleta ſit cõditio. hæres autẽ nũc petit eũ in ſeruitutẽ, dicẽs q̃ non fuit in mora audiẽdi rationes: & q̃ ſeruꝰ reliqua debet. dicitur q̃ iudex corã quo hęc cauſa vertit, de his inquiret,& etiã rationẽ cõputabit iudex. & ſi viderit eũ debere reliqua: pnũtiabit eũ nõ eſſe liberũ. ſi autẽ à prĩ. cũ ſeruꝰ vellet reddere rationẽ,& hęres nolebat audire: ſeruꝰ paratꝰ erat ſoluere ſi q̃d nomine reliquorũ appareret eũ debere,& de hoc volebat dare bonũ ꝓmiſſorem,& hęres noluit: iſte erit liber: & ſentẽtia pro eo dabitur q̃ ſit liber. Fran. Ac.

t *Defunctus eſt.* ſcilicet hæres.

u *Oportere.* vt &.ſ.eo.l.ſi peculium.§.hæredi. Accurſius.

x *Fuit.* quod hic non fuit, cum manumiſerit. ſic ergo extinguitur conditio manumiſſione: non ſic redemptione & alienatione: vt.ſ.eo.l.

Si duobus.] CASVS. Teſtator duos hæredes inſtituit, & reliquit libertatẽ ſeruo ſi det.x.hæredibus. vnus hæredum vẽdidit partem quam habebat in hoc ſeruo. dicit q̃ iſte ſeruꝰ dabit.v.alteri hæredi, &.v. emptori,& erit liber. Frã. Accur.

Flo. eum liciturum Flo.

ab altero ex hære .venierit & trad. Flo.

BIU Cujas

vt supra.e.l.si is cui.quæ est contra.

a *Demonstratus est.* at in nostro casu nec dominium habet hæres hæredis: nec fuit demonstratus: ergo ei dandum non est. Accursius.

b *Non trahat.* quia nulla sunt: vel si sunt, incontinenti vult reddere.

c *Si in Hispaniã.* verba testatoris.

d *Coactos.* id est antequam posset colligere. & legas interrogatiuè. & subaudi, non: vt.ſ. eo.l.si peculiũ.§. quædam. vbi plene dixi.

e *Constabit.* id est cõstare debebit. Accur.

f *Obtulerit.* sic supra eo. l. statuliber rationem.

NOn videbitur.] CASVS. Seruo relicta est libertas ſi. x. dederit hæredi. hæres eum vendit retẽto peculio, cum seruus vellet de hoc peculio soluere.x.emptori ad hoc vt sit liber. idẽ & si hęres eum vendiderat cũ peculio, & non tradat peculium, & sic seruus non habet vnde soluat hæc.x. nam erit liber. Fran. Accursius.

g *Non videbitur per statuliberum stare.* aliàs deest non. & tunc concor. vt supra.e.l.iij.§.ſi quis seruum iussum. aliàs cum non. & tunc est contra. sed intellige hanc secundum illam: quia debet probare tãgere. Accursius.

h *Ad alienum.* hic est cõtra.ſ.eo.l.ſi quis ita. §.j.&.l.iij.§.ſi quis seruum iussum. sed ibi dominus bene sciebat seruum habere peculium apud duos: hic de emptore non cogitauit.

i *Defuncti.* quæ talis esse videtur, vt liceat seruo ex suo peculio dare pecuniam.

IN tabulis.] CASVS. Testator instituit filium suum impuberem hæredem: & si decederet in pupillari ætate, substituit ei seruum cũ libertate. hic filius adiuit hæreditatem, & alienauit istum seruum. dicitur quòd est alienatus cũ sua causa. vnde si hic filius decedat in pupillari ætate: ille seruus erit liber & hæres. & hoc habet locum siue sit primo substitutus, siue secundo, siue tertio. Franciscus Accursius.

* *Flo. quòd pos. in His. peruenire*

* *Flo. eas*

k *Rescindat.* alienando. Accursius.

l *Delectum.* id est distinctũ: sic.ſ.de ri.nup. l. palam. & facit.ſ. e.l. ambulatoriam (vt ita dixerim) conditionem. Duæ sunt enim causæ, per quas in primi hæredis persona conditio impletur: dominij ratio, item personę demonstratio. prior causa transit in omnem successorem, ad quẽ peruenerit statuliber per dominij translati cõtinuationem: sequẽs personæ dumtaxat eius qui demõstratus est, [a] adhæret.

Si seruus iussus sit esse liber si rationes reddiderit: non sufficit per hæredem stare quo minus seruum volentem rationes reddere audiat: sed oportet quòd seruus si reliqua debeat, ea offerat: quia non sufficit sola hæredis mora ad libertatem: & probat per exempla: quæ vide. hoc dicit.

¶ Imperator Antoninus rescripsit, iussum rationes reddere, & liberum esse: si hæres causabitur accipere rationes, nihilo minus liberum fore. quod rescriptum ita accipi debet, vt si reliqua non trahat, [b] liber sit. quòd si trahat, ita demum, si obtulerit eam quantitatem, quæ refundi debuit ex fide veritatis. Non enim libertati sufficit hæredem in mora fuisse, si non id fiat per statuliberum, quod remota [hæredis] mora libertati aditum daret. Quid enim si ita manumissum, *Dama, si in Hispaniam [c] profectus, anno proximo fructus coegerit, liber esto*: Romæ retineat hæres, neque proficisci patiatur? numquid dicturi sumus, statim ante fructus coactos [d] liberũ fore? Nam & cùm Romę stipulatio cõcipitur ita, *centum in Hispania dare spondes?* inesse stipulationi tempus, quo possit in Hispaniã peruenire, * nec antè iure agi, placuit. Sed si hæres, acceptis rationibus, & reliquis computatis, donare se ea * statulibero non habenti quod inferat, proscribat, aut etiam literis ad eum missis palam faciat: conditio libertatis impleta videbitur. Quid ergo si neget se reliqua traxisse, atque ideo, quia per hæredem steterit vt accipiat rationes, liberum factum: hæres autem neque se feciſſe moram, & reliqua debere statuliberum contendat? Apud eum qui de libertate cognoscit, an conditio sit impleta, constabit: [e] cuius officio cõtinebitur de mora considerare: nec minus computare rationes: & si reliqua trahi compererit, non esse liberum pronuntiare. Sed si numquam negauit reliqua debere: cum autem conueniret hæredem, & rationes offerre professus sit, refusurum quidquid in reliquis esse constiterit, & eius pecuniæ reum numerare paratum idoneum obtulerit, [f] & hæres in mora fuerit: † sententia pro libertate dicetur.

A ij.§.sed si tabulis. vsque in fin. & supra de euic.l.qui à pupillo.

SI ita scriptum.] CASVS. Legaui Stichum Titio vt eum manumittat: & si non manumiserit, sit liber. dicitur quòd nõ est opus tradi Titio: immo statim est liber. Fran. Accursius.

m *Statim.* causa vitandi circuitus: vt.ſ. de condic. indeb. l. dominus. vel si voluerit Stichus: vt. ſ. de manu. test. l. si quis testamento. vel cum Titius est in mora manumittẽdi: vt supra de manu. testa. l. Stichum Sempronio. &.l. Iul. &.l. ſi quis ita legatus. &. l. quidam. & de fideicõ. liber. l. inuitus. §. fi.

NOn omne.] CASVS. Impedit hęres expleri condi. à statulibero. si facit causa impediendæ libertatis, vt quia non vult accipere pecuniã ei oblatam: seruus efficitur liber. si autẽ alia de causa, vt quia eũ prohibet operari extraneo pro mercede: non ideo efficitur liber, quia operari domino debet. & hæc exẽpla habes.ſ.eo. tit.l.iij.in prin. &.§. ſi quis seruũ. Fran. Acc.

n *Factum est.* sic.ſ. de fideicõ. lib.l. ſi eum.§. ex iusta. &. ſ. l. iij. in princi. &.§. ſi quis.

STichum.] CASVS. Stichũ seruum meũ legaui Titio. eidem Stiche reliqui libertatem ſi.c. dederit Titio. Stichus.c. dedit Titio. dicitur quòd liber est: & interim antequam det, est statuliber. licet quidam contra, & male. & est seruus hæredis, non Titij, cum legatũ extinctũ sit per libertatem relictam. [STICHVS.] In testamento reliqui libertatem Sticho cum creditoribus meis satisfactum erit. quãuis hæres meus locuples sit, non tamen Stichus sit liber nisi eis satisfactum erit, vel soluendo, vel aliter ad eorum voluntatem cauendo. [SI HAERES.] Relicta est libertas Sticho ſi det.x. hæredi. hic hęres dedit. x. huic seruo vt de his negotietur. seruus hic. x. dat hęredi. quæritur an sit liber? Et dicitur quòd nõ: quia videtur illa.x. reddere, non dare. secus si dediſſet seruo vt haberet in peculio illa.x. [DAMA SERVVS.] Seruum Stichũ iussi esse liberũ ſi hæredi meo seruiret per vij. annos. hic seruus seruiens hæredi meo commiſit

---

xxxv. IDEM libro nono Responsorum.

NOn videbitur per statuliberum stare [g] quòd minus conditio libertatis existat, ſi de peculio quod apud vẽditorem seruus habuit, pecuniã cõditionis offerre non posit. Ad alienum [h] enim peculium voluntas defuncti [i] porrigi nõ potuit. Idẽ erit [dicendum] & ſi cum peculio seruus venierit, & venditor fide rupta peculium retinuerit. quamquam enim ex empto sit actio: tamen apud emptorẽ peculium seruus non habuit.

xxxvi. IDEM libro secundo Definitionum.

IN tabulis secundis filio seruum data libertate substitutum, iure statuliberi prudentes munierũt. quod vtilitas recipit: scilicet vt cum sua causa alienaretur, ne patris testamentũ puer filius rescindat. [k] quæ iuris auctoritas citra delectum [l] ordinis ad secũdum quoque vel tertiũ substitutum porrecta est.

xxxvii. GAIVS libro singulari de Casibus.

SI ita scriptum sit: *Stichum Titio do, vt eum manumittat: si nõ manumiserit, liber esto*: statim [m] Stichum liberum esse.

xxxviii. PAVLVS libro primo ad Neratium.

NOn omne ab hæredis persona interueniẽs impedimentum statulibero pro expleta cõditione cedit: sed id dumtaxat, quod impediendæ libertatis [causa] factum est. [n]

xxxix. IAVOLENVS libro quarto ex Posterioribus Labeonis.

STichum Attio do lego: & ſi is ei nummos centum dederit, li-

BIU Cujas

commisit alicui extraneo aliquod delictum, propter quod accusatus est. & sic interim non potuit seruire hæredi, & lapsum est septennium. dicitur ꝙ hic Stichus non erit liber: nisi prius compleat dies quibus non seruiuit hæredi per septenniũ. [*SI STICHVS.*] Sticho reliqui libertatem si mille dederit Titię. Titia núc inuenitur mortua. quęritur an sit liber Stichus. Labeo & Ofilius dixerunt ꝙ non: Trebatius contrarium. sed dictũ Labeonis & Ofilij verius est de rigore: sed de æquitate dicemus istum Stichũ fieri liberum ex testaméto. [*SI SERVVS.*] Stichus iussus est esse liber si det. x. operas extraneo. dicitur ꝙ seruꝰ per aliũ has operas nõ potest pstare, sed ipsemet debet has operas præstare. secus si iussus erat dare. x. ná per aliũ poterit soluere, & erit liber. Fran. Accursius.

a *Labeo existimat.* & in hoc bene.

b *Quia Attius.* in hac ratione male, & sic corrigitur. sic. ff. si ex noxa. causa aga. l. j. in fin. & l. sequen.

c *Ita tamen.* i. eatenus est corrigenda.

d *Tollatur.* & sic seruus nõ fuit Titij: vt. ff. de manu. test. l. si peculium. §. fi. & de fideicõ. liber. l. si seruus legatus. Accursius.

e *Ve.* pro vel.

f *Responderunt.* sic. C. de nup. sancimus.

g *Si peculiares.* i. si ideo eos dedit, vt in peculio essent. & facit. ff. l. iij. §. si quis seruum. Accur.

h *Publico.* vel quia accusatur, vel quia pro alio torquetur. accusare autẽ non potest nisi in casib⁹ exceptis: vt. j. de accu. l. hos accusare. §. omnibus. Accur.

i *Non liberari.* immo videtur haberi pro impleta: cum per eum nõ maner: vt. ff. eo. l. iij. in prin. Respon. illud de potestatiua intelligitur, quæ facilè potest impleri: vt. ff. de hære. insti. l. seruus. hic de mixta. vel hic nõ fuit impeditus studio differendæ libertatis: vt. ff. l. proxi. Itẽ quæritur aliud, si valetudine sit impeditus: vt. ff. eo. l. cum hæres. §. Stichus? Respon. ibi apud dominum, licet æger, stabat: & eum quasi ægrũ curabat: & ideo quadam benigna interpretatione seruire intelligitur: hic seorsum: vel culpa sua incidit in hunc casum.

k *Futurum.* vt & ff. eo. l. seruus qui. §. fi. Sed cõtra. ff. de fideicom. liber. l. Thais. §. intra. Solu. vt ibi.

l *Rationem quidem habet.* cum sit defectus conditionis: vt. C. de condit. inser. l. legatum. & facit. ff. eod. l. si peculium. §. is cui. item facit de condict. inde. l. iij.

m *Dare iussus.* ad hoc vt sit liber.

n *Seruum potest.* quia ea quæ in faciendo sunt, generaliter per alium non possunt fieri. a sic & ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. fin. & j. de sol. inter artifices. & ff. eo. l. si statulibera. §. fina. Argu. contra. in quibusdam, vt. C. de cadu. tollen. §. ne autem. & ff. de in ius vo. neque. §. j. in dando secus: vt hic subiicit, & ff. de sta. homi. Arethusa. in fin. l. Accursius.

Sticho.] *CASVS.* Grauaui hæredes meos vt Stichum manumittant, si reddiderit eis rationes. dicitur ꝙ tenetur reddere rationem de his quæ gessit in vita testatoris, & de his quæ post gessit. vnde si post mortem testatoris aliqua de hæreditate surripuit: omnia debet reddere ad hoc vt ei libertas sit danda ab hæredibus. [*PAMPHILVS.*] Pãphilo seruo meo reliqui libertaté, cum peculium suũ totum dederit hæredi meo. hic Pãphilus plus mihi debebat, ꝙ habet in peculio. dicit ꝙ Pamphilus peculiũ totũ, tale quale habet, dando hęredi meo erit liber. [*PAMPHILO.*] Pamphilũ libertũ meũ hæredẽ instituerã ex parte, & aliũ ex alia. Tandem seruũ Stichum prælegaui Pãphilo, & rogaui eum vt eũ manumittat, si præstiterit ei omni mense. lx. denarios vsq; ad quinquénium. hic Pãphilus decessit, & instituit sibi hæredes filium suũ & vxoré suam, & eos grauauit vt manumittãt seruum Stichum, si præstet eis omni mése quod eis præstare debebat vsq; ad finé quinquennij. dicitur: si non præstat, non erit liber. [*SERVVS.*] Reliqui libertaté Sticho si reddiderit omnem rationé actus sui, & reliqua: & tunc cum liber erit, volo ei dari. xx. & peculiũ suum. testator aliquas rationes serui approbauit, se eis subscribendo. aliquas approbauit in testaméto. dicit ꝙ sit liber. Reliqua plana sunt vsq; ad §. Titius. [*TITIVS.*] Stichũ legaui Titio, & Cornelio Seio sub hac códi. si reddiderint rationes hæredibꝰ meis. postea dixi in testaméto: seruos quos legaui, & quos manumittam, volo intra quartũ mensem post mortem meã reddere rationes, & postea dari legatariis. postea in testaméto eodem reliqui libertatem duobus meis seruis castaldionibus si reddiderint rationé hęredibus meis. cũ vellent hi serui tam legati ꝙ liberti esse, iussi reddere rationem: hęredes mei noluerũt audire: & sic lapsi sunt quatuor menses. quæritur, an sint liberi, & an debeantur legatariis. & respondet ꝙ legata & libertates non aliter valent nisi reddiderint rationes: vel per hæredes steterit quo minus redderentur. tandem dicit: nunquid hęc conditio, si reddiderint rationes intra quatuor menses, videtur appositа tam legatis seruis ꝙ liberis esse iusis: vt si per eos stet intra quatuor menses quo minus reddant rationem, non teneat legatum, nec libertas: an tantum legatis, vt sic liberi esse iussi si reddant rationem etiam post quatuor menses, sint liberi? & dicitur quòd tantum legatis seruis videtur appositа conditio. [*ARGENTARIVS.*] Reliqui in testaméto libertaté seruis meis castaldionibus hoc modo: si Dama seruus meus reddiderit hæredi meo rationé actus sui quem gessit cum Pãphilo, & paria fecerit intra. vj. mẽses post mortẽ meam: tunc ipse cũ Pamphilo sit liber. dicitur ꝙ per hęc verba debet omnia nomina quę fecerat exigere, & reddere pecuniã hæredi meo. & si hoc facere cesset intra sex menses, nõ fit liber, nec etiam Pamphilus. Fran. Acc.

o *Fideicommissa.* secus in directa: quia tunc tenetur actione in factum: arg. supra de ma. testa. l. Titia. §. j. Et not. etiam ad futurũ

ber esto: Si seruus ex testamento nummos Attio dedisset, eos repetere hæredem non posse, Labeo [a] existimat: quia Atti[b] eos à seruo suo acceperit, nõ ab hęredis seruo. eum autem statuliberum esse, Quintus Mucius, Gallus & ipse Labeo putãt: Seruius [&] Ofilius non esse. Superiorem sentẽtiam probo: ita tamen, [c] vt is seruus hæredis, non legatarij sit, vtpote cum legatũ statulibertate tollatur. [d] ℣ *Stichus liber esto, quando æs alienum meum solutum, creditoribúsve* [e] *meis satisfactum erit.* Quamuis hæres locuples extitisset: tamen non prius Stichum liberum futurũ, quàm creditores pecuniam, aut satis accepissent, alióve quo modo sibi cauissent, Labeo [&] Ofilius responderunt. [f] ℣ Si hęres seruo pecuniam ad negotiandũ dedisset: statuliberum eã ipsam numerãdo liberari ex testamẽto non posse, Labeo [&] Trebatius responderunt: quia reddere eã magis, quàm dare videretur. ego puto si peculiares [g] nummi fuerunt, ex testamento eum liberum futurum. ℣ *Dama seruus* [*meus,*] *cùm hæredi meo annorum septem operas soluerit: liber esto.* Cum * is seruus intra septẽ annos in iudicio publico [h] esset, [&] septimus annus pręteriisset: Seruius ait eum non liberari [i] debere: Labeo, & si postea soluisset annorum septem operas, liberum futurum. [k] quod verũ est. ℣ *Si Stichus Attiæ mille nũmos dederit, liber esto.* Attia viuo testatore decesit. Non posse Stichum liberum esse, Labeo [&] Ofilius responderunt: Trebatius, si ante testamẽtum factum Attia decessisset, eundem postea * liberum futurum. Labeonis & Ofilij sententia rationem quidem habet: [l] sed hoc iure vtimur, vt is seruus ex testamento liber sit. ℣ Si seruus operas extraneo dare iussus [m] esset: nullus nomine serui suas operas dãdo liberare seruum potest. [n] quod in pecunia aliter obseruatur, vtpote cũ extraneus pro eo seruo dando pecuniam, seruum liberaret.

XL. SCAEVOLA libro vicesimoquarto Digestorum.

STicho libertas data est [hoc modo:] *Ab hæredibus meis peto, fideíque eorum committo, vt rationibus redditis Stichũ manumittant.* Quæsitum est, cùm ampla pecunia exacta post mortẽ testatoris, sibi commissa reliquetur: & quasdã summas à colonis exactas, * rationibus non intulerit: hæreditatémque spoliauerit, apertis clam horreis, sublatísque supellectili & veste, [& vasis] & apothecis exhaustis: an non prius ei fideicommissa [o] libertas debeatur, quàm ea quæ mala ratione reliquatus est, [&] quæ furatus est, reposuerit? Respondit, non prius ei fideicommissam libertatem pręstandam, quàm & reliqua, & omnia quæ per eum abessent, restituisset. ℣ *Pãphilus liber esto, peculio suo hæredibus verè dato.* quæsitum est,

Feli. colũ. 20. vers. vltrũ doctor. post Panor. ibi: ad quem addidi post alios ꝙ ver. per substitutum. extra de sum. trin. & fide catho. & ioã. de Pla. ff. l. nullus qui. & ibi notaui ꝙ apostil. ad 1a. Rebuffi in eo. vers. C. de decurio. lib. 10.

Fl. decess. idẽ si postea, eum lib. fu.

Flo. exactis rationibus

BIU Cujas

tempus post mortē referri dictum testatoris: vt.ſ.de fideicom. lib.l. Thais.§. libertatem.& §.ab hęredib⁹.& est ar. cōtra.* ſ. de ſer. vrba. prædio.l.ſi ſeruit⁹.Sed ar.contra.ſ.de contrahen.emp.l.in lege.

*Flo.dederat

*Quod Iac. ex temporū differētia diuimit, nimirū quòd in superiori respon. verbum sit ſpeciale pſentiſq; temporis, hic verò generale tē poriſque futuri. quod ſi non placet, dic vt hic per Alberi.

a *Non cōpeteret.* immo contra: vt.ſ.eo.l.ſi decem. ſed ibi certā quātitatem dari iuſsit: quæ cum ſit de peculio dāda, debet ante deduci quod domino debetur. hic totū peculiū, qualequale eſt, dari debet: & ſic nō eſt eadem ratio totius ad partē: vel generis ad ſpeciem: vel certi ad incertum.

b *Controuerſia.* quam mihi præſtabat.

c *Non deberi.* facit.ſ. e.l.ſi peculiū.§.hęredi.

d *Subſcripſerit.* & ſic apparet eius approbatio. Accurſius.

e *Ex fide.* quod eſt in ea parte quā dominus approbādo ſubſcripſit in rationibus vel teſtamento.

f *Exegerit.* cum exigere debuerit.

g *Reſponſum eſt.* ex ſuperioribus duobus reſpōſis habes huiuſmodi ſolutionē: quòd ſcilicet teneatur, cum diligentiam non habuit: vt.ſ.eo.l.Labeo.

h *Adiectione.* ſ.hac.

i *Proprio capite.* id eſt proprio capitulo teſtamenti poſt prædicta.

k *Reddi.* ſcilicet volo poſtea. Accur.

l *Deinde.* id eſt proſequenti capitulo.

m *Quo minus reddātur.* intra quatuor menſes.

n *Deſinant.* & ſic ſerui remaneant: & dicit in tertio caſu: ſed ſtatim reſpondebit de vtroque. Accurſius.

o *Videatur.* ſ. in modū cōditionis: vt ſi intra quatuor méſes poſt mortem meā rationes reddiderint: quo caſu ſi ſtet per hæredē, etiā poſtea audientur: vt.ſ. eo.l.iij.§. ſi quis hæredi.&.l. ſi hæreditas. aliàs nō: ſed deſinūt eſſe ſtatuliberi: vt.ſ.eo.l.ſi triennio.&.ſ. de fideicom. liber. l. Thais.§.

*Flo. etiam promutuum

intra. Accurſius.

p *Libero tempore.* ſcilicet quandocunque reddatur ratio, perueniāt ad libertatem.

q *Cunctationē.* i. procraſtinationem. Acc.

r *Eorū.* ſtatuliberorum. vel dic, hæredum

cùm plus domino debeat, q̄ in peculio habeat: & omnes res quas in peculio habebat, bona fide hæredibus dederit:* an[ei] libertas ex teſtamento cōpetat? Reſpondit, nihil proponi cur non cōpeteret.[a] ℣ Pamphilo liberto [ſuo,] quem hæredem ex parte inſtituerat, Stichū ſeruum prælegauerat: & ei libertatē his verbis dederat: *Ita, vt ſi tibi ex die mortis meæ per annos continuos quinque, menſtruos [nūmos] ſexagenos dederit, tunc eū manumittàs.* Pamphilus ante quinquenniū moriens, hæredib⁹ inſtitutis filio & vxore, de eodem Sticho ita cauit: *Stichus ſeruus [meus,] qui mihi teſtamento patroni mei certa cōditione [liber] relictus eſt: iubeo det præſtet filio & vxori meæ ſine vlla controuerſia:*[b] *& cum tempore peracto manumittant.* Quæſitum eſt, ſi Stichus ſexagenos nummos menſtruos nō præſtiterit: an impleto quinquennio fideicommiſſa libertas ei debeatur? Reſpōdit, niſi præſtitiſſet, fideicōmiſſam libertatem non deberi.[c] ℣ Seruus teſtamento ita manumiſſus eſt: *Stichus ſeruus meus actor, ſi rationem omnem actus ſui hæredi meo reddiderit, cóque nomine ſatisfecerit, liber eſto, eiq; cū liber erit, dari volo viginti, & peculiū ſuum.* quæſitum eſt, an ſi rationes quas egit per multos annos, ſine ſubſcriptione teſtatoris hæredi reddere paratus ſit, liber ex teſtamēto fiat: cum propter grauem valetudinem teſtator nō potuerit rationibus ſubſcribere, teſtamento tamen ſubſcripſerit?[d] Reſpondit, ſi ex fide[e] ratio redderetur, reliquáq; inferrentur: liberū fore. Itē quæro, an ea quæ exacta ſunt per adiutores eius, neque kalendario illata ſunt, aut fraudulenter acta, huic adſcribi poſſint, cū eſſet his præpoſitus? Reſpondit, ſi id eſſet, quod culpæ eius deberet imputari, ſpectare ad rationis reddendę neceſsitatem. Itē quęro, an eorum quoq; nomine ratio haberi debeat, q̄ neque à cōductoribus prædiorum, neque à villicis penſiones exegerit,[f] & inſuper etiā quòd mutuū* eis dederit? Reſpondit, [vt] ſupra reſponſum eſt.[g] Item quæro, an eo nomine teneatur, quòd omnem rem ſuā, id eſt peculium [ſuum] exportauerit antequam rationes redderet? Reſpōdit, nihil eam rem impedire

A

B

C

D

cōditionem, ſi modō ratio redderetur. ℣ Titius teſtamēto ſeruos actores* ſingulos diuerſis perſonis legauit cum adiectione,[h] *ſi rationes hæredi reddiderint.* deinde proprio capite[i] ita ſcripſit: *omnes actores quos legaui, vel manumiſero: intra quartum menſem mortis meæ rationes reddere volo: & dominis quibus à me legati ſint, reddi.*[k] infra deinde[l] alios actores liberos eſſe iuſsit ęquè cum hac adiectione, ſi rationes hæredi reddiderint. quæro cū per hæredem fiat quo minus[m] reddātur, vtrum ſtatuliberi eſſe deſinant,[n] an nihilo minus quādoque poſsint, reddita ratione & reliquis illatis, libertatē ex teſtamento conſequi? Reſpōdit, legata quidē & libertates nō aliàs cōpetere, quàm [ſi] rationes redditæ eſſent, aut per hæredē ſtaret quo minus redderētur. Verùm iudicaturo æſtimandum, vtrum tempus conditioni legatorum libertatúmque additum videatur:[o] an libero tempore[p] reddere volentibus reliqua hæredibus, quatuor menſes appoſiti ſint, ſolicito teſtatore cunctationem[q]* & morā eorum[r] proſcribente. Melius[ſ] autē eſt, præſumptionem pro ſtatuliberis eſſe. ℣ Argentarius coactor[t] cum penè totā fortunam in nominibus haberet, ſeruis actoribus libertatem ita dedit: *quiſquis mihi hæres erit, ſi Dama ſeruus meus actus ſui, qui agitur nomine eius & Pamphili cōſerui ſui, hæredi meo rationes reddiderit, pariaq;*[u] *fecerit: à die mortis meæ intra menſem ſextū, liber eſto.*[x] Quæſitum eſt, an hæc verba, *pariáque fecerit,* ad omnia nomina pertineāt, perinde[y]* vt hoc ſignificēt, ſi omnem pecuniam ab omnibus exegerit,* & hæredi ſoluerit,* vel eo nomine ſatisfecerit*: & ſi in exactione nominum ceſſauerit,* intra ſex menſes libertas illi non competat? Reſpondit, manifeſtū eſſe conditionem verbis teſtamenti ſuprāſcriptis poſitam: igitur ita demum liberum* fore, ſi aut ei pareat,* aut per hæredem ſtet quo minus pareat.*

qui plerunque ſunt in mora recipiendi: vt.ſ. eo.l.ſeruus ſi hæredi.§. imperator. Accur.

*Flo.

ſ *Melius autem eſt.* in dubio: vt ſcilicet etiā poſtea audiantur. Acc.

t *Argētarius coactor.* i. collector nominū: nec enī relinquit niſi vni.

u *Pariáque.* i. computauerit & ſoluerit; ſic q̄ hinc inde nihil debeatur. ſic ponit.ſ. de cōdic. indebi.l.ſi.§. pe.

x *Liber eſto.* aliàs cum Pamphilo ſocio: vt cōueniant ſequētia: vt & ſupra de condit. & demon. Iulius Paulus.

y *Perinde.* hic eſt pl⁹, aliàs exceptis perditis & aliàs non eſt. Accur.

XLI. LABEO libro primo Pithanôn à Paulo epitomatorum.

SI quem ſeruum tuum ad certum tempus ſtatuliberum relinquere vis, nihil intereſt, vtro modo caueas, *ſi ſeruierit:*[z] an, *ſi triennio operas dederit, liber eſto.* Paulus. Si quis liber eſſe iuſſus fuerit ſi decem hæredi [meo] promiſiſſet: quamquam ea promiſsio nullam rē habitura eſt, tamē promittendo liberabitur.[a]

I quem ſeruū.] CASVS. Si volo relinquere libertatē ſeruo meo poſt tēpus dandā, poſſum: vt ſi dicā: Stichus ſit liber ſi triēnio ſeruierit hæredi meo. vel ſic, ſi triēnio dederit operas hęredi meo. Secūdo dicit: Reliqui libertatē Sticho ſi promiſerit ſe.x. daturū hęredi meo. dicitur quòd promittendo liber fit, licet promiſsio nō habeat effectum. Accur.

z *Seruierit.* ſ. triēnio, & ſic eſt.ſ.eo.l. ſeruus qui teſtamento.§.fin.

a *Liber abitur.* vt & ſupra eo.l. Stichus ſi hæredi. vbi plene dixi.

I quis.] CASVS. Legauit Stichū vxori meæ: & eidem Sticho legauit libertatem cum vxor mea nupſerit, dicitur q̄ ipſa nubēte legitime hic ſeruus fit liber. Fran. Accurſius.

b *Ea ex lege.* id eſt ſe-

XLII. IDEM libro tertio Pithanôn.

SI quis eundem hominem vxori ſuæ legauerit: & cum ea nupſiſſet, liberum eſſe iuſſerit: & ea ex lege[b] nupſerit: liber fiet is homo.

QVI

BIU Cujas

cundum legem. ad quod est. ſ. de condit. & demon. l. hæc conditio filiæ &c. & C. de infami. l. decreto. Accursius.

QVI SINE MANVMISSIONE ad libertatem perueniunt.

Si seruus.] *CASVS.* Vendidi tibi seruum hoc pacto vt intra certum tépus puta intra annum manumittas. decesisti sine hærede antequam manumittas: & ego decesi. dicitur ꝙ seruus fit liber lapſu anni. idé & ſi ego véditor adhuc viuo, & pœniteo: nã adhuc fit liber. Fran. Ac.

a *Competit.* ſtatuto tépore veniente. Accur.

b *Libertas competit.* nõ ergo poteſt mutare. & ſic eſt contra. ſ. de ſeruis expor. l. iij. &. C. ſi man. ita fue. alie. vt ma. l. j. &. l. ſi. in fi. &. j. e. l. eum. Sol. hic mutauit: & poſtea ſine hærede deceſsit vterque: quod non fuit in contrariis: vel mutauit hic poſt iã præſtitam libertatem. Alij dicunt quòd licet nõ debeat manumittere poſt pœnitentiam, ſi tamẽ manumiſit: tenet: vt hic. vel ſolue vt ibi. & facit ſupra de ſer. expor. l. quæſitum.

Seruo.] *CASVS.* Dominus seruũ ſuũ ægrotãtem deiecit extra domum. seruus fit liber. Franciſcus.

c *Competit libertas.* vt C. de Lati. lib. tollẽ. §. ſed ſcimus. Sed cõtra. j. pro dereli. l. fina. & de ſtip. ſer. quod ſeruus. quibus dicitur cõcedi occupanti. Sol. hic languens: ibi non. & facit in authen. de nup. §. & multo potius. &. C. de epiſ. audi. l. nemini.

Evm qui.] *CASVS.* Vẽdidi tibi Stichũ hoc pacto vt eũ intra annũ manumittas: venit annus, & non manumiſiſti: & ego venditor in eadẽ voluntate perſeuero. dicitur ꝙ ſeruus fit liber, ac ſi eũ manumiſiſſes. Sed ſi ego véditor deceſsi, nõ requiritur voluntas hæredis mei. Franciſcus Accurſius.

d *In eadem voluntate.* ſic ſupra de ſer. expor. l. iij. Sed contra. ſ. è. l. j. Solu. vt ibi.

e *Manumitti.* ſcilicet ab emptore.

Si quis hac lege.] *CASVS.* Emiſti ſeruum hoc pacto vt antequam moriaris, eum manumittas. te mortuo, & non manumiſſo ſeruo, efficitur liber ex lege. Fran. Accurſius.

f *Mortuo eo.* facit. ſ. ti. j. ſi quis ita. in prin.

Qui ob necem.] *CASVS.* Seruus qui factus eſt liber, eo quòd accuſauit occiſores domini ſui, eſt libertus Orcinus: id eſt defuncti. Fran. Accurſius.

g *Orcinus.* id eſt directo manumiſſus: vt inſti. de ſin. re. per fideicom. reli. §. libertas. & ſic defuncti. Sed contra. ſ. de bo. liber. l. ſi necem. ſed ibi ſit nullius hominis, ſcilicet viuentis, ſed defuncti: vt hic &. ſ. de ſuis & legiti. l. inteſtato. §. quòd ſi necem. & facit. C. pro quibus cau. ſer. pro præmi. acci. lib. l. j.

QVI SINE MANVMISSIONE ad libertatem perueniunt.

TITVLVS VIII.

Si seruus venditus est hoc pacto vt intra annũ fiat liber: & venditor & emptor decesserit: seruus iste intra annũ liber erit. h. d.

I. PAVLVS libro quinto ad Plautium.

SI seruus vẽditus eſt, vt intra certum tempus manumitteret: etiam ſi ſine hærede deceſsiſſent & venditor & emptor, ſeruo libertas competit.[a] & hoc diuus Marcus reſcripſit. Sed & ſi mutauerit vẽditor voluntatem, nihilo minus libertas competit.[b]

II. MODESTINVS libro ſexto Regularum.

SEruo quem pro derelicto dominus ob grauẽ infirmitatem habuerit: ex edicto diui Claudij competit libertas.[c]

Transacto tempore post quod seruus venditus est hac lege vt manumittatur: seruus efficitur liber. hoc dicit. ll. seq. non summantur, quia breues.

III. CALLISTRATVS libro tertio de Cognitionibus.

EVm qui ita veniit, vt intra [certum] tempus manumitteretur: cùm dies præſtandæ libertatis venerit: viuente venditore, & perſeuerante in eadem voluntate,[d] perinde haberi, ac ſi ab eo à quo debuit manumitti,[e] manumiſſus eſſet: mortuo autem venditore, non eſſe hæredum eius voluntatem explorandam, diuus Marcus cum filio ſuo reſcripſit.

IIII. VLPIANVS libro tertio ad Sabinum.

SI quis * hac lege emptus ſit, vt à viuo emptore manumittatur: ſtatim mortuo eo[f] competit libertas.

Si quis obligatum.] *CASVS.* Seruum quem alicui obligaueram generaliter, cum aliis meis bonis tibi vendidi hoc pacto vt eum manumittas. ſi tu non manumittas, tamen efficitur liber ex conſti. diui Marci, licet hic ſeruus ſit obligatus. Idem & ſi emiſti ancillam hoc pacto ne eam proſtituas. nam ſi proſtitueris: efficitur libera. Frã. Accur.

h *Si quis obligatum.* generaliter inter cætera, aliàs ſecus: vt. C. de ſer. pig. da. manu. l. ab eo.

i *Diui Marci.* ad Auſidium. dic vt &. C. ſi man. ita fu. al. vt ma. l. j. &. ij. & erit emptoris libertus: vt. ſ. de in ius vo. l. ſed ſi hac. in prin.

k *Tantundẽ.* vt ex cõſtitutione diui Hadri. perueniat ad libertatẽ: vt. C. ſi man. ita fu. alie. ne proſti. l. j. nõ autem vt ſit libertus emptoris: vt. d. l. ſed ſi hac. §. j. &. C. de Lati. li. tollẽ. §. ſimiliſque modo.

Imperator.] *CASVS.* Vendidi ancillã hoc pacto ne eã proſtituas: alioquin liceat eã mihi abducere. dediſti mihi aliquam pecuniam ne eam abducam. dicitur quòd illa ancilla efficitur libera perinde ac ſi eam abduxiſſem & proſtituiſſem. Fran. Accurſius.

l *Conſtituit.* ſcilicet vt libera eſſet, quod eſt. j. Accurſius.

m *Abducere.* id eſt manus iniicere: quod ſic pepigerat. Accur.

n *Proſtituas.* quo caſu cõſtat eſſe liberã. Azo. vt. ſ. de in ius vocan. l. ſed ſi hac. §. j. &. C. ſi manci. ita fue. alie. ne proſti. l. j.

V. MARCIANVS libro quinto Regularum.

QVi ob necem domini detectam præmium libertatis conſequitur: Orcinus[g] ſit libertus.

VI. IDEM libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

SI quis obligatum[h] ſeruum hac lege emerit, vt manumittat: competit libertas ex conſtitutione diui Marci:[i] licet bona omnia quis obligauerit, quæ habet, habiturúſve eſſet. Tantundem[k] dicendum eſt & ſi lege hac emerit, ne proſtituatur, & proſtituerit.

VII. PAVLVS libro ſingulari de libertatibus dandis.

IMperator noſter cum patre ſuo conſtituit[l] in eo, qui cum poſſet abducere[m] proſtitutam ancillã, pecunia accepta manus iniectionẽ vendiderat: vt libera eſſet. Nihil enim intereſſe, ipſe abducas & proſtituas:[n] an patiaris proſtitutã eſſe pretio accepto, cum poſsis eximere.

Quæ dicta sunt in venditione serui vt liber fiat, habent etiam locum in donatione. hoc dicit.

VIII. PAPINIANVS libro nono Reſponſorum.

MAncipia mater filię donauerat, vt filia curaret ea poſt mortem ſuam[o] eſſe libera. Cùm donationis legi non eſſet obtemperatum: ex ſententia[p] cõſtitutionis diui Marci libertatem [eis] obtingere matre cõſentiente[q] reſpondi. Quòd ſi ante filiam mater vita deceſſerit: omnimodo.[r]

Lex præsens ponit casum.

IX. PAVLVS libro quinto Quæſtionum.

LAtinus Largus vẽdidit ancillam ita, vt manumitteret-

p *Ex ſententia.* nã verba locũ habẽt in vẽditis tm̃: vt. C. ſi mãci. ita fue. alie. vt ma. l. j. Sed videt cõtra. j. de verb. ob. qui Romę. §. Flauius. ibi, itẽ quęro &c. vbi non cõtingit libertas. Sol. vt ibi. & eodẽ modo ſolue vt. j. de ſer. expor. l. ſeruo ea. q̃ eſt cõtra. §. ꝙ ſi.

q *Conſentiente.* id eſt in eadem voluntate durante. An autẽ poſſit mutare, dixi plene. ſ. eodem. l. j.

r *Omnimodo.* id eſt non exquiſita voluntate hæredum: vt. ſ. e. l. iij. in fi. Vel dic, nõ habita differentia an mater voluntatem mutauerit. arg. ſupra eo. l. j. in fi.

Latinus.] *CASVS.* Vendidi tibi ancillam hoc pacto, vt eam manumittas: nec dixi intra quod tépus. quæritur per quãtum tempus expectetur emptor, vt ſi manumittat, bene ſit: ſi non manumittat, efficiatur libera. & certe diſtinguitur. nã aut eſt dictũ, cum primũ potueris eã manumittes: & tunc modicũ tépus expectatur.

BIU Cujas

ctatur.Si autem est dictum, quando voles: hoc casu inspicitur mors emptoris:vt si emptor viuens non manumiserit, tunc post mortem emptoris ancilla sit libera. si autem non apparet quid sit actum:hoc casu si ancilla & emptor sunt præsentes,expectabitur mensium tempus duorum.si autem seruus est absens:tunc tempus quatuor mẽsium: intra quos si emptor nõ manumiserit, ancilla efficietur libera.Fran.Ac.

a *Ex constitutione.* diui Marci.Accur.

b *Moriente emptore.* sic ff. loca.l. locatio. Sed arg. contra.ff. de verb. oblig.centesimis.§.fi.

retracta possessione accessione vti, an possit. Et placuit non esse dandam hanc accessionem, quæ clam [a] habita est prædone possidente.

Auctoritas iudicantis facit vt eius rei quæ mihi restituitur vt mea, transferatur vsucapiendi conditio. Bartolus.

¶ Si iussu iudicis res mihi restituta sit: [b] accessionem esse mihi dandam placuit.

Legatario datur accessio ex persona defuncti, & ex persona hæredis. Bart.

¶ Sed & legatario dandam accessionem eius temporis quo fuit apud testatorem, sciendum est. [c] An hęredis possessio ei accedat, videamus. Et puto siue purè siue sub conditione fuerit relictum: dicendum esse, id temporis quo hæres possedit ante existētem conditionem [d] vel restitutionem rei, legatario proficere. Testatoris autem [tempus] semper [e] proderit legatario, si legatum vere fuit, vel fideicommissum. [f] Sed & is cui res donata est, accessione vtetur ex persona eius qui donauit.

Non possidenti non datur accessio: nec etiam possidenti vitiosę, seu vitiosæ possessioni: nec econtra de vitiosa possessione ad non vitiosam. Paulus.

¶ Accessiones [g] in eorum persona locum habent, qui habent propriam possessionem. Cæterùm accessio nemini proficit, nisi ei qui ipse possedit. ¶ Præterea [h] ne vitiosæ [i] quidem possessioni vlla potest accedere: sed ne vitiosa ei [k] quæ vitiosa non est.

Possumus vti accessione ficti auctoris. Bartolus.

c *Sciendum est.* vt. j. tit. j. l. ad tempus. §. j.

d *Ante existentem conditionem.* idem est & si post: & ideo sic dixit, quia semper anterioris temporis possessio prodest legatario, sed posterioris nō semper: quia potest esse quòd hæres mala fide possidet, vel est in mora: vt ff. titu. j. l. quæsitum. & pro hoc facit quod subiicit: testatoris autem semper. Accursius.

e *Semper.* id est siue sint apud hæredē medio tempore, siue nō.

f *Vel fideicommissum.* nisi extraneus interim possederit: vt infra titu. j. l. possessio. Accursius.

g *Accessiones.* nisi ei qui possidet: vt. j. de diuer. præscript. l. in vsucapione. §. j. in fin. §.

h *Præterea ne.* id est si non habet titulum.

i *Vitiosæ.* quæ non potest præscribi. Azo. & facit. j. pro emp. l. ij. §. si eam rem.

k *Ne vitiosa ei.* vt institu. de vsuca. §. diutina. sed arg. contra. ff. ea. l. §. cum quis. sed hoc non fit ad inducendam longi temporis præscriptionem, sed longissimi sic: vt & ibi dixi. vel non accedit vt prosit, vt hic: sed vt noceat, vt ibi. Alij distinguunt, vt si possit redire ad auctorem cuius accessione vult vti, vt tunc possit:

ff. Nouum.

aliàs non. & facit. j. de diuer. præscriptio. l. cum hæres. in fine.

Si seruus.] CASVS. Seruus vel filius tuus vendidit mihi rem bona fide possessam te sciente & volēte: vel rem peculiarem, cuius administrationem liberam habebat. Dicitur quòd vti possum accessione temporis quo penes te fuit. idem si tutor vendidit rem quā bona fide pupillus possidēbat. nā datur mihi accessio tēporis quo pupillus possedit. Franciscus.

XIIII. PAVLVS libro sexagesimo octauo ad Edictum.

SI seruus [meus] vel filiusfamilias vendiderit: [l] dabitur accessio *eius temporis quo penes me fuit. scilicet si volente [m] me, [n] aut de peculio, cuius liberam administrationem habuerunt, vendiderint. ¶ Tutore quoque vel curatore vendente, [o] dabitur accessio eius temporis quo pupillus vel furiosus possedit.

Rei subtractæ perdimus possessionem: nisi is qui est in nostra potestate, subripuit. Bartolus.

XV. GAIVS libro vicesimo sexto ad Edictum prouinciale.

REm quæ nobis subrepta est [p], perinde intelligimur desinere possidere, atque eam quæ vi nobis erepta est. [q] Sed si is qui in potestate nostra est, subripuerit: quamdiu apud ipsum sit res, tamdiu non amittimus possessionem: quia per huiusmodi personas adquiritur nobis [r] possessio. & hæc ratio est quare videamur fugitiuum [seruum] possidere, quòd is quemadmodum aliarum rerum [s] possessionem interuertere non potest, ita ne suam quidem potest. [t]

Ex donatione facta inter coniuges, cum sit nulla, si donans erat dominus, sicut non transfertur dominium, ita non transfertur vsucapiendi conditio, licet transferatur possessio: quia dicitur possessio iniusta cum donatarius dicitur possidere pro possessore, id est sine causa vel titulo. Paulus.

XVI. VLPIANVS libro septuagesimo tertio ad Edictum.

QVod vxor viro, aut vir vxori donauit: pro possessore [u] possidetur.

l *Vendiderit.* vt &. j. de diuer. præscriptio. l. in vsucapione. §. sed si à seruo. & ff. de rei vindica. l. si quis hoc. §. j. & C. quod cum eo. l. si liberam. & j. titu. j. l. si seruus. Accursius.

* *Flo. eius quod penes &c.*

m *Volēte.* scilicet specialiter. Azo.

n *Me.* scilicet patre vel domino.

o *Tutore vendente.* aliàs non: vt. j. pro emp. l. qui fundū. §. si tutor. Accursius.

Rem quæ.] CASVS. Rei subreptæ amittimus pos. idē est si vi rapta sit. Secūdo dicit: is qui in potestate nostra est, subripiendo nobis rem, eius rei non amittimus pos. donec apud ipsum stet. & hæc est ratio, qa nec ipsum desinimus possidere, licet fugiat. nā si aliarū rerum furtū cōmittēdo nō amittimus pos. multo ergo magis nec ipsius serui. Fran.

p *Subrepta est.* ab extraneo. fallit tñ in depositario extraneo & cōmodatario inficiante. nā nihilo minus retinetur possess. & ab extraneo fit furtum.

q *Erepta est.* non tamen habet locum aliquod possessorium iudicium, nisi occasione immobilium rerū: vt. j. de vi & vi arma. l. j. §. si fundus. Et est ratio, quia rerum mobilium vilis & abiecta &c. vt infra eo. l. si rem.

r *Adquiritur nobis.* ergo multo magis retinemus: vt. ff. de procu. l. per procuratorem.

s *Aliarum rerum.* etiam dominicarū dum apud eū sunt: vt hic, & j. eod. l. si de eo. in prin. & j. tit. j. l. non solum. §. fin. furtum tamen sui & rerum dominicarum facit: vt. C. de ser. fugiti. l. j. secus in peculiari: nisi in alium trāsferat: vt. j. de fur. l. interdum. §. cum autem seruus. & est ratio: vt no. C. de ser. fugiti. l. j.

t *Ne suam quidem potest.* scilicet seruus: vt &. ff. de ser. exportan. l. si Titius. & facit supra eo. l. j. §. per seruum.

Quod vxor viro.] CASVS. Rem suā donauit vir vxori. dicitur ꝙ pro prædone dicitur possidere hæc vxor. idē ecōtra vt sic non possit hanc rem vsucapere. Fran.

u *Pro possessore.* hoc quantum ad vsucapionem, si res erat donantis: si aliena, potest vsucapi: cum non fiat pauperior: vt infra pro don. l. j. §. si inter. & l. si vir vxori. & ff. de donatio. inter virum & vxo. l. sed si constante. Item quo ad fructus non habetur loco prædonis, si putans donationem valere, cepit rem sibi donatam: vt supra de vsuris. l. fructus. & de donatio. inter virum & vxo. l. de fructibus. Si vero sciens non valere: etiam quo ad fructus est prædo: vt dictis legibus, & supra de dona. inter virum & vxorem. l. si vxor filio. sed non quo ad rei interitum,

BIU Cujas

cum non nisi inquantum locupletior est, teneatur reddere: vt.ſ. de dona. inter virum & vxo. l.ſi ſponſus.§. conceſſa. facit.ſ.eo. l.j.§.ſi vir.& de peti.hæredi.l. nec vllam.§.j.

*Fl. cũ interdicto de vi &c.

SI quis vi.]CASVS. Deiectus per vim de poſſ.fundi, perinde habetur ac ſi poſſideret, cum habeat interdic. vnde vi ad recuperandam poſſ. & de hoc dic vt in gl. Secũdo aſsignat differentiã inter dominiũ & poſſ. dicens: dominium ſolo animo non amittitur, ſed poſſeſsio ſic. hinc eſt quòd ſi tradam tibi poſſ. fundi hoc acto vt poſtea mihi reddas: amitto poſſeſſ. Fran.

*Barto. hic dicit quòd dominiũ aliud directum, aliud vtile: adde glo. in ca. abbate. de re. iu. li. vi. Dy. & doct. in. §. & quæ inſti. de acti.

Nõ dicitur quis perdidiſſe illud ad quod recuperandum habet actionem. Paulus.

XVII. IDEM libro ſepuageſimo-ſexto ad Edictum.

SI quis vi de poſſeſsione deiectus ſit, perinde haberi debet, ac ſi poſſideret; a** cùm ex interdicto vnde vi, recuperãdę poſſeſsionis facultatem habeat.

Non poteſt quis animo perdere dominiũ poſſeßione retenta: ſecus in poſſeßione. Bar.

℣ Differentia b inter dominium & poſſeſsionem hæc eſt, quòd dominium † nihilo minus eius manet, qui dominus eſſe non vult: c poſſeſsio autem recedit, vt quiſque conſtituit nolle poſſidere. d Si quis igitur e ea mente poſſeſsionẽ tradidit, vt poſtea ei reſtituatur: deſinit poſſidere.

Eius quod poſsidemus, poſſumus alium facere poſſeſſorem, conſtituendo nos eius nomine poſsidere. Bartolus.

XVIII. CELSVS libro viceſimotertio Digeſtorum.

QVod meo nomine poſsideo: poſſum alieno nomine poſsidere. f Nec enim muto g mihi cauſam poſſeſsionis, ſed deſino poſsidere, h & alium poſſeſſorem miniſterio i meo facio. Nec idem eſt poſsidere, & alieno nomine poſſidere. nam [is] poſsidet, cuius nomine poſsidetur. Procurator, k alienæ poſſeſsioni pſtat l miniſterium.

Tradens amittit poſſeßionem, licet illi cui traditur, non quæratur. Bartolus.

℣ Si furioſo, quem ſuæ mentis eſſe exiſtimas, eo quòd fortè in conſpectu inumbratæ m quietis fuerit conſtitutus, rem tradideris: licet ille non erit adeptus poſſeſsionem, tu poſsidere deſinis. Sufficit quippe [te] dimittere poſſeſsionem, etiam ſi non tranſferas. n Illud enim ridiculum eſt dicere, quòd non aliter vult quis dimittere, quàm ſi tranſferat: o immo vult dimittere, quia exiſtimat ſe trãſferre.

Per ſolum aſpectum adquiritur poſſeßio intercedente traditione poſſeſſoris. Bart.

℣ Si venditorem, quod emerim, deponere p in domo mea q iuſſerim: poſsidere me certũ r eſt: quãquam id nemo attigerit. aut ſi vicinum mihi fundum mercatum * venditor ex mea turre demonſtret, vacuámque ſe poſſeſsionem tradere dicat: nõ minus ſ poſsidere cœpi, quàm ſi pedem finibus intuliſſem.

Per ingreſſum non quæritur poſſeßio rei non vacantis.

SI DVM IN ALIA.]Cum eſſem in fundo, aliquis intrauit clam in poſſeſsionẽ huius fundi: & ſtabat in angulo forte fundi. Dicitur q̃ adhuc retineo poſſeſsionẽ fundi: licet de facili exiſſem fundum ſi hoc ſciuiſſem. Secũdo dicit: quidã exercitus ingreſſus eſt agrum meum cum magna vi. eam parte fundi deſino poſsidere quã exercitus intrauit. Fran. Acc.

f *Poßidere.* ex iuſta cauſa: puta donãdo vel vendendo alicui ipſam nudam poſſ. Tot enim ſunt cauſæ adquirẽdæ poſſ. quot & dominij: vt &.ſ.eo. poſsideri.§. genera poſſ. Item ſciẽtia & volũtas eius exigitur cui quæritur: vt infra de preca. l. certe. &.ſ.eod.l.poſsideri.§. in prin. &.j.eod.l.§.ſi furioſo. & facit. ſ. de rei vindi.l.quædam.&.j.l. proxi. in prin. &.l.interdum.§. fina. In dominio nõ ſic: id eſt nõ amittitur animo tantũ: ſed poſſeſſ. ſic: vt dictũ eſt: vt.ſ.l. proxi.§.j.& C.de iuris & fac.igno. l.cum falſa. Accurſius.

ADDITIO. Dic ſecundum Bar. hic q̃ in dicta.l.cũ falſa. fuerunt verba enuntiatiua quæ nec dominiũ nec poſſeſsionẽ inducunt, licet probarẽt: vt.l.Publia. in fi.ſ. depoſi. hic fuerunt verba diſpoſitiua: licet glo. ibi aliter intelligat, & male, ſecũdum eundem Barto.

g *Nec enim muto.* reſpondet tacitæ obiectioni. eſt enim prohibitum: vt.j.l.proxi.§.j.&.C.loca.ad probationem.&.C.eo.cum nemo. niſi in caſibus: vt no.ſ.eo.l.iij.§.illud.

h *Deſino poßidere.*& ſic vſucapere: vt.j.pro emptore.l.qui cum pro hærede. in prin. Accurſius.

i *Miniſterio.* id eſt actu & voluntate.

k *Procurator.* hic puncta. & dic præſtat miniſterium alienæ poſſeſ. id eſt quæ nullo tempore ſit ſua: ſicut in filio & ſeruo: vt ſupra de adquir. hære. l. placet. factum ergo cenſetur domini in adquirendo & retinendo: vt &.ſ. de conſti. pecu. l. licet. & etiam in amittendo ſi alij tradat, vel deiiciatur: vt.C.eo.l.fina. & facit.C.de agri.& cenſi.l.per colonũ. &.j.pro ſoluto.l.ij. & quod no.ſ.eo.l.j.§.per procuratorem.

l *Præſtat.* i. præſtare poteſt. ſ. gerẽdo in animo q̃ mihi adquirat. Idẽ & qñ non gerit: dũ tñ gerat tradens. ſecus aũt ſi vterq; aliud gereret: quia tũc nõ pſtat miniſteriũ: immo ſibi adquirit: vt not. ſ. de don. l. qui mihi. &.ſ.tit.j.l. per ſeruũ. in fi. &.l.res ex mãdato.

m *Inumbratæ quietis.* quia videtur ſanus, & non eſt.

n *Etiam ſi non tranſferas.* ſecus in dominio: vt.ſ. de dona. inter virum & vxo. l. vir vxori.§. ſed ſi promiſſor. &.j. de ſolu. l. cum quis.§.ſi debitorem. &.ſ. ex quibus cau. maio. in integ. reſtit. l. nec vtilem. Item argu. contra.j. de vi & vi ar. l. cum fundum. ſed ibi in perſona accipientis habilis erat ad adquirendum.

o *Quàm ſi tranſferat.* vt &.ſ.eo.l.j.§.ſi vir. & argu.ſ. de iu. dot. l.ſi ego. in prin. &.l.ſi vſuſfruc. fundi. & de colla. bo. l. iij. in prin. &.j. de verbo. obliga. l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus. in fin.§. ſed contra.j.eo.ſi me in vacuam. ij. reſpon. Solu. vt ibi. Item arg. contra.ſ. e. l. j.§. per procuratorem. ibi: alioquin &c. ſed ibi erat habilis cui quæritur: vnde abſurdum eſſet non quæri.

p *Deponere.* id eſt ponere.

q *In domo mea.* vel etiã alibi: vt arg.ſ. nau. cau. l.& ita. ij. reſpon.

r *Certum eſt.* vt &.ſ.eo.l.j.§.pe.&.j.eo.l.pen. in fin. ſic in dominio: vt infra de ſolu. l.ſi pecuniam.

ſ *Non minus.* interpretatiue hic interuenit actus corporis: vt in prædictis

BIU Cujas

in prædictis concor. Vel dic [a] .v. esse sensus corporis. s. tactus, gustus, odorat[9], visus, auditus. & hic visus fuit, secus in re habita p derelicto, & aliis à nemine possessis, quas non incipio possidere nisi attactu: vt. ff. eo. l. iij. §. Neratius. & ibi dixi.

a *Non desiisse.* etiá naturaliter: vt statim patet: quia erá in possess.

b *Facilè.* idem si non facile: si modo non suspicarer posse repelli: vt. j. eod. l. si id quod. §. fina. & facit. ff. de in ius vocan. l. satis. §. j. Ac.

c *Finibus.* agri mei.

d *Simul.* id est statim.

e *Atque.* id est cum.

f *Eam tãtùmodo partem.* aliam verò minime. sed cõtra. ff. e. l. possideri. §. j. Solu. vt ibi.

Qvi bona fide.] C A SVS. Fundũ bona fide emi à non domino. eundem fundũ conduxi à vero dño. Dicitur q̃ desino possidere. [QVOD SCRIPTVM.] Si possideo rem tãquam emptam: tandem dico me velle possidere tãquam donatam: nõ audior, & sic non possum mutare causam possessionis. secus autẽ est si desij eam rem possidere: & tandem mihi dõata est. nam tunc bene possum possidere titulo pro donato.

g *A domino.* idem si à nõ domino: quia is possidet &c. vt. ff. eo. l. proxi. in prin. & facit. ff. de rei vin. l. quædam. &. j. pro empt. l. qui cum p hærede.

h *Animo & corpore.* naturaliter & ciuiliter: nec tamen hoc solo casu habet locum: immo etiam naturali tantum: vt not. ff. e. l. iij. §. illud.

i *Non autẽ si quis.* mala fide possidens.

k *Dimissa.* i. reiecta.

l *Ex alia causa.* bona fide, vt emendo à domino: vt. j. titu. j. l. non solum. §. j. & de preca. l. si is. vel alia iusta causa: vt. ff. si pars hæredi. peta. l. fin. in fi. & facit. C. de præscrip. xxx. an. l. ij.

Si quis.] C A SVS. Commodaui tibi librum. postea istum librum vẽdidi cuidam. interdixi vt redderes librum ei cui vẽdideram. tu non vis tradere. si sine iusta causa dicas te nolle tradere, amitto possessionem libri. si ex causa iusta nolis tradere, vt puta si non compleueras id opus ad quod tibi commodaueram, vt quia nondum auscultaueras librum: tũc propter hoc nõ amitto possessionem libri. Franciscus.

m *Si quis rem.* mobilem, vel immobilem: vt. ff. cõmoda. l. j. §. j.

n *Domini interuertisse.* vt cum sine causa non admittit emptorem: vt. j. de vi & vi arma. l. cum fundum.

o *Aliàs contra.* vt quando iusta causa erat retinendi: vt infra de vi & vi arma. l. colonus. in fi. nam & domino potest resistere ex causa: vt subiicit.

p *Non reddendi.* vt propter impensas: vt. d. l. colon[9]. &. j. de fur. l. creditoris. §. fina. &. l. si is qui rem commodatam. &. ff. commoda. l. in rebus. §. fina. & argu. ff. depos. l. j. §. est autem. &. § apud. & facit. j. eod. l. si rem. &. ff. titu. j. l. rem in bonis. sed contra. ff. eo. l. possideri. §. si rem. sed ibi patet solu.

Interdum.] C A SVS. Aliquando euenit quòd nõ habeo possessionẽ rei, & tamen eam trado alij: vt si Titius possidebat rẽ

▼ Si dũ in alia parte fundi sum, alius quis clàm animo possessoris intrauerit: non desiisse [a] ilico possidere existimãd[9] sum, facilè [b] expulsurus finibus, [c] simul [d] [atque] [e] sciero. Rursus si cũ magna vi ingressus est exercitus: eam tantũmodo partem [f] quam intrauerit, obtinet.

Si possessor conduxit rem à non possessore: transfert in illum possessionem quã habet. Paulus.

B

XIX. MARCELLVS libro septimodecimo Digestorum.

Qvi bona fide alienum fundum emit, eundem à domino [g] conduxit. quæro vtrum desinat possidere, an non. Respõdi, In promptu est, vt possidere desierit.

Possidens ex vna causa non potest solo animo possessione retenta desinere possidere ex illa causa, & incipere possidere ex altera: secus si possessionem dimittat. Bar.

▼ Quod scriptum est apud veteres, neminẽ sibi causam possessionis posse mutare: credibile est de eo cogitatum, qui & animo & corpore [h] possessioni incumbens, hoc solũ statuit, vt C alia ex causa id possideret: nõ [autem] si quis [i] dimissa [k] possessione prima, eiusdem rei denuo ex alia causa [l] possessionem nãciscì velit.

Denegans restituere rem quam possidet alieno nomine: si causam iustam habet, non priuat illum possessione, nec eam intervertit: secus si non habet iustam causam. Paulus.

XX. IDEM libro nonodecimo Digestorum.

Si quis rem [m] quam vtẽdam dederat, vendiderit, emptoA titu. pro hærede: quia successerat non domino. idem Titius accepit eandem rem precario ab hærede veri domini. nam iste verus hæres tradidit poss. isti Titio: & tamen eam non habebat. [QVOD EX NAVFRAGIO.] Res per naufragium amissa nõ potest vsucapi ab eo qui eã inuenit: cũ nõ sit habita p derelicto. Idẽ in rebus iactis de naui tempore tẽpestatis. [QVI ALIENVM.] Rẽ quãdã habebam à non domino precario. istã rẽ a domio cõduxi. Dicitur q̃ dominus dicitur amodo possidere. & hũc casum habes in gl. vel aliter vt in glo. Franciscus.

q *Possumus.* hoc verũ: vt &. ff. titu. j. l. non est nouũ. sed quòd detur alicui plus quàm habet vt subiicit: videtur absurdũ: vt insti. de leg. §. sed si rem. sed dicit hic dari ei qualitatẽ tenendi precario, quam pri[9] non habebat.

r *Dominus fieret.* s. per vsucapionẽ. Sed quomodo vsucapit pro hærede qui hæres nõ est: vt. j. pro hærede. l. iij[9] Respon. iusta ignorantia: vt. j. p legato. l. iij. vel dic quòd verus hæres erat: & dum vsucaperet, rogauit precario ab hærede veri domini. vel dic, fieret dominus quoquo modo etiã si non sit hæres qui rogauit: & possidebat: sed p hærede possidebat. ideo autem dicit, antequã fieret domin[9]: quia postea nõ teneret precarium suæ rei: vt. j. de reg. iur. l. neq;. vel dic duos hæredes, & vni fuit prælegata. vel aliàs erat sua p̃pria res, quã cohæres possidebat: & à cohærede cuius erat, precario rogauit. Sed an rogans desinit ex prima causa possidere? quidam non. tu dic sic: & sic cohæres cui[9] est, incipit possidere: & secundum hoc quod in principio dicit, non habemus. s. ante concessionem. Item no. quòd non possidens dat possidenti: quod semper fieri potest cum quis incipit alieno nomine possidere: vt. j. de preca. l. vnusquisque.

** Flo. possessione dominum interuer.*

† *Istũ textũ inducit Ale. hic & dicit esse multum not. ad hoc quòd liber p̃fectus in mari, licite retineatur à repertore: quia habetur pro derelicto. de cuius dicti veritate, vide quod notaui ff. l. qua ratione. §. fi. in gl. cõmittit. in a. po. ver. vt si librũ a. pertũ. ff. tit. proxi.*

Possidenti quandoque dat nõ possidens.

f *Rogauit.* vnde interrupta est vsucapio: vt. j. pro emp. l. qui cum pro. in prin.

t *Expulsum est.* ab aqua vel ab hominibus.

u *Non potest.* ab occupãte: vel à nullo si ponas primum occupãtem talem rem sciisse: & sic facta est furtiua: vt. ff. ad leg. Rhod. de iac. l. qui leuandæ. &. j. de fur. l. falsus. §. qui iactum. immo punitur: vt. C. de fur. authen. nauigia.

x *Pro derelicto.* vere ergo oportet haberi p derelicto. s. ad hoc vt possit vsucapi: vt. j. pro derelicto. l. nemo. &. l. si quis merces. Sed tũc quomodo vsucapiet? Rñ. nõ erat abiiciẽtis, alias statũ fieret occupantis. & facit inst. de rerũ diui. §. fi. &. ff. tit. j. l. qua ratiõe. §. fi.

y *Rogauit.* à dño, sic vt possideret: vt p̃bat verbũ, reuertitur. & quod subiicit, à dño. s. eodẽ: & reuertitur. s. p conductionẽ. & sic facit. ff. eo. l. qui bona. in prin. Vel dic. i. rogauit à non dño. Quid autẽ si rogauit à domino, & cõduxit à nõ domino? Rñ. dominũ possessionem priuat: vt. j. eo. l. peregre. §. quibus. & fa. j. de preca. l. fina.

Non videtur.] C A SVS. Deieci Titium de possessione agri sui, & incepi possidere. Dicitur quòd non videor acquisisse

possessionem,cum non debeat remanere penes me.Fran.

a *Non videtur*.dixit.ff.e.l.si quis vi. de deiecto:nunc de deiicie-te.& facit.ff.de leg.iij.l. qui concubinam.§. cum ita.&.j.titu.j.l. sequitur.§.tunc.&.§.si dominus.& infra de verbo.signi.l.mulieris.§.desinere.

CVm hæredes.]CASVS.Adita hereditate omnia iura trãseunt ad hæredẽ, excepta possess.quę nõ trãsit nisi eã apprehendat. [IN HIS QVAE.] Captus ab hostibus retinet omnia sua iura, excepta possessio.corporali rerum suarum. nã illam nõ retinet. cũ enim ipse abalio possideaꝛ, aliquid possideꝛe non potest. [ITEM QVAERO.] Liberũ hominẽ ligatũ teneo. Diciꝛ ꝙ nec eũ possideo,nec res eiꝰ.Fr.Ac.

b *Adita*.quod fit sola volũtate:vt insti. de hęre.quali.& diffe.§.fi.

c *Iura*.vt.ff. de peti. hæredi.l. item videndum.§.fin.&.l.nõ tantum.&.ff.de bono.pos. l.j.si non sint transitoria. nam quædam non transeunt:vt not.insti. de perpe.& tempo.act. & facit.ff. de rei vindi. l.si ager.ĩ fi.&.j.si quis testa.l.j.§.si seruus.

d *Non pertinet*.vt.j. eod.l. qui vniuersas.§. quod per colonũ.&.ff. eo.l.Pomponiꝰ.§.quęsitum.& argu.C.de edic.di. Hadri.tollẽ.l.j. Sed contra.ff. ex quibꝰ cau.ma.l.cũ miles.Sol. hic in extraneo, quia dicit,adita: ibi in suo. vel solu.vt ibi. Itẽ nec inchoatur hoc casu vsucapio ante apprehẽsam possessionem: vt infra tit.j.l.fi.sed perficiꝛ:vt.j.tit.j.l. cœptã.

e *Singulare*. qa fictione postliminij:nam communi iure cum seruus sit,nihil habet:vt instit. per quas perso.no.adquir.§.item quod serui.

f *Corporaliter*.id est perinde ac si corpore deiecti essent.Vel corpore,id est eam possessionẽ,quam corpore suo tenebant: in qua nõ habet locũ postlimi.vt &.ff.quibus ex cau.maio.l.ait prætor. §.j.fecꝰ in ea quæ per alium,vt seruũ,vel filiũ,ex causa peculiari: vt.j.titu.j.l.iusto.§.fi.&.l.si is.plene dices.& facit.j.de capti.l.fi.

g *Possideantur*. vt &.ff.titu.j.l.homo liber.in fine.&.j. de regu. iur.l.qui in seruitute.& facit.j.titu.j.l.neque seruus.

h *Possideã*.de facto,vt hic,&.j.de lib.ho.exhi.per totum.Ac.

i *Non puto*. de iure : vt.j.eo.l.qui vniuersas.§.possessionẽ.in fi. §.&.ff.de proba.l.si quis liberum.& hoc si sciẽs liberũ. Sed quid si seruum meũ credebam?videtur secus:vt.ff.titu.j.l. homo liber. &.l.adquiritur.§.pe.quod potest dici,vt eum possideam: sed nõ vt mihi quærat extra rem & operam ratione pos. vel proprietatis:vt not.ff.eo.l.j.§.sed & per eum.nisi hoc gerat.& tũc vt procurator,non vt possessus quærit:vt.j.eo.l.si me in vacuam.§.fin. sicut ecclesia per conuersum. Sed an ecclesia possideat conuersum? Dic quòd non,quia scit eum liberum [a] esse.Item an ratihabitio exigatur vt etiam per eum quæratur? Dic quòd non.

k *Possim*.eo vel tradente,non hoc gestiente. & facit.j.de vi & vi arma.l.j.§.penul.&.j.de regu.iur.l.cum principalis.&.j.de stipu.ser.l.si seruus testamento manumissus.in fine.

QVod seruus.]CASVS. Si seruus deiiciat aliquem de fundo per vim,& incipiat possidere,& hoc faciat domino ignorante vel inuito:dicitur ꝙhęc possessio non adquiritur domino. & hoc siue adquirebat ex causa peculiari:vt quia emerat rẽ de pecunia peculiari:tandẽ intrauit possess.eiꝰ rei sua auctoritate:siue nõ ex causa peculiari:vt quia intrauit in possess.alicuiꝰ rei. Fran.

l *Ignorante*.secus si mandante,vel ratũ habẽte,vel aliàs volẽte: quia tunc per se, nõ p seruum dominus possidet : vt.j. de vi & vi arma.l.j.§.deiecisse.

m *Possidet*.i. detinet: vt.j.hac lege.

n *Non possides*. contra.ff. de his qui sunt sui vel alie. iu.l.j.&.ff. titu.j.l. adquiritur.§. non solum.quibus dicitur quidquid p seruum &c.Sed ibi subaudi,iuste. Cui ergo queritur? seruo non:quia nec momento vno staret.ſ. ista poſſ. vt.ff. de adquir. hære.l. placet. Sed quare dicas nullo? nónne datur interdictũ vnde vi contra dominum:vt.j. de vi & vi ar.l.j.§.si aduersus. ergo deiectus pos.amisit: vt in ea.l.§. siue autẽ. ergo & domino est ꝙsita? Rñ.nõ sequitur:si competit interdictum, ergo alij est quæsita:vt j.titu.j.l.nõ solum.§. si dominus.Itẽ oppo.hãc pos.quæreret sibi si esset liber:ergo domino, cum sit seruus. Respõ. hoc argumentum valet quando iuste quærit:non quãdo iniuste? vt in fi.huius.l. Vel dic non omne quod sibi quæreret si esset liber, quærit domino cũ est seruus.vel referas te ad proprietatem hoc modo:quod quæreret sibi libero quo ad proprietatem,hoc quærit dño quo ad ꝓprietatem & possessionẽ,cũ est seruus.sed ex causa maleficij non quæreret sibi quo ad proprietatem:ergo cum est seruus,nec domino.Ac.

o *Non corporalẽ*.id est iniustam.aliàs dicitur iniusta naturalis, & iusta ciuilis:vt.j.vti possidet.l.si duo.

p *Ex peculio*.i.ex iusta causa:vt postea sequiꝰ secũdũ H.vel verius peculio stricte hic accipiꝰ.Et quod.ff.dixit iustã.ſ.extra peculiũ. Et hic dicit idem in peculio,vt patet:quia dicit, sicut &c.

q *Possidet*.id est detinet.

r *Cum ratione*.ratio quæ sequitur,est ad vtrũque dictũ.ſ.quãdo extra peculiũ,& quãdo in peculio quærit.& quod subiicit in peculio,large accipe pro omni eo quod seruus iuste quærit. aliàs stricte:vt.ff.proxi.&.ff.de pec.l.peculiũ.j.rñ.&.§.ex his. quæ est cõtra.& sic est hic arg. ad id quod no.ff.eo.l.j.§.itẽ adquiritur.

s *Ciuiliter quidẽ possidere*.innuit ꝙ naturaliter possit seruꝰ possidere:quod est falsũ:sed tamẽ tenere potest,vt asinꝰ sellã: vt.j.tit. j.l.nũquã.§.seruus.&.j.eo. possessio.§.j. &.j. de verbo. oblig.l. stipulatio ista.§.hæc quoque.dic ergo ciuiliter,id est de iure ciuili non possidet,neque ciuiliter,neque naturaliter.vel dic ciuiliter,id est nullo modo.nam etiam naturalis est de iure ciuili.

t *Creditur*.quadam interpretatione iuris:quia iustum serui factum domini præsumimus etiam ignorantis:sed scientis & volẽtis etiam iniustum.sic aliàs iusta quæritur hæreditas: vt instit. qui.mo.testa.infir.§.fi.Item plenius iusta possess.quam iniusta:vt patet.ff.eo.l.possidere.§.j.&.l.quod meo.in fi.

u *Non pertinet*.i.domino non quæritur.

x *Peculii*. id est non ex iusta causa. & facit infra titu.j.l. sequitur.§.

Sicut ille qui possessionem perdit, non videtur perdidisse, si habet interdictum vel actionem ad eam recuperandam: ita qui adquisiuit,non videtur adquisiuisse si tenetur aliquo interdicto vel actione ad eam restituendam.

XXII. IDEM libro tertiodecimo ex Casio.

NOn videtur [a] possessionẽ adeptus is qui ita nactus est,vt eam retinere non possit.

Per additionem hæreditatis omnia iura quæ erant apud defunctum, & per mortem non fuerunt extincta, ipso iure transeunt in hæredem: sed possessio non:quia licet illa sit ius, tamen per mortem possessio defuncti fuit extincta.ideo necesse habet hæres iterum possessionem apprehendere:& erit noua possessio, non vetus quæ erat apud defunctum.Paulus.

XXIII. IDEM libro primo Epistolarum.

CVm hæredes instituti sumus,adita [b] hęreditate omnia quidem iura [c] ad nos transeunt: possessio tamen nisi naturaliter cõprehensa sit, ad nos non pertinet. [d]

Fictio postliminii circa recuperandam possessionem non fingit. Bartolus.

¶In his qui in hostium potestatem peruenerunt,in retinendo iura rerum suarum singulare [e] ius est: corporaliter [f] tamen possessionem amittunt. neque enim possũt videri aliquid possidere, cum ipsi ab alio possideantur. [g] Sequitur ergo, vt reuersis his noua possessione opꝰ sit,etiam si nemo medio tẽpore res eorum possederit.

Liber homo non potest possideri à sciente. Bartolus.

¶Item quæro,si vinxero liberum hominem,ita vt eum possideam: [h] an omnia quæ is possidebat, ego possideam per illum.Respõdit, Si vinxeris hominem liberum, eum te possidere non puto. [i] quod cùm ita se habeat,multo minus per illũ res eius à te possidebuntur.Neque enim rerum natura recipit, vt per eum aliquid possidere possim, [k] * quẽ ciuiliter in mea potestate non habeo.

Possessio quæsita per seruum, quæritur domino, si est iusta.aliàs secus.Bartolus.

XXIIII. IDEM libro quartodecimo Epistolarum.

QVod seruus tuus ignorante [l] te vi possidet, [m] id [tu] non possides: [n] quoniam is qui in tua potestate est, ignoranti tibi non corporalẽ [o] possessionem,sed iustam potest adquirere: sicut & id quod ex peculio [p] ad eũ peruenerit,possidet. [q] nam tum per seruũ dominus quoque possidere dicitur:summa scilicet cũ ratione: [r] quia quod ex iusta causa corporaliter à seruo tenetur, id in peculio serui est: & peculium quod seruus ciuiliter quidem possidere [s] non potest, sed naturaliter tenet, dominus creditur [t] possidere. Quod verò ex maleficiis adprehenderit, id ad domini possessionem ideo non ꝓtinet, [u] quia nec peculij [x] causa * adprehendit.

a *Videtur contrariari huic gl.tex. ff.c. causã. de ꝓscri.& in.c.vt priuilegia.de priui. & in Cle.1.de deci. sed potes concor.vt ꝓ glo.17.q. 4.c. quisquis.*

BIU Cujas

quitur.§.item si eam. Accursius.

Si id quod.] CASVS. Pecuniam meã posui in fundo meo vel in aliquo loco sub terra. nunc non recordor vbi eam posui. Dicitur q̃ amitto possessionẽ. Secundo dicit: per colonũ, item per inquilinũ, & per seruũ retineo possess. etiam si moriantur, vel furiosi fiant, idem si eã rem alij locent. Tertio dicit: pos. fundi quã retineo animo, nó amitto licet alius fundum ingrediatur: nisi me repellat, vel suspicer me posse repelli, & ita de fundo vado. Fran.

Si aliquid tibi cadit, puta annulus: statim perdis possessionem, non solum naturalem, de qua non est dubiũ, sed etiam ciuilẽ: & hoc regulare in qualibet re mobili cuius possessio est vilis & abiecta. Paulus.

XXV. POMPONIVS libro vicesimotertio ad Quintum Muciũ.

SI id quod posidemus, ita p diderimus, vt ignorem[9] vbi sit: [a] desinimus posidere.

Per colonos & inquilinos sicut per seruos posidemus: nec perdimus licet moriantur, vel furiosi efficiantur. Bartolus.

¶ Et per colonos, [b] & inquilinos, [c] aut seruos nostros, posidemus. [d] [Sed] & si moriãtur, aut furere incipiant, aut alij locent: intelligimur [e] nos [per eos] retinere possessionẽ. Nec inter colonum & seruum nostrũ, per quem possessionem retinemus, quicq̃ interest. [f]

Qui posidet ciuiliter: per ingressum alterius eam non perdit, nisi reuersus non admittatur, vel suspicetur se posse repelli. Bar.

¶ Quod autẽ solo animo posidemus, [g] quæritur, vtrúmne vsque eò posideamus, [h] donec alius corpore ingressus sit, vt potior sit illius corporalis [i] possessio: an verò (quod quasi magis probatur [k]) vsque eò posideamus, donec reuertentes nos * aliquis repellat: aut nos ita animo desinamus posidere, quòd suspicemur repelli nos posse ab eo qui ingressus sit in possessionẽ. Et id videtur vtili[9] [l] esse.

Locus certus ratione loci vel quotæ potest posideri: secus si esset vtraque ratione incertus. Bartolus.

XXVI. IDEM libro vicesimosexto ad Quintum Mucium.

A LOcus certus ex fundo & posideri, & per longã pos sessionẽ vsucapi* potest: & certa pars pro indiuiso, quæ introducitur vel ex emptiõe, vel ex donatione, vel qualibet alia ex causa. [m] Incerta autẽ pars nec tradi, nec vsucapi* potest: veluti si ita tibi tradã: *quidquid mei iuris* [n] *in eo fundo est*. Nã qui ignorat: nec tradere, nec accipere id quod incertum est, potest.

B *Furiosus non potest desinere posidere. Bartolus.*

XXVII. PROCVLVS libro quinto Epistolarum.

SI is qui animo possessionem saltus retineret, furere cœpisset: non potuit, dum fureret, ei[9] saltus [o] possessionẽ amittere: [p] quia † furiosus non potest desinere [q] animo posidere.

Posidens rem propriam, si illam conducit, & quæratur an cõducens perdat possessionem: debet attendi an ignorans se posidere cõducat, an sciens: & hoc secundo casu refert an conducat eam vt alienam: an vt suam: & interdum dominus non possessor à possessore cõducit, stipulatur vel emit:

C *& tunc aut proprietatis respectu contrahit: & contractus omnes sunt nulli. aut respectu tantum possessionis contrahit: & tunc tenet stipulatio, emptio, conductio, & precarium. Alex. de Imo.*

XXVIII. TERTVLLIANVS libro primo Quæstionum.

SI aliquam rem posideam, & eandem postea conducã: an amittam possessionem? Multum [r] refert in his, quid agatur. primum enim refert, vtrum sciam me posidere, an ignorem: [s] & vtrum [t] quasi non meam [u]

D

---

a *Vbi sit.* in quo fundo, vel domo, vel horto, vel loco. sec[9] si fundum scio, sed locũ fundi non retineo in memoria: vt. j. eo. l. peregre. in prin. & ſ. eod. l. iij. §. item feras. Itẽ excipe hominẽ & res per eũ detẽtas: vt. ſ. eo. tit. l. posideri. §. Nerua. & l. rem quæ. &. j. eo. l. si rẽ. Sed quid de immobili, si nescis vbi sit ex lógo tépore? Itẽ quid si fundũ scis, & nescis te posidere ex lóginquitate téporis? Rn. ad vtrũque q̃ perdis non tempore, sed per obliuionem: vt instit. de vsucap. §. quod autem.

b *Et p colonos.* in villa.

c *Inquilinos.* in ciuitate: vt. j. e. l. re pignoris.

d *Posidemus.* diuersimodè: quia per seruos res peculiares eorũ animo & corpore: per colonos & inquilinos eorũ corpore naturalem, nostro ciuilé: vt. ſ. eo. l. iij. §. saltus. hic tamen dicit de eo quod seru[9] posidet nó peculiariter, cum dicat in fine, nihil interest. Ac.

e *Intelligimur.* aliter in primo: scilicet quando fuerunt mortui: & aliter in aliis, quãdo cœperũt furere vel locare. nam vbi moriuntur, retineo ciuilem per me, non naturalem, nisi hæres coloni acceperit volens mihi posidere: quia tũc etiã naturaliter. in aliis retineo ciuilem per me, naturalem per eos: vt. j. eo. l. qui vniuersas. §. fin. secundum Io. [z] vel die secundũ H. retineo, cum moritur, per me ciuilem: per eos naturalem, si non neglexi apprehendere poss. post eorum mortem: vt. j. si de eo. §. j. nec ob. si dicas: ille est mortuus: & nullo modo detinet: quod idem posset opponi de dormiente: vt infra titu. j. l. nunquam. §. si seruus meus.

f *Quicquam interest.* in retinenda poss. item nec aliquis eorum potest sibi mutare causam possess. constituendo sibi posidere: vt supra eo. l. rem quæ. &. l. qui bona. &. C. de præscrip. xxx. an. l. ij. licet Py. contra. dixit in colono. Item nec in amittenda interest, cum nostro animo & eorum corpore posidemus: in alio autem interest, id est quando peculiariter, cum etiam eorũ animo posideamus, vt dixi. Item & quando moriuntur: vt modo dixi. item etiam in vsucapione differunt: quia per solum seruum vsucapit ignorans: vt. j. pro soluto. l. ij. Item nec sic per alios quæritur dominium vel poss. vt per seruum. & facit. j. pro emp. l. qui fundum. in principio.

g *Posidemus.* & sic ciuiliter.

h *Posideamus.* & sic ciuiliter.

i *Corporalis.* i. naturalis: vt. ſ. eo. l. clam. §. qui ad nundinas.

k *Magis probatur.* ſ. quàm supra dictum.

l *Vtilis.* vt &. d. §. qui ad nundinas. & supra eod. l. iij. §. in amittenda. in fin. &. §. si quis nuntiet. & infra de vi & vi ar. l. j. §. siue autem. argu. contra. supra quod me. cau. metum. in princip. Item secus in poss. rei mobilis, quam amitto ignorans: vt. ſ. eod. l. rem quæ nobis.

Locus certus.] CASVS. Certam partem fundi pro diuiso possidere possum: sed incertã partem nó possum possidere: nec tradi nec vsucapi potest. Franciscus Accursius.

m *Ex causa.* sic ergo pars certa p diuiso vel pro indiuiso posidet, & vsucapitur: vt. j. eo. l. si quis fundũ. sed secũdum illius. l. respósum est cõtra. Solu. vt ibi.

n *Mei iuris.* cũ & meũ ius sit incertũ: vt &. ſ. eo. l. iij. §. incertam. & quære vt ibi. Sed opponitur: hæres ignorans ex qua parte sit hæres, potest adire: vt. ſ. de adqui. hæredi. l. si quis extraneus. §. sciendum. ergo vsucapere: vt. j. titu. j. l. fi. &. ſ. eo. l. iij. §. ex plurib[9]. ergo & possidere: vt. j. titu. j. l. fine. Sed respõ. de facili possum fieri certus p testamentum: vnde perinde est ac si sim. argu. ſ. eo. l. quod meo. §. fina. & facit. j. de verbo. signi. l. locus. &. j. titu. j. l. si fur. §. fi. & pro empt. l. emptor.

Si is.] CASVS. Aliquis habebat ciuilé possessionem alicuius fundi. licet efficiatur furiosus, tamẽ retinet eã poss. Franciscus.

o *Saltus.* animo enim frequenti[9] posidetur: vt. ſ. eod. l. iij. §. saltus. Idem ergo & si naturaliter posideret: vt quia rei insisteret: vt & infra tit. j. l. iusto. §. eũ.

p *Amittere.* animo solo, subaudi. nam cõmuni iure quo amitteret etiam homo sanæ mentis, ignorans & hoc perderet: vt si fieret res sacra vel religiosa, & aliis modis: vt. j. eo. l. qui vniuersas. §. j. & quòd sic sit restringendum, innuit sequens responsum: vt. ſ. de cal. l. hæc actio. &. ſ. de le. ij. l. cum pater. §. dulcissimis. &. j. de verborum significatione. l. si cũ fundus. &. j. de bo. eorũ. l. j. sic econtra per præcedẽtia sequẽs generale restringit: vt. ſ. de vino & oleo leg. l. fi. §. fi.

q *Desinere.* id est non potest habere animum non habendi vel posidendi. Sed oppo. cum homo sanæ mentis perdit per obliuionẽ: cur non & furiosus cum ipse obliuiscitur? Respon. hic ex defectu animi: ille ex negligentia. Item ille in sui præiudicium tacite potest consentire obliuiscendo: hic non. Item ille de voluntate in voluntatem transit: hic permanet in prima, quam non mutat. vel si mutat, facit nullam, vt dormiens: vt infra titu. j. l. nunquam. §. si seruus. Item facit. j. pro emp. l. ij. §. si à furioso. cõtra. sed ibi non solo animo perdit.

Si aliquã.] CASVS. Dic casum vt in glo. quæ incipit ratione poss. &c. ibi, distingue ergo ex prædictis &c. Franciscus.

r *Multum.* nunc respondet.

s *An ignorẽ.* ignorãs enim, vel errãs, nó amittit poss. vt. j. eo. l. si me in vacuã. Ignorare autẽ possum, quando per filium vel fertũ ex causa peculiari quæro: vt. j. eo. l. possessio. §. & si possessio.

t *Vtrum.* accipe primum membrum. ſ. si sciam.

u *Quasi non meam.* erat tamen mea: quo casu non amitto proprietatem:

* *Flo. capi*

* *Flo. capi*

† *Quot modis sumatur ista dictio, quia: vide gl. in c. 1. in prin. de reseruat. in prag. sanc. Tu vide de melius in l. 2. ſ. si cer. peta. p gl. & in l. demonstratio. §. quod autem. ſ. de condi. & demon.*

Ignorãs an & quando amittat possessionẽ rei suæ: & quid

BIU Cujas

Iuris in errante: & quãdo ꝓsumatur aliquis ignorare.

prietatem: quia alter in ea quærenda non consensit: nec in ea sola voluntas sufficit: vt. ff. eo. l. si quis vi. §. differentia. & etiam si alter consensisset, idem: quia cum rem meã quasi tuam tibi do, non transfero dominium: vt. ff. de condi. cau. da. l. iij. §. subtilius. secũdum Azo. post. autem amitto. H. vt. ff. eo. l. quod meo. Azo.

a *An quasi meã.* & erat. & hoc casu ꝓprietatem & possess. videor trãsferre velle: nisi forte agam de altero trãsferendo tantum, secũdum Azo.

b *Et si sciens meam.* vel quasi meã: vt. ff. eo. l. qui bona fide.

c *Respectu.* & non valet: vt. ff. depositi. l. qui rẽ. & ꝯ. e. l. si de eo. §. fi.

d *An possessionis.* hoc potest valere, vt subiicit.

e *Tantũ.* nã vere refert, poss. vel proprietatem conducã. nã &c.

f *Et stipulatio.* ratione posses. vt. ff. de contrahen. emp. l. si in emptione. §. rei. Distigue ergo ex prædictis si aliquam rem possideo: & eam à te conduco: aut ignoro me possidere, aut scio. vbi ignoro, non valet conductio: vt. C. loca. qui rem. vbi scio, refert an quasi rẽ alienam cõduxerim: an quasi meam. si quasi alienam: si quidem erat aliena, valet cõductio. si propria, non valet: vt ff. depositi. l. qui rem. sed posses. amittitur, secundum Azo. Si vero quasi meam, aut erat mea, aut non. si non erat: valet quod agitur inspecta veritate, non opinione: ar. ff. de negest. l. item si cum. Si vero mea, refert vtrum ꝓprietatis respectu: & nõ valet, siue sciebã, siue ignorabã meã: vt. d. l. depositi. qui rem. Sed vbi scio, videor transferre dominiũ in aliũ: vt. ff. de cõtrahẽ. emp. l. suæ rei. Si vero pos. gratia: valet quod agitur. sed quomodo etiam respectu possessionis valet in re propria, cum conductor possideat? Respon. quia locator forte aliquo iudicio poterat eam auocare: vel prius fuit confessus eius nomine possidere. & facit. ꝯ. de preca. l. in rebus. §. fi. & l. si is.

Conducens rẽ propriã, an eiꝰ poss. perdat.

rem conducã, an quasi meam: [a] & [si] sciens meam [b] esse, vtrum quasi proprietatis respectu, [c] an possessionis [d] tantum. [e] Nam & si rem meam tu possideas, & ego emam à te possessionẽ eius rei, vel stipuler, vtilis erit & emptio, & stipulatio: [f] & sequitur, vt & precarium, & conductio: specialiter si possessionis solius conducẽdæ, vel precario rogãdæ animus [vtiliter] interueniat.

Pupillus non potest animo desinere possidere. Bartolus.

XXIX. VLPIANVS libro trigesimo ad Sabinum.

POssessionem pupillum sine tutoris auctoritate amittere posse constat: nõ vt animo, sed vt corpore [g] desinat possidere. quod est enim facti, potest amittere. Alia causa est si fortè animo possessionem velit amittere. hoc enim non potest.

Qui possidet vnum totum integrale: non possidet singulas partes eius. Bartolus.

XXX. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

QVi vniuersas ædes possidet: singulas res quæ in ædificio sunt, non videtur possidere. [h] Idẽ dici debet & de naue, & de armario.

Possessio perditur ab ignorante & inuito, superueniente defectu ex parte rei vel personæ. Bartolus.

℣ Possessionem amittimus multis modis: veluti si mortuum in

A in armario. [*POSSESSIONEM.*] Nunc dicit qualiter amittitur possessio tam rei immobilis, quàm mobilis. & leuis est litera. [*QVOD PER COLONVM.*] Possidebam fundum per colonum meum. hæres meus non dicitur habere possessionem illius fundi, nisi eam apprehendat corporaliter. idem si colonus apprehendat possess. fundi nomine hæredis mei: & hæredi acquiritur possess. & etiam vsucapere poterit. Postea dicit: commodaui tibi rem, vel locaui, vel deposui: & sic possessionem retineo per te. tu autem alij commodas vel locas: vel apud alium deponis: quia adhuc retineo possessionem.

eum locum intulimus, quem [i] possidebamus. Namque locum religiosum aut sacrum nõ possumus possidere, [k] et si [l] cõtemnamus [m] religionem, & pro priuato eũ teneamus, sicut hominem liberum. [n] ℣ Itẽ cum prætor idcirco in possessionem rei [ire] iussit, [o] quòd damni infecti non promittebatur: possessionem inuitum dominũ amittere Labeo ait. [p] ℣ Itẽ quod [à] mari aut flumine occupatum [q] sit, possidere nos desinimus: aut si is qui possidet, in alterius potestatem [r] peruenit. ℣ Itẽ quod mobile est, multis modis desinim' possidere: si aut nolimus, [s] aut seruũ puta manumittam'. [t] Itẽ si [id] quod possidebamus, [u] in aliã speciẽ trãslatũ est: veluti vestimentum ex lana factum. [u]

Hæres nõ acquirit possessionẽ, nisi eam apprehendat vere vel ficte. Bartolus.

℣ Quod per colonũ possideo: [x] hęres me', nisi ipse nactus [sit y] possessionem, non poterit possidere. [z] Retinere enim animo possessionẽ possumus: adipisci non possumus. Sed quod pro emptore possideo ꝑ colonũ: [a] etiam vsucapiet hæres meus.

Per colonum commodatarium vel depositarium, & si alii locet, commodet, vel deponat: possessionem retinemus. Bartolus.

℣ Si ego tibi commodauero, tu Titio, qui putet tuũ esse: nihilo

h *Non videtur possidere.* vt infra titu. j. l. eum qui. & facit supra de rei vind. l. in rem. §. fin. & ꝯ. quod vi aut clam. l. si alius. in fin. & l. sequent. & supra ad exhi. l. tigni. §. fed si totam. & ff. titu. j. l. adeo. §. illud recte. & ff. de euic. l. naue.

i *Quem.* scilicet locũ. Accursius.

k *Possidere.* sed detinere: vt. ff. de mor. infe. l. longa.

l *Etsi.* id est quãuis.

m *Contemnamus.* scientes enim cõditionẽ, non possidemus: licet eius libertatem contemnamus. aliud si bona fide nobis seruiat.

n *Sicut hominem liberum.* quem non possidemus scienter: vt supra. l. cũ hæredes. §. itẽ quæro.

o *Iusserit.* ex secundo decreto: non sic ex primo: vt in contrario supra eod. l. si quis ante.

p *Labeo ait.* vt & supra de dam. infect. l. si finita. §. Iulianus. &. §. non autem. & supra eo. l. iij. in fi.

q *Occupatum sit.* vel alueum faciendo flu. vel inundando mare secundum Io. & hoc siue mobilis, siue immobilis: vt hic, & ꝯ. de bo. auth. iud. possi. l. cum vnus. §. fina. & ff. eo. l. Pomponius. & facit. ff. si vsusfru. pe. l. si ager. & ff. tit. j. l. ergo. §. alluuio.

r *In alterius potestatem.* id est dominiũ: vt. ꝯ. de verb. signi. potestatis. vt quia redactus est in seruitutem propter ingratitudinem: vel quia passus est se vendi ad pretium participandum. vel dic etiam quia dedit se in arrogationem. sed in isto hodie aliud esset. nam habet poss. ciuilem omnium quæ ante habebat. Item rerum peculij aduentitij arrogator naturalem: quia habet vsumfru. vt insti. de acqui. per ar. & ff. eo. l. naturaliter. de aliis filiis dic vt. ꝯ. eo. l. possessio. §. qui in aliena.

s *Nolumus.* aliàs volumus. & idem est sensus.

t *Manumittimus.* vt. ꝯ. pro donato. l. qui pro donato.

u *Ex lana factum.* non enim possidet lanam in eo vestimento: sed si lanam leget, neta & inneta continetur: vt. ff. de le. iij. l. lana. Azo. & facit. ff. tit. j. l. adeo. §. cum quis.

x *Possideo.* meo nomine.

y *Nactus sit.* aut alius nomine eius: vt in fi. §. dicitur.

z *Non poterit possidere.* vt & ff. eo. l. cum hæredes. in princip. & ꝯ. tit. j. l. si homo. aliter in hærede coloni: vt. ff. loca. l. cum in plures. §. hæredem. & ꝯ. eo. l. si de eo. §. j. quæ sunt contra. sed an hæreditas retinet naturalem per colonum? Io. forte non: vt. ꝯ. si quis te. lib. l. j. §. Scæuola.

a *Colonum.* apprehendentem nomine hæredis. & dic etiam. q. d. non tantum si ipse scilicet hæres apprehendat. Idem forte si colonus

BIU Cujas

lonus mercedem hæredi soluerit: vt.ĭ. eo.l.quamuis.§.j.& facit instĭ.de interdi.§.possidere.&.ĕ.l.iij.in prin.&.C.eo.l.licet.

a *Id possidebo.* ciuiliter per me, naturaliter per aliũ. sed per quẽ? dic per primum: licet per mille manus ambulet. hoc enim operatur mihi animus eius: quia etsi de fundo exisset, non tamẽ animo deserendæ pos. adhuc naturaliter per eũ possideo: vt.ĭ.l. proxi. Sed certe immo videtur quòd non possideã per aliquem hic, vel in seq. casib. vt ĭ. titu. j.l. non solũ.§.qui pignori. quæ est contra. Sol. ibi in pignore. quod nihil est. vel ibi deposuit apud sequestrũ. nec hoc valet. Dic ergo q̃ ibi cõmodatarius vel depositarius alij tradidit alienando: hic nõ. Item facit instĭt. de interdi.§. per eos quoq;. &.ĕ. quibus mod. vsusfru. amit. l. Põponius. Sed arg. contra. ĭ. de preca. l. quæsitum. in princip. Accursius.

ADDITIO. Dic secundum Bar. hic quòd ibi loquitur de actione personali, quæ tantum contra primũ cõceditur: hic de retinẽda possessione, quæ etiam per secundã & vlteriorem retinetur.

Si colonus.] *CASVS.* Colonus meus exiit de fundo animo reuertendi incontinenti. dicitur quòd etiam interim poss. scilicet naturalem & ciuilem retineo per colonum. & sic nõ. quòd per animũ coloni retineo poss. vtranque. Francisc. Ac.

b *Placet.* ciuiliter & naturaliter, etiam medio tẽpore absente domino: & sic solus animus coloni a retinet mihi naturalẽ: quãuis nec in fundo, nec in ꝓximo sit. vt hic, &. ĭ. ꝓ emp. l. qui fundũ. in prin. Sed quid si exiuerit animo deserendi poss? Respon. naturalẽ perdit dominus: ar. huius. l. sumpto à contrario, quod est validum: vt.ĕ. de offic. eius cui man. est iurisdi. l.j.§.j. ciuilem retinet: in qua coloni malignitas nihil nocet: vt. C. eo. l. fi. & hoc si tantũ deserit. Si autem alij tradat vel deiiciatur: tunc dominus vtrãque perdit: vt.ĭ. eo.l. peregrè.§. quibus. &.ĕ.l.iij.§. quòd si seruus. Sed alij dicũt quòd si tãtum deserit, quòd nullam perdit dominus, etiam si animo deserẽdi: & hic subaudiunt, maxime: vt not. C. communia de vsuca. l.j. & facit.ĕ. de dolo. l. cum quis.

Quamuis.] *CASVS.* Si locaui poss. fundi mei pupillo conducenti sine tutoris auctoritate certa mercede: licet mihi non obligetur ad mercedem, tamẽ per eum retineo poss. fundi. [*SI CONDVCTOR.*] Ego Franciscus rem tibi locaui. tu eam vendis, & eandẽ conducis ab emptore: & tam mihi quàm ei soluis mercedem. dicitur quòd adhuc retineo possessionem per te. [*INFANS.*] Infans tutore auctore potest adquirere poss. pupillus autem etiam sine tutore. Item infans sine tutore in casu etiam quærit possess. vt per seruum suum peculiari nomine apprehendentem poss. alicuius rei. Franciscus.

c *Nõ obligetur.* vt noxi⁹ cõstituatur: vt instĭ. de auct. tu. in prin.

d *Retinemus.* si forte à nobis conducat: & sic quodammodo nobis est obnoxius. vel etiam mando ei vt meo nomine intret. non enim obligatur ex mãdato: sed adquirit nobis poss. & nobis possidet. quod accipe, si haberet intellectum: vt.ĕ. eo.l.j.§. Ofilius. & facit. ĭ. de act. & oblig. l. pupillus. Accursius.

e *Retinet.* Sed hoc quomodo? nonne dominus possess. amisit per traditionem à colono factam. ĕ. eo.l. possideri.§. quòd si seruus? minus ego id possidebo. a Et idem erit si colonus meus fundũ locauerit: aut is apud quem deposueram, apud alium rursus deposuerit: & id per quamlibet plurium personas factũ obseruandum ita erit.

Per colonum absentẽ non retinemus possessionem naturalem. Bartolus.

XXXI. POMPONIVS libro trigesimosecundo ad Sabinum.

SI colonus nõ deserẽdæ possessionis causa exiisset de fũdo, & eò rediisset: eundem locatorem possidere placet. b

Per colonum vel inquilinũ retinet quis possessionem, etiam si locatio sit inutilis: & per mandatarium, licet mãdatum sit inutile ad obligandum. Paul.

XXXII. PAVLVS libro quintodecimo ad Sabinum.

QVamuis pupillus sine tutoris auctoritate nõ obligetur, c possessionẽ tamen per eum retinemus. d

Ficta traditio coloni, non priuat dominum possessione. Bartolus.

Si conductor rem vendidit, & eam ab emptore conduxit, & vtriq; mercedes præstitit: prior locator possessionẽ per cõductorem rectissimè retinet. e

Infans per seipsum non potest incipere possidere sine tutoris auctoritate: sed per seruum eius sic. sed maior infante bene potest etiam sine tutoris auctoritate. Paul.

Infans possidere rectè potest, si tutore auctore cœpit. Nam iudiciũ f infantis suppletur auctoritate tutoris. Vtilitatis enim causa hoc receptum est. nam alioquin g nullus sensus infantis est accipiendi possessionem. h Pupillus i tamen etiam sine tutoris auctoritate possessionem nanciscitur potest. Item infans peculiari k nomine per seruũ possidere potest.

cut & curator furiosi potest experiri interdicto vti possidetis pro poss. quam ante furorem adquisiuit furiosus per se, vel quā adquisiuit post furorem per alium. [*VACVVM.*] Defunctus cœpit vsucapere rem. decessit. dicitur quòd tempus quod transiuit post mortem defuncti, & ante aditam hereditatem, vel quod trāsiuit post aditam hæreditatem: & ante cōprehensam poss. huius rei, prodest hæredi ad cōplendam vsuca. [*SI DEFVNCTVS.*] Defunctus vsucapiebat rem titulo pro emptore. hæres ei⁹ credidit defunctū possedisse ex causa donationis illam rem. dicitur quòd non impeditur propter hoc vsucapio. Fran. Accursius.

Postquam desii seruum fugitiuum possidere: nec sibi nec mihi possessionem adquirit: nisi eam adquireret nomine meo, & ego ratum haberem. Paul. de Cast.

¶ Seruus licet in libertate moretur, nihil possidet:[q] nec per eum[r] alius.[s] Atquin si nomine alicuius, dum in libertate moratur, nactus fuerit possessionē: adquiret[t] ei cuius nomine nactus fuerit.

Furor superueniens ei per quem possideo: me possessione non priuat. Paul. de Cast.

¶ Si seruus meus vel filius peculiari vel etiā meo nomine quid tenet, vt ego per eum ignorans possideam,[u] vel etiam vsucapiam:[x] si is furere cœperit: donec in eadem causa res fuerit,[y] intelligendum est & possessionem apud me manere, & vsucapionem procedere: sicuti per dormientes quoque eos idem nobis contingeret.[z] Idemque in colono & inquilino, per quos possidemus, dicendū est.

Per furorem superuenientem iniusta poss. sessio non fit iusta: nec econuerso iusta efficitur iniusta. Paul. de Cast.

¶ Si vi aut clam, aut precario possessionē nactus quis, postea furere cœperit: & possessio,[a] & causa eadē durat de hoc quod p̄cario furiosus habet: quēadmodum interdicto quoque vti possidetis, furiosi nomine rectè experimur[b] ei⁹ possessionis no-

n *Longum tempus.* sic. j. de solu. l. cæterum. Accursius.

o *In vsucapionib⁹ mobiliū.* idē in īmobiliū: vt. ff. e. l. vsucapionē. & l. naturaliter. de his tamē magis erat dubiū: quia citius adquirunē. Itē quia vilis & abiecta est possessio rei mobilis: vt. ff. tit. j. l. si rē.

p *Numeratur.* olim annus: hodie triennium.

q *Nihil possidet.* nisi vt. ff. titu. j. l. iij. §. si seru⁹. nā nullam cōmunionē habet ad ius ciuile: vt. ff. de testa. l. qui testaméto. §. seruus.

r *Per eum.* Oppo. nec ante decennium habet locum hic. ff. quia tunc dominus per eū: nec post: quia tūc ipse possidet: nisi dicas, nihil possidet ante decenniū: nec per eum alius. ff. post decenniū.

s *Alius.* vt etiā dominus: quod accipe vt. d. §. si seru⁹. ff. q̄ diu sit morat⁹ in possessione libertatis: & q̄ paratus sit subire iudicium liberale. aliàs sec⁹: quia adquirit possessionē domino: vt. j. eo. tit. l. j. §. per seruum. & facit. l. per eum. in fi. & ff. eo. l. si is. §. si seruus.

t *Adquiret.* tanquam procurator: vt. ff. titu. j. l. si me. §. fin.

u *Possideam.* nam ex causa peculiari ignorantibus nobis adquiritur possessio & vsucapio: vt supra titu. j. l. possessio. in prin. & l. j. §. per eum.

x *Vsucapiam.* hoc ad peculiares respicit: vt. j. pro solu. l. ij.

y *Res fuerit.* i. non apprehensa per alium.

z *Contingeret.* nam licet tales non quærant: vt. ff. titu. j. l. j. §. furiosus. retinent tamen, vt hic, & j. proxi. §. & ff. titu. j. si id quod. §. j. & l. si is qui. & fa. j. pro emp. l. qui fundum. in prin. & j. eo. l. iusto. §. eum. & ff. de adqui. hære. l. si quis alicui.

a *Et possessio.* nunc respondet: & ita tenetur interdicto de precario: & quod vi aut clam: quemadmodum &c. q. d. sicut iusta nō mutatur, sic nec iniusta. & facit. ff. §. proxi.

b *Experimur.* s. nos curatores eius.

Per alium.

BIU Cujas

mine, quam ante furorem per se, vel post furorem per aliū [a] nactus est.

In vsucapione cœpta complenda computatur tempus quo post mortem vsucapientis possessio stetit vacua vel ante aditā hæreditatem vel post. Paul. de Cast.

¶ Vacuum [b] tempus, quod ante aditam [c] hæreditatem [d] vel post aditā [e] intercesit, ad vsucapionem hæredi procedit. [f]

Hæres vsucapit titulo quem habebat defunctus: licet ipse credat de alio titulo quàm re vera esset. Paul. de Cast. B

¶ Si defunctus emit: [g] hæres autem putat eum ex donationis causa possediſſe: vsu eū capturum [h] Iulianus ait.

Vitium furti purgatur, si fur domini voluntate habere incipiat. Paul. de Cast.

XXXII. POMPONIVS libro trigesimosecundo ad Sabinum.

SI fur rem furtiuam à domino emerit, & pro tradita habuerit: desinet eam pro furtiua possidere, [i] & incipiet pro suo possidere.

Qui putat se non posse vsucapere, cum possit, errando in iure: dicitur malæ fidei, C *& non vsucapit. Paul. de Cast.*

a *Per alium.* vt per seruum vel filium: per quos vsucapio quæritur ignoranti: vt. ſ. titu. j. l. iij. §. saltus. & l. quamuis. §. fina.

b *Vacuum.* quod fuit post mortem testatoris ante aditam hæreditatem. Accursius.

c *Aditam.* animo.

d *Hæreditatē.* quæ nō possidet: vt. j. ſi quis testa. li. l. j. §. Scæuola.

e *Post aditam.* ante apprehensam pos. vt supra ti. j. l. cum hęredes. & sic dicitur vacuum, propter pos. quæ apud neminem est.

f *Procedit.* vt finiatur: vt &. j. eod. l. cœptam. &. ſ. eod. l. rerū mixtura. §. Labeo. & argu. ſ. titu. j. l. j. §. per seruum. &. l. Pōponius. §. ſi is. non autem vt inchoetur: vt. ſ. eod. l. fine. & est hic ratio: vt infra de regu. iur. l. omnis.

g *Si defunctus emit.* & per traditionem ceperit à non domino.

h *Capturum.* titu. pro empto. argu. j. pro donato. l. fina. & etiā pro donato, si iustus sit error secundum Io. Sed quid si hæredi fuit facta traditio? Respō. cū ex causa solutionis datur, & accipitur, non nocet: ar. ſ. tit. ij. l. cū in corpus. Si verò vt cōtractus constitueretur, scilicet fiebat traditio, si alter intendens vendere, alter donatū accipere: tunc dissensus nocet. & facit infra eod. l. hæres eius. Accursius.

SI fur.] CASVS. Fur rem furtiuam à domino emit, & habuit eam pro derelicta. dicitur quòd desinit esse furtiua: & possidetur ea amodo pro suo. Secundo dicit: Possessor non credit sibi licere per leges vsucapere rem quam possidet: vt quia Iudæus non credit sibi licere per leges vsucapere rem quā possidet, puta seruum Iudaicum, quem possidebat. dicitur quòd hic error iuris nocet ei in vsuca. facienda. Tertio dicit: Incertam partem fundi nemo potest possidere. & ponit exemplum. Fran.

i *Possidere.* nō dicit vsucapere: quia sua est: vt. ſ. de rei vindi. l. hoc ſi res. nisi dicas contra eum qui haberet eam obligatam. & facit. j. l. proxi. §. quod vulgo. &. j. de fur. l. quāuis. &. j. de hæredi. instit. l. seruus alienus. §. qui fideicommissariam. Accur.

k *Possidet.* in veritate.

l *Vsucapere.* puta Iudæus possidet mancipium Iudaicum, qui non putat se posse vsucapere, sicut nec Christianum.

m *Erranti.* cum putaret sibi nō licere. ſ. vsucapere mancipium Iudaicum. & ad hoc. ſ. de leg. iij. l. j. in prin. &. ſ. eo. l. nunquam. D in prin. secus ſi in facto: vt. j. eo. l. iusto. §. filiusfamilias. quæ est contra. &. ſ. de iur. & fac. igno. l. regula. §. qui ignorauit. &. ſ. de adquir. hær. l. ſi quis extraneus. §. sciendū. quæ sunt cōtra. & probatur hæc distinctio. j. pro emp. l. ij. §. ſi à pupillo. Itē ar. cōtra. ſ. de peti. hære. l. sed & ſi lege. §. scire. vbi etiā qui in iure errat, est bonæ fidei. sed illud quo ad fructus, hoc quātum ad vsucapionē.

n *Mera.* vnde secus est de æquitate, secundū quosdam. hoc arg. non placet. & fallit. j. de iure do. l. ſi ego. §. j. in fi. Item nec quod dicit placet: vt. ſ. tit. j. l. iij. §. ij. &. l. locus. vbi sunt exēpla huius. §. sed pars quæ durat ab hoc puncto vsque ad illud, licet nesciatur quota pars sit fundi, bene possidetur. nam distincta ab aliquo, quasi per se fundus est: aliàs diceremus neminem in mundo possidere fundū vel agrum: cum nesciatur quota pars mundi sit fundus vel ager, siue quota pars huius regni. Accur.

Incerta pars rei alicuius possideri nō potest: & qualiter sint illa verba intelligenda.

NOn solum.] CASVS. Si quis emit ancillam furtiuam bona fide, siue alio iusto titulo cœpit eam habere, & hæc ancilla concepit & peperit apud bonæ fidei possessorem: possessor vsucapiet partū eius. [QVOD VVLGO.] Emi fundum à non domino sciens: & sic non possum vsucapere propter malam fidem. A nunc volo mutare qualitatem possidendi, volēs possidere istum eundem fundum titulo pro hærede, vel simili: & sic vsucapere: quæritur an possum? & dicitur quòd si nulla causa interueniat, nō possum mutare: & si aliqua causa extrinseca interueniat, possum mutare: vt si istum eundem fundum emi à vero domino, vel ab eo quem credebam dominū. vel si à domino sim hæres institus, vel bonorum pos. eius accepi: incipiā pro hærede possidere. Item si credam me hæredē institutum à domino, & habeam iustam causam hoc credendi. in his enim casib. vel efficior dominus, vel vsucapiā. Vltimo dicit de colono fundi, qui non potest sibi causam pos. mutare nulla extrinsecus accedente causa, cum nec pos. aliquā dicatur colonus habere. ſi autē causa extrinsec. interueniat, tunc incipiet possidere: veluti ſi mortuo domino fundi, emat istum fundum ab eo qui existimat se hęredem domini, vel bonorum possessorē, hoc enim casu incipiet colonus possidere pro emptore. [SI DOMINVS.] Existēs in fundo meo vidi homines armatos timens ne venirent ad me, fugi: non tamen venerūt ad fundum. dicitur q. possess. fundi amitto: & qui bona fide incipiet possidere, præscribet fundum. [SI MIHI.] Dic primo in genere. Secundo in specie. Si promiseras mihi fundum, & cessisti mihi eius possess. & in solutum accepi: cum fundus iste non fuerit tuus, præscribam. Vel aliter vt in glo. quæ incipit, videtur &c. [QVI PIGNORI.] Rem quandam vsucapiebam. eam tibi obligo. dicitur quòd adhuc procedo in vsucap. donec hæc res stat penes creditorem. ſi autem creditor alij tradat hanc rem, & suo nomine, amodo interrumpitur vsucapio: perinde ac ſi deposuiſſem hanc rem vel commodaſſem, & depositarius hanc rem alij traderet suo nomine. nam & hoc casu interpellabitur vsucapio mea. Si autem hanc rem obligaui & non tradidi, in vsucapione procedam, etiam ſi creditor hanc rem alij tradiderit, cum possessionē non potuerit tradere: cum eam nō habeat. [SI REM TVAM.] Possidebam rem tuam, & bona fide: tandem obligaui eam tibi ignoranti tuam esse. an procedam in vsucap. quæritur? & distinguitur. nam aut tradidi tibi: & tunc non procedam. aut non tradidi, sed simpliciter obligaui: & tunc procedo: & quæ sit ratio diuersitatis inter hos duos casus, dic vt in glo. [SI REM PIGNORI.] Rem quam possidebam bona fide, obligaui tibi, & tradidi. postea seruus tuus subripuit eam tibi. dicitur quòd non interrumpitur vsucapio mea. idem & ſi seruus meus tibi eam subripuit. & reddit rationem. idem ſi tu creditor concessisti mihi eam rem precario, & seruus meus eam à me subripuit. idem & ſi conduxeram eam ré à te. idem ſi eā conduxi à te, & eam tecum habui precario simul. Fra.

¶ Si quis id quod possidet, [k] nō putat sibi per leges licere vsucapere: [l] dicendum est, etiam ſi erret, nō procedere tamen eius vsucapionem: vel quia non bona fide videatur possidere, vel quia in iure erranti [m] non procedat vsucapio. ¶ Incertā partē possidere nemo potest: ideo ſi plures sint in fundo, qui ignorent quotam quisque partem possideat: neminem eorum mera [n] subtilitate possidere, Labeo scribit.

Quilibet bonæ fidei possessor cum titulo vsucapit partum ancillæ furtiuæ apud se conceptum & editum. Bar.

XXXIII. IVLIANVS libro quadragesimoquarto Digestorum.

NOn solùm bonæ fidei emptores, [o] sed & omnes qui possident [p] ex ea causa [q] quam vsucapio sequi solet: [r] partum [s] ancillæ [t] furtiuæ vsu suum faciunt. ídque ratione iuris introductum arbitror. Nam ex qua causa [u] quis ancillam vsucaperet, nisi lex duodecim tabularum, vel Atinia [x] obstaret: ex ea causa necesse est partum

o *Emptores.* ancillæ furtiuæ.

p *Possident.* matres.

q *Causa.* id est titulo & bona fide.

r *Solet.* vt ex donatione vel quolibet alio titu. & dic, possident ancillam.

s *Partum.* nunc respondet.

t *Ancillæ.* quam & ipſi possident: sed non eod. tit. quo matrem: vt de his plene no. ſ. de Publicia. l. ſi ego. §. partus. vbi titulo pro suo vsucapitur partus.

u *Ex qua causa.* vt titulo & bona fide. Accursius.

x *Atinia.* vt insti. de vsuca. §. furtiuæ. & fa. infra pro emp. l. seruus domino.

BIU Cujas

a *Eum.* emptorem, vel id est habentem alio titulo matrem.
b *Quod vulgo respondetur.* vt. C. de adquir. pos. l. cum nemo. vbi plene dixi.
c *Verum est.* id est sic per exemplum intelligenda est.
d *Non possidere.* vel detinere tantum: vt habeat locum quòd de colono infra dicit. &. j. pro hærede. l. ij. & sic nō vsucapere, & dic cū titu. vel sine.
e *Causa.* per vsucapionem.
f *Probari posse.* s. non directo, sed per exēpla ducta in contrarium.
g *Pro possessore.* vt impediatur vsucapio: nō vt talis possessor directa petit. hęredi. teneatur: vt. s. de peti. hæredi. l. nec vllam. §. si quis sciens. quæ est contra.
h *Mutasse.* licet mutata sit: quia extrinseca causa superuenit: vt. s. titu. j. l. iij. §. illud.
i *Eum dominū.* ergo si habuit malā fidē, videtur mutare: & sic sunt hæc exempla, sed per obliquum. Accur.
k *Incipiet.* qui ante pō possessore possidet.
l *Fundum pro hærede.* scilicet tit. & etiā vsucapit propter iustū errorem, licet nō sit hæres: vt. s. eo. l. Celsus.
m *Habuerit.* s. emptor malæ fidei. s. quòd possidens mala fide nō possit mutare causam pos. nisi extrīseca aduenīat: quanto magis &c.
n *Recipienda sunt.* vt non possit sibi mutare causam possessionis.
o *Vllam possessionem.* iustam vel iniustam ciuilem, sed naturalē sic, secundum quosdā. pro eis. j. pro hęrede. l. ij. §. j. &. s. communi diui. l. cōmuni diui. §. neque. Tu dic nullam, scilicet neq; naturalē, neq; ciuilē. & facit. j. de precario. l. certe. §. Iulianus. &. l. proxi. in prin.
p *Atque ideo.* quia scilicet vidit homines armatos.
q *Vi deiectus videtur.* vt amittat pos. & desinat vsucapere: nō verò vt habeat act. qđ me. cau. vt. s. quod me. causa. l. metū. in prin. quæ est contra. nec habet locum vnde vi: vt infra de vi & vi arma. l. iij. §. si quis autē. quæ est contra. & ibi plene dices. Accursius.
r *Vsucapitur.* vt &. s. eod. l. sequitur. §. si tu.
s *Ea.* scilicet prædia.
t *Quæ vi.* ablatiua vel expulsiua, non compulsiua: vt. C. quod me. cau. l. si vi.
u *Iustam habebo.* ti. pro soluto.
x *Sed & is.* videtur idē repetere: quare dic quòd primo in genere, secundo exemplificatiue. vel primo de aliis: secundo speciāliter de actione ex stipulatu, de qua erat dubium, cum esset stricti iuris. Vel primo erat debitum vere: secundo non, sed credebatur

vsucapi; si apud eum[a] conceptus & editus eo tempore fuerit, quo furtiuam esse matrem eius ignorabat.

Nemo potest causam suæ possessionis mutare, nisi superueniat causa extrinsecus iusta, & vera, vel putatiua.

¶ Quod vulgò respondetur,[b] ipsum sibi causam possessionis mutare non posse: totiens verum est,[c] quotiens quis sciret se bona fide [ab initio] non possidere,[d] & lucri faciendi causa[e] inciperet possidere: idque per hæc [quoque] probari posse:[f] si quis emerit fundum sciēs ab eo cuius non erat; possidebit pro possessore.[g] sed si eūdē à domino emerit, incipiet pro emptore possidere: nec videbit sibi ipse causam possessionis mutasse.[h] Idémque iuris erit etiam si à nō domino emerit, cùm existimaret eum dominum[i] esse. Idem hic si à domino hæres institutus fuerit, vel bonorū eius possessionem acceperit: incipiet[k] fundum pro hærede[l] possidere. Hoc amplius, si iustam causam habuerit[m] existimandi se hęredem, vel bonorū possessorem domino extitisse: fundum pro hęrede possidebit, nec causam possessionis sibi mutare videbitur. Cùm hæc igitur recipiantur in eius persona, qui possessionem habet: quanto magis in colono recipiēda sunt,[n] qui nec viuo, nec mortuo domino vllam possessionem[o] habet? Et certè si colonus mortuo domino emerit fundum ab eo qui existimabat se hæredem eius, vel bonorum possessorem esse: incipiet pro emptore possidere.

Non sufficit quē deiectum esse, nisi prædium sit vi possessum. Bart.

¶ Si dominus fundi homines armatos venientes existimauerit, atque ideo[p] * profugerit: quā-

A ex stipulatu deberi: vt. j. tit. j. l. j. Non autē dicas in aliquo quod peterem act. reali: quia tunc aut essem dominus, & non vsucaperem: vt. s. eo. l. sequitur. §. Iana. aut tradens, & non ego: nec tunc vsucaperem: cum is vt meam, non vt suam tradat: vt. s. de cōdic. ob cau. l. iij. §. subtilius. aut neutrius, & tunc idem: quia qui non trāsfert dominiū, cum est dominus, nec causam vsucapiendi parat, eū non est dominus: licet illa regula fallat. j. pro emp. l. ij. §. si à furioso. & de hoc dic vt supra titu. j. l. Pomponius. §. si liber. &. §. si iussu. Item secundum hoc non est contra. s. eo. l. cum solus. nam & ibi agebatur rei vindicatione, seu petitione hæreditatis, quæ est in rem: nec causam habebat à tradente: hic personaliter. quāquā posset dici q̄ ibi non impeditur alia vsucapio nisi pro hęrede. Alij dicunt q̄ ibi loquitur in causa lucratiua, hic in non lucratiua: quod nō placet, quia & hic forte causa lucratiua erat: puta ex causa legati. alij quòd ibi speciale. quod non placet.
y *A quo.* personaliter obligato.
z *Apud creditorem est.* vt &. s. eod. l. serui nomine. Accursius.
a *Tradiderit.* scilicet suo nomine: vt trāsferat poss. in accipiente, puta vendendo: secus si suo creditori obliget, & etiam tradat.
b *Vsucapio.* scilicet debitoris.
c *Et quantum.* nō ergo quo ad alia: & sic non quo ad pos. ergo iste scilicet debitor nullo modo possidet, licet fingatur quo ad vsucapio. sed commodator vel deponens bene possidet. s. depositi. l. licet. §. rei. Accursius.
d *Similis.* s. debitor.
e *Acceperit.* vt &. s. eod. l. iij. §. quòd si seruus. Sed contra. s. tit. j. l. qui vniuersas. §. fina. Solu. vt ibi. Item contra. C. de adquiré. pos. l. fin. in fin sed aliud est tradere, vt hic: aliud est pdere, vel derelinquere: vt ibi. Item arg. cōtra. s. de bon. poss. l. tutor. & de rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt. l. si fundus. §. quamquam. & de succes. edi. l. j. §. vnusquisque.
f *Contraxerit.* & sic apud debitorem res stetit.
g *Perseuerabit.* etiā si creditor alij tradat: quia nec potest. s. creditor transferre poss. cum non habeat.
h *Desino vsucapere.* quia & possidere.
i *Contrahere.* vt supra eod. l. ei à quo. & infra de reg. iur. l. neque pignus. & aperit hanc rationem: quia per te volui possidere, sicut per creditorem cui pignus tradidissem. sed pignus nullum: possessio ergo nulla retinetur: plane amittere possessionem potui: quod nolui. Accursius.

Traditio facta ab eo qui conuenitur actione personali: præstat iustam causam vsucapiendi. Bartolus.

¶ Si mihi Titius, à quo fundum petere volebā, possessione cesserit: vsucapionis causam iustā habebo.[u] Sed & is[x] à quo[y] ex stipulatu fundum petere volebam: cedendo mihi possessione, si soluendi causa id fecerit, eoipso efficiet vt fundum longo tempore capiam.

Per creditorem cui res traditur, debitor vsucapit. quæ vsucapio interrumpitur si per creditorem possessio in alium transferatur. Bartolus.

¶ Qui pignori rem dat: vsucapit quamdiu res apud creditorem est.[z] [Sed] si creditor eius possessionem alij tradiderit,[a] interpellabitur vsucapio.[b] & quantum[c] ad vsucapionem attinet, similis[d] est ei qui quid deposuit, vel commodauit: quos palam est desinere vsucapere, si commodata vel deposita res alij tradita fuerit ab eo qui commodatum vel depositum acceperit.[e] Planè si creditor nuda conuentione hypothecā cōtraxerit[f]: vsucapere debitor perseuerabit.[g]

Rei propriæ nō consistit pignus: & si tali creditori traditur, vsucapio interrumpitur, siue sit tradita vere, siue ficte. Bart.

¶ Si rem tuam,† cum bona fide possiderem, pignori tibi dē, ignoranti tuam esse: desino vsucapere:[h] quia nō intelligitur quis suæ rei pignus cōtrahere.[i] at si nuda conuentione pignus

† *Et ratio huius. §. est, quia pignus & dominiū nō cōcurrūt. not. Spec. in ti. de cessione act. §. I. versi. sed quid si cessi. & versi. sed pone, hæ beo. & in tit. de locat. §. 6. versi. 45.*

BIU Cujas

a *Videbitur.* Not. eandem rationem ad oppositos casus. & sic est argu. contra. C. de consti. pe. l. finali. sed dic quòd hic non desino possidere: sed superiori casu sic. Item ibi licet nó de iure: de facto tamen contractum est pignus. & facit supra de pignora. actio. l. si rem alienam.

b *Non subuertit.* vt & supra titu. j. l. si de eo. in princi. & l. rem quę. & l. si ré. sed nonne incidit in vitium furti? Rñ. vtique, quia hoc fieret etiam si esset dominus rei subtractæ: vt institu. de oblig. ex de. §. hi qui. cur ergo non interpellatur vsucapio? Respon. quia iam erat cœpta: & ideo non interpellaꝫ ex posteriori facto.

c *Desinat.* Ergo possidet.

d *Obtinebitur.* scilicet vt vsucapio non interrũpatur: cum hic qualitercũq; teneatur debitor. Accursius.

e *Eius.* scilicet debitoris.

f *Possidet enim hoc casu.* vt. ff. de pigno. act. l. si pignus. Accursius.

g *Liceat.* id est vt sit in possessione. nam si precario rogaret vt possideret, & postea conduceret, vel econtra: per vltimum tollitur primum: vt. ff. de adqui. poss. l. si quis ante.

Si seruus.]CASVS. Seruus tuus nó habens liberã peculij administrationem, vẽdidit mihi rem peculiarem, & tradidit, credẽs de tua volũtate hoc facere: & etiam ego emptor credebam. dicitur quòd istam rem possum vsucapere. vel potes aliter ponere casum vt in glos. Frã. Ac.

cõtractum fuerit, nihilo minus vsucapiam: quia hoc quoque modo nullum pignus contractum videbitur. [a]

Si seruus debitoris vel creditoris subripiat rem pignori traditam: vsucapio non interpellatur, siue sit tradita vere, siue ficte. Bartolus.

¶ Si rem pignori datam creditoris seruus subripuerit, cum eã creditor possideret: non interpellabitur vsucapio debitoris: quia seruus dominum suũ possessione non subuertit. [b] Sed et si debitoris seruus subripuerit: quamuis creditor possidere desinat, [c] tamẽ debitori vsucapio durat: non secus ac si eã creditor debitori tradidisset. Nam quantum ad vsucapiones attinet, serui subtrahendo res, non faciunt deteriorem dominorũ conditionem. Facilius obtinebitur, [d] si precario possidente debitore, seru⁹ eius [e] subripuerit, [vel cú ex conductione possideret.] nam conductio idem præstat, quod si apud creditorem res esset. possidet enim hoc casu [f] creditor. Sed & si vtrumque interceſſerit, & precarij rogatio, & conductio: intelligitur creditor possidere. & precarij rogatio non in hoc interponitur, vt debitor possessionẽ habeat, sed vt ei tenere rẽ liceat. [g]

XXXIIII. ALFENVS VARVS libro primo Digestorum à Paulo epitomatorum.

Si seruus habens liberam administrationem peculij: vel expressam domini voluntatem, aliàs re vitiosa facta non procederet vsucap. vt. C. quod cum eo. l. si liberã. & ff. de diuer. præscrip. l. in vsu. §. sed si ante. & dicas quòd res non erat peculij: sed forte seruus emerat à non domino: alioquin si esset de peculio, statim fieret emptoris: vt. d. l. si liberam. vel dic quòd non habet liberam, sed credit cum voluntate domini facere: & emptor credit idem: & sic non incidit res in vitium furti: aliàs contra: vt. ff. de furt. interdum. §. cum aũtem.

Si homo.]CASVS. Titius fecit testamentum, & in eo instituit me hæredẽ, & Seio legauit vsumfru. serui. hic seru⁹ postea subripitur. queritur an possit vsucapi si aliquis emat eum à nó domino: & distingue tria tempora. Primum ante apprehensam possess. serui per hæredem vel fructuarium, & ante satisdationem à fructuario prestitam: & si hoc tempore subripiatur, nõ fit furtiuus: & vsucapi non poterit. Secundum tempus est postquam fructuarius satisdedit de custodia rei; & tũc si subripitur seruus, efficitur furtiuus, nec poterit vsucapi. & dic de hoc vt in glos. Tertium tempus est postquam fructuarius apprehendit poss. serui naturalem, & sic videtur habere ciuilem: & tunc si subripitur, efficitur furtiuus: & tam hæres quàm fructuarius possunt agere furti. & sic seruus vsucapibilis non est. Franciscus.

i *Si homo.* seruus.

k *Legatus erat.* subaudi, Titio.

l *Non haberet.* quia nunquam poss. habuit: vel quia non adiuit hæreditatem: vel si adiuit, tamen non possedit: sed crimine expi. hære. agere potest: vt. j. de fur. l. hæreditariæ. & de crimi. expi. hære. l. ij. §. apparet. & ff. de præscrip. ver. l. si gratuitam. §. fi.

m *Agi possit.* contra extraneum. secus si contra dominũ, scilicet potest agi furti: vt supra eod. l. sequitur. §. si rem. sed vtrunque istorum est falsum: nam domino subripiente, & extraneo opem præstante, agitur furti contra extraneum: & tamen res non est furtiua. Item extraneo subripiente, & re mihi restituta desinit esse furtiua, & tamen furti actio durat: nec de hoc dubium est, dicas ergo verum quod Sabi. ait cum extraneꝰ subripit, nec restituit. Azo.

n *Quod sic accipiendum.* vt possit agere furti fructuarius.

o *Vt.* id est postquã. Accursius.

p *Possit vti frui.* sed quando potest? Respõ. adita hæreditate. & tũc cur magis agit quàm hæres: nam & hæredi interest ratione dominij? Respon. quòd dicitur, vti possit, dicta fuit propter satisdationem de custodia rei & salute. nam antequam eam scilicet satisdationem præstet, frui non potest: vt supra de vsufru. leg. l. vxori. post. vero frui potest: & ei interest eius: & non solum ratione iuris, sed etiam custodiæ: quia domino ꝓ custodia tenetur, vnde furti agit. dominus vero nullã ad custodiam tenetur. Sed quomodo tenetur scilicet fructuarius cum nondum possedit? Respon. quia per eum stetit quo minus possidere sciperet: vt. ff. de hered. ven. l. ij. §. peruenisse. & §. illud. secundum Azo. Vel dic secundum Io. & dominum agere ratione dominij nudi: aliter ratione seruitutis: vt. ff. de fur. l. his casibus. Nec ob. quòd non possedit: quia & hoc aliàs contingit ratione iuris: vt infra de fur. l. si is qui rem. in princi. & quod in principio dixit, non habet: dic ratione plenj dominij.

q *Aliter enim.* id est nisi dies cesserit, & satisfecerit.

r *Causam.* scilicet furti.

s *Ipse.* gratia naturalis poss.

t *Poterit.* vt & infra de fur. inter omnes. §. si seruus. & est ratio: quia per fructuarium possidentem naturaliter hæres possidet, & ciuiliter. sed hoc quomodo, cum sibi tantum naturaliter fructuarius possidet? Dic ergo satis esse quòd non possidetur ab aliquo, etsi non à se: secus si à nemine: vt infra si quis testa. l. esse iust. fuc. l. j. §. Scæuola. & infra de fur. l. hæreditariæ. fructuarius tamen quia sua interest ratione iuris & custodiæ, agit etiam si à nemine possidebatur cum sibi fuerit subrepta. & fa. j. de vi & vi ar. l. iij. §. pe. & ff. de vsufru. l. si fur.

t *Poterit.* subaudi, apprehensa sua poss. ciuili. Si autem vsufructuarius non apprehenderet suam naturalem, nec hæres suam ciuilem: agere non possent: vt in princi. legis.

Potest.]CASVS. Aliquando euenit quòd quis credit rem suam, iusto errore ductus, & eam tanquam suam vendit, vel donat, cum in veritate sit aliena. & sic bonæ fi. poss. eam vsucapiet: vt puta si hæres rem defuncto commodatam vel depositam, credens hæreditariam, eam vendit vel donat: vel si quis credens se hæredem, cum non sit, hæreditariam rem vendit: vel si quis habens vsumfru. ancillæ, credit partum eius esse

SI seruus [h] insciente domino rem peculiarem vendidisset, emptorem vsucapere posse.

Crimen expilatæ hæreditatis inusucapibilem rem facit: secus in furto commisso aduersus fructuarium vel hæredẽ. Bar.

XXXV. IVLIANVS libro tertio ad Vrseium Ferocem.

SI homo [i] †cuius vsusfructus legatus erat, [k] ab hærede nũquam possessus, subreptus fuisset: quæsitũ est, quia hæres furti actionem non haberet, [l] an vsucapi possit. Sabinus respondit nullam eius rei vsucapionẽ esse, cuius nomine furti agi possit: [m] agere autẽ furti eum, qui frui deberet* possessione. quod sic accipiendum [n] est, vt [o] fructuarius possit vti frui. [p] aliter enim [q] homo in eam causam [r] * non perduceretur. Sed si vtenti iam & fruẽti abductus homo fuerit: non solùm ipse, [s] sed etiã hæres furti agere poterit. [t]

Error iuris, qui est in persona tradentis, vsucapionem non imped. t. Pau. de Cast.

XXXVI. CELSVS libro secundo Rerum cottidianarum sine aureorũ.

POtest pluribus modis accidere vt quis rem alienam aliquo errore deceptus tanquã suam vẽdat fortè, aut donet, & ob id à bonæ fidei possessore res vsucapi possit: veluti si hæres rem defuncto commodatã, aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hæredi-

in fructu: & sic suum esse credit. nam possessor vsucapere poterit has res: nec dicitur fieri furtum, cum non sit affectus furandi. &. h. d. hæc. l. cum prin. sequen. Franciscus.

a *Alienauerit.* vt instit. eo. §. sed tamen. &. ſ. manda. l. mandatum. & idem in similibus vbi iustus est error: vt. ſ. manda. l. mandatum. Sed nũquid ipse hæres per se vsucapiet? Respon. non: quia personali actione tenetur, sed nulla est ratio: vt. ſ. e. l. pignori. §. fi. sed ea ratio est: quia videtur non bonam fidem habere: cũ in eius locum successit qui bonam fidem non habebat: non dico malam: vt. j. de diuer. præscrip. l. cum hæres. & fa. ſ. de adqui. hære. l. cum quidam. §. quòd si ipse. Itẽ nonne poss. deponens, & si alij tradita sit, retinet? Respon. non: vt. ſ. eo. l. non solum. §. qui pignori. & ſ. titu. j. l. ij. §. quòd si seruꝰ. maxime rei mobilis. Ac.

b *Crediderit.* Vt si quis sit instit. hæres, & postea sit mutatum testamentum. Accursius.

c *Existimans.* scilicet errore iuris. & sic est contra. ſ. l. nũquam. in prin. Sol. ſ. loquitur de eo qui per errorem iuris credit titulum emptionis iustum esse, cũ ipso iure nullus sit: hic loquitur de illo qui erat in facto, quia credebat fructuariũ proprietarium esse: vel hic non fuit error ex parte accipientis. Vel dic vt ibi.

d *Quia.* hac similitudine, quia &c.

Flo. Quia

Furtum.] CASVS in. §. fũdi quoque. Possum aliquãdo possidendi alieni adquirere sine vi: vt cum dominꝰ eam respuit: vel decessit dominus absque successore: vel si tradidit eam dominus obliuioni ex longa absentia: & hanc possego intraui. nam adquiro eam, non tamen possum vsucapere, cum scio alienũ fundum me possidere: tamen si alij tradam bona fide accipienti ex causa venditionis, vel simili: poterit ille cui trado, vsucapere: nec dicitur hic fundus furtiuus, cum loci siue fundi non possit fieri furtum. & hoc dicit hic. §. cum. l. seq. Franciscus.

e *Non committitur.* nisi vt. ſ. de cõdic. ob cau. l. cum seruus. &. j. de fur. l. qui saccum. &. l. fullo. §. qui ancillam.

f *Ex negligentia.* vera, vt quia possessionem respuit &c.

g *Decesserit.* vel etiam cum successore, sed hæreditatem non adiuit: vel si adiuit, possessionem non apprehendit: vt. ſ. titu. j. l. cum hæredes. Accursius.

h *Vel longo.* id est ex obliuione, quæ ex longa absentia prouenire præsumitur: vt. ſ. titu. j. l. ſi id quod. j. respon. &. l. peregrè. in princ. & ad hoc. ſ. de damno infec. l. ſi finita. §. non autem statim. Tempus autem solum non sufficit: vt. ſ. quibus mo. vsusfruct. amit. l. si mulieri. Alij dicunt solo tempore amitti: vt arg. ſ. de vsufruct. l. arboribus. §. de illo. Item longo accipe quantum iudici videbitur: per quod obliuio inducitur: arg. instit. de obli. quæ ex quasi delic. nascun. §. j. non autem longum, vel. x. vel. xx. an. & facit instit. eo. §. quod autem. Accursius.

i *Abfuerit.* à fundo.

Vare. *Tradiderit.* illi qui sine vi nactus fuerit possessionẽ.

l *Vsucapere.* vel pro donato, vel pro emptore, vel pro soluto: si ex his causis fuerit tradita.

m *Locíve.* & ita rei immobilis.

n *Fieri.* & ideo præscribitur, sed hodie cõtra: vt in auth. vt spõsa. lar. §. rursus. Ac.

o *Sí solum. Nõ poterit.* p vim primo occupatũ, & postea inẽdificatum. Azo. Vel quia dotale, vel quia possessor habebat malã fidẽ: vt. ſ. l. proxi. vel nõ habebat nec possidebat.

p *Nec superficies.* cũ solo, puta domus, ineſt enim sibi: sed ipsa p se quãdoq; potest: vt. ſ. e. l. rerum mixtura. §. Labeo. & ecõtra si solum potest, nõ tamẽ superficies potest p se: vt. ſ. eo. l. cũ qui. sed cũ solo potest cedere ei. sic & ſ. eo. l. si aliena. §. j.

q *Coeptam.* secus si non cœptã: vt. j. l. fi. §. fi. & facit. ſ. eo. l. nũquam. §. vacuũ. &. j. pro empt. l. qui cũ. in fi. &. l. qui fundũ. in prin. &. ſ. ex quib. cau. ma. l. cũ miles. &. ſ. de leg. j. l. legatũ est. §. seruo. &. ſ. titu. j. l. hæreditas. &. j. eo. l. iusto. §. nõdũ. Ac.

r *Constitutum est.* quia hæreditas fungitur vice personæ: vt. ſ. eodẽ. l. hæres & hæreditas. & l. nunquam. ij. §. vacuũ.

Sí rẽ.] C A. Res mihi subrepta est: tandẽ peruenit hęc res ad pcuratorẽ meũ: nũquid desiit esse vitiosa, quæritur. Et dicitur q nõ. nã licet aliàs per pcuratorẽ mihi quæratur possessio etiã ignoranti: tñ res mihi subrepta nõ videtur in meã potestatẽ venire quo ad hoc vt desinat esse vitiosa, licet pueniat ad meũ procuratorem me ignorante. & reddit de hoc rationem. Fran.

** Flo. apisci*

† *Lex ista cõcor. ad id quod voluit gl. in. c. i. §. volẽs itaq;. versi. exceptis illis. de colla. in Prag. sanc. in verbo, tolerandas. ad medũ. Possessio an possit p generalem pcuratorem adquiri.*

f *Procurator.* generalis, non ad hoc specialis. Alioquin nulla esset captio, secundum Io. & ita lex ista est pro nobis qui dicimus per generalem adquiri possessionem, in eo quod dicitur, quãuis per procuratorem &c. licet R. distinguat inter generalẽ & specialem: vt no. ſ. titu. j. l. j. §. per procuratorem.

t *Procuratorem.* etiam generalem: arg. contra. ſ. de adquir. hære. l. si quis mihi bona. §. sed vtrum.

u *Fere.* quia si suo nomine nactus est possessionem, non adquirit nobis: niſi tradens hoc velit: vt. ſ. de dona. l. qui mihi.

x *Nihilo magis.* i. non ideo magis. Accursius.

y *Vsuq;.* repete, nihilo magis.

z *Capi posse.* quia dominum scire oportet se possessionem habere: vt. ſ. eo. l. sequitur. §. tunc.

a *Statui.* i. si diceremus q in meã potestatem rediisset. Ac.

b *Captiosum erit.* colludentibus procuratoribus & paciscentibus cum furibus. Et not. quòd captio cuitatur. sic. ſ. quod met. cau. l. si cum. §. aliquando.

Captio vitanda est.

Cvm vir.] C A. Si vir fundũ dotalem vendidit, nõ valet vẽditio. sed si mulier decedat in matrimonio, & vir lucretur dotẽ ex forma pacti initi inter eos: cõfirmat vẽditio. idẽ est si rẽ furtiuã vendidi, tandẽ successi dño rei: nã cõfirmat venditio. Frã. Ac.

c *Dotale.* prædium dotale dicitur datum inæstimatum: vt. C.

Q de rei

Vt si quis aliqua existimatione deceptus crediderit b ad se hæreditatem pertinere, quæ ad eum non pertineat: & rem hæreditariam alienauerit, aut si is ad quẽ vsusfructus ancillæ ptinet, partum eius existimans c suum esse (quia d & fœtꝰ pecudũ ad fructuarium pertinet) alienauerit:

Si res cuius possessio ciuilis & naturalis vacat, clandestinè occupetur, non efficitur per hoc vitiosa vitio reali, sed personali: & ideo licet occupans non possit vsucapere, vel præscribere, propter suam malam fidem: per alium tamen bonæ fidei possessorem cum titu. poterit præscribi. & dicitur vacare ciuilis vel naturalis, vel per negligentiam commissam in recuperando naturalem: vel quia possessor decessit sine hærede: vel per obliuionem quæ inducitur per lapsum longi temporis. h. d.

XXXVII. IDEM libro secundo Institutionum.

FVrtum nõ cõmittitur. Furtum enim sine affectu furandi non committitur. e FFundi quoque alieni potest aliquis sine vi nasci possessionem, quæ vel ex negligentia f domini vacet, vel quia dominus sine successore decesserit, g vel longo h tempore abfuerit. i

XXXVIII. IDEM libro secundo Rerum cottidianarum sine aureorũ.

QVare * ipse quidem non potest vsucapere: quia intelligit alienum se possidere, & ob id mala fide possidet. Sed si alij bona fide accipienti tradiderit, k poterit is vsucapere: l quia nec vi possessũ, nec furtiuum possidet. Abolita est enim quorundam veterum sententia, existimantium etiam fundi locíve m furtum fieri. n

Pone hic casum, quòd quis occupauit solum per vim: postea ibi ipse vel alius ædificauit: deinde ad te peruenit solum & superficies bona fide & titulo. certum est quòd solum non potes præscribere: quia est affectũ vitio reali. an saltem ædificium? & dicitur quòd non: intelligo verum respectu directi dominii: sed respectu vtilis, si possedit tanquam superficiarius, videtur secus. Pau. de Cast.

XXXIX. MARCIANVS libro tertio Institutionum.

SI solum o vsucapi non potest: nec superficies p vsucapietur.

Per hæreditatem iacentem vsucapio cœpta per defunctum potest compleri, & sine possessione. Pau.

XL. NERATIVS libro quinto Regularum.

COeptam q vsucapionem à defuncto posse & ante aditam hæreditatem impleri, constitutum est. r

Vitium furti, vel violentiæ, non purgatur, licet res veniat in potestatem procuratoris. Pau. de Cast.

XLI. IDEM libro septimo Membranarum.

SI rem subreptam mihi procurator s meus adprehendit: quãuis per procuratorem t possessionem adipisci* nos, iam ferè u conueniat: nihilo magis x eã in potestatem meam rediisse, vsuq́ue y capi posse z existimandum est: quia contra statui, a captiosum erit. b

Si venditor succedat domino rei furtiuæ vel dotalis: vitium reale purgatur. Bar.

XLII. PAPINIANVS libro tertio Quæstionum.

CVm vir † prædium dotale c vendidit scienti vel igno-

de rei vxo.act.l.vnica.§.penultimo.

a *Non valet.*vt institu.qui.ali.li.in principio.

b *Quam.*scilicet venditionem.

c *Conuenit.*inter sapientes.& tunc verbum conuenit,est præteritum.vel dic ꝙ sit presentis temporis,id est conueniens est.Sed contra.j. de regu. iur. quod in initio.&.l.qui ab initio. Sed dic non conualescit solo tempore,vt ibi:sed alio cooperante sic,vt hic:vel non conualescit de rigore, vt ibi : sed de æquitate ope exceptionis sic,vt hic.Ité cótra C.de cap.l.nec nos.Solu.quòd ibi dicit non obesse quod fecit cum non erat dominus,scilicet quo minus sit hęres : obest tamen vt à vindicando except.repellatur. Item cótra.ff. qui & à qui.l. si seruo. Solu.secundum quosdam aliud in libertate: pro qua si eam dat,nó obligatur : aliud in his cótractibus. vel dic vt ibi.Item argumen.cótra.ff.de hære.institu.l. si alienum.j.respon.

** Flo.alienum*
** Flo. continuatione*

d *Si tota.* maxime, qa idé si solũ illũ fundum esset lucratus.aliàs si lucretur vir doté ex pacto, ex persona mulieris posset vindicare:nó sua:cum contra suũ factum venire nó possit: vt.C. de reuo. dona.l. cum profitearis. sed & tunc.s.si agetur ex persona mulieris, posset exceptióe repelli: vt.ff. de euic.l. vindicátem. Accursius.

e *Extitit.* vt confirmetur,non ꝙ statim sit emptor dñs:sed forte desinit esse vitiosa. & facit.ff.de contrahen.empt.l.si in emptione.§. item si emptor.

† *Scribẽtes hic istũ textreputant sing.ad hoc propo.quòd et si adquiratur nobis p illũ quem credimus seruum esse nostrũ, qui in veritate non est, & p liberũ hominẽ quem bona fide possidemus: vt instit. per quas perso. no.adqui. §.item placet. tamen secus in eo quem credimus filium, & non est. & ex hoc optime probãt diuersitatis rationes.Bolo.*

Hæres.]*CASVS.* Si Titius emit rem alienam bona fide,& decesit:& tandem tradita est eius hæredi scienti alienam: dicitur ꝙ hic hæres non vsucapiet.secus autem est si Titio tradita est,& tandem peruenit ad eius hæredẽ.nam mala fides hæredis non impediet vsuca.cœptam à defuncto. [*PATREM.*] Si mandante patre filius emit rem alienam, siue pater sciat rem alienam,siue filius : impeditur vsucapio.Fran.Accursius.

f *Hæres eius.*emptoris.

g *Ipsi.*hæredi.

h *Tradita sit.*secus si defuncto,quãuis ipse malæ fidei sit : vt.j. pro emp.l.ij.§.si defunctus.&.ff.de Publi.l.eũ qui.§.in hac.& hic subiicit.cui est contra.ff.titu.j.l. Pomponius.in fi. quia requiritur bona fides tempore emptionis,& traditionis.

i *Scientia.* re tradita defuncto. vel dic scientia,id est propter hæredis scientiam.

k *Propter suam.*scilicet patris.

l *Scientiam.*si mandante patre.s.filius emit nomine suo, vtriusque scientia nocet:vt hic. Item si patris nomine,id est,si tépore contractus sciuit vterque vel alter : vt hic,&.j.pro empt.l.ij.§. Celsus.in fi.§. superueniens enim scientia patris non nocet. Sed quidam hunc casum non approbant : quia filij scientia non nocet,sed tantum patris ad vsuca.argu.j.pro emp.l.ij.§.Celsus.circa prin.In seruo dic vt.ff.de ædil.edic.l. cum mancipiũ.& sic ad hoc facit.ff.de cótrahen.emp.l.in huiusmodi.&.j.pro emp.l.ij.§. si seruus.&.§.sequen.&.ff.de li.cau.l.immo.§.fin. Sed argu.contra.ff.de iur.& fa.igno.l.iniquissimum.

Vsto.]*CASVS.* Arrogaui Titium in filium meum non præsente principe:& sic arrogatio non tenet.nũquid per istũ Titium adquiritur mihi ex re mea?dicitur ꝙ non:licet secus si liberum hominem emam tanquam seruum:nam per eum mihi quæranti rẽ dotis esse,venditio non valet: [a] quam [b] defuncta postea muliere in matrimonio confirmari conuenit, [c] si tota [d] dos lucro mariti cesit.Idem iuris est cùm is qui rem furtiuam vendidit,postea domino hæres extitit. [e]

In vsucapione inchoanda per hæredem, mala fides eius nocet. secus in inchoata per defunctum.Pau.de Cast.

XLIII. IDEM libro vicesimo-secundo Quæstionum.

HAeres eius [f] qui bona fide rem emit, vsu non capiet sciens alienam:* si modò ipsi [g] possessio tradita sit: [h] continuatio* verò non impedietur hæredis scientia. [i]

In quæsitis per filiumfa.tam mala fides eius,quàm etiam patris impedit vsucapionẽ inchoari.Pau.de Cast.

℣ Patrem vsu nó capturũ quod filius emit, propter suam [k] vel filij scientiam, [l] certum est.

Per filium putatiuum nobis non quæritur: secus per seruum putatiuum. Bartolus.

XLIIII. IDEM libro vicesimo-tertio Quæstionum.

IVsto † errore [m] ductus, Titium filium meum,& in mea potestate esse existimaui, cum adrogatio non iure [n] interuenisset.Eum ex re mea quęrere mihi non existimo.non enim cõstitutũ est in hoc, [o] quod in homine libero,qui[mihi]bona fide seruit,placuit.ibi[enim] ꝓpter adsiduã & cottidianã cõparationem seruorum ita constitui, publicè interfuit. [p] Nam frequenter ignorantia [q] liberos emimus: non autem tam facilis, [& tam] frequens adoptio vel adrogatio filiorum est.

Vendens rem alienam præter voluntatem domini,transfert dominium, si tempore traditionis domini voluntas adest.Pau.

℣ Constat,si rem alienam scienti mihi vendas,tradas autem eo tempore, quo dominus ratum habet:traditionis [r] tẽpus inspiciendum,remque meam fieri. [s]

Quantum ad bonam fidem,initium possessionis inspicimus quo ad rem ipsam:& etiam quo ad ea quæ procedunt ex ea.Bar.

℣ Etsi possessionis,non contractus [t] initium,quo ad vsucapionem pertinet,inspici placet: [u] nonnũquam tamen euenit vt non initiũ præsentis possessionis, [x] sed causam antiquiorẽ traditionis,quæ[&]bonã fidẽ habuit,inspiciamus : veluti circa partũ eius mulieris, [y] quam bona fide cœpit[quis]* possidere. nó enim ideo minus capietur [z] capiã,non tamen tollitur hypothecaria:nã sicut aliàs vsucap.ꝓprietatis nó tollit vsusfru.psecutio,sic & in nostro casu.[*EVM QVI.*]Vsucapiés fact⁹ est furiosus. vsuca. nihilo minus ꝓcedit. [*SI EVM APVD HOSTES.*]Pater aut dominus captus ab hostibus est:interim filius vel seruus emit rẽ à non domino. nũquid interim procedit vsucapio?Et distinguitur.nã si seruus aut filius emit rem ex causa pecul.tunc procedit interim vsucap. si autem non ex causa pecul.tunc non procedit vsuca. nisi pater aut dñs decedat in captiuitate.Franciscus.

m *Iusto errore.*in princ.huius.l.no.differentiam inter filium putatiuum,& seruum putatiuum.

n *Non iure.*quia non coram principe vel magistratu:vt institu. de adop.in princi.

o *In hoc.*scilicet filio arrogato.

p *Interfuit.*quòd ex re mea & eorum opera adquiratur:vt.ff.de adquiren.re.do.l.adquiritur.§.de his.

q *Ignorãtia.*ad hoc.ff.de cótrahen.emp.l.& liberi.&.l.quia difficile.ité &.ff.de le.& senatusco.l.ex his.&.l.nã ad ea. &.ff.tit.j.l. per eũ.&.l.quidquid.in fi.& ar.ff.de leg.j.l.si seruus plurium.§.fi.

r *Traditionis.*& non emptionis.

s *Rem meam fieri.*qualiter ergo vsucapiã:vt.ff.eo.l. sequitur.§. lana?Respon.contra creditorem aliquem qui habeat ius in re:vt C.si aduer.credi.l.j.&.ij.& facit.ff.de pig.l.si fundum.§.j.

t *Etsi possessionis non contractus.*subaudi,tantum.

u *Placet.* immo vtrunque:vt.j.pro solu.l.iij.& pro emp.l.ij.in princ.quæ sunt contra.Solu.hic subaudi, tantum.q.d.non tantum contractus tempore,sed etiam possess. Vel dic, hic in aliis contractibus:secus in venditione.

x *Præsentis possessionis.*quæ à me incipit cum nascitur puer.

y *Mulieris.*sit mulier furtiua vel non.

z *Capietur.*quæ à me incipit cum nascitur puer,& est vsucapio pro suo,cum non habeatur in eo titulus.

Quòd

vsu puer, quòd alienam[a] matrẽ priusquam eniteretur[b] esse cognouit.* Idem in seruo postliminio[c] reuerso dictum est.

Tempus quo iacet hæreditas, computatur in vsucapione cœpta per defunctum, vel etiã per seruum hæreditarium iacente hæreditate ex causa peculiari. Paul. de Cast.

¶ Nondum aditæ hereditatis*[d] tempus vsucapioni datum est:[e] siue seru⁹ hereditarius[f] aliquid comparauit:[g] siue defunctus[h] vsucapere cœperat.[i] sed hæc iure singulari[k] recepta sunt.

Error in facto non impedit vsucapionem. Item circa traditionem sufficit error iustissimus. Bartolus.

¶ Filiusfamilias emptor† alienę rei, cũ patremfamilias se factũ ignoraret,[l] cœpit rẽ sibi traditã possidere. Cur nõ capiat vsu,[m] cũ bona fides initio possessionis adsit: quamuis eũ se per errorem[n] esse arbitretur,[o] qui rẽ ex causa peculiari quæsitã nec possidere[p] possit? Idem dicendum[q] erit & si ex patris hereditate ad se peruenisse rẽ emptã[r] nõ leui[s] præsumptione credat.

Vsucapio triennii non perimit ius fructuarii vel creditoris. Bartolus.

¶ Non mutat vsucapio[t] superueniens pro emptore vel pro hærede, quò minus pignoris pſecutio salua sit. Vt enim vsusfructus vsucapi non[u] potest:[x] ita pſecutio pignoris, quæ nulla societate dominio* coniungitur,[y] sed sola cõuentione cõstituitur, vsucapione rei nõ perimitur.

Furor non extinguit vsucapionem inceptam. Bartolus.

¶ Eum qui posteaquam vsucapere cœpit, in furorem incidit: vtilitate suadente receptũ* est (ne languor animi damnum etiã in bonis adferat[z]) ex omni causa impleri vsucapionem.[a]

Quod à tempore captiuitatis ex causa peculiari emitur, præscribitur: secus si ex causa dominica, sed tunc patre defuncto ibi filius per fictionem per seipsum præscribit. Bartolus.

B ¶ Si cum apud hostes dominus aut pater agat, seruus aut filius emat, an ei*[b] tenere incipiat? Si quidem ex causa peculij possedit, vsucapionẽ inchoari:[c] nec impedimento[d] domini captiuitatem esse, cuius[e] scientia nõ esset in ciuitate[f] necessaria. Si verò non ex causa peculij cõparetur: vsu non capi, nec iure postliminij quęsitum intelligi[g] cùm prius esset,[h] vt quod vsucaptũ diceretur, possessum foret.[i] Sin autem pater ibi decesserit: quia tempora captiuitatis ex die quo capitur, morti iungerentur: potest filium dici &

C possedisse[k] sibi, & vsucepisse intelligi.

Loca publica, quæ iure gentium occupãti conceduntur, longo tempore post occupationem non præscribuntur quo minus cessante occupatione redeant in pristinã causam, & iterum concedantur occupãti. Bar.

XLV. IDEM libro decimo Responsorum.

PRæscriptio longæ possessionis ad obtinẽda loca iure* gentiũ publica,[l] concedi[m] nõ solet. quod[n] ita procedit, si quis ædificio funditus diruto,[o] quod in litore posuerat[p] aut[q]

D

---

a *Quòd alienam.* sed non furtiuam sciui: alioquin impeditur vsucapio: vt. ſ. eo. l. sequitur. §. de illo. &. j. pro suo. l. si ancillam. quæ sunt contra.

b *Eniteretur.* post conceptionem.

c *Postliminio.* quem dominus putatiuus possidebat & vsucapiebat: sed licet interrupta sit possessio & vsuca. & non aptet postliminij fictio ad poss. interruptam, quasi non sit interrupta: tamẽ propter bonam fidẽ quam habui aliquãdo in seruo antequam caperetur: & nunc video habere bonam fidem, licet malam habeam. nã fæpe ius fingit eũ habere malam, qui habet bonam, secundum Io. & idem dicas secundum Azo. de peculiaribus quæ possidebat & vsucapiebat dominus ignorãs: & tempore reuersionis serui habet dominus malam fidẽ: nã inspicitur principium. & est speciale in seruo, & eius peculio. aliàs contra. ſ. eo. l. si is. §. si quis bona. & facit. ſ. titu. j. l. si de eo. §. pe. &. ſ. e. l. si is.

d *Hereditatis.* scilicet iacentis.

e *Datum est.* vt. ſ. eo. l. cœptam. Accursius.

f *Hæreditarius.* nunc scilicet, non tunc cum emit: sed viuebat dominus: aliàs si nunc emit, tempus aditæ hæreditatis inspicitur: vt infra eo. l. fin. §. fin.

g *Comparauit.* & per traditionem accepit.

h *Defunctus.* qui emerat. Accursius.

i *Cœperat.* per seipsũ.

k *Singulari.* aliud de iure communi: vt. ſ. eo. l. fine. & sic. ſ. eo. l. rerũ. §. Labeo.

l *Ignoraret.* quia ignorabat patrem mortuũ.

m *Cur non capiat vsu.* quasi dicat, concedẽdũ est quòd vsucapiat, quãuis &c. & allegat rationem quare videbatur contra. sed non est. Sed certe immo videtur contra: vt. ſ. eo. l. si fur. §. j. Solu. ibi in iure errauit: hic in facto: quia non putabat se patremfa. vel illud est cum putabat quis sibi nõ licere id est, esse licitum. hic vero non putabat esse illicitum. arg. ſ. de pac. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. Vel ibi in re quæ vsucapiebatur: hic in persona vsucapiente. Vel ibi nec sibi nec alij credidit posse vsucapere: hic sic alij.

n *Per errorem.* facti, non iuris, qui vsucapioni non prodesset: vt supra eo. l. nunquam.

o *Arbitretur.* quia credit se filiumfamilias.

p *Nec possidere.* ipse per se: sed pater per eum: vt supra titu. j. l. possessio. §. j.

q *Idem dicendum.* vt vsucapiat.

r *Emptam.* per patrem à non domino: non tamen traditam ei: sed filius forte iusta opinione ductus dum inuenit eam in hæreditate, putauit defuncto traditam: & sic per hæreditatem ad se peruenisse, vsucapiet quidem titu. pro emptore: quia scit defunctum emisse, & putat ei traditam non leui præsumptione fuisse.

s *Non leui.* idem si leui, secundum Hu.

t *Non mutat vsucapio.* stricte pro triennio accipe. secus in præscriptione: vt. C. si aduer. cre. l. j. &. ij.

u *Non potest.* per vsucapionem proprietatis: vt. ſ. de vsufru. l. locum. §. proprietarius. ipse autem vsusfruct. per se etiam non potest vsucapi, cum incorporalis sit: vt. ſ. de serui. l. seruitutes.

x *Potest.* longo tempore. vsucapitur autem tanto tempore cuius non extet memoria.

y *Coniungitur.* vt &. ſ. de pig. l. j. §. eum prædiũ. & dic vt ibi. &. C. de pig. l. vsucapio. & facit. j. pro hęrede. l. ij. in princ. & arg. contra. ſ. de vsufruc. leg. l. ij.

z *Adferat.* hoc enim non debet esse: vt. j. de parricidiis. l. pen. in fi.

a *Vsucapionem.* vt & supra eo. l. nũquam. §. si seruus. &. ſ. titu. j. l. si is qui animo.

b *An ei.* patri vel domino.

c *Inchoari.* i. inchoatam videri, seu fingi. nã nõ audeo dicere quòd in veritate inchoetur: quis enim vsucaperet, secundum Hu. ego audeo vt dominum etiam captum per seruum vsucapere dicam quod per se nõ posset, vt statim innuit ibi, cũ prius esset &c.

d *Nec impedimento.* dummodo redierit. nã antequam redeat domin⁹, dicam vsucapionem istam esse in pendẽti: vt. ſ. eo. l. si is qui. §. ꝙ si seruus. & facit. ſ. ex qui. cau. ma. l. ait prætor. §. hi plane.

e *Cuius.* ſ. domini.

f *In ciuitate.* i. si esset in ciuitate, vsucaperet ignorans. Accursius.

g *Intelligi.* vt. d. l. ait prætor. §. is qui. &. ſ. ex qui. cau. maio. l. deniq;.

h *Cum prius esset.* id est prius esset hic inquirẽdum. sequitur ergo vt domin⁹ captus res peculiares per seruum etiam ignorans possideat: nec sit opus noua possessione: vt modo notaui.

i *Foret.* cum ergo iste seruus non possideat: nec vsucapit. Ac.

k *Possedisse.* secus in seruo: vt. j. l. proxi. §. fi. & hoc siue peculiari siue dominico emit: vt ple. no. ſ. eo. l. si is qui. in fi. dist. & facit. C. de suis & leg. l. apud hostes. Accursius.

PRæscripto.] CASVS. Si Titius faciat domum in litore maris, & possedit eã lõgo tempore: tandem postea destructa est: si alius velit ibi ædificare, bene potest: nec Titius poterit impedire dicens ꝙ præscripsit: quia non est verum. Idem si Titius piscatus fuit longo tempore in quodam loco fluminis. nam nõ poterit præscribere: nec prohibere alium quo minus possit piscari. [POST MORTEM.] Mortuo domino seruus eius emit rem à non domino ex causa non peculiari. dicitur ꝙ vsucapio incipiet tempore quo adibitur hæreditas. Franciscus.

l *Publica.* id est communis: vt in exemplo patet. sic & instit. de re. diui. §. ij. idem tamen in publicis: vt. ſ. eo. l. vsucapio.

m *Concedi.* quia non possunt præscribi.

n *Quod.* id est quæ quæstio, vel huius rei exemplum: non autem dicas, quæ præscriptio.

o *Diruto.* vt in pristinam speciem redierit: vt &. ſ. de re. di. l. in tantum. &. ſ. titu. ij. l. quod in litore.

p *Posuerat.* ædificando.

q *Aut.* pro &.

*Flo. relictum

*Flo. an ei

*Flo. iuris

*Flo. here tati

*Ita tex. est sing. ad hoc ppter quid error iustissimus habet vim traditionis: nec verbo illi addito, quid error habet plus ad perdiũ. Contextus in dilectus. vera de cõ. & nat. canto. de pact. inc. publica. vera de do. & Ac. Pau. Castr. Cels. eo. titu. Flo. dominii

dereliquerat,ædificio * alterius postea eodem loco extructo, occupāti [a] datam exceptionē [b] opponat: [c] vel si quis, quòd [d] in fluminis publici diuerticulo * solus pluribus annis piscatus sit,alterum eodem iure[vti] prohibeat.

In adquisitis per seruum hæreditarium hæreditate iacente non ex causa peculii à defuncto concessi, sed volendo peculium sibi constituere: de nouo non incipit vsucapio: nisi post aditam hæreditatem,Pau.

¶Post mortem domini seruus hæreditarius [e] peculij nomine rem cœpit tenere. Vsucapionis primordium erit tempus hæreditatis [f] aditæ.Quemadmodum etenim vsucapietur,quod antè defunctus non possederat?

PRO SOLVTO.

TITVLVS IIII.†

Cum datur res in solutum ex causa quæ non cadit in titulum specialem: vsucapitur titulo pro soluto.Pau.

I. HERMOGENIANVS libro quinto iuris Epitomarum.

PRo soluto [g] vsucapit,qui rem debiti causa recipit. Et nō tantum quod debetur, [h] sed & quodlibet pro debito solutum, [i] hoc titulo vsucapi potest.

Procurator adquirit domino ignoranti possessionem, non vsucapiendi conditionem.Paulus.

II. PAVLVS libro tertio ad Neratium.

SI emptam rem mihi [k] procurator, ignorāte me,meo nomine adprehenderit:quāuis possideam eam,non vsucapiam: [l] quia vt ignorantes vsucapiamus,* in peculiaribus rebus tātum receptum est. [m]

Titulo pro soluto etiam putatiuo procedit vsucapio, non sic titu.pro emptore. Item in primo sufficit bona fides tempore traditionis. secundo etiam requiritur tempore emptionis.Pau.de Cast.

III. IDEM libro secundo Manualium.

SI existimans [n] [me]debere [o] tibi tradam: ita demū vsucapio [p] sequitur, si & tu putes [q] debitum esse.Aliud [est] si putem [r] me ex causa venditi teneri,& ideo tradam.hic enim, nisi emptio [s]* præcedat, [t] pro emptore vsucapio locum non habet. Diuersitatis causa [u] in illo est,quòd in cæteris causis [x] solutionis [y] tēpus inspicitur:(neque interest,cùm stipulor, sciā alienū esse, nécne.sufficit enim me putare tuum * esse cum soluis) in emptione autem & cōtractus tempus inspicitur, [z] & quo * soluitur: [a] nec potest pro emptore vsucapere qui non emit,nec pro soluto, [b] sicut in cæteris contractibus.

† *Hic nouus titulus in Pā. Flo. non est, sed leges quæ sub hoc titulo cōtinentur, titulo præcedēti debent adscribi, seruata interim numerorū qui singulis legib. pponūtur, continuata serie.*

a *Occupanti.* de nouo.

b *Datam exceptionem.* à iure scilicet.x.vel.xx. ann. & dic exceptionem,id est præscriptionem agendo in rem si non possidet: vel exceptionem si possidet. aliàs opponat prior possessor qui nunc dereliquerat:nam non potest:vt hic & statim subiicit. Sed contra ad sequentē casum de diuerticulo .j. de diuer. præscrip.l.si quisquam.Solu.hic nō erat in poss. ibi sic. vel hic sola præscrip.ibi præscrip.& rescriptū principis: arg.C. de fundis patrimo .l.fi. vel solu. vt ibi.

* *Flo.dereliquerat ædificiū: alter*

* *Flo. deuerticulo*

c *Opponat*.q.d. non potest.

d *Quòd*.id est quia.

e *Hæreditarius*.i. hæreditate iacente.Ac.

f *Hæreditatis*.aditę & apprehēsæ poss.rei quę vsucapitur: vt.ſ.titu.j. l.Pomponius.§.quæsitum.&.j.de act. & ob. l.qui à seruo.Sed contra.ſ.eo.l.iusto.§.nondum. sed ibi ante cœperat possidere: vt ibi no. Item contra.j. de capt.l.pe.sed in peculiari [o] ibi dicit: hic de nouo sibi peculium cō stituebat: cum aliàs nō haberet aliquid in peculio:vnde idem quod in dominicis censetur. nam & dominicæ sunt. & facit.C. de temp. in integ. restitu.l.ea quę. in fin.

PRO SOLVTO.

Hic titu.est generalis: sed superior generalior est.M.

PRo soluto.]CASVS. Si promisisti mihi rē non tuā, vel vēdidisti, vel ex aliquo alio titu. mihi debes:& soluas eam:vsucapio eā titu.pro soluto.idem est si debes mihi pecuniam,& tradidisti mihi rem non tuam loco pecuniæ,& eā sponte accepi:dicitur q istam rem vsucapiam titulo pro soluto.Franciscus.

g *Pro soluto*.Si quid ex stipulatu debetur,vel aliquo contractu innominato:illud solutū vsucapitur tantū titu.pro soluto.quod si debetur ex aliquo tit.qui inter titulos vsucapionis numeretur, vt ex causa legati vel simili:vsucapitur eo.titu. & tit.pro soluto, & sic etiam ex diuersis causis:quod esse potest:vt.ſ.titu.ij.l.iij.§. ex pluribus.& hoc siue vere sit titu.siue credatur:nisi in emptione,vbi vera debet esse:vt.j.l.iij. vel iustissima causa erroris:vt.j. titu.j.l.quod vulgo.

h *Debetur*.prędictis modis superiori glos.notatis.

i *Solutum*.volenti creditori:non aliàs:vt.ſ.si cer.pe.l.ij.§.ij. vbicunque ergo si id quod soluitur,fieret statim accipientis, si esset dantis: ibidem si non est dantis, vsucapitur hoc titulo. & facit.ſ.de lega.j.l.cum incertus.Accursius.

SI emptam.]CASVS.Licet per procuratorem pos.mihi quęratur etiā ignoranti: non tamen vsucapiā ignorans rē quam emit procurator à nō domino.ignorans autē dominus vsucapit in casu.ſ.in rebus peculiaribus per seruum emptis.Fran.

k *Mihi*.adquisitiuè.

l *Non vsucapiam*.nisi sciam:vt.C.de adquiren.poss.l.j.&.ſ.titu. ij.l.possessor.§.fina.Accursius.

m *Receptum est*.vt.ſ.titu.j.l.Labeo.&.j.titu.j.l. qui fundum.§. vl.&.l.ij.§. Celsus.nisi ab alio possideatur seruus qui quęrit nobis peculiariter:vt.ſ.titu.iij.l.homo liber.in fine.& est ratio diuersitatis:quia in vsucap.rei quæsitæ per procuratorem bona fides debet esse:at ignorans,bonam fidem vel malam non habet. sed in peculiaribus causis publicæ vtilitatis est secus:vt.ſ. titu.ij. l.peregrè.§.quæsitum.Item dic idem siue filij siue serui peculium sit:vt.ſ.titu.ij.l.j.§.item adquirimus.& large accipe peculium,vt ibi notaui.Accursius.

SI existimans.]CASVS.Si credā me ex stipulatu vel ex alio simili cōtractu debere tibi rē quę nō est mea,& tradā,ita demū vsucapis, si & tu putes tibi deberi. secus autē si ex causa venditionis puté me tibi teneri tradere rem:& tradā.nam non vsucapies,nisi vere vendiderim:nō autē sufficit si credā me vēdidisse, & non vendiderim. Et quare sit secus in venditio. quàm in aliis cōtractibus,est quia in aliis contractibus sufficit eū cui traditur res,habere bonā fidem tēpore quo traditur,sed in vēditione debet habere duobus temporibus bonam fidem,scilicet tēpore cōtractus, & tēpore quo traditur. quod autē in fine.l. dicitur: expone vt in glo.Franciscus.

n *Si existimans*. Assignat differentiam inter venditionem & cæteros cōtractus,vt in cęteris contractibus sufficiat putare deberi ex contractu qui non interceſſerit,quem tamē credit interceſsisse. Sed in venditione nō sufficit putare deberi ex venditione,nisi & vēditio pcesserit. & hoc probat:quia cū debeat interuenire bona fides duobus tēporibus.ſ.tēpore cōtract' vēditionis & traditionis: hæc nō possunt interuenire nisi cōtractus esset: in aliis nō sic.Accursius.

o *Debere*.ex aliquo contractu præter venditionem,puta fundū ex causa stipu.vel dona.

p *Vsucapio*.pro soluto.

q *Putes*.aliàs non:vt.j.titu.j.l. qui fundum.§. seruus meus.&.j. pro suo.l.hominem. sed hoc quod hic dicitur, videtur falsum: quia error falsæ causæ vsucapionē non parit:vt insti.de vsuca.§. error. Respon.hoc accidere iusto errore interueniente. At illud idem est in emptione:vt.j.pro emp.l.quod vulgo.quod.j.statim negat.sed dic quòd ibi iustissimus, vt in alieno facto. Sed aliàs qualis qualis sufficit error:vt hic,&.ſ. titu.j.l. non solum.§.j. ibi hoc amplius &c.& dixi in.l.Celsus.& hoc patet:quia leges in aliis contractibus dicunt,putans vel existimans, & causam non inserunt:sed quæ de venditione dicunt,frequenter causam erroris notant:vt.j.titu.j.l.ij. in prin.&.l. quod vulgo. & pro suo.l. hominem.Accursius.

r *Putem*.tempore traditionis.

s *Nisi emptio*.aliàs emptio,& aliàs auctio.i.emptio:quia vtrunque auget,vnum rē,alterum pretio.

t *Præcedat*. & tunc habeat bonam fidem.Accursius.

u *Causa*.inter emptionem & alios contractus.

x *In cæteris causis*.id est contractibus : & inde actio vel obligatio procedit.Accursius.

y *Solutionis*.id est traditionis.

z *Inspicitur*.vt.ſ.titu.j.l.si is.§.fin.&.j.titu.j.l.ij.in prin.Acc.

a *Soluitur*.& sic duo tempora:vt.ſ.titu.j.l.ij.in prin.& sic intellige.ſ.de Pub.l.sed & si.§.fi.&.l.de pretio.&.ſ.titu.j.l.si aliena.in prin.In extraneis hæredibus tria:vt sit hæres capax:vt in arg.cōtra.ſ.de hæredi.insti.l.si alienum.§.in extraneis.

b *Nec pro soluto*.ſ.possumus vsucapere quam non emimus, licet emisse credamus.Quod autem subiicit,sicut in cęteris &c.est similitudo

BIU Cujas

similitudo per contrarium: vt & aliàs. ff. de acceu. l. hos accusare. §. omnibus. q. d. possumus in cæteris. Vel dic rectam fieri similitudinem ad id quod de stipulatione dixit: & sic non ad proximum dictum refertur, sed ad illud, sufficit &c. & ibi coniunges istud sicut. Item quæritur quare secus in venditione quàm aliàs? Respon. vt. ff. titu. j. l. ij. in prin. dices.

Res pignorata, creditori subrepta per debitorem, efficitur furtiua & inusucapibilis respectu creditoris seu iuris sui: vitium tamen purgatur si res in potestatem creditoris reuertatur. Pau.

IIII. LABEO libro quinto Pithanôn à Paulo epitomatorum.

SI quid est subreptum: id vsucapi non potest [a] antequã in domini potestatem peruenerit. Paulus. Immo forsitan & contra. [b] Nã si id quod mihi pignori dederis, subripueris, erit ea res furtiua facta: sed simul atque in meam [c] potestatem venerit, vsucapi poterit.

PRO EMPTORE.
TITVLVS V.

Soluens æstimationem litis, vsucapit ti. pro emptore. Pau.

I. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale.

POssessor qui litis æstimationem obtulit: [d] p emptore incipit possidere. [e]

In emptione requiritur bona fides duobus temporibus, ideo iustus error causam vsucapiendi non præstat. Bartolus.

II. PAVLVS libro quinquagesimoquarto ad Edictum.

PRo emptore possidet, qui re vera emit: nec sufficit tãtùm in ea opinione esse eum, vt putet se p emptore possidere, sed

Res pignorata, creditori subrepta per debitorem, efficitur furtiua & inusucapibilis respectu creditoris seu iuris sui: vitium tamen purgatur si res in potestatem creditoris reuertatur. Pau.

Si quid.] CASVS. Rei furtiuæ non fit vsucapio, nisi peruenerit in potestatem domini. hoc fallit in casu. nam si obligasti mihi rem alienam, & eandé mihi subripias: talis res non potest vsucapi, nisi perueniat in potestaté mei creditoris. Fran.

a *Non potest.* vt supra tit. j. l. sequitur. §. quod autem.

b *Et contra.* scilicet in casu, qui sequitur.

c *In meã.* scilicet creditoris: vt & .C. pro emp. l. cum sit probatũ. sed contra. ff. titu. j. l. si rem. & ff. titu. j. l. sequitur. §. si rem. sed hic aliena, non debitoris erat: in contrariis erat debitoris: & plene dic vt in. d. §. si rem.

PRO EMPTORE.

Possessor.] CASVS. Fundum quem possidebas, petebam à te. cum esses condemnatus ad fundum restituendum: voluisti libétius soluere æstimationem rei, & ego spõte accepi. dicitur quòd rem istam amodo possides titulo pro emptore. Franciscus.

d *Obtulit.* non ex causa transactionis. nam tunc nõ haberet causam ab eo, & sic non vsucaperet pro emptore vel pro transacto: vt. C. de transac. l. si pro fundo. sed quare non fuit res ablata manu militari: [a] vt. ff. de rei vin. l. qui restituere? Respon. quia actor fuit contentus rei æstimatione: vt in eod. titu. q. si possessor. vel dic quòd reus non possidebat, sed possessor dicitur, quia cum culpa, non dolo desiisset possidere, potest à possessore auocare: vt. ff. de rei vindi. l. si culpa.

e *Possidere.* rem quæ non erat petitoris: aliàs statim fieret eius, si res esset præsens: vt. ff. de rei vin. l. eius rei. & l. si res. & facit. ff. de Publi. l. sed & si. §. si lis. & ff. j. l. iij. & ff. de euic. l. si seruus. §. j. Ac.

Pro emptore.] CASVS. Ad hoc vt quis vsucapiat rem titulo pro emptore, debet in veritate emisse: nec sufficit si credat se emisse cum non emerit. Secundo dicit: si credo me tibi teneri ad rem tradendam tibi bona fide accipienti: vsucapies hanc rem titulo pro soluto. secus si tradam tibi ex causa vendi. quam credis interuenisse cum non interuenerit. nam vsucapies titulo p emptore. & est ratio diuersitatis, quia in cæteris contractib[us] excepta venditione sufficit tépore tradi. haberi bonam fidem. vnde licet tempore stipulat. stipulator habeat malam fidem: si tempore tradi. habeat bonam fidem, satis sit vt sic possit eam vsucapere. at in emptione duobus temporibus debet emptor habere bonam fidem, scilicet tempore contractus: item tépore traditio. sic ergo emptio debet interuenire, vt sic possit vsucapere. sed in nostro casu non interuenit contrac. emptionis. [SEPARATA.] Aliquando possideo, & non vsucapio: vt si emi à nõ domino sciens rem esse alienam: & est mihi tradita. nam possideo, non tamen vsucapio. [SI SVB CONDITIONE.] Emi rẽ alienam à non domino sub conditione. dicitur q interim, id est antequam conditio extet, non vsucapio. Secundo dicit: Pone q credo condit. extitisse, quæ nondum extitit. nũquid vsucapiam interim? Et dicitur q non. sic & si puté me emisse rem quam nõdũ emeram, non vsucapio. Tertio pone q conditio extitit me ignorante. nũquid vsucapio? dicitur secundum Sabinum q sic, inspecta potius veritate quàm opinione. [SABINVS.] Emi ré à non domino pro. x. hoc pacto appositò, vt si non soluã prædicta. x. in carnispriuio, sit res inépta: & est mihi tradita res. quæritur, quando incipiã vsucapere? & dicit Sabinus q tunc demum incipio vsucapere, quando pretiũ solui. postea loquitur auctor. l. dicens q dictum Sabini debemus intelligere quando in modũ condit. prædictũ pactum sit appositum. secus autem si in modum cõuentionis siue pactionis fuerit appositũ. [SI IN DIEM.] Emi ré à non domino hoc pacto appositò, q si alius offerret plus intra carnispriuiũ, sit res inempta. dicitur q emptio dicitur pura, sed resoluitur sub condit. & ideo interim vsucapio. licet quidam dicerent contra, sed male. Vltimo ponit simile casum: si emi ré à nõ domino hoc pacto appositò, vt si mihi displicuerit intra carnispriuiũ, sit inempta. nã & hoc casu vsucapio interim. [CVM STICHVM.] Emi Stichũ à non domino: & traditus est mihi Dama quem non emeram. dicitur q non vsucapio Damam, cum eũ nõ emerim. [SED ET SI FVNDVS.] Vendidisti fundũ intra certos terminos, tandé tradidisti mihi etiã vltra terminos. dicitur quòd totum vsucapio. [EIVS.] Emi bona Titij, apud quẽ Titiũ erant depositæ mãcipia Sempronij. tradita sunt mihi bona Titij: & etiã illa mancipia quæ erãt apud Titium depositæ. dicitur q illa mãcipia non vsucapiã titulo p emptore. [TVTOR.] Duo erãt tutores pupilli. vnus tutorũ emit rem à pupillo quę non erat pupilli, altero cõtutore pstante auct. nũquid hic emptor vsucapiet? dicitur q sic. nã aut emit plus quàm alius emisset: & tũc taceat pupillus, cũ nõ sit læsus. aut minus dedit quàm ali[a] dedisset: & tunc aget pupillus cõtra tutorẽ auctorantẽ, & etiã contra tutorem ementem act. tutelæ: perinde ac si tutor vendidisset rem cuidam extraneo. [PROCVRATOREM.] Si procurator emit rem auctore procuratore vendente nomine domini: dicitur q vsucapiet. idem est & si gestor negotiorum emit ré à procuratore domini. [SI SERVVS.] Si seruus emit rem bona fide à non domino ex peculio: dicitur q inspicitur scientia serui, nõ domini. Secundo dicit q quando seruus emit rem bona fide à nõ domino ex peculio: vsucapio procedit etiã domino serui ignorante. secus si non ex peculio emit. Vltimo dicit, q si seruus accepit pos. alicuius rei per vim: non vsucapiet. [POMPONIVS.] Si seruus possidet rem nomine domini: inspicitur sciẽtia domini, non serui. secus si ex causa peculij possidet. nam tunc inspicitur scientia serui vel ignorantia, non domini, etiam si dominus postea auferat istã rem & totũ peculiũ seruo. [SI SERVVS.] Seruus emit rẽ à non domino ex causa peculij, & bona fide. tandem dominus serui cœpit habere malã fidem. dicitur q vsucap. procedit. secus si à principio cũ seruus cœpit possidere, dominus serui habuerit malam fidẽ. nã vsucap. non procedit. Vltimo dicit: seruus emit rẽ à non domino, & mala fide. tandé istam rem dedit seruus domino suo ad hoc vt manumitteretur: & manumissus est. dicitur q dominus serui istã rem non vsucapit. [SI APVPILLO.] Habebam rem alienã precario à patre pupilli. tandem eandé rem mortuo patre emi à pupillo quem credebã esse puberem, cum nõ esset. dicitur q vsucapio inspecta veritate, scilicet q hæc res erat aliena, non inspecta opinione, scilicet credendo eũ esse pupillum. Credebã autem licere de iure pupillum posse vendere sine tutoris auctoritate. dicitur q hoc casu nõ vsucapio: quia iuris error nulli pdest. [SI FVRIOSO.] Rem quam possidebam, quæ tamen non erat mea, emi à furioso bo. fi. credens eum sanæ mẽtis. dicitur q vsucapio. [SI EAM.] Rem alienam vsucapiebas bo. fi. pro emptore. eam rem interim vendidisti mihi scienti non tuam. dicitur quòd non vsucapiam. [ETIAM HAEREDI.] Testator vsucapiebat rem aliquã. hæres eius adita hæreditate, & ante apprehensam pos. huius rei decessit relicto hærede. dicit q heredi possessio primi defuncti ad cõplendam vsuca. pderit. [SI DEFVNCTVS] Defunctus cœpit vsucapere rem aliquã bona fide titulo p emptore. licet hæres eius sciat hanc rem alienã: non impeditur processus vsucapionis. & quod dixi in hærede, idem in bo. pos. ordinario, vel extraordinario. idem in eo cui restituta est hæreditas defuncti ex causa fideicõmissi, & in similibus: vt eorum mala fides nõ impediat vsuca. recte à defuncto ĩchoatam. [EMPTORI.] Vsucapiebas rem alienã, & eam mihi vẽdis & tradis. tempus quo tenuisti eã, mihi pderit in complenda vsucap. [SI REMALIENAM.] Ré à non dño bona fi. emi, & eã vsucapio. si verus dominus eã à me vindicet, non interrũpitur p hoc vsucapio. & de hoc dic vt in glos. sed pone q rei æstimationé soluo vero domino. causa possessionis mutatur, id est, vsucapio cessat, cũ

efficiar dominus. Idem si verus dominus eam mihi donet. Fran.

a *Causa emptionis.* vel iustissim⁹ error: vt.ĭ.eo.quod vulgo. aliàs sufficit qualis qualis.

b *Debere.* ex alia causa quàm venditionis. & sic mutat casum.

c *Ignoranti.* & iustè tempore traditionis.

d *Vsucapies.* pro soluto: vt.s̄.titu.j.l.iij.

e *Vsu.* supple, & hoc scilicet quia &c. & habes idem.s̄. titu.j.l.iij. & plene dic vt ibi.

* *Flo. putē* f *Tempus.* s. accipientem habere bonam fidem, de quo statim dat exemplum, sic &c.

g *Alienam.* & sic tēpore cōtractus habeo malam fidem.

h *Inspicitur.* vt habeā bonam fidem.

i *Contrahitur.* sed cur in emptione vtrunque tempus inspicitur, in aliis traditio tantū? Rñ. vt.s̄. titu.ij.l. si is.§. fi. quæ ratio non valet: vt ibi dixi. quare dic vt ibidem: quia frequentius fit hic contractus: ar.ĭ. de pœnis.l. aut facta.§. fi. nam & excep. non nume. pecu. tēpus datur, quod non datur confitēti ex alia causa, quia frequēti⁹ fit in ea causa mutui confessio. vel dic subtili⁹ vt not. s̄. de vsucap.l. Celsus.

ADDITIO. Dic secundū Bar. cp̄ in.l. Celsus. nil dicitur de ratione: sed facit ad dictum. Item hic accipe emptionem stricte: secus in datione in solutū, quæ similis est emptioni, vt litis æstimatio: argu.s̄.titu.j.l.iij.

k *Adeptus.* aliàs nisi emisset, nec bonam nec malam fidē posset habuisse.

l *Separata.* nō sequitur: possides: ergo vsucapis.

m *Et vsucapionis.* quandoque enim aliquis possidet, & nō vsucapit: quia mala fide, vt subiicit: vnde saltem in princ. bona fides exigitur: vt.C.de vsuca.transfor.l.j.§. hoc proculdubio. quādoque econtra: vt.s̄.titu.ij.l. rerum mixtura.§. Labeo.&.l. iusto.§. eū. licet regulariter contra: vt.s̄.titu.ij.l.fine. Item est sic: quia sicut proprietas & pos. sunt separate: vt.s̄.de adquir.pos.l. naturaliter.§.j. ita & vsusfru.& pos. vt eo.titu.l. permisceri.

a Adde gl. si.in.l.3.§. si quis duobus. in verb. vtrique. s̄. de adimē. leg.

n *Quemadmodum.* exemplificatiue ponitur. [a]

o *Pro emptore possidet.* sine effectu, vt subiicit: sicut testamentum falsum, est testamentum, licet sine effectu: vt.s̄. quemadmodū testa. ape.l.ij.§. testamentum.&.ĭ. de verb.signi.l. Paulus respon.

p *Licet vsu non capiat.* pro emptore: licet pro suo interdum vsucapiat: si dum traderet rem venditor, eā emptoris facere voluerit: quod, nisi cōtrariū liqueat, omnino creditur: vt.s̄ de iure do. l. dotis fruct⁹. in fi.&.l. sed nisi.&.ĭ.p̄ dote.l.j. & tit.p̄ suo.l.j.R.

q *Non vsucapit.* licet tradita sit ei res: vt &.s̄. de pericu.& cōmo. rei ven. cp̄ si pendente.§.j.& de in di.addic. in prin.R. dicit pro suo interim vsucapi. quod non placet: vt.ĭ. pro dote. si æstimata. & deficiēte conditione fit accessio prioris emptoris ad venditorē: vt.s̄.de adqui.pos.l. Pōponius.§. si is. nisi malā fidem habuit emptor cū accepit: vt.ĭ.ea.l. §.fina. quo casu nec prima vēditoris cū vltima forte cōiūgit: cū debeat esse cōtinua: vt.s̄.de vsuc.l.iij.

r *Se emisse.* quo casu nō est iustus, nedū iustissimus error in facto scilicet suo: vt.ĭ. pro suo.l.fi. aliàs secus: vt.ĭ.e.l. quod vulgo.

s *Substantiam.* id est veritatem: quod est no. sic.s̄. de adquir.hæro.l. cum quidam.§. quod dicitur.&.ĭ.eo.§. si à pupillo. Azo.

debet etiam subesse causa emptionis. [a] Si tamen existimās me debere, [b] tibi ignoranti [c] tradā: vsucapies. [d] Quare ergo & si putes * me vendidisse, & tradam: non capies vsu: [e] scilicet quia in cæteris contractibus sufficit traditionis tempus. [f] Sic denique si sciens stipuler rem alienam, [g] vsucapiam, si cùm traditur mihi, existimem illius esse. At in emptiōe & illud tempus inspicitur, [h] quo cōtrahitur. [i] Igit & bona fide emisse debet, & possessionē bona fide adept⁹ [k] esse.

Licet quis habeat titu. & possessionē, non tamē propterea sequitur, ergo vsucapit: quia etiam requiritur bona fides. Paul. de Cast.

¶ Separata [l] est causa possessionis, & vsucapionis. [m] nam verè dicitur quis emisse, sed mala fide: quemadmodum [n] qui sciens alienā rem emit, pro emptore [o] possidet, licet vsu non capiat. [p]

Pendente conditione emptionis non procedit vsucap. etiam si extitisse putetur. secus si extitisset: licet extitisse ignoretur. Bar.

¶ Si sub conditione emptio facta sit: pendente cōditione emptor non vsucapit. [q] Idémque est & si putet conditionem extitisse, quæ nondum extitit. Similis est enim ei qui putat se emisse. [r] Cōtrà si extitit, & ignoret: potest dici secundum Sabinum (qui potius substantiam [f] intuetur, quàm opinionem) vsucapere [t] eum [posse. [u]] est tamen nonnulla diuersitas, quòd ibi cum rem putat alienam, quę sit vēditoris: [x] affectionem emptoris [y] habeat. at cum nondum putat conditionem extitisse: [z] quasi nondum putat [a] sibi emisse. Quod apertius [b] quæri potest, si cū defunctus emisset, hæredi eius tradatur, qui nesciat defunctum emisse, sed ex alia causa sibi tradi, an vsucapio cesset. [sed mihi eum [c] vsucapere posse videtur.]

Pactum legis commissoriæ, vel addictionis in diem, non reddit venditionem conditionalem, sed facit eam sub conditione resolui: ideo interim potest res vsucapi tit. pro emptore, cū adsit verus titulus. Paul. de Cast.

¶ Sabinus [ait,] si sic [res] empta sit, vt nisi pecunia intra diē certum soluta esset, inempta res fieret: [d] non vsucapturum, [e] nisi persoluta pecunia. Sed videamus vtrum cōditio sit [f] hoc, an cōuētio. Si cōuentio [g] est: magis resoluetur, quàm implebitur. [h]

Ex venditione pura resoluenda sub cōditione interim procedit præscriptio tit. pro emptore. Bartolus.

¶ Si in diem addictio [i] facta sit: id est, nisi si quis meliorem cōditionem attulerit: [k] perfectā [l] esse emptionē, & fructus emptoris effici, [m] & vsucapionē p̄cedere, Iulianus putabat. Alij & hāc [n] sub cōditiōe esse cōtractā. Ille [o] nō cōtrahi, [p] sed resolui [q] dicebat. quæ sentētia vera est. [r]

t *Vsucapere.* supple sicut inspicitur veritas vbi emit emptor rē quā credidit alienā, cū sit vēditoris: vt.s̄.de iur.& fac.igno.l. regula.§. qui ignorauit.& hoc subaudito bene sequitur, est rū &c.

u *Posse.* qui non credit conditionem extitisse quæ extitit.

x *Venditoris.* vt in casu glo.

y *Emptoris.* & ideo transit dominiū p̄pter domini voluntatē. Sed videtur non trāsire, sicut nō transit in accipientē indebitū scienter: vt.s̄.de cōdic.fur.l. quoniā.&.ĭ.de fur.falsus.§.j.&.§. sed & si is, quæ sunt cōtra. Sol. pl⁹ del inquit qui sciēs indebitum accipit, quàm qui à domino quem nō dominū putat, accipit: cū hic ei patrocinante veritate non fallit dātem, nec fallitur: cū sibi sciens debitum capere crediderit. at in cōtrariis simul veritate, & iusta præcedente causa ex bona fide, & dantis voluntate destituitur is qui accepit sciens indebitum.

z *Extitisse.* quæ extitit. Accursius.

a *Quasi nondum putat.* ex quo videtur Sabi. male dixisse: quod quidā dicunt. & pro eis est quod hic dicitur, & quod ĭ. proxi. &.s̄. de condi.& demon. multum.&.s̄. titu.ij. si fur. §.j. Tu dicas secundū M. eum bene dixisse, quāuis sit diuersitas in affectione mentis.

b *Quod apertius.* Sed quare apertius? Respō. quia hic habet affectionē, & rem adquiri putat: licet nō ex vēditione q̄ vere interceserat: ar.s̄.quādo creditū nō extitisse cōditionē quę extitit: nec emptoris affectionē, nec aliā habet. sed huic q̄stioni quādo fuit tradita hereditū nō rñ. hic, sed tu dic secūdū Io. cp̄ cessat vsucapio: cū traditionis tēpore debeat bonā fidē habere, vt in prī. hui⁹. l. sed nō potest habere bonā fidē: quia ex ea causa nō putat sibi tradi. Ité ad hoc vt quis vsucapiat, debet eo.tit. credere possidere quo vsucapit: vt infra pro derelic.l.iiij. nec ob.s̄. de vsuca.l. nunquā.§. fi. quia ibi defuncto fuit tradita: hic hæredi. Alij dicunt nō cessare, arg.s̄. proxi.§.&.s̄. de adquiren. re. domi. l. cum in corpus.

c *Eum.* qui credit conditionem non extitisse quæ extitit.

d *Fieret.* & ita sub pacto legis commissoriæ.

e *Vsucapturum.* statim hoc determinatur. & sic non est cōtra. s̄. de lege commis. l.j.

f *Conditio sit.* vt vendo si solueris tali die.

g *Consentio.* vt vēdo, sed fiat inempta si non soluas tali die.

h *Implebitur.* & sic procedit interim vsucapio: vt in sequenti casu. si vero conditionalis, tunc non: vt.s̄.eo.§. si sub conditione.

i *Si in diem addictio.* id est venditio sub pacto addic. in diem.

k *Attulerit.* supple, stetur venditioni, secundum Azo.

l *Perfectam.* nunc respondet.

m *Effici.* si alius non afferat meliorem conditionem. aliàs reddit: vt.s̄.de in di.addic.l. item quod dictum. sed in commis. dic vt supra de leg.com.l.iiij.§. sed Iulianus.&.s̄.proxi.§.

n *Et hanc.* non solum in superiori casu de commissoria.

o *Ille.* scilicet Iulianus.

p *Non contrahi.* scilicet sub conditione.

q *Resolui.* sub conditione.

r *Vera est.* vt &.s̄.de in di.addic.l. quotiens.&.l. vbi.

BIU Cujas

Sed & illa emptio pura est, [a] vbi conuenit, vt si displicuerit intra diem certum, inempta[res]sit.

Si traditur altera res quàm empta: non vsucapitur hoc tit. nisi accedat rei emptæ. Paulus.

¶ Cum Stichum emissem: Dama [b] per ignorantiam mihi pro eo traditus est. Priscus ait, vsu me eum nõ capturum: [c] quia id quod emptum non sit, pro emptore vsucapi nõ potest. [d] Sed si fundus emptus sit, & ampliores fines possessi sint: totũ longo tempore capi: quoniam vniuersitas eius possideatur, non singulæ partes. [e]

Mala fides venditoris nocet emptori, sicut nocet hæredi. Pau.

¶ Eius bona emisti, apud quem mancipia deposita erant. Trebatius ait, vsu te non capturũ: [f] quia empta non sint. [g]

Emptione facta solenniter per tutorem à pupillo trãsfertur in tutorem dominium, si est domin°: aliàs vsucapiẽdi cõditio. Bar.

¶ Tutor ex pupilli auctione [h]* rem [i] quam eius putabat esse, emit. Seruius ait posse eum vsucapere. in cuius opinionem decursum est, eo quòd [k] deterior causa pupilli non sit. *Si pluris [l] habeat emptorẽ, & minoris emerit: [m] tutelæ iudicio tenebitur, ac si alij minoris addixisset. [n] idque & à diuo Traiano constitutum dicitur.

Procurator emens à cõprocuratore, præscribit. Bartolus.

¶ Procuratorem quoque [o] qui ex auctione [p]* quam mandatu domini facit, emerit: [q] plerique putant vtilitatis causa pro emptore vsucapturum. [r] Idem potest dici & si negotia domini gerens [s] ignorantis emerit, [t] propter eãdem vtilitatem. ¶ Si seruus tuus peculiari [u] nomine emat rem, quã scit alienam[esse:] licet tu ignores alienam esse, tamẽ vsu nõ capies. Celsus scribit, si seruus meus peculiari nomine adipiscatur possessionem: id etiam ignorante * me vsucapere. [x] Quòd si non peculiari nomine: non, nisi sciente [y] *me. & si vitiosè [z] cœperit possidere *rem eam: vitiosam esse possessionem. Pomponius quoque [a] in his quæ nomine domini possideantur: domini potius quàm serui voluntatem spectãdam [esse] ait. Quòd si peculiari[nomine,] tunc mentem serui quærendam: & si seruus mala fide possideat, eamque dominus nactus sit, vt suo nomine possideat, adempto puta peculio: dicendum est vt eadem causa sit possessionis, & ideo vsucapio ei non magis procedat.

In rebus peculiaribus scientiam serui inspicimus, in dominicis sciẽtiam domini. & illa sciẽtia inspicitur, quæ fuit in initio possessionis: nõ quæ postea superuenit. Bar.

¶ Si seruus [meus] bona fide emerit peculiari nomine: [&] ego vbi primum [b] cognoui, [c] sciã alienam* esse: processuram vsucapionem Celsus ait. initium enim possessionis sine vitio fuisse. Sed si eoipso tempore quo emit, quãquam id bona fide faciat, ego alienã rem esse sciã: [d] vsu me non capturum. ¶ Et si quod nõ bona fide seruus meus emerit, in pactionem libertatis mihi dederit: non ideo me magis vsucapturum. durare enim primam causam possessionis [e] idem Celsus ait.

Error iustissimus præstat causam vsucapiendi in tit. pro emptore. secus si sit error iniustus: vt error iuris. Bartolus.

---

a *Pura est.* vt supra de contrahen. emp. l. iij. nõ ergo semper hæc dictio si, facit conditionem: vt &. ŝ. de tute. l. muto. §. hãc autem. sed certe hic facit resolutionem conditionalem, non venditionem. in quo est argu. contra. ŝ. de adi. leg. l. legatum pure. j. respõ. *ADDITIO.* Dic secundum Bar. quòd ibi loquitur in vltimis volũtatibus, hic in cõtractibus: vt no. ŝ. de in di. addic. l. ij. in fi.

b *Dama.* propriũ nomen serui.

c *Non vsucapturum* facit. ŝ. de pign. act. l. si quis in pignore. & . ŝ. de acquir. pos. si me in vacuam. in princ. & de hære. instit. l. quotiens. in princip.

d *Non potest.* nisi iustissimus adsit error: vt j. eo. quod vulgo. sed opp. j. proxi. sed ibi rei venditæ adhæret. Item op. de eo qui gregem emit. nam per hoc singula capita nõ emit: & tamẽ singula vsucapiũtur pro emptore: vt. ŝ. de vsuca. l. rerum. in fi. sed ibi omnia continẽtur in vniuersitate empta. Item op. de eo qui emit ancillam. nã etiã partum quem nõ emit, vsucapit pro emptore, secundum Ioã. vt. j. eo. qui ob pactionem. sed ibi est accessio: vel pro suo ibi vsucapit: vt ibi notaui. &. ŝ. de Public. l. si ego. §. partus. Item contra. j. eo. §. si à furioso. sed ibi saltem de facto aliqua fuit.

e *Nõ singulæ eius partes.* immo videtur possideri: cũ singulæ vsucapiãtur: vt. j. eo. l. emptor. quæ est contra. Itẽ & quia nomine partium datur interdictũ vnde vi: vt. ŝ. de acqui. pos. l. quod meo. §. fi. ad hoc dicas hic subaudiri, tantum: vel dic non possideri principaliter per se, sed cum vniuersitate prædij: sed in Dama sec°. qui Sticho accedere nõ potest: vt. ŝ. proxi. respon. Item hic totus fundus erat alienus: in. l. contra. pro parte tantum. & hoc etiam modo respon. ad. l. j. eo. qui fundum. §. si fundum. vel vt ibi. Item contra. C. fi. reg. l. fi. vbi. xxx. an. dicit præscribi actioni fi. reg. sed hic rei vin. x. an. præscribitur: ibi personali fi. re. xxx. an. & ita hic & post decennium agetur fi. reg. sed pars præscripta præscribenti assignabitur.

f *Non capturum.* prædicta mancipia ti. scilicet pro emptore: sed pro suo sic, secundũ quosdã. & est sic. j. de verb. signifi. l. bonorũ. &. C. de euic. l. j. arg. contra. ŝ. de peti. hære. non tantum. Accur.

g *Non sint.* nec emptis rebus accedunt, quod erat superiori casu. Item cõtra videtur. j. eo. quod vulgo. sed ibi erat magis iustus error quàm hic. Præterea hic [a] emptor loco hæredis est: & hæres non vsucaperet: ergo nec iste.

h *Actione.* id est actu, aliàs administratione.

i *Rem.* scilicet mobilẽ. & sic potest vsucapi, vt res ecclesiæ mobilis: vt. C. de sacrosan. eccle. auth. quas actiones. secus in immobili: vt in contra. ŝ. de acquir. re. do. l. bonæ fidei. §. nec interest. vel hic non erat, sed putabatur pupilli. ibi erat. sed hoc non placet quibusdam: vt. ŝ. de re. eo. l. magis. §. j. item dic quòd auctoritate contutoris emit: quia ipse se auctore non posset: vt. ŝ. de auctu. l. v. §. item ipse. &. ŝ. de contrahen. emp. l. fi in emptione. §. fi. & l. non licet. &. C. de contrahen. emp. l. cum ipse. si enim se auctore fecisset, aut sciuisset ius, & non vsucaperet: vt. ŝ. titu. ij. l. si fur. §. j. aut ignoraret, & tunc idẽ: vt. j. §. si à pupillo. nec posset dicere se credere puberem: vt C. de interdic. & rele. l. de tutela. sed extraneus posset: vt. j. §. si à pupillo.

k *Eo quòd.* id est ideo quia.

l *Si pluris.* si id est quãuis alius velit plus dare: quia conuenit tutorem emẽtem, & auctoritatem præstãtem. vel dic pluris &c. id est si iste tutor plus dedit quàm alius daret. si autem minus, hoc subiicit: & si minoris &c. & nota tutelæ conueniri, quia sicut ab aliis, sic à seipso pupillum debuit custodire: vt hic, &. ŝ. si ser. vin. l. altius.

m *Emerit.* auctoritate contutoris: vt. ŝ.

n *Addixisset.* id est vẽ didisset: cũ plus habere potuisset dominus.

o *Procuratorem quoque.* nõ solũ tutoré. Ac.

p *Ex actione.* id est ex administratione.

q *Emerit.* à procuratore: vt cõueniat prædictis. vel dic à quodã alio nomine domini: vt. ŝ. de vsucap. pignori. §. fi.

r *Vsucapturum.* procuratorem, secundũ primum: vel dominũ, secundum alium.

s *Gerens.* sine mãdato.

t *Emerit.* à procuratore domini, vel etiam ab extraneo, etiam rem domini: vt. ŝ. de neg. gest. at qui. §. cum me.

u *Peculiari.* secus si dominico: vt. j. §. Pomponius.

x *Vsucapere.* vt. ŝ. pro solu. l. ij. &. j. de cap. l. pe. Accursius.

y *Sciente.* quo ad vsucap. sed quo ad possess. etiam ignorante: vt. d. l. pro soluto. l. ij. cum ergo mea cõscientia exigitur: si illa est cum mala fide, non vsucapio: sed in peculiari nocet domini scientia ad inchoandum: vt. j. §. si seruus. in fine.

z *Vitiosè.* puta per vim.

a *Pomponius quoque.* non tantum Celsus dicit quòd si non peculiari nomine emit, inspicitur scientia domini: sed etiam Pomponius dicit idem.

b *Primum.* scilicet ex post facto.

c *Cognoui.* scilicet emptionem factam.

d *Sciã.* quia fui præsens quãdo seruus emit: nec phibui cũ possem: vt. ŝ. de lib. cau. l. immo. in fi. &. ŝ. de vsuca. l. hæres. §. fi. secus si non potuissem prohibere: vt. ŝ. de contrahen. emp. l. in huius.

e *Primam causam possessionis.* Sed cur non vsucapio sicut extraneus emptor, cũ mala fides serui nõ nocet. nã dominus vice emptoris est: vt. j. eod. seruus. hic ergo vice hæredis, non vice emptoris habetur. Azo. & facit. ŝ. de acqui. hære. l. cum quidam. §. scientia. & quod no. ŝ. de ædil. edic. l. cum mancipium.

*bonorum est loco hæredis. & sicut hæres non vsucapit: ita nec iste potest vsucapere, hoc addito, quòd iste dicitur procurare in rem suam: ideo nil mirũ si est loco hæredis. Bolo. *Flo. ignorantem *Fl. sciẽtẽ *Fl. possidere, meam vitiosam es. poss.*

alienum.

Dominus vice emptoris est: & vtiũ sit vice hæredis.

a *Si à pupillo emero.* rem alienam. & sic est error dominij rei. res enim sua non potest vsucapi, vt in contra. ff. de acquiren. re. do. l. bonæ fidei. vel hic erat mobilis, ibi immobilis. & eisdem modis solue. C. eo. l. fi. vel ibi sciebat emptor pupillum. Item op. aut pupillus iste possidebat, aut non. sed si non: nec iustam causam pos. potest præstare: vt. C. de acqui. poss. l. cũ nemo. si possidebat, trãsferre poss. nõ poterat: vt. ff. de acquiren. pos. l. possessionem. & de acquiren. re. do. pupillus. quæ sunt contra. si ergo ipse non amittit: ergo nec alius quærit: ergo nec vsucapit: vt. ff. tit. iij. l. fine? Respõ. nõ pupillum, sed emptorẽ possidere vt precario à patre pupilli: & tamen iustam præstat causam vsucapiendi: vt. ff. tit. ij. l. non solũ. §. quod vulgo. secũdum Azo. Vel dic quòd tradidit cum tutore. vel dic quòd non amittat ex sua traditione, vt ibi: sed ex eo quòd emptor possidet & contrectat: vt. ff. de acquiren. pos. si rẽ. vel hic proximus pubertati, ibi non: vel aliud est tradere vt hic: aliud nolle possidere, & deserere: vt ibi. argu. ff. de acqui. pos. l. iij. §. quòd si seruus.

Flo. cõstitit vsucapere

b *Quem puberẽ.* & sic est error ætatis.

c *Hic plus.* aliàs est non. aliàs sine non.

d *Sit in re.* plus enim est quòd res est aliena, quàm opinari eam esse pupilli: vt. ff. ead. l. §. si sub conditione. & ff. de ma. vindi. l. si pater. §. quotiens. aliàs est non, hoc modo, nõ plus est in re, scilicet quòd ille est pupillus, quàm in existimatione ℣ creditur pubes: & tunc est sic. ff. de acquirẽ. hære. qui putat. & sic duo erant hic errores: primus de rei dominio, secundus de ætate.

e *Nõ capies vsu.* vt. C. si quis ignorans rẽ mi. l. j. & C. eo. l. fi. Ac.

f *Nulli prodest.* vt & ff. de vsuca. l. nunquam. sed certe & si puberem putem, possum in iure errare: vt si credam possessionem sine decreto alienare: quod non potest. ad quod dic vt no taui. j. pro donato. l. si vir vxori.

g *Emero.* rem quam possideo: nam possessionem trãsferre non potest, sicut nec pupillus sine tutore.

h *Capere.* pro emptore. nam de eo titu. hic tractat. Azo.

i *Vtilitatis causa.* secus de rigore: quia non est contractus deficiente consensu. & facit supra de instit. sed & si pupillus. §. fi. Sed contra. ff. eo. cum Stichum. solue vt ibi.

k *Publiciana.* immo cõpetit: vt supra de Pu. l. eũ qui à furioso. quæ est contra. Solu. vt ibi.

l *Si eam rem quam pro emptore.* idem in quolibet alio tit. vt. ff. de acqui. pos. l. Pompo. in fi. licet alij dicant secus: & idem quod in hærede: vt. j. l. si defunctus.

m *Non sit.* nisi alius in medio possederit: vt infra eo. titu. l. qui cum hærede. §. fi.

n *Scit alienam.* & est ratio: quia & si hæres non adiisset, hæreditas compleret vsuca. vt. ff. tit. ij. l. nunquam. §. vacuam. & quia est eadem persona: vt in auth. de iureiu. à mo. & ecõtra si defunctus sciuit: hæredi quamuis bo. fi. noceret, licet à se velit incipere: vt infra de diuer. præscrip. cũ hæredes. Quis ergo pro hærede vsucapit? Respon. hæres in re quam defunctus bona fide possedit. Et not. ex prædictis separari causã successoris vniuersalis & singularis: vt hic, & insti. eo. de vsuca. §. diutina. & ff. eo. §. si eam rem.

o *Possessore.* ordinario: vt habeat locum sequens litera.

p *Cæterisq;.* qui habent septimam bo. poss. extraor. vt instituta de bo. poss. §. septima.

q *Emptori.* facit insti. eo. §. inter.

r *Vsucapionẽ.* rei mobilis: secus de præscriptione in immobili: vt C. de rei vindi. l. more litis. Item hoc quo ad cursum: secus quo ad effectũ: vt. ff. de rei vindi. l. si post acceptũ. sed hodie videtur interpellari etiã quo ad cursum. C. de anna. exceptio. vt perfectius, secundum M. sed secundum Io. illa in quatuor casib⁹ loquitur: vt no. d. l. si post accep. tum.

s *Maluerim.* ℣ requiemeram à non domino, & vsucapiebam.

t *Causam possessionis.* id est eius quod est effectus poss. id est vsucapionem. nã prius vsucapiebam: nunc nõ, cum factus sim dominus, si res præsens est: vt. ff. de rei vin. l. eius. & l. hoc si. causa autem poss. constat, quia mihi non mutatur, immo & priorem causam retineo: vt. ff. de acqui. pos. l. iij. §. ex pluribus. quæ est contra.

u *Idemq;.* vt. s. causa poss. mutetur prædicto modo.

x *Litis æstimatio similis.* vel vt fiat dominus si res est præsens: vt. ff. de rei vindi. l. eius. & l. seq. vel vt detur causa vsucapiendi: vt. ff. eo. l. j. Item vt competat Publi. vt. ff. de Publ. l. sed & si res. §. si lis. item vt de euic. teneatur: vt hic, & ff. rerum amo. l. si propter res. & arg. j. qui. ex cau. in pos. ea. l. fi. sed nõ cauetur de euic. licet teneatur: vt dixi: vt. ff. de rei vin. l. & ex diuerso. §. petitor. & ff. de condic. fur. si seruus. §. cauere. sed quidam dicunt eum nõ teneri de euic. arg. C. de transac. si pro fundo. sed certe hic non est transactio. Item facit. ff. commo. l. si vt certo. §. j. & supra de euic. l. si seruus ven. §. j. Sed argu. contra. C. de ser. fugi. l. mancipia. in fi. *ADDITIO.* Dic secũdum Bar. quòd ibi soluit pœnam: hic litis æstimationem.

℣ Si à pupillo emero [a] sine tutoris auctoritate, quẽ puberem [b] esse putem: dicemus vsucapionẽ sequi: vt hic plus [c] sit in re [d] quàm in existimatione. Quòd si scias pupillum esse, putes tamen pupillis licere res suas sine tutoris auctoritate administrare: nõ capies [e] vsu: quia iuris error nulli prodest. [f] ℣ Si à furioso, quem putem sanæ mentis, emero: [g] constitutum est capere [h] *vtilitatis causa [i] me posse: quamuis nulla esset emptio: & ideo neque de euictione actio nascitur mihi, nec Publiciana [k] competit, nec accessio possessionis.

Bona fides auctoris non prodest singulari successori habenti scientiam rei alienæ: secus in successore vniuersali. Bartolus.

℣ Si eam rem quam pro emptore [l] vsucapiebas, scienti mihi alienam esse, vendideris: non capiã vsu. Etiam hæredi vlteriori defuncti possessio proderit: quamuis medius hæres possessionem eius nactus non sit. [m]

Ibi vsucapietur res, scilicet si defunctus inceperat eam vsucapere: quia fuit sibi tradita. secus si non inceperat, quia fuit tradita hæredi malæ fidei, licet defunctus bona fide emisset: quia non inchoauit vsucapere. Pau.

℣ Si defunctus bona fide emerit: vsucapietur res, quãuis hæres scit alienam [n] esse. hoc & in bonorum possessore, [o] & in fideicommissariis quibus ex Trebelliano restituitur hæreditas, cæterisque [p] prætoriis successoribus obseruatũ est. ℣ Emptori [q] tempus venditoris ad vsucapionem procedit.

Per litis contestationem non interrumpitur vsucapio triennii: & ex duabus causis se non compatientibus res non potest possideri. Bartolus.

℣ Si rem alienam emero: & cum vsucaperem, eãdem rem dominus à me petierit, non interpellari vsucapionem [r] meã litis [s] cõtestatione: sed si litis æstimationem sufferre maluerim, [t] ait Iulianus causam possessionis [u] mutari ei, qui litis æstimationẽ sustulerit: idemque [x] esse si dominus ei qui rem emisset à non domino, donasset. eaque sententia vera est.

III. VLPIANVS libro septuagesimoquinto ad Edictum

Litis † æstimatio similis [x] est emptioni.

Mala fides in parte impedit vsucapionẽ alterius partis, si est incerta ratione loci & quotæ: aliàs secus. Paul. de Cast.

IIII. IAVOLENVS libro secundo ex Plautio.

Emptor fundi, partem eius alienam esse nõ ignorauerat. [y] Responsum est, nihil eum ex eo fundo longa possessione capturum. Quod ita verũ esse existimo, si quæ pars aliena esset in eo fundo, emptor ignorauerat. [z] quòd si certum locum esse sciret, reliquas partes longa possessione capi posse non dubito. Idẽ iuris est si is qui totum fundum emebat, pro indiuiso partem aliquã alienam esse

EMptor.] CASVS. Emi fundum meum à te: & partem fundi scio alienam. quæritur an reliquas partes vsucapiam. Et distinguitur. nam aut nescio quæ sit pars aliena, nec ratione loci, nec quotæ: & hoc casu non vsucapiam. aut scio quæ pars sit aliena pro diuiso: & tunc vsucapiam cæteras partes. Franciscus.

y *Ignorauerat.* quãtũ est alienũ ratiõe loci & quotæ: vt in primo. aut scio ratione loci: vt in secũdo. aut ratione quotæ: vt in tertio.

z *Ignorauerat.* ratione ergo incertitudinis nihil valet. arg. contra supra de leg. j. l. si ita sit scriptum. & secundum hanc intellige ff. de acquir. poss. l. si quis fundum. Sed quid si emptor ignoraret quòd aliqua pars sit aliena: venditor scit, & dixerit, vendo tibi quicquid iuris habeo in isto fundo? Respon. non procedere vsuca. arg. ff. de acquir. pos. l. locus. venditio autem tenet: vt. ff. de hære. ven. l. quòd si nulla. Vel dic procedere vsucap. vt. j. eo. qui cum. §. j. nec obst. l. locus. quia potest dici quòd ibi vterque sciebat quòd aliqua pars erat aliena, secundum H.

Scit.

BIU Cujas

a *Scit.* puta tertiam.

Si rem.] Pone casum vt posui. ff. de vsuca. l. sequitur. §. si rem pignori. Franciscus.

b *Subripuero.* Ego dominus: secus si non sum dominus: vt supra pro sol. l. fi. & C. eo. l. cum scit. vel solu. vt supra de vsucap. l. sequitur. §. si re. vbi etiã quæsiui quomodo hoc casu potest habere locum vsucapio: cum dominus alienet. & fa. ff. de fur. l. cum hæres. §. j. *Regin. Fl.*

scit. [a] eam enim dumtaxat non capiet: cæterarũ [verò] partium non impedietur longa possessione vsucapio.*

Furtum factum à domino, vsucapibilem rem non facit. Bartolus.

V. MODESTINVS libro decimo Pandectarum.

SI rem quam tibi pigneraui, subripuero, [b] eamq; distraxero: de vsucapione dubitatum est. Et verius est vtiliter cedere tempora vsucapionis.

Qui ab alio rogat precario quod possidet: incipit possidere ex noua causa, & desinit ex antiqua. Bartolus.

VI. POMPONIVS libro trigesimosecundo ad Sabinum.

QVi cum pro hęrede vel pro emptore vsucaperet, precario rogauit: [c] vsucapere nõ potest. Quid [d] porrò inter eas [e] res interest: cũ vtrubiq; desinat ex prima causa possidere, q precario vult habere?

Mala fides in vna re certa, non nocet in altera in qua certum est adesse bonam fidẽ, secus si ambæ sunt incertæ. Pau.

¶ Si ex decem seruis quos emerim, aliquos putẽ [esse] alienos: & qui sint [alieni] sciã: reliquos vsucapiam. quòd si ignorẽ qui sint alieni, neminem vsucapere [f] possum.

Vsucapio cœpta per defunctum, completur per hæredem etiam possessione non apprehensa. Pau.

¶ Post mortem eius qui hominem emerit: expleto tempore quod defuisset ad vsucapionẽ, quamuis eum hominem hæres

a *Scit.* puta tertiam.

Si rem.] Pone casum vt posui. ff. de vsuca. l. sequitur. §. si rem pignori. Franciscus.

b *Subripuero.* Ego dominus: secus si non sum dominus: vt supra pro sol. l. fi. & C. eo. l. cum scit. vel solu. vt supra de vsucap. l. sequitur. §. si re. vbi etiã quæsiui quomodo hoc casu potest habere locum vsucapio: cum dominus alienet. & fa. ff. de fur. l. cum hæres. §. j.

Qui cũ pro hærede.] CASVS. Vsucapiebã rem tit. pro emptore, vel pro hærede: & interim eãdem rem petij precario à vero domino. dicitur q̃ desino vsucap. [*SI EX DECEM.*] Emi. x. seruos à domino. quosdam scio alienos, & eos cognosco. alios vsucapiam. sed si non cognosco illos quos scio alienos, neminẽ eorum vsucapiã. [*POST MORTEM.*] Testa. vsucapiebat seruum tit. pro emptore. decessit testator. hæres interim distulit adire hereditatẽ. dicitur quòd hereditas cõplet vsuca. & ea cõpleta si hæres postea adeat hære. efficitur dominus huius serui sicut aliarum rerum hereditariarũ. & hęc sunt vera nisi alius interim eũ seruum possedit. Fran.

c *Rogauit.* à vero domino: vt &. ff. de acqui. pos. interdũ. non à creditore debitor. nã non desineret vsucapere: vt supra titu. ij. l. non solũ. §. q pignori. &. §. fi.

d *Quòd.* pro quia. aliàs quid.

e *Inter eas.* id est titu. pro emp. & pro hærede ex vna parte: & precarium ex alia.

f *Neminem vsucapere.* ratione incertitudinis: vt. ff. co. l. emptor.

g *Fiet.* adita hæreditate, saltem animo.

h *Eius.* vt. ff. titu. ij. l. cœptam.

i *Possedisset.* vt. ff. tit. iij. l. fi de eo. §. j. &. l. Póponius. §. quæsitum.

SI quis merces [n] ex naue iactatas inuenissent: num ideo vsucapere non possit, quia non viderentur derelictę, quæritur. Sed verius est, eum pro derelicto vsucapere non posse.

Qui negat alimenta, & alii tradi mandauit: pro derelicto videtur habere. Bar.

VIII. PAVLVS libro octauodecimo Responsorum.

SEmpronius † Thetidi [o] statuus quæstionẽ facere tentabat, quasi de serua sua nata sit: [p] qui [q] iam testato cõuẽtus à Procula nutrice Thetidis de *soluẽdis alimentis, [r] respondit nõ se habere vnde alimenta eiusdem exsoluat: sed debere eam patri suo restituere Lucio Titio [s]. idque cum *illa in testationem [t] redegisset, vt postea nullã quæstionem pateretur ab eodẽ Sẽpronio: Lucius Titius Seiæ Proculæ solutis alimẽtis [u] puellam vindicta manumisit. quæro, an possit rescindi libertas Thetidis. Paulus respondit, quoniam dominus ancillæ, ex qua Thetis nata est, Thetidem pro derelicto habuisse videtur: potuisse eam à Lucio Titio [x] ad libertatem perduci.

PRO LEGATO.

TITVLVS IX.

Ille possidet & vsucapit titulo pro legato, cui legatum est à non domino: vt in glo. Franciscus.

I. VLPIANVS libro sexto Disputationum.

LEgatorum nomine is videtur possidere, cui legatũ est. [y] Pro legato enĩ possessio & vsucapio nulli alij quàm [ei] cui legatum [z] est, competit.

II. PAVLVS libro quinquagesimoquarto ad Edictum.

SI possideam aliquam rem, quam putabã mihi legatam, cum non esset, [a] pro legato non vsucapiam:

III. PAPINIANVS libro vicesimotertio Quæstionum.

NOn magis quàm si quis emptum existimet, quod non emerit. [b]

Not. hic casum in quo ille qui habet causam à domino, nõ efficitur dominus, sed acquirit vsucapiendi conditionem. Pau.

IIII. PAVLVS libro quinquagesimoquarto ad Edictum.

SEmpronius.] CASVS. Thetis nata ex serua Sẽpronij, & ex Lucio Titio: habebat Proculã in alũnã: quæ alumna nomine Thetidis petiit alimenta à Sempronio: & Sẽpronius denegauit ei Thetidi dare alimenta, & dixit: vadat ad patrem suum Lucium Titiũ, & hæc respõsio fuit in scriptis redacta. tãdem Lucius Titius eã apprehẽdit, & manumisit. dicitur quòd libera est, quasi dominus habuerit eam pro derelicto, & sic effecta fuit Lucij. & sic Lucius tãquã effectus dominus potuit eam manumittere. Franciscus.

Flo. idq; ea illa

o *Thetidi.* pupillæ.

p *Nata sit.* de Lucio Titio: vt. j. in fi. legis.

q *Qui.* s. Sempronius.

r *Alimentis.* quę si dominus erat, dare debebat.

s *Lucio Titio.* qui pater erat Thetidis.

t *In testationem.* id est scripturã corã testibꝰ.

u *Solutis alimentis.* & apprehẽsa puella à Lucio Titio.

x *Lucio Titio.* qui eam occupauit. & est sic supra de noxa. quemadmodum. §. j. sed videtur statim libera: vt in authẽ. de nup. §. & multo potiꝰ. & C. de Lati. lib. tol. l. j. §. sed scimus. quæ sunt contra. Solu. hic dixit dandam Lucio Titio: quod nõ dixit in cõtrariis. Alij q illæ hanc corrigãt. Tu dic quòd illę in lãguẽte, hic in nõ languẽte. an autẽ sola denegatio alimẽtorũ faciat haberi p derelicto? Respõ. nõ: vt. C. de infan. ex. l. ij. & facit. ff. de ita. ho. l. seruus. & de dam. infe. l. si finita. §. non autem. &. §. si quis.

Alimentorũ denegatio non facit haberi pro derelicto.

PRO LEGATO.

y *Legatorum. Legatum est.* à non domino, & quandoque à domino: vt. j. l. iiij. aliàs statim fit dominus etiam sine traditione: vt infra de fur. l. à Titio. & an sic currat vsucap. sine traditione pos. dic vt. ff. de vsuca. Celsus.

z *Legatum.* vel iustus error interuenerit. quod dic vt. j. eo. l. iiij. &. j. pro suo. l. penul. §. finali.

SI possideam.] CASVS. Credo rem mihi legatam, cum nõ sit. non vsucapiam eam tit. pro legato. idem in tit. pro emptore. h. d. cum. l. seq. Franciscus.

a *Non esset.* nec iustus error adest: vt dixi. ff. l. proxi.

b *Non magis. Non emerit.* nec iustissimus error interuenerit: vt supra pro emp. l. ij. in prin. &. l. quod vulgo.

PRo legato.] CASVS. Siue testator legat rem alienã mihi, siue suam, & in codicillis adimat, & hoc ignoré: dicitur quòd vsucapio istã ré ti. pro legato. Idé est & si leget Titio, & duo sint Titij,

c *Si quis merces.* s. bene compositas: vt etiam si non capiantur, periturę non sint: alioquin credendum esset derelinquendi animo merces iactasse: vt. j. de fur. falsus. §. si iactum. Io. & facit. ff. ad le. Rho. de iac. l. ij. §. fi. &. l. q leuãdæ. & inst. de rerũ diui. §. fi. Ac.

BIU Cujas

Titij,& vnus eorum apprehendat legatum. nam vsucapit. Fran.

a *Adempta.* quod ergo est ademptum,nó omnino perinde habetur ac si legatum non fuisset, cum hoc inducat iustam causam errandi: & est sic in reuocatione mandati: vt.j.de sol.cum quis. Sed arg. contra.ff.de le.j.l. si ita sit scriptũ. Sed si res adépta erat testatoris, & fit postea hæredis: ergo transtulit dominium in legatarium:non ergo indiget vsuc. Ad hoc quidam dicunt, q̃ res erat apud legatariũ sine vitio: vt.j.eo.si non traditam. Alij q̃ hæres nó tradidit: sed dixit cuicũque est legata,eã accipiat. vnde non videtur huic tradidisse, cũ ei legata non erat. Alij q̃ vere tradidit hæres: sed sub cõditione, si ei debetur: vnde si ei debetur,statim est dominus: nunc ergo vsucapiet. Tu dic q̃ hæres simpliciter tradidit: & prudens in iure credebat dominium relicta via in legatariũ trãsisse: vnde tradendo non intendebat transferre dominiũ: sed iam trãslati dominij pos.tradere. vnde nó transtulit: vt.ff.de condic.ob cau. l.iij.§.subtilius.

*Fl.mortui

b *Iusta causa.*sic.j.eo. l.fi. & arg.ff.de adquir. hære.l.cum quidam.§. quod si ipse putet.

c *Idem potest dici.*si sit iustus error.

d *Existimauerit.*& existimare debuit propter maiorem affectum:nec dubium sibi erat. aliàs si in dubiũ reuocet ius: impedit hoc legatum: vt.ff.de reb⁹ dub.si fuerit.& ita hic erraret in iure: & sic non vsucaperet.

Ea res.] *CASVS.* Legasti mihi rem Titij.dicitur quòd vsucapio istã rem licet dominus eius viuat: dum tamen credam testatoris fuisse.&.h.d.hæc.l.cum seq. Fran.

e *Viuat.* non est cõtra.ff.pro hærede.l.j.quia ibi non erat mortuus cuius credebatur fuisse hæreditas.& hic erat mortuus cuius credebatur fuisse res legata. & fa.j.pro suo.l. pe.§.fin. &.l.fin.& coniunge le.seq.Accursius.

a Bal.in.l. 2. in.2. col. ff.eod. istam glo.sing. ad hoc reputauit,quòd licet hæres vel legatarius reputetur cõmuniter capax: tamẽ si vere est incapax,non capit, nec vsucapere potest. quæ gl. hoc non dicit, si bene ponderetur: ideo male eã gustauit Bal.Bolog.

f *SI is. Existimauerit.* & est verum eum mortuum esse, & scitur.

g *NEmo.Factio est.*[a] passiue: vt.j.eo.l.fina.sed si eius rei non habeat commercium,idem: secus si ab eo legetur qui nõ est capax:vt.ff.de lega.ij.mortuo.§.Labeo.Item quid si errans in facto putet se posse vsucapere: quia incestuosus est: sed putat se legitimum?Item quid si aliàs est capax, sed nó ab isto à quo credit sibi relictum?Respon.hoc casu non vsucapit.Azo.Item facit supra pro hærede.l.fin.

h *SI non traditã.Sine vitio.* vt quia hæres non satisdat:vt in exẽplo.j.quorũ le.l.fi.§.si per legatariũ.vel quia hæres accommodauit voluntatẽ,licet non tradidit.vel quia vacantem & nódum per hæredem apprehensam occupauit.& secundum hoc nõ ob.ff.de adquir.pos.l.si ex stipulatione.Itẽ facit hęc.l.ad id quod not.ff.de vsucap.l.Celsus.Sed nónne tenetur peti.hæredi?Dic q̃ non,propter iustum errorem.quod dic vt.j.l.proxi.not.

Pro legato.]*CASVS.*Is potest vsucapere titu.pro legato,cui potest legari, quia sit persona quæ possit capere ex testamẽto.Secundo,impubes condidit testamẽtum,& legauit Titio aliquam rem:hic Titius credidit testatorẽ esse puberẽ: & sic posse testari:dicitur quòd vsucapiet. Tertio, testator legauit mihi rẽ tandem ademit eam mihi in codicillis: ego hoc ignorans cœpi possidere illam rem.dicitur quòd vsucapiam.Fran.Accur.

i *Recte.* id est cui testator recte legare potuit.

k *Non iure.*sed op.aut sciebat:& tunc mala fide:vt.ff.de vsuca.l. si fur.aut non:& sic errabat in iure: & tunc idem vt nó vsuca.vt.ff. de vsuc.l.nunquã?Respon. licet de iure non teneat, tamẽ legatarij dic in facto errasse: vt quia credidit puberẽ: & sic posse testari, qui erat impubes. ar.ff.pro emp.l.ij.§. si à pupillo. vel credidit adesse septem testes vel sigilla, vel ex causa ꝑtitionis apparuit postea nó valere iure iusto: licet hodie sec⁹: vt.C.de ꝑte.authen.ex causa.

l *Ademptũ est.*de hoc dixi.ff.eo.pro legato.

m *Post.*si iustus sit error:sed videtur q̃ cesset vsuca. pro leg. cum teneatur peti.hęre.quę est perpetua: vt.C.de peti.hær.l.hęreditatis? Respon. propter iustũ errorẽ habetur ac si titulũ haberet. vnde dicta actione nó tenetur.

PRO DOTE.

TITVLVS X.

Si res detur in dotem vniuersaliter, vel specialiter: matrimonio contracto vsucapitur pro dote: ante contractum verò vsucapitur pro suo: nisi expresse sit actum quòd non transeat dominium nisi matrimonio contracto:& hoc siue res detur æstimata,siue inæstimata. Bartolus.

I. VLPIANVS libro trigesimoprimo ad Sabinum.

TItul⁹ est vsucapionis, & quidem iustissimus, qui appellatur ꝑ dote:[n] vt qui in dotem rem[o] accipiat, vsucapere possit[p] spatio solẽni quo solent qui pro emptore vsucapiũt. Et nihil refert, singulæ[q] res, an pariter vniuersæ[r] in dotem dentur. Et primum de tempore videamus, quãdo pro dote quis vsucapere possit:vtrũ post tẽpora nuptiarum, [s]an verò & ante nuptias. [t] ¶ Est quæstio vulgata, [u]an sponsus (hoc est qui nondũ maritus est) possit rem pro dote vsucapere. Et Iulianus inquit:Si spõsa sponso sponsa dedit dotem sponso eo animo vt demũ post contractas nuptias fiat eius:tũc antequam matrimoniũ sequatur, nó potest vsucapere vir.si autem non apparet quo animo dederit: cũ præsumamus quòd dederit eo animo quòd statim fiat eius: sic sponsus possit statim vsucapere illas res titu. pro suo: non pro dote.

[*CONSTANTE.*] Vxor res alienas dedit in dotem viro.dicitur quòd vir potest illas res vsucapere titu.pro dote.hoc fallit in duobus casibus.Primus,quando nullum matrimoniũ est contractum:licet hoc putarent. alius vt si est contractum inter personas quæ sunt prohibitæ à iure contrahere.Fran.

n *Pro dote.* vt supra de Publi.l.sunt & aliæ.§.j.

o *Rem.* alienam.

p *Possit.* facit.C.eod.l.vnica.Accursius.

q *Singulæ res.* id est singulariter,& per se tantum. res enim illæ alienæ fuerunt datæ in dotem.

r *Vniuersæ.*s.res mulieris.i.cũ aliis quæ erant mulieris, vel ditis:& sic omnia bona sua dedit:inter quæ erant quædam res alienæ:& hoc casu videtur dominium transire sine possessione,vt in societate omniũ bonorũ:vt.ff.ꝑ socio.l.ij.sed vsuc. demũ secura possessione:vt.ff.de vsuca.l.fine. sed nó audeo primum dicere q̃ dominiũ sine possessione transeat,q̃ generaliter dedit:sed forte pro suo habet locum:vt.j.innuit.§.proxi.sed alio casu ibi dicit.

s *Nuptiarum.* & ita post matrimonium contractum.

t *Nuptias.* & sic ante contractum de iure,vel de facto. Accur.

u *Vulgata.* id est consueta.vel dic apertius & magis vulgariter quàm.ff.licet statim facta sit illa eadem quæstio.ff.proxi.

Cessabit.

BIU Cujas

a *Cessabit.* pro dote,& pro suo:quia nec dominiũ transiret si sic daretur:licet esset mulieris:vt.ff.de iure do.l.dotis fruc.§.fin.

b *Non videtur.* id est non apparet.

c *Eius.* sponsi.

d *Fiant.* vt.ff.de iure dot.l.sed nisi. & est sic.ff. de hære.instit.l. quotiés.§. si duo. & de donat. l. Aristo. & de admi.tuto.l.si duo.

e *Posint.* tit.pro suo. & sic soluitur contrarium.j.l.proxi.

f *Sed pro suo.* hoc cum dos fuit inæstimata.secus si æstimata : vt.j.l. proxi.secundum Azo. & H.vel aliter vt ibi.

g *Constãte.* i.cõtracto de iure & de facto.

h *Si cesset.* de facto,& de iure:vt differat à sequenti respon. & est sic.ff. de iure do.l.iij.& supra tit.j.l.nemo.

i *Nulla sit.* sine matrimonio.

k *Putauit.* errãs in iure: vt quia credebat valere in casu prohibito: qui multi sunt:vt instit. de nupt.§. sunt & aliæ. vnde cum sit error iuris,nocet : vt hic, &.ff. de vsuca.l.nũquam.secus si in facto erret: vt quia credebat liberam, quę est ancilla:quia tũc vel pro dote, propter iustum errorem, habet locum: vel pro suo,secũdum Azo. vel vtraque secundũ alios;vt.ff. de iure do.l. Proculus.

l *Sit.* vbi non sit matrimonium.

m *Æstimata.* secus si non æstimata: vt supra eo.l.j.§.ante.quę est contra, secundum Azo. & H. & dic inæsti.etiam si æstimẽtur ideo vt sciatur an fiant deteriores:vt.C.de iure do.l.si inter. Alij,vt R. distinguunt, an sic dẽtur vt demum secutis nuptiis fiant accipientis : & tunc obtinet quod hic. an quòd statim,vel nihil de hoc agitur:& tunc quod ibi. & pro eo.j.titu. j.l.j. Cui oppono.ff.pro emp.l.ij.§.si sub condi.sed respõ. verum est pro emp.vt ibi : sed pro suo sic vt hic, etiam ante conditionem.vel illud in condit.expressa:hic in tacita. Tu dic quòd cum dantur æstimatæ:etiam si agitur vt statim fiant viri, tamen contractus suspenditur in euentum cõditionis:vt.ff.de iure do.l.plerunque.§.si ante.vnde cum habeatur pro eo ac si non fuerit,non potest dici quòd habuit bonam fidem vir in eo quod non fuit: quod est necesse non solum tempore traditionis, sed etiam contractus in venditione : vt.ff.pro emp.l.ij. qualis iste est : vt.C.de iur.do.l.quotiens.vnde prima solutio vera est.

n *Nec pro suo.* nedum pro dote.

o *Ante nuptias.* nec mirũ:quia conditionalis est venditio:vt.ff. de iure do.l.plerunque.§.si ante. vnde interim vsuca.cessat:vt.ff. pro emp.l.ij.§.si sub cõditione.licet R.cõtra:vt modo dixi.post cõditionem autem vsucap.pro emptore locum habet:vt dicta.l. plerunque.§.si ante.&.C.de iure do.l.quotiens.

Duæ. C. ASVS. Duæ filiæ successerunt patri ab intestato.in hac hæreditate plura erant mãcipia,puta decem. vna ex his dedit viro suo quinque:alia ex his mancipiis in dotem alia quinque. & ista mancipia separata quilibet virorum longo tempore possedit: nunc filiæ vellent diuidere hæredi.& sic etiã mancipia. dicitur q̃ mancipia non possunt diuidere,cũ vsucapta sint. Fran.

p *Singulæ.* puta vna quinque mancipia:alia totidem:cum essent decem cõmunia.& sic etiam remanserunt communia:nec tamen fecerunt adinuicẽ furtum, cũ quælibet credidit aliã permissurã.

q *Multis annis.* id est tempore statuto in vsucapione.Accur.

r *Cur non vsucepissent.* triennio. & sic not. actionem communi diuidundo tolli minori spatio.xxx.an.vt &.C.de commu.rerum alie.l.j.& no.C.in quibus cau. ces. lon. tempo. præscrip. l. vnus. nam habebat hic locum cõmuni diui. ante præscriptionem, etiam contra acceptorem virum:vt.ff.de act. emp.l.Iulianus.§.idem Celsus.

ea mente tradiderit res, vt non antè eius fieri vellet, quàm nuptiæ secutæ sint: vsus quoque capio cessabit. [a] Si tamen * non videtur [b] quid actum fuerit,credendum esse id agi Iulianus ait, vt statim res eius [c] fiant: [d] & si alienæ sint, vsucapi possint. [e] quæ sententia mihi probabilis videtur. Ante nuptias autem non pro dote vsucapit, sed pro suo. [f] Constante [g] autem matrimonio pro dote vsucapio inter eos locum habet, inter quos est matrimoniũ[contractum.]Cæterum si cesset [h] matrimonium, Cassius ait cessare vsucapionẽ: quia ei dos nulla sit. [i] Idem scribit,& si putauit [k] maritus esse sibi matrimonium, cum non esset: vsucapere eum non posse: quia nulla dos sit. [l] quæ sententia habet rationem.

Ante contractum matrimonium æstimata res à sponsa sponso data, non vsucapitur à viro nec tit.pro suo : nec tit.pro emptore.Fran.Accursius.

II. PAVLVS libro quinquagesimoquarto ad Edictum.

SI æstimata [m] res ante nuptias tradita sit : nec pro emptore, nec pro suo [n] ante nuptias [o] vsucapietur.

Res præscripta, vel vsucapta, in iudiciũ diuisorium non venit. Bartolus.

III. SCAEVOLA libro vicesimoquinto Digestorum.

DVæ filię intestato patri hęredes extiterunt:& mancipia communia singulæ [p] in dotem dederunt: & post aliquot annos[à] morte patris, Familiæ erciscundæ iudicium inter eas dictatum est.quæsitum est,cum mariti bona fide mãcipia in dotem accepta, vt dotalia, multis annis [q] possederint: an[ea]vsucepisse videantur,si ij qui accipiebant, dantis credidissent esse.Respõdit,nihil proponi cur non vsucepissent. [r]

PRO SVO.

TITVLVS XI.

Pro suo possidet, qui possidet ex causis ex quibus de iure gentium dominium quæritur. Item quocunque titulo possidet. Item quilibet dominus. Bartolus.

I. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum.

PRo suo possessio talis est,cum dominium nobis adquiri putamus:& ex ea causa possidemus ex qua adquiritur, [f] & præterea [t] pro suo: vtputa ex causa emptionis, & pro emptore, & pro suo possideo. Item[in re]donata, vel legata,vel pro donato,vel pro legato,[vel]etiam pro suo possideo. Sed si res [u] mihi ex causa iusta,puta emptionis,tradita sit, & vsucapiam: incipio quidem & ante vsucapionem [x] pro meo possidere. Sed an desinam ex causa emptionis post vsucapionẽ[possidere,]dubitabatur. Et Mauricianus dicitur existimasse non desinere [y] [possidere.]

Pro suo.] CASVS. Titulus pro suo habet locum quando alius titulus deest: vt si ceruũ tuum, credens non mansuetum, cepi. Habet etiam locum cum alio titulo : vt si possideo rem ex causa emptionis, vel donationis.nam possidere dicor & titulo pro emptore, vel pro donato, & pro suo. postea aliqua ex prædictis repetit vt addat. nã si emi à domino,& antequam vsucapiam possideo:possideo titulo pro suo,siue pro meo: & etiam postquã vsucepi, possideo titulo pro suo,& pro emptore.Franciscus.

Vsucapio an habeat locũ in emptione cõditionali, in qua pẽdente cõditione traditio fit.

f *Adquiritur.* id est adquiri solet:& est exẽplum,vt si tuum ceruum,credens non mansuetũ:vel tuam gemmam,credens nullius, in littore inuenio:vt.ff.de adquir.possess.l.iij.§.generali. &.j.l.ij. si autem esset nullius,fieret meũ: & sic non vsucaperem : vt.ff.de vsuca.l.sequitur.§.Iana.præterea est exẽplum huius respon.vbicunque est iusta causa vsucapiendi, & deficit alius titu.nec enim est determinatus titu. iste : vt patent exempla.ff.titu.j.l.j.§. ante nuptias.&.ff.de iure do.l. Proculus.&.j.eo.l.fi.Accur.

t *Est præterea.* ex hoc.§.not.quòd omnibus titu. adhæret:licet quidam contradicentes hic,pro suo,id est pro proprio.

u *Sed si res.* videtur repetere supradicta. vnde R. dixit hic de conditionali emptione loquit:in qua si pendente conditione traditio fiat,habet locum vsucapio. quod nõ placet:vt not.ff.tit.j.l. si æstimata. dic ergo repetit vt addat & distinguat inter tempus ante vsucapionem completam:& tempus post vsucapionem cõpletam.Idem tamen dicit vtrobique.

x *Vsucapionem.* scilicet completam.

y *Desinere.* scilicet possidere.aliàs est in litera,& tunc non sub-

audies. nam ex pluribus causis tenere potest: vt. ff. de adquir. poss. l. iij. §. fina. & adde quod ibi de hoc notaui.

a *Et species.* Mirabiliter dicit species, cum concurrat cũ quolibet tit. sed respexit ad id quod quãdoque procedit etiam nullo alio titu. interueniente: vt. ff. l. proxi. not. Item caute dicit possessionis, & non vsucapionis: non enim in omnibus exẽplis ꝓcedit vsucapio. Accur.

b *Capimus.* si quidem sint alicuius, cum credam nullius: possidens vsucapio ꝓ suo. si nullius, possideo pro suo: sed non vsucapio, cum meum sit: vt not. supra. l. proxi.

c *Nostra fiunt.* vel vere: & sic non vsucapimus. vel putatiue: quia puto meum fundũ cui accedit, cum non sit: vt supra de Publi. l. si ego. §. quod tamen.

d *Alieno nomine.* immo suo nomine: sed dicit alieno: quia ab alio habet causam. sic ponitur verbum alieno nomine. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. si quis alieno. vel dic re vera alieno: vt quia procurator meꝰ qui emit ancillam, vsucapit antequã sciam, & mihi tradat: sed iure mandati restituit. potuit enim ꝓcurator errare in facto: quia putat partum illius esse ex sua ancilla propria.

e *Emptæ.* à procuratore.

f *Fructus.* naturales, aliàs fiunt statim mei: vt. ff. de vsur. l. fructus.

Hominẽ.]*CASVS.* Credens te mihi debere Stichũ ex stipu. eũ mihi tradidisti. dicitur ꝙ si ego etiam hoc credebam: vsucapiam titulo pro meo. si autem sciam eum mihi non deberi: tunc non vsucapiam. Fran.

g *Non capiam.* vt. ff. pro soluto. l. si existimãs. &. ff. pro emp. l. qui fundum. §. seruus. sed condictione indebiti teneor ratione possessionis: vt. ff. de condic. indebi. l. indebiti. §. j. & facit. j. de fur. l. falsus. §. sed si is. &. ff. si mulier ven. no. l. j. §. competit.

h *Capiam.* quia habeo malam fidem.

i *Traditum est.* vt fiat meum: secus si mihi tradatur quasi meum: vt. ff. de vsuca. l. cum solum. quæ est contra.

Si ancillam.]*CASVS.* Ancillam furtiuã bona fide emisti. tandem hæc ancilla concepit & peperit penes te: & sic cœpisti possidere partum: & antequam compleres vsuca. partus, cœpisti scire ancillam furtiuam esse. quęritur, an procedat vsuca. & dicitur ꝙ sic: quia non interrumpitur per talem scientiam. & hoc dixit Trebatius: auctor tamen legis dicit fore distinguẽdum: nam aut nescisti ancillam furtiuam intra prædictum tempus: & tũc bene vsucapis. aut sciisti: & volebas certiorare dominũ, & non potuisti: vel certiorasti: & tũc similiter procedis in vsuca. si autem poteras certiorare dominũ, & non fecisti: tũc diceris possidere clam, nõ pro suo. [*SI PATER.*] Pater diuisit bona inter filios, & tradidit: tandem filij post mortem patris habuerunt ratã diuisionem. dicitur ꝙ filij dicuntur possidere & vsucapere titulo pro suo, siqua ex his quæ sunt diuisa, nõ fuerunt de bonis patris. [*QVOD LEGATVM.*] Testator reliquit legatũ Titio, cũ duo essent Titij. hæres dedit vni ex his de quo forte testator nõ senserat. dicitur quòd ille vsucapiet titulo pro suo. Fran.

k *Emisti.* à fure, putans eum dominum.

Pro suo dicor possidere omnia quæ capimus mari, cœlo, vel terra, & etiam ea quæ per alluuionem fluminum adquirimus. partum ancillæ hæreditariæ, & etiam fructus rei emptæ, seu donatæ, dicor possidere titu. pro suo.

II. PAVLVS libro quinquagesimoquarto ad Edictum.

EST species[a] possessiõis quæ vocatur pro suo. hoc enim modo possidemus omnia quæ mari, terra, cœlo capimus: [b] aut quæ alluuione fluminum nostra fiunt: [c] item quæ ex rebus alieno nomine[d] possessis nata possidemus: veluti partum hæreditariæ aut emptæ[e] ancillæ pro nostro possidemus: similiter fructus[f] rei emptæ, aut donatæ, aut quæ in hæreditate inuenta est.

III. POMPONIVS libro vicesimosecundo ad Sabinum.

HOminem, quẽ ex stipulatione te mihi debere falsò existimabas, tradidisti mihi. Si sciissem mihi nihil deberi, vsu eum non[g] capiam: [h] quia si nescio, verius est vt vsucapiam, quia ipsa traditio ex causa, quã veram esse existimo, sufficit ad efficiendum, vt id quod mihi traditum est, [i] pro meo possideam. & ita Neratius scripsit: idque verum puto.

Si post cœptam vsucapionem partus ancillæ furtiuæ per bonæ fidei possessorem, superueniat scientia quòd ancilla erat furtiua: ita demum procedit & completur vsucapio, si ignorauit cuius esset: vel sciuit, &

A l *Vsucapionis.* scilicet triennium.
m *Putat.* & male.
n *Ego.* iurisconsultus.
o *Mancipium.* scilicet furtiuum.
p *Vsucaperes.* id est perficeres vsucapionem, cum scires. scilicet esset, & per hoc furtiuum. secus autem si simpliciter alienũ sciuisti: quia non ideo minus vsucapis: vt. ff. de vsuca. iusto. §. & si poss. quæ est contra. & adde distinctionem quæ est. ff. de publi. si ego. §. partus. Accursius.

sibi denuntiare non potuit: vel si potuit, denuntiauit: aliàs secus. Pau.

IIII. IDEM libro trigesimosecundo ad Sabinum.

SI ancillam furtiuam emisti[k] fide bona: [& quod] ex ea natum & apud te conceptũ est, ita possedisti, vt intra constitutum vsucapionis[l] tempus cognosceres matrem eius furtiuã esse: Trebatius omnimodo putat, [m] quod ita possessum esset, vsucaptum esse. ego[n] sic puto distinguendum, vt si nescieris intra statutum tempus, cuius id mancipium[o] esset: aut si scieris, neque potueris certiorem dominum facere: aut si potueris quoque, & feceris certiorem: vsucaperes.[p] sin verò cùm scires & posses, nõ feceris certiorem: contra esse. [q] tum enim clã possedisse videberis. [r] neq; [enim] idem & pro suo, [f] & clam possideri potest.

Licet filii in potestate res alienas inuẽtas in hæreditate paterna non vsucapiant tit. pro hærede, vel pro suo: si tamen fuerunt per patrem inter eos diuisæ, & traditæ, & ipsi post mortem tenuerunt ex illa diuisione, ratam ipsam habentes: vsucapiunt tit. pro suo, & ex dicta diuisione. Pau.

[s] Si pater cum filiis[t] bona quæ habebat, partitus[u] sit: & ex ea causa[x] post mortẽ patris ea teneant, ꝙ[y] inter eos cõuenerit vt ea diuisio rata esset: vsucapio his procedet pro suo[z] in his rebus quæ alienæ in bonis patris inueniuntur. [s] Quod legatum[a] cit. ff. de vsuc. l. sequitur. §. de illo. &. l. non solum.

t *Si pater cum filiis.* in potestate constitutis.

u *Partitus.* & sic non valuit inter patrem & filiũ: cum non possit nasci inter eos ciuilis obligatio. Accursius.

x *Ex ea causa.* diuisionis.

y *Quòd.* id est quia. sed inuiti tenentur stare, si solenniter fuit facta: vt. C. fami. ercis. l. fin. & authẽ. si modo. &. C. de testa. l. hæc consultissima. §. ex imperfecto & authen. quod sine.

z *Pro suo.* Dicunt quidam quòd vbicũque cessat vsucapio pro hærede, quia sunt sui: habeat locũ pro suo: quod non placet: quia verbis, non rebus, lex quæ prohibet (vt. C. pro hærede. l. nihil.) esset imposita. Alij quòd hic sit specialis casus: & ideo hic ponitur vt suus pro hærede vsucapiat. Tertij, quòd erant emancipati: sed certe tunc & pro hærede haberet locum: sed hoc verum, si in tempore mortis testator habuisset. hic autem prius tradiderat. Alij, quòd hic fuit eis tradita post mortem patris, à quodam qui se credidit debere patri, cũ non deberet: quod non placet. Alij, vt Azo, quòd cœperat possidere pro suo. Tu dic quòd pater donauit, & tradidit, & diuisit, & procedit vsucapio pro suo ex diuisione quam ratam habuerunt post mortem patris: quæ vicem obtinet emptionis: vt. C. communia vtriusque iudi. l. j. & secundum hoc soluitur contra. ff. pro dona. l. j. §. si pater. Item contra. ff. de vsuca. cum solus. vbi huiusmodi traditio siue diuisio nõ inducit vsuca. sed expone vt ibi.

a *Quod legatum.* legatum erat Titio. duo erant Titij: hæres soluit ei de quo testator non senserat. vsucapit.

BIU Cujas

a *Non sit.* in veritate.
b *Perperam.* propter errorem nominis: & dic siue extranei, siue etiam testatoris erat res: vt not. ff. pro legato. l. iiij.
c *Possidet.* si habet veram causam opinandi sibi legatum. Acc.

Vsucapio.] CASVS. Vsucapio non solum ex prædictis causis siue titulis, sed etiã ex aliis causis concessa, ideo est inducta, vt sit finis litiũ. Secundo dicit: euenit aliquãdo quòd rem quã credo meam, & non est, vsucapio: vt quia credo quòd seruus meus emerit, cui mandauerã vt emeret: aut ille cui successi. nã in istis causis iuste potui ignorare, cum in alieni facti ignorantia tolerabilis sit error. Fran.

d *Ex aliis.* non solum in prædictis titu. supra specialiter expositis à tit. de vsu. vsque huc, sed etiam ex aliis pro quibus specialiter habet locum hic titu. vt dixi exempla. ff. eod. l. j. in prin. vel dic non solum omnibus prædictis: vt etiam hunc cõprehendat: sed etiam in aliis si qui reperiantur. Vel dic econtra, nõ solum hoc titu. pro suo, sed etiam ex aliis superioribus specialib⁹ est hæc ratio. Accur.

e *Interim.* id est statuto tempore: vel. i. aliquando. Accursius.

f *Finis.* No. rationẽ quare vsucapio est inducta. sic. C. de iud. l. apertissimi. item est illa, ne dominia rerum &c. vt insti. de vsucap. in prin. Accur.

g *Possederit.* Credens ex iusta causa se habuisse, vt subiicit: secus si solum credebat suum.

h *Non obstet.* immo prosit. Azo. secus si non probabilis sit: vt. C. pro donato. l. irritã.

i *Seruum meum.* cui mandaui rem emendam: vt supra pro emp. quod vulgo.

k *Successit.* sic. ff. de re. iur. l. qui in alterius. & ff. ad Velleia. l. si mulier.

l *Emisse.* cum vere tradita fuerit: aliàs non.

m *Tolerabilis.* non in suo: vt. ff. de iur. & fac. igno. l. plurimum. & ff. de adquir. hære. l. cum falsum. Accursius.

non sit, [a] ab hærede tamen peream [b] traditum sit: placet à legatario vsucapi: quia pro suo possidet. [c]

Exceptio vsucapionis, vel præscriptionis, est exceptio litis finitæ: ideo potest opponi ad impediendam litis contestationẽ, sicut exceptio rei iudicatæ, & trãsactionis. Paul.

V. NERATIVS libro quinto Membranarum.

VSucapio rerum etiam ex aliis [d] causis cõcessa, iterim [e] propter ea quę nostra[esse] existimantes possideremus, † constituta est, vt aliquis litiũ finis [f] esset. Sed id quod quis cùm suum esse existimaret possederit, [g] vsucapiet, etiam si falsa fuerit eius existimatio. quod tamẽ ita interpretandum est, vt probabilis error possidentis vsucapioni non obstet: [h] veluti si ob id aliquid possideam, quòd seruum [i] meum, aut eius cuius in locũ hereditario iure successi, [k] emisse [l] id falsò existimem: quia in alieni facti ignorantia tolerabilis [m] error est.

Digestorũ

seu Pandectarum Liber quadragesimussecundus.

DE RE IVDICATA: ET de effectu sententiarum: & de interlocutionibus [iudicum.]

TITVLVS I.

Res iudicata dicitur causa per sententiam iudicis terminata, continentem condemnationem vel absolutionem, vel aliud æquipollens. Paulus.

I. MODESTINVS libro septimo Pandectarum.

REs iudicata † dicitur, q̃ finẽ cõtrouersiarũ pronũtiatione iudicis accipit: [n] quod vel condemnatione, vel absolutione [o] contingit.

Iudex potest in sententia causa cognita tempus executionis prorogare, vel minuere. idem si in sententia nihil est dictum. iudex enim qui de executione cognoscet, facere potest. Bartolus.

II. VLPIANVS libro sexto ad Edictum.

QVi pro tribunali cognoscit, [p] non semper tempus iudicati [q] seruat, sed nõnumquam coarctat: [r] *nõnumquã prorogat pro causæ qualitate, [s] & quantitate, [t] vel personarũ obsequio, [u] vel contumacia. Sed perrarò intra statutum tẽpus sententiæ exequentur: [x] veluti si alimenta[aliquibus] cõstituantur: [y] vel minori viginti quinque annis subueniatur. [z]

Qui, habet potestatem condemnandi, habet etiam potestatem absoluendi: & econuerso & qui non habet vnum, non habet aliud. Bartolus.

III. PAVLVS libro septimodecimo ad Edictum.

QVi damnare [a] potest: is absoluendi quoque potestatem habet.

Qui pro tribunali.] CASVS. Iudex ordinarius qui exequitur sententiam, aliquando seruat tempus statutum antequã exequatur: aliquando prorogat: aliquando arctat: & ponit exempla: & dic ea vt in glo. Franciscus.

† *Cõcor. text. in. §. definitiua. 2. q. vi. addo gl. videndã in c. 1. in prin. super verbo, nõ habẽte, de frino. appel. in pragma. sanct.*

p *Qui pro tribunali cognoscit.* qualis est ordinarius, qui & sententiam suam & delegati sui exequitur: vt. ff. eod. l. à diuo. delegatus autem non: cum executio sit mixti imperij: & sic non potest delegari: vt supra de iurisdi. om. iudi. l. iubere. cognoscit ergo hic exequendo.

Ordinarius delegati sententiã exequi potest, non econtra.

q *Tẽpus iudicati.* quod erat olim duorũ mensium: hodie quatuor: vt infra eod. l. debitoribus. & C. de vsu. rei iudi. l. ij. & iij.

r *Coarctat.* aliàs arctat. & dic causa cognita: vt subiicit. aliàs non: vt. ff. eod. l. si se. §. si quis. quę est contra. Sed prorogat etiam sine causa: vt ibidem, cum proniores simus in liberãdo &c. vt. ff. de actio. & obliga. l. Arrianus.

Flo. artat

s *Qualitate.* vt in rei vindi. vbi arctatur & prorogatur: vt insti. de offi. iudi. §. j. & §. seq.

t *Quantitate.* vt si est quantitas parua, possit arctari: si multum magna, prorogari. ar. ff. de iure fisc. l. in fraudem. §. fiscalibus.

u *Obsequio.* condemnato obedienti iudici prorogatur: inobedienti, siue contumaci, nõ. vel dic obsequio, vt quia filius vel libertus patri vel patrono sunt damnati. sic enim prorogatur. at si econtra, poterit arctari: argu. ff. de libe. homi. exhi. l. iij. §. ij. sed melius videtur dici econtra. & ad hoc. ff. de iniu. l. prętor. §. fin. & de contumacia dic quia habet pecuniam & non vult soluere: vel econtra nõ habet, nec habere poterit ad magnum tempus. arg. ff. eo. l. debitoribus. & fa. ff. de arbi. l. quid tamen. §. solutioni. & l. si cum dies. §. fi. & l. Celsus. in prin.

x *Exequentur.* patsiue.

y *Constituantur.* pupillo: quo casu statim tutor cogetur eum alere. arg. ff. de fer. l. ij.

z *Subueniatur.* per in integ. restit. & idem dicas in aliis exẽplis supra positis & similibus, scilicet vt ex causa arctetur. Ité facit. ff. de iudi. l. si debitor. & de leg. j. l. si domus. §. si in pecunia.

Qui condemnare.] CASVS. Iudex qui habet meram iurisdictionem quòd possit vnam ex partibus condemnare, si videat eam condemnandam, vt quia habet malum ius: ille idem iudex poterit eam absoluere, si videat absoluẽdam, vt quia habeat bonum ius. Fran.

a *Qui condemnare.* Quatuor sunt regulæ. Prima hæc: qui damnare potest &c. & dic in genere, non in eadẽ causa. nam si potest damnare iuste, nõ debet eundem absoluere: si tamen faciat, valet sententia: nisi contra ius constitutionis esset lata: vt. ff. quæ sententiæ. l. j. §. j. Ité nec sic vt qui iam tulit sententiã, possit eã mutare: vt. ff. eo. l. iudex. & sic nõ ob. ff. de off. procu. Cæ. l. fi. §. fi. Secunda

BIU Cujas

econtra: qui absoluere potest, condemnare potest. hoc fallit in authen.vt clerici apud proprios epi.§. illud palam.&.C.vbi senato.vel cla.l.quotiens.§.adeo.&.ſ.de offi.procō.l.ſolent.Tertia eſt:qui non poteſt damnare, nec abſoluere. Quarta econtra: qui non poteſt abſoluere,nec condemnare: vt.j.de re.iur.l.nemo. Item facit ad.l.ſ. de adi. leg.l.iij.§.conditio.&.j.de reg.iur.l. eius eſt velle. &.l. non debet cui pro. ſed arg. cōtra.ſ.de iiu. teſt.l.fi.

Actio iudicati nō datur procuratori qui ſe liti non obtulit,niſi ſit in rem ſuam:idem in tu.& in acto.municipii.

IIII. VLPIANVS libro quinquageſimooctauo ad Edictum.

SI ſe non obtulit[a] procurator:[b] iudicati actio in eum denegabitur, & in dominū dabitur. ſi ſe obtulit,[c] in ipſum dabitur. Obtuliſſe autem ſe liti videtur[qui iudicio pro domino ſe obtulit:]non is qui in rem ſuā procurator datus ſit. [d] Nam hic alia ratione recuſare iudicati actionem non poteſt: quia hic non in alienam, ſed in ſuam rem procurator factus eſt. Tutor quoque vel curator in ea cōditione ſunt, vt non debeāt* videri ſe liti obtuliſſe: idcircōque debet denegari in eos iudicati actio.[e] Actor municipum poteſt rem iudicatā recuſare.[f] in municipes enim iudicati actio dabitur.[g]

Condemnatus ad ſoluēdum,cogitur præciſe ſoluere: nec euitat coactionem ſi paratus eſt dare expromiſſorem de ſoluēdo.Pau.

¶Ait prætor: *Condemnatus vt pecuniam ſoluat.*[h] A iudicato[i] ergo hoc exigitur, vt pecuniam ſoluat. Quid ergo ſi [pecuniā] ſoluere quidem paratus nō ſit, ſatiſfacere[k] autem paratus ſit? quid dicemus? Et ait Labeo, debuiſſe hoc quoque adiici:[l] *Neque eo nomine ſatisfaciat.*[m] fieri enim poſſe, vt idoneum expromiſſorem habeat. Sed ratio pecuniæ[n] exigēdæ hæc fuit, quòd noluerit prætor obligationem ex obligationibus fieri:[o] idcirco ait, vt pecunia ſoluatur. Ex magna[p] tamen & idonea cauſa accedendum erit ad Labeonis ſententiam.[q]

Sententia habet executionem paratam, niſi ſit nouata.Bartolus.

B ¶Si ex conuentione litigantium cautum ſit poſt rem iudicatam ei cui quis condemnatus eſt, eueniet vt hic etiam recedatur:[r] ſi modò nouatio[ſ] interceſſit. cæterùm ſi non nouandi cauſa id factum eſt: manebit ordo[t] exſecutionis. Sed & ſi pignora[u] accepta ſint vel fideiuſſores in rem iudicatam, conſequens erit dicere nō ceſſare exſecutionē: quippe cum acceſſerit aliquid rei iudicatæ, nō eſt[x] à re iudicata receſſum. Idē obſeruandum eſt in eo cuius procurator condemnatus[y] eſt.

C *Si in ſententia apponatur minus tempus quàm detur iudicatis à lege: ſine cauſæ cognitione ſuppletur vſque ad tēpus legitimū. Si autem detur maius, cōputatur in eo tēpus legitimum:& vtrūque habet,tam legitimū, quàm quod eſt ſupra legitimum.Pau.*

¶Si quis condemnatus ſit† vt intra certos dies[z] ſoluat: vnde ei tempus[a] iudicati actionis computamus? vtrum ex quo

*Fl.videātur videri

a *Si ſe non obtulit.* obtuliſſe ſe liti dicitur,qui ſine mandato ſpōte aliena negotia ſuſcepit.

b *Procurator.* id eſt procurans:nam prout ſe obtulit,nō habuit mandatum:prout non obtulit, habuit mandatum: vt hic primo caſu fuit.& ſupra de procura.l.Plautius.j.reſpon.

c *Obtulit.* ſine mandato. quod duobus modis fit: vt.d.l.Plautius. pe.&. vl.reſpō.& fa.ſ. de mino.eum qui.&.j. de excep.do.l. ſi procurator.&.ſ. ad.l. Aquil. proinde.§. ſi procurator. &.j. iudi. ſol. ſi ad defendendum. Accur.

d *Procurator datus ſit.* vt ſupra de ali.iu.l.nō ſolum.§.j. & de euic.ſi cū venditor.& eſt tertius caſus vbi in dominum actio denegatur: vt.ſ.de libe.cauſa.l. ordinata.§.fi.

e *Iudicati actio.* finito officio: vt.C.de admi. tut. l. cum quædam. & C.quando ex facto tuto.l.j. &.ſ. ſi quis cau. l.fi.& etiam eo durante non dicitur conueniri tutor vel curator, cū alieno nomine conueniatur: vt ſupra de admi.tuto.l.ij.

f *Recuſare.* vt nō ſoluat de ſua burſa.

g *Dabitur.* ſi fiat executio in cōmuni burſa municipum.

h *Soluat.* ſubaudi,iubebo ſoluere:aliàs cōpellam pignoribus captis: vt infra eod.l.debitoribus.

i *Iudicato.* id eſt condemnato.

k *Satisfacere.* id eſt ſatiſdare.

l *Adiici.* in edicto, ſcilicet hoc quod ſequitur,neque &c.

m *Satisfaciat.* id eſt ſatiſdet.

n *Pecuniæ.* dictum quidem Labeonis vtile eſt,ſed &c.

o *Fieri.* vt &.C.de fru.& lit.expen.l.terminato.niſi hoc fieret rectore volente:vt.ſ.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.l.j.in prin.&.ſ.j. &.ſ.de pig.act.l.ſi rem.§.omnis.&.ſ.ſi cer.pet.l.ij.§.mutui.in fi.

p *Ex magna.* forte ſicut dicitur.j.eo.l.debitorib⁹.&.ſ.de iud. ſi debitori.vel verius pro rei qualitate & perſonarū:vt.ſ.eo.l.ij.

q *Sententiam.* & ſi velit ſatiſdare,audiatur.

D r *Recedatur.* à re iudicata.

ſ *Nouatio.* aliàs nouatio,aliàs nouandi animo: quod erat olim præſumptiue:hodie ita demum ſi hoc agatur:vt inſti.quibus mo. tol.ob.§.præterea. & facit.C.de execu.rei iudi.l.ſi cauſam.&.C. de tranſa.ſi cauſa. &.ſ.de mino.xxv.an.ſi cui. ſed ar. contra.j.de præ.ſtip.l.pe.*ADDITIO.* Dic q ibi interuenit plus in ſecūda quàm in prima.hic autem non,ſecundum Barto.Imo.& Alex.

t *Manebit ordo.* qui eſt.j.eod.l. à diuo.&.l. debitoribus. & facit.j.de actio.& obliga.l.Lucio.

u *Pignora.* quo caſu etiam,ſcilicet quando accipiebat pignora, ſi principale debitum ſtipulabatur,fiebat olim nouatio.

x *Non eſt.* ſic & ſupra quemadmo.ſer.amit.l.is cui.Sed ar.contra.C.de pact. conuen.l.fi.&.j. de preca.l. & habet.§. cum quis. *ADDITIO.* Dic ſecundum Bar. hic, quòd ibi prouiſio legis eſt de iure ſpeciali:hic de iure communi. vide eundem Bar.in.l. & habet.§.cum quis.j.de preca.

y *Condemnatus.* nam ſi nouauit dominus vtilem, qua teneretur ex ſententia in procuratorem lata:vt.ſ.eo.l j.j.reſpon.ceſſat ordo executionis:licet directa non ſit nouata.

z *Certos dies.* puta.xx.dies.

a *Tempus.* quadrimeſtre.

BIU Cujas

a *Minorem.* quia .xx. tantum: cum legitimum sit quatuor mensium: repletur &c. & sic est contra. ff. eo. l. ij. sed ibi cum causæ cognitione, hic non. sed quidam dicunt q̃ arctare tempus prodest victori quo ad interitum, vt extunc de eo teneatur victus: vt ibi: non autem quo ad executionẽ, vt hic. quod non placet. Sed quid si sub conditione iussit solui? Respon. demum existẽte cõditione currit legitimum: licet secus sit in appellatione: vt infra quando appel. sit. l. j. §. biduum. nam in potestate est litigatoris statim appellare. Accursius.

b *Dierũ.* puta sex mẽsium.

c *Tempus.* statim à tẽpore sententiæ.

d *Supra.* non vtrũque sed quadrimestre habet, vt à lege: & duos menses quos vltra dederit iudex, habet à iudice: & hoc, fecerit cũ causa, vel non: vt diximus. ff. eo. l. ij. Itẽ not. ex hoc. §. quòd supplet lex quod omittit homo. sic in libertate: vt supra qui sine ma. per totum. Item in legatis & fideicõmissis: in quibus transfertur dominiũ sine traditione: vt infra de fur. l. à Titio.

e *Condemnatum.* exponit verba prætoris.

f *Cõdemnatus est.* vt & infra de pœ. l. rei. §. fin. & ff. ad Tertul. l. j. §. fi. & C. ne de statu defun. l. si pater. & arg. ff. de testa. tu. l. iij. & de testa. l. ad testium. §. si quis. & C. in quibus cau. in integ. rest. non est necess. l. si tutor. & supra de cod. l. cõficiũtur. §. j. & ff. de stat. ho. l. vulgo. verba enim cum effectu &c. vt. ff. quod quisque iuris. l. j. in fin. & ne quis eum qui. l. pe. §. ij. & fa. j. eo. l. si cum nulla. Accursius.

g *Soluisse.* & hic exponit verbum prætoris, soluat.

h *Liberatus est.* etiam per alios modos quibus tollitur obligatio: qui sunt institu. quibus mo. tol. obliga. & facit. j. eo. l. intra.

i *Agi iudicati.* vt &. j. de solu. l. si hominem. Sed contra. ff. de vsufru. l. locum. §. proprietarius. vbi innuit iam non teneri, sed fructuarium. Solu. hic constitutus fuit vsufru. post delictum cõmissum, vel post iudicium susceptum, vel post condemnationem factã: ibi ante. vel licet teneatur iudicati, vt hic, nihilo minus is cui datus est, repellit fructuarium, nisi præstaret vsufru. æstimationem. vel forte agit adhuc iudicati is cui datus est pro noxa, ad impensas litis. Item cõtra. ff. de dolo. l. si oleum. §. & si seruum. sed ibi in eo seruo in quo alius habet ius pignoris: hic vsumfr. vel datur ibi de dolo, id est iudicati nomine doli. Vel solu. vt ibi.

Ait prætor.] *CASVS.* Nunc exponit quædã verba quæ subaudiuntur. ff. l. proxi. §. ait prætor. hoc modo: ait prætor, cõdemnatũ ab eo cuius de ea re iurisdictio est, soluere cogã. modò exponit hæc verba, & dicit q̃ melius dixisset: cuius de ea re notio est. hoc enim nomẽ notionis spectat ad eos qui iurisdictionẽ non habent de quauis causa: vt sunt arbitri ex quorũ sẽtẽtia datur actio quandoq;, & etiã exceptio. [*SI IVDEX.*] Decẽ erãt tibi legata in testamẽto vel in codicillis: & in eisdẽ grauat[o] eras vt ea mihi restituas. ea accepisti: nõ mihi das. egi cõtra te vt ea. x. quæ habuisti, mihi restituas: iudex condẽnauit te hoc modo, vt quod habes ex testamento talis vel codicillis, mihi restituas. dicitur quòd hęc sententia valet. idem est si testator hæc. x. tibi reliquerit sine scriptis, & prædicto modo te grauauit. Fran.

k *Ait prætor.* continua cum eo quod est. ff. proxi. l. §. ait prætor. & subaudi ab eo. Accursius.

l *Notio est.* nam verbum notionis, vtpote generalius, ad plures extenderetur. & quòd sit generalius, probat statim: vt infra de verbo. sig. l. notionem.

sententia prolata est: an verò ex eo ex quo dies statutus præteriit? Sed si quidem minorẽ[a] diem statuerit iudex tẽpore legitimo: repleatur ex lege quod sententiæ iudicis deest. Sin autem ampliorem numerum dierum[b] [in] sua definitione iudex amplexus est: computabitur reo & legitimum tempus,[c] & quod supra[d] id iudex præstitit.

Non dicitur quis condemnatus vt executio possit fieri, nisi condẽnatio valeat. Paul.

℣ Condemnatum[e] accipere debemus eum qui ritè condemnatus est, [f] vt sententia valeat. cæterum si aliqua ratione sententia nullius momenti sit: dicendum est condemnationis verbum nõ tenere. ℣ Soluisse[g] accipere debemus, non tantum eum qui soluit: verùm omnem omnino qui ea obligatione liberatus est, [h] quæ ex causa iudicati descendit.

Qui seruum noxæ traditum non facit perfectè accipientis: potest ex prima sententia conueniri. Bartolus.

℣ Celsus scribit, si noxali [iudicio] condemnatus, eum seruum in quo vsufructus alienus est, noxæ dedisti: posse tecum adhuc agi iudicati.[i] Sed si vsufructus interierit: liberari ait.

Sententiã etiam illius qui non habet iurisdictionem, sed notionem: mittenda est executioni. Paul.

V. IDEM libro quinquagesimo nono ad Edictum.

AIt prætor:[k] *Cuius de ea re iurisdictio est.* Melius scripsisset, *Cuius de ea re notio est.*[l] Etenim notionis[m] nomen etiam ad eos[n] pertinet, * qui iurisdictionem non habent, [o] sed habent de quauis alia causa notionem.

Paria sunt in sententia certã quantitatem exprimere, vel eius verba ad acta certam quantitatem continentia referre. Bar.

℣ Si iudex aliquem sic condemnet, vt quod habet ex testamento [p] vel codicillis Mæuij, restituat Titio: sic accipiendum est, quasi quantitatem nominauerit quæ testamento vel codicillis relicta est. Sed & si fideicommissum sine scriptura pronuntiatum [est: q] idẽ erit[r] probandum.[f]

Miles habet beneficium vt non exigatur ab eo nisi in quantum facere potest. Bar.

A m *Notionis.* quod aliquis intelligeret tam de ordinario, quàm de delegato.

n *Ad eos.* subaudi etiam &c.

o *Non habent.* quales sunt delegati, secundum quosdam: quod non placet: quia habent delegata: vt supra de of. eius cui. l. j. §. fin. & l. fi. & de iu. om. iud. l. more. nisi dicas non habẽt ordinariam. dic ergo q̃ hoc dicit propter arbitrum cõpromissarium cũ pœna & sine pœna assumptum, id est electum: ex quorum sententiis datur actio: quandoque exceptio: vt. C. de arbi. l. cũ antea. & l. ne in arbitris. §. fin. ad quæ noua iura hic respexit, nõ ad vetera, secundum quæ non erat actio, vel exceptio, nec sẽtẽtia: vt C. de arbi. l. j. &. ff. de infa. l. quid ergo. §. ex compromisso. *Flo. peritiæ

p *Ex testamento.* hoc si certa quantitas parte actorũ cõtinetur. aliàs cõtra: vt. C. de sen. que sine cer. quãti. l. iij. vel speciale est hic i actione ex testamento, & qualibet vniuersali actione. argu. ff. si pars hęred. pe. l. j. §. fin. &. ff. de rei vindi. l. quæ de tota. §. incerte. sed certe hæc non est vniuersalis, sed specialis petitio. Item contra. j. de verbo. oblig. l. vbi autem. §. illud dubitationem. sed ibi verbũ futuri temporis est, quod erit natũ: vnde est incerta: vt & ar. insti. de le. §. incertis. secus in præsenti: vt quod habet exte &c. vel præterito, vt hic, &. d. l. vbi. §. sed qui vinũ. &. §. qui vero. & est ratio: quia præsentia vel præterita sunt certa: non futura: vt instit. de verbo. oblig. §. conditiones. & fa. ff. de contrahen. emp. hæc venditio. §. huius. &. j. de libe. & posthu. l. nominatim. sed quæritur secundum Azo. quid si ita dicat iudex: iubeo restituere pos. aduersario qualẽ ipse habebat ante litem contesta? videtur q̃ teneat, maxime in possessoriis iudiciis, in quibus etiam sic fertur sententia: vti possidetis, ita possideatis: vt. C. vti pos. l. j. & quare non posset similiter proferre per verba præteriti imperfecti: vt ita: possideatis vti possidebatis? & sic non idem in restituendæ possessionis iudicio.

q *Pronũtiatum est.* id est relictum: scilicet à testatore. & no. codicillos sine scriptura. sic. C. de bo. lib. l. fin. *Codicilli quandoque sine scriptura fiunt.*

r *Erit.* cum certum sit quod relictum est.

f *Probandum.* vt veniat in prædicta sententia.

Miles.]] *CASVS.* Miles existens in castris contraxit debitum: nunc ad illud debitum conuentus & condemnatus est. dicitur quòd tenetur soluere in quãtum facere potest: & intellige deducto ne egeat. [*DECEM.*] Seruus tuus dederat mihi damnum in decem. egi contra te Aquil. noxali: iudex cõdemnauit te in decem: & in sententia expressit quòd possis dare seruum pro noxa, & libereris à condemnatione de. x. & dicitur quòd. x. veniunt in condemna. & illa. x. petenda: seruum autem possis dare pro noxa: & hoc ex permissu legis: sed secus si promisisses mihi dare decem, aut seruum noxæ dedere. nam hoc casu non potero petere præcisè. x. cum tam decem quàm Stichus sint principaliter in obli. sed in primo casu decem tantum principaliter debentur ex sentẽtia: & ea tantum petam: licet ex permissu legis libereris dãdo seruum pro noxa. [*QVI IVDICATI.*] Bona debitoris mei mihi condemnati mea auctoritate per violentiam accepi, & vendidi. dicitur quòd teneor & furti, & vi bonorum raptorum. [*IVDICATI.*] Actio in factum, quæ oritur ex sententia, est perpetua, & rei persecutionem continet, & datur hæredi, & in hæredem. Fran.

a *Armata.* si tamen in castris contraxit: secus si vagando per mundum: vel etiam domi: vt infra. de testa. mili. §. j. item hoc priuilegium perdit ignominia missus. argu. ff. de testa. mili. l. testamenta eorum. & est eadem hæc. l. cum. l. item miles. j. eo.

b *Facere potest.* deducto. s. ne egeat: vt. j. de reg. iur. l. in condemnatione. idē in patrono causæ, a vt cogatur soluere in quantum facere potest: cū & ipse miles sit. ar. C. de aduo. diuer. iudi. l. aduocati. & est ar. bon. ff. de bo. pos. ex testa. mili. l. j. in prin. nā & in quasi castrēsi pecu. idem habet priuilegium aduocatus, quod miles in castrensi: vt. C. de aduo. diuer. iudi. l. fori. Item quid in milite cœlestis militiæ? b Respō. idem multo magis: argu. C. de episc. & cle. l. sacrosanctę. cū per eos summi numinis veniā speremus: vt. C. de sum. trin. & fi. catho. epistola, inter claras. in fine. & facit. C. de execu. rei iud. l. stipēdia. & l. fi. §. item miles.

a *Scribētes hic dicunt istā gl. vnicam in iure ad hoc propositū, quòd aduocati habēt priuilegium, vt nō teneātur nisi ꝙ quantū facere possunt, deducto ne egeāt sicut habēt aliæ psonæ priuilegiatæ. Bolog.*

b *Istā glo. reputat singu. Barba. in. c. Odoardus. extra de solu. ad hoc quòd miles cœlestis militiæ æquiparatur militi terrestri.*

c *Noxæ dedere.* permissiuè.

d *In decem tenetur.* in his & ante sententiam tenetur. argu. ff. de cōsti. pecu. l. j. §. fi.

e *Ex lege.* quādiu iudicati non cōuenitur: vt. ff. de peti. hære. l. ité veniunt. §. idem recte.

f *Decē petere.* scilicet præcisè: vt &. j. de actio. & obliga. l. obligationum fere. §. modus. sed. ff. sic. & in hoc differt. Accursius.

g *Veniunt.* neutra alteri plus accedēs quàm accedatur ei ab altera: & sic ambo sunt in obligatione: vt infra de verb. obli. l. si duo. in fine.

h *Possumus.* & ita cōiūgēdo alternatim idē facere videamur: scilicet vtrumque stipulari.

i *Pecuniariam.* Nisi ex delicto vicarij.

k *Sequitur.* noxæ deditio.

l *Solis condemnatur.* non ergo in noxa nisi dicat permitto: vel si non dicat permitto, tamen intelligitur: vt infra. de off. iudi. in prin. & C. de noxali. l. ij. & sic semper in decem tantum videtur damnatus: & tantum decem petuntur act. in factum.

m *Qui iudicati.* id est damnati.

n *Auctoritate sua.* c secus si iudicis: vt infra de regulis iuris. l. non videtur. §. j. vel condemnati scilicet voluntate.

c *Habes hic glo. sing. ad hoc quòd actor vēdens bona sui debitoris de licentia iudicis nō incidit in aliquā pœnā. quæ gl. clara est. Bolo.*

Sciendum est.]CASVS. Separatio impetratur decreto prætoris. & impetrant eam creditores hæreditarij, vt separentur bona hæreditaria à bonis hæredis, vt sic eis satisfiat in totum, vel plenius quàm si cõcurrerent cũ creditoribus propriis hæredis. creditores autem hæredis non impetrant separationem. & redditur ratio in litera. Item creditores hæreditarij postquã impetrauerunt separationẽ, prę ferũtur omnibus creditoribus hæredis, etiã si hæres rem hæreditariã alicui obligauit, & etiam fisco & municipibus qui erãt creditores hæredis. in casu tamen creditores hæredis impetrant separat. bonorũ hęredis à bonis hæreditariis: vt si hæres dolo malo in fraudẽ suorum propriorum creditorũ adiuit hæredi. debitis grauatã. Item in casu ipse hæres impetrat separat. vt si hæres institutus & grauatus de restituendo coactus adiuit: tandẽ non apparet cui restituat: vt quia fideicommissarius decessit antequã sibi hæreditas restituatur: nũc creditores hæreditarij cõueniũt hæredem: poterit hæres separat. bonorũ propriorum à bonis hæreditariis impetrare, vt sic tantũ de bonis hęreditariis satisfaciat creditoribus hæredit. & non de suo. Item hoc casu si hæres non impetret, poterunt creditores eius hoc impetrare. [ITEM VIDEAMVS.] Pater filium suum impuberẽ sibi instituit hæredem, & ei substituit. tandem impubes adiuit & decessit, & substitut[9] successit. nunc creditores substituti bona eius petunt vendi. quæritur an creditores patris possint impetrare separationem, vt bona patris separentur à bonis substituti? Et dicitur quòd sic. hoc idem permissum est creditoribus impuberis qui cum impubere cõtraxerant. Postea dicit: primus instituit secundũ: secundus tertiũ: creditores tertij volũt vẽdere omnia bona tertij. dicitur quòd creditores primi possũt impetrare separa. bonorum primi à bonis secundi, & tertij. Itẽ creditores secũdi & tertij. Itẽ creditores secũdi possunt impetrare separationẽ bonorũ tertij, nõ primi. [SI FILII FAMILIAS.] Filiusfamilias antequã militaret, cœpit habere creditores: & peculiũ paganicũ quod habebat, non erat soluẽdo postquam cœpit militare: & sic habuit peculiũ castrẽse. cœpit habere & alios creditores, & hoc peculium castrẽse bene est soluẽdo. De istis vltimis creditoribus quæritur an fiat separatio inter creditores secũdos & primos? Et dicitur quòd sic, ad postulationẽ contrahentiũ cum eo iam militãte. Idem in alio casu, quando creditor contraxerat cum nõ militante: tamen pecunia peruenit in rem patris. nam alij creditores reiicient istũ à bonis castrẽsibus. [ILLVD.] Ponuntur quidam casus in quibus creditor hæreditarius non potest impetrare separat. Primus, si nouauit obli. ab hærede. Secũdus, si accepit vsuras huius debiti ab hærede. Tertius, si recepit satisdationem de hoc debito ab hærede, licet minus idoneam. Quartus, si bona hæreditaria & hæredis sint commixta, vt vinum hæreditarium cum vino hæredis. Idem in frumento & similibus, sicut in prædiis quæ non dicuntur misceri. idem in similibus. Quintus, si est lapsum quinquennium ab adita hæreditate, intra quod non fuit impetrata separatio. & de prædictis cognoscet prætor vel præses: & nullus alter. Est & sextus, vt si creditor hęreditari[9] accepit pignus ab hærede pro hoc debito. [QVAESITVM EST.] Si aliqui ex creditoribus hæreditariis elegerunt fidẽ hæredis, vt nouando cũ hærede, vel pignus ab eo accipiendo, vel simili modo: aliqui nõ: factum illorũ non nocet istis quin isti possint impetrare separa. bonorum testatoris à bonis hæredis. & hæc impetratio non proderit illis qui secuti sunt fidem hæredis. Secundo dicit, postquam creditores hæreditarij impetrauerunt separa. & eis erit satisfactum: si quid de bonis testatoris supererit, proderit creditoribus hæredis. non sic econtra, scilicet quòd bona hæredis prosint amodo creditoribus hæreditariis ex quo impetrauerunt separa. & redditur ratio in litera, nisi veniam impetrarẽt. & hoc tunc demũ cũ creditoribus hæredis erit satisfactũ. [ITEM SCIENDVM.] Dominus instituit seruũ suũ hęredẽ & liberũ. tãdẽ mortuo domino aliqua acquisiuit seru[9] antequã attingeret bona domini. nunc conuenitur à creditoribus domini cuius est hæres. vult hęc bona post quæsita separare à bonis domini: item quod

---

Antiochensium Cœlęsyrię† Aciuitati, quod lege [d] sua [e] priuilegium [f] in bonis defuncti debitoris accepit, ius persequẽdi pignoris durare constitit. [5]

† *Vide in hanc. l. Alcia. li. Dispũ. 1. ca. 11. de Cœlesyria Plin. li. 5. c. 23.*

XXIII. PAVLVS libro primo Sententiarum.

Bonis venditis excipiuntur concubina [h] & liberi naturales. ℣ Respublica creditrix [i] omnibus chirographariis creditoribus præfertur.

Pone casum vt supra eo. l. si pupillus.

XXIX. IDEM libro quinto Sententiarum.

Pvpillus [k] si non defendatur, in possessione creditoribus constitutis: minoribus ex his vsque ad pubertatem alimenta præstanda sunt. ℣ Eius qui [l] ab hostibus captus est, bona venire non possunt, quamdiu reuertatur.

XXII. PAPINIANVS libro decimo Responsorum.

Ius pignori competens, priuato præfertur. vel aliter: Priuilegium competens personali beneficio principis, non præfertur priuato habenti hypothecam. Bartolus.

BIU Cujas

quod dominus sibi debebat: vt sic à creditoribus domini nó possideantur. dicitur quòd auditur. Franciscus.

a *Decreto prætoris.* No. viij. casibus impetrari separationem. Primo, quando creditores defuncti: vt statim hic subiicit, &. C. eo. l. ij. & de hære. ac. si adulta. Ité secundo, creditores hęredis, in casibus. ſ. specialib⁹ duobus. Primo, quãdo dolosè hæres fecit: vt. ĩ. §. quæsitũ. Alius est etiã ĩ. §. sed si quis suspectã. in fi. §. Tertio, ipse hæres impetrat de suis bonis ab hæreditariis: vt &. ĩ. ead. l. §. sed si quis suspectam. Quarto, hæres necessarius bona postea quæsita, si adhuc bona patroni nó attigit: vt. ĩ. ea. l. §. fin. Quinto, etiã si attigit, & est minor: vt per restitutioné: &. s. de minor. ait prætor. §. nó solum. Sexto, in patrono qui libertã ab alio institutã reuocat in seruitutem: vt. ĩ. eo. l. quotiens. §. si liberta. &. s. de in integ. resti. non solũ. §. fi. Septimo, creditores castrenses: vt. ĩ. ead. §. si filijs. Octauo, substitut⁹ pupillariter bona pupilli à bonis patris pupilli, si pupillus nó adiit, vel per restitutionem abstinuit: vt. s. titu. j. l. pater.

b *Ex his causis.* supple & similibus, vt modo notaui.

c *Patitur.* scilicet Titius, cum latitet, & nó defendatur: vt. s. tit. iij. l. Fulcinius. §. ij.

d *Creditores Titii.* repete dicunt, si non est in litera.

e *Duorũ.* huminũ scilicet Seij, & Titij. vel dic duorum bonorum. Azo.

* *Flo. quãtum cuiusq; creditoribus præstetur*

f *Vel ita semel.* id est in solidũ. & perficitur oratio, & incipit alia: etsi non in assem. Acc.

g *Consecuturi.* creditores Seij.

h *Non est soluendo.* in aliquo.

i *Creditores.* licet Titius est in aliquo soluendo. & ita supponit duas rationes quare minus cõsequebantur, secundũ Azo. Sed quidã dixerũt hoc idé inutiliter repeti: & sic falsam literã. & dic creditores, scilicet Titij. vel dic, omnes permixti, Seij, & Titij.

k *Nam licet.* id est licitum est.

l *Creditorem.* nó fraudulenter: aliàs secus: vt. ĩ. §. quæsitum. &. ĩ. quæ in frau. credi. l. ij. Et est arg. contra. s. de ali. iu. l. j.

m *Non faciet.* licet defunctus facere potuerit, & sic non licet hæredi quod defuncto licuit. Arg. contra. ĩ. de reg. iur. l. hæredem. & in authen. de iureiuran. à mo. §. cum vtique. vbi dicit esse vnam personam vtriusque.

n *Nec poterunt.* nisi in casu: vt. ĩ. §. quæsitum. qui est contra. Acc.

o *Proponatur.* eius hæreditatis cuius nomine postulatur separatio, vt subiicit.

DE SEPARATIONIBVS.

TITVLVS VII.

Glossa prima summat totam hanc legẽ, vt dicit Barto. ideo vide eam.

I. VLPIANVS libro sexagesimoquarto ad Edictum.

SCiendum est, separationé solere impetrari decreto p̃toris. [a] Solet autẽ separatio permitti creditoribus ex his causis: [b] vtputa debitorẽ quis Seium habuit: hic decessit: hæres ei extitit Titius: hic non est soluẽdo: patitur [c] bonorum vẽditionem: creditores Seij dicunt bona Seij sufficere sibi: [& dicunt] creditores Titij [d] contentos esse debere bonis Titij: & sic quasi duorum [e] fieri bonorum vẽditionem. fieri enim potest, vt Seius quidem soluendo fuerit: potueritque satisf[facere] creditoribus suis vel ita semel: [f] etsi non in assem, in aliquid tamen satisfacere: admissis autem commixtísque creditoribus Titij, minus sint consecuturi, [g] quia ille non est soluendo: [h] aut minus consequantur, quia plures sunt [hi creditores. i] hic est igitur æquissimum, creditores Seij desiderãtes separationem, audiri, impetraréque à prætore vt separatim * cuiusque bona creditoribus præstentur. ℣ Ex contrario autem creditores Titij non impetrabunt separationem. nam licet [k] alicui, adiiciendo sibi creditorem, [l] creditoris sui facere deteriorem cõditionem. at qui igitur adiit hęreditatẽ debitoris mei, nó faciet [m] meam deteriorem cõditionem adeundo: quia licet mihi separationem impetrare. suos verò creditores onerauit, dum adiit hæreditatem quæ soluendo non est: nec poterunt [n] creditores eius separationem impetrare. ℣ Sciendum est autem, etiam si obligata res esse proponatur [o] ab hęrede iure pignoris vel hypothecæ: attamen si hæreditaria fuit, iure separationis hypothecario creditore potiorem esse eum qui separationẽ impetrauit. [p] & ita Seuerus & Antoninus rescripserunt. Sed etiam aduersus fiscum [q] & municipes impetratur separatio. ℣ Quæsitum [r] est, an interdum etiam hæredis creditores possint separationẽ impetrare, si fortè ille in fraudem ipsorum adierit hæreditatem. Sed nullum remedium est proditum. sibi enim imputent, [s] qui cum tali contraxerunt: nisi si extra ordinem putemus prætorem aduersus calliditatem eius subuenire, qui talem fraudem commentus est. quod non facilè [t] admissum est. ℣ Sed si quis suspectam hęreditatem dicens, compulsus fuerit adire, & restituere hæreditatẽ: deinde non sit cui restituat, ex quibus casibus solet [u] hoc euenire. & ipsi quidem desideranti succurri sibi aduersus creditores hæreditarios, subueniemus. hoc & diuus Pius rescripsit, vt perinde testatoris bona venirent, atque si adita hæreditas non fuisset. Creditoribus quoq; huiusmodi hæredis desiderantibus hoc idem præstandum puto: licet [idem] ipse non desiderauit: vt quasi separatio [x] quædam præstetur. ℣ Item videamus, si quis hæres parenti extiterit, cum esset impubes: deinde intra pubertatem decesserit, & substituti bona veneant [y] qui impuberis hæreditatem adiit: an patris creditores possint separationem impetrare. Et puto posse. Hoc amplius puto etiam impuberis creditores posse separationem impetrare.

p *Impetrauit.* etiam si chirographarius est. & sic contra. C. qui po. in pig. ha. l. eos. Solu. hoc admittitur hic beneficio separationis: quam scilicet separationé impetrabat. Item contra. ĩ. l. proxi. Sed ibi in alienatione: hic in hypotheca. Accur.

q *Aduersus fiscum.* cui essent dictæ res obligatæ. vel dic, fiscus & municipes sunt creditores hæredis. & facit. s. de pet. hær. l. item veniunt. §. ait prætor.

r *Quæsitum est.* extra ordinẽ. Sed nonne etiã ex hoc edicto per officium iudicis, & sic extra ordinem subuenitur alicui? Respon. sic: sed quod hic dicit, dic, id est nó ex ordine huius edicti: neq; per hoc edictum. Item hoc eodé casu subuenitur per inferius edictum, quæ in fraudem creditorũ: vt. ĩ. quæ in fra. cre. l. iij. & hac in factũ. Sed ibi secũdum Azo. exigitur fraus non solum hæredis, sed etiam creditorum hæreditariorũ: vt. ĩ. tit. ij. l. qui autem. §. hoc edictũ. &. §. similíque modo. &. §. in hos. Accur.

s *Sibi enim imputent.* No. nã qui cũ alio &c. vt. ĩ. de re. iu. l. qui cum alio. & fa. s. de arbi. diẽ. §. stari. & de peculio. l. si postea. & de ca. de. l. ij. §. hi. & de iudi. l. interdum. §. fi. & si mẽsor fal. mo. di. l. j. §. j. & de mino. l. cum mandato. in fi. & de dã. infec. qui bona. §. de illo. &. C. de iur. deli. l. fi. §. sin autẽ. &. s. si quis cau. l. ij. §. si quis. & de rei vin. & ex diuerso. §. petitor. & commo. l. fi. & ad. l. Aquil. ité Mela. in prin. & de exerci. l. j. §. cuius autem. & de iureiu. l. si seruus iurauerit. & de peri. & cõ. l. si vina. ij. ibi, de se qri. &. s. quib⁹mo. pig. vel hypo. sol. ité. §. si quis paratus. & de instit. sed & si pupillus. §. cæterum. & insti. qui. mo. re cõtra. ob. §. pe. &. C. de epis. audi. l. si legib⁹. & ad Velleia. l. si mulier. Accur.

t *Quod non facilè.* id est aliter quàm dolo interueniente.

u *Ex quibus casibus solet.* sunt enim casus quibus nó est cui restituatur: veluti si decedat fideicõmissarius sine hærede: vt. s. ad Treb. l. postulante. circa prin. &. l. apud Iulianũ. §. vtrum. vel si non est præsens, vel infans: vt. s. ad Trebel. l. antepe. in prin.

x *Separatio.* proprie enim separatio dici non potest, quia nulla est mixtio. aditio enim habetur pro nulla. & facit. C. de non nupe. l. sicuti. & supra de bonorum possess. contra tabu. l. si post mortem. §. fin. &. ĩ. de appel. à sententia. &. ĩ. iudi. sol. l. iam tamen. §. in hac. &. s. de lib. cau. l. j.

y *Substituti bona veneant.* à parentis creditoribus. idem & si à creditoribus impuberis quibus substitutus tenetur: vt. s. titu. j. l. pater. Accursius.

BIU Cujas

parationē aduersus creditores hæredis eius[a] impetrare. ¶ Secundū hæc videamus: si primus secundum hæredē scripserit: secundus tertium: & tertij bona veneant: qui creditores possint separationē impetrare. Et putē, si quidē primi creditores petāt, vtique audiendos & aduersus secundi, & aduersus tertij creditores. Si verò secūdi creditores petāt, aduersus tertij vtique eos impetrare posse: aduersus primi autem non posse. [Et] in summa, primi quidē creditores aduersus omnes impetrare possunt separationē: secundi creditores aduersus primi non possunt: aduersus tertij possūt. ¶ Si filiifamilias bona veneant qui castrēse peculium habet: an separatio fiat inter castrenses creditores cæteróſq;, videamus.[b] Simul ergo admittentur: dummodo si qui cum eo contraxerunt, antequā militaret fortasse, debeant separari.[c] quod puto probandum. Ergo qui ante cōtraxerunt, si bona castrensia distrahantur, non possunt venire cum castrēsibus creditoribus.[d] Item si quid[e] in rem patris versum est, fortè poterit & creditori cōtradici, ne castrense peculium inquietet: cum possit potius cum patre experiri. ¶ Illud sciēdum est, eos demum creditores posse impetrare separationem, qui non nouandi[f] animo ab hærede stipulati sunt. Cęterùm si eum hoc animo secuti sunt, amiserunt separationis cōmodum: quippe consecuti sunt nomē hæredis: nec possunt iam se ab eo separare qui quodammodo eum elegerunt.[g] Sed & si vsuras[h] ab eo ea mente, quasi eum eligendo, exegerint: idem erit probandum. ¶ Item quæritur, si satis acceperunt ab eo: an impetrent separationem? Et nō puto. hi enim secuti sunt eum. Fortè quē* mouebit, Quid ergo si satis idoneos non acceperint? Sibi imputent cur minus idoneos[i] fideiussores acceperint. ¶ Præterea sciendum est, postea, quàm bona hæreditaria bonis hęredis mixta sunt:[k] non posse impetrari separationem. Confusis enim bonis & vnitis separatio impetrari non poterit. Quid ergo si prædia extent, vel mancipia, vel pecora, vel aliud quod separari potest? Hic vtique poterit impetrari separatio. Nec ferendus est qui causatur bona contributa,[l] cū prędia contribui non possint, nisi ita cōiunctæ possessiones [sint] & pexmixtæ propriis, vt impossibilē separationē effecerint.[m] quod quidem perrarò contingere potest. ¶ Quod dictum est*[n] post multum[o] tēporis separationem impetrari non posse: ita erit accipiendum, vt vltra quinquennium post additionem numerandum separatio nō postuletur. ¶ De his[p] autem omnibus an admittēda separatio sit, nécne, prætoris erit, vel præsidis notio, [&] nullius alterius:[q] hoc est[r] eius qui separationem indulturus est. ¶ Si quis pignus ab hærede acceperit: non est ei concedenda separatio, quasi eū secutus sit. Neque enim ferendus est qui qualitercunque[f]* eligentis mente tamen hæredis personam secutus est. ¶ Quæsitum est, si fortè sint plures creditores, quidam secuti hæredem, quidam non secuti: & hi qui hæredem secuti non sunt, impetrauerint separationem: an eos secum admittant qui secuti sunt? Et putem nihil eis prodesse.[t] hos[u] enim cum creditoribus hæredis numerandos. ¶ Item sciendum est, vulgo placere, creditores quidem hæredis, si quid superfuerit ex bonis testatoris, posse habere in suum debitum: creditores verò testatoris ex bonis hæredis nihil.[x] cui[y] rei ratio illa est, quòd qui impetrauerint* separationem, sibi debent* imputare suam facilitatem,[y] si cum essent bona idonea hæredis, illi maluerint bona potius defuncti sibi separari: hæredis autem creditoribus hoc imputari non possit. At si creditores defuncti desiderent vt etiam in bonis hæredis substituantur: non sunt audiēdi.[z] Separatio enim, quam ipsi petierunt, eos ab istis bonis separauit. Si tamen temerè separationem petierunt creditores defuncti, impetrare veniam[a] possunt: iustissima[b] scilicet ignorantiæ causa allegata. ¶ Item* sciendum est, necessarium hæredē seruum cum libertate[c] institutum impetrare posse separationem: scilicet vt si non attigerit[d] bona patroni, in ea causa sit, vt ei quidquid & cuius est hæres bona communia sunt, & vnū patrimoniū quantum ad ius. Accur.

a *Creditores eius.* scilicet impuberis. & sic intransitiue legitur.

b *Videamus.* subaudi, & puto non fieri. R. & hoc probat, simul ergo &c. vel nil subaudi, & lege interrogatiue. & quod sequitur, qđ puto probandū: ad vtrāque quæstionem refertur.

c *Separari.* ipsis castrēsibus creditoribus hoc postulantibus.

d *Cum castrensibus creditoribus.* hoc postulantibus. habentur enim castrenses vt hæreditarij: cū & hoc peculiū hæreditas est: vt. ſ. de testa. mi. l. ſi certarū. §. Iulianus.

e *Si filio.* filio creditum. R. & facit ad. §. ſ. locati. cum in plures. §. vestimenta. & de pecu lio. l. hinc quæritur. §. j. ibi: cum enim &c.

f *Qui nō nouādi.* No. quid sit nouādi. idē videtur vt. j. pxi. §. &. §. si quis pignus. de nouatione autē ideo dixit, quia olim ex cōiectura huius nouæ personę pſumebatur: vt inſt. qui. mo. tol. obli. §. ꝓterea.

g *Elegerūt.* & facit. ſ. de lege cōmiſ. l. de lege. §. post dić. &. C. de pac. conuen. l. fin. &. ſ. nau. cau. ſta. l. idem. * §. fi. &. ſ. de re iud. ſi ſe. §. ſi ex cōuentione. &. C. eo. tit. l. eſt iuriſdictionis. Accurſius.

h *Vſuras.* facit. ſ. depoſiti. l. ſi hominem. §. quotiens. &. C. de iure domi. impe. l. ij. &. j. q in frau. cre. l. ait ꝓtor. ij. §. ſi fraudator. verſi. ſi quid. Et eſt preſumēdū ſi futuri tēporis ab eo vſuras accepit, vel etiam preteriti, ex quo fuit hæres. Quid autē ſi prioris? nam videtur approbaſſe fidem ipſius ſi parte ſortis accipiat: & ideo non poteſt impetrare ſeparationem. Argu. ſ. ad Maced. ſed Iulianus. in fi. &. l. ſeq. & idem ſi accipiat vſuras: vt. C. de non nu. pec. l. cum fidem. Item facit. j. de va. mu. l. pe. §. fi. Accurſius.

i *Cur minus idoneos.* facit. ſ. mand. l. inter cauſas. §. abeſſe. & qui ſatiſda. co. l. ſi ab arbitro. &. j. de fideiuſſo. l. ij.

k *Mixta sunt.* vt frumentū, vinum, & ſimilia. quod de facto accipe. de iure enim poſtquam hæres hæreditatem adiit: & ſua ꝓpria & cuius eſt hæres bona communia ſunt, & vnū patrimoniū quantum ad ius. Accur.

l *Contributa.* i. mixta.

m *Effecerint.* veluti cū alluuio depellit partē vel cruſtam vnius prędij in aliud prędium, & facit eam vnitam: vt. ſ. de adquir. re. do. adeo. §. præterea.

n *Quod dictum est.* in edicto de ſeparationibus: quod nō habemus. *Fl. Quod dicitur*

o *Post multum.* facit inſtitu. de litera. ob. §. multum.

p *De his.* de quibus ſupra diximus ceſſare ſeparationem. Azo.

q *Nullius alterius.* ergo demandari non poteſt: vt. ſ. de offi. eius. l. j. & facit. ſ. de trāſac. l. cum hi. §. ſed nec prætor. &. j. de reg. iur. l. vbicunque.

r *Hoc est.* refertur ad prætorem. Accurſius. * *Flo. qualiterqualiter*

f *Qualitercunque.* aliàs qualitercūque: & aliàs qualiterqualiter. & facit. j. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. ſi quid. & ſ. depoſiti. l. ſi hominem. §. quotiens.

t *Nihil eis prodesse.* qđ ergo non habet per ſe, nec per alium. Sed arg. contra. ſ. quæ res pig. ob. poſ. Ariſto. &. ſ. de adquir. hære. cum hæreditate. in gloſ. iiij. & de bo. auctо. iudi. poſ. cum vnus. Accur.

u *Hos.* ſcilicet qui ſecuti ſunt fidē hæredis.

x *Nihil.* Niſi creditores hæredis dimiſſi ſunt: vt in contrario. j. eo. debitor. in fi. Azo.

y *Facilitatem.* ſic inſtitu. qui. mo. re contra. ob. §. præterea. *Flo. impetrauit* *Flo. debet*

z *Non sunt audiendi.* merito audiri non debent. ſeparatio enī &c. & facit quòd quis debeat eſſe contentus eo quod eligit. ſ. de tribu. l. quod in hærede. §. eligere. &. ſ. de iureiu. l. qui iuraſſe. in prin. *Electione ſua quis cōtentus eſſe debet.*

a *Veniam.* ſ. vt in eo quod ſupereſt creditoribus dimiſsis, admittātur: vt. j. eo. l. debitor. R. ſed. j. eo. ſi creditores. eſt cōtra. So. vt ibi.

b *Iustissima.* vt quia bona hæreditaria ſubita clade perierunt.

c *Cum libertate.* hodie etiam ſine libertate: vt inſtit. qui manu. non poſ. §. j. * *Flo. Ita*

d *Non attigerit.* id eſt adiit animo: ſed nō adminiſtrauit.

BIU Cujas

a *Separetur.* communi iure, vt institu.de hære.qua.& diffe.§.j. sed iure restitutionis minor etiam postquam tetigit: vt.ff.de minor.l.ait prætor.§.non solum.

b *Debetur.* supple similiter separetur.

c *A B hærede.Gesta sunt.* vendendo,vt hic: vel alicui creditori soluendo: vt.ff. de bo.auct.iud.pos.l. si non expedierit. §. j. obligando autem non præiudicat separationi: vt.ff.eo.l.j.§.sciendum.quę est cótra.Vel ibi mala fide, hic bona. & facit.ff. de mino. l.in integrum.

D *Ebitor.*] *CASVS.* Titi[9] debebat mihi.c. & pro eis fideiusserat Seius. debebat autem Titius & aliis multis. nunc Titius successit Seio. & cum creditores vellent vendere omnia bona Titij, & sic per consequens hereditaté Seianam, volo impetrare separatio. hæredi.Seianæ à bonis Titij:cũ bona Seij sint soluẽdo,& nó bona Titij.dicitur tamen quòd possum. & si bona Seij mihi nó sufficiát,admittar ad bona Titij cum creditoribus eius:sicut & si Titius non successisset Seio: cũ & creditores hæredita. si non sufficiat hęreditas,possunt venire ad bona hęredis,dum tamen prius sit solutũ creditoribus hęredis:& ecótra multo magis.Fran.

† *No. quod dictũ est in summario, & cõcor. l. generaliter j.de fideiuss. quã. l. cum l.nostra limitabis pulchrè nõ procedere,quãdo cederet ad incõmodũ creditoris,secundũ Bar. hic & Alexã.post eum,qui dicit hãc limitationẽ pulchram.*

d *Debitor fideiussori.*scilicet suo.Accur.

e *Eius.*scilicet debitoris: & per consequẽs fideiussoris. & dic venierunt. i. de vẽdendo tractauerunt. aliàs contra:vt.ff.l.proxi.

f *Extincta sit.* quotiẽs enim cõcurrit principalis & accessoria obligatio in eandem personam, extinguitur accessoria: vt.j.de duob[9] reis.l.si duo.& de fideiussor.l. generaliter. & l.hæres. &.C. de fideiusso. l. fideiussoris. & hoc ea ratione, quia [p] seipso fideiubere non potest. & adde quod no.C.de pactis.l.debitori. in glos. confusa. Itẽ facit.C. si antiqui. credi.l.j.&.ff.de euic.l. non tamen ei.Accur.

Flo.fideiussionis

Flo.pramiscerí

g *Prospexerat.* accipiendo fideiussorem. & facit.ff.qui po.in pi. ha.l.creditor.j.respon.

h *Ei quærenda.*aliàs adquirenda:& aliàs exquirenda.Accur.

i *Non adita.*quod creditor consequitur postulando separationem.ff.vt aditio pro nulla habeatur in sui præiudicium.

k *Venditis,* vel etiam non venditis. immo hodie prius debitor: vt in authen.de fideiuf.§.j.col.j.

l *In proposito summoueri.* etsi iusta fuit causa ignorantiæ: ne sit contra.ff.l.j.§.pe. in prin. secundum Bar. & H. tu dic secundum Io.speciale hic:quia & hæredis creditor erat,vt subiicit.

quid postea adquisierit, separetur: [a] sed & si quid ei à testatore debetur. [b]

II. PAPINIANVS libro vicesimoquinto Quæstionum.

A B hærede vendita hæreditate, separatio frustra desiderabitur: vtique si nulla fraudis incurrat suspicio. Nam quæ bona fide medio tempore per hæredem gesta sunt, [c] rata conseruari solent.

Cum fideiussor principali succedit, extinguitur obligatio fideiussoria, si ad incommodum creditoris non cedit:aliàs secus. Item post admissos creditores hæredis,creditores defuncti ad eius hæredis bona possunt habere regressum. Bart.

III. IDEM libro vicesimoseptimo Quæstionum.

D Ebitor † fideiussori [d] hęres extitit, eiúsque [e] bona venierunt. Quamuis obligatio fideiussoris * extincta [f] sit, nihilo minus separatio impetrabitur, petente eo cui fideiussor fuerat obligatus: siue solus sit hæreditarius creditor,siue plures. Neque enim ratio iuris, quæ causam fideiusionis propter principalem obligationem,quę maior fuit, excluſit: damno debet adficere creditorem qui sibi diligẽter prospexerat. [g] Quid ergo si bonis fideiussoris separatis,solidum ex hęreditate stipulator consequi non possit? vtrũ portio cum cæteris hæredis creditoribus ei quærenda [h] erit? an contentus esse debebit bonis quæ separari maluit? Sed cum stipulator iste, non adita [i] fideiussoris à reo hæreditate, bonis fideiussoris venditis, [k] in residuũ permisceri * debitoris creditoribus potuerit: ratio non patitur, eum in proposito summoueri. [l] Sed in quolibet alio creditore qui separationẽ impetrauit, probari cõmodius [m] est, vt si solidum ex hæreditate seruari non possit,ita demum aliquid ex bonis hæredis ferat,si proprij creditores hæredis fuerint dimissi. quod sine dubio admittendum est circa creditores hæredis, dimissis hęreditariis. [n]

Creditores conditionales,& in diem, & etiam legatarii, possunt impetrare separationem. Bartolus.

IIII. IDEM libro duodecimo Responsorum.

C Reditoribus, quibus * ex die vel sub conditione debetur,* & propter hoc nõdum pecuniam petere possunt,æquè separatio dabitur: quoniam & ipsis cautione [o] communi consuletur. legatarios autem in ea tantum parte quæ de bonis seruari potuit, [p] habere pignoris [q] causam conuenit.

Qui separationem impetrauerunt, non possunt cum creditoribus hæredis concurrere, sed ad bona postea ex hæreditate quæsita,aliunde nullo modo. Bar.

V. PAVLVS libro tertiodecimo Quæstionum.

S I creditores [r] hæreditarij separationem bonorum impetrauerint, & inueniatur non idonea hæreditas, hæres autem idoneus: non poterunt reuerti ad hæredem: sed ei * quod semel postulauerunt,stare debẽt. Sed si post impetratam separationem aliquid hæres adquisierit,si quidem ex hæreditate,admitti debebunt ad id quod adquisitum est illis qui separationem impetrauerunt. Sed si illis satisfactũ fuerit: quod supereſt tribuetur propriis hæredis creditorib[9]. At si ex alia causa hæres adquisierit: nõ admittentur hæreditarij creditores. Quòd si proprij ad solidũ peruenerunt: id quod supererit, tribuendum hęreditariis quidam putant:mihi autem id non videtur. [s] cum enim separationem petierunt, recesserunt à persona hæredis, & bona secuti sunt,& quasi defuncti bona vendiderunt,quę [t]

m *Commodius.* de æquitate.

m *Commodius.* contra.j.eo.si creditores.Solu.vt ibi.

n *Hæreditariis.* vt superfluum accipiant:vt.ff.l.j.§.pe.in prin.

Creditoribus.] *CASVS.* Creditores hæreditarij etiã hi quibus debetur in diem,vel sub conditione:possunt impetrare separationem.legatarij autẽ possunt postulare separationem,cum habeant bona hæreditaria obligata quę supersunt postquã satisfactũ erit creditoribus hęreditariis.Fran. Accur.

o *Cautione.* per separationem,vel missionẽ in possessionẽ.M.vt.ff. qui. ex cau.in poss.ea. l.in possessionem. Vel dic quòd cauetur eis de soluẽdo: vt.ff.de iudi.l.in omnibus.

p *Potuit.*deducto ære alieno: vt &.ff.ad Tre. l.j.§.pe.&.j.eo.l. quotiens.in prin.& facit.j. de act.& oblig.l.hęreditariarum.

q *Pignoris.* vt.C.cómunia de le.l.j.

SI creditores.] *CASVS.* Impetrata separatione à creditoribus hæreditariis, si nõ inuenitur soluẽdo hæreditas,nó possunt habere regressum contra hæredem.sed si separatione facta hæres aliqua adquirat:aut de hęreditate, & ad hæc veniunt creditores hęreditarij: aut aliunde,& tunc nõ veniunt etiam postquã esset satisfactũ creditoribus propriis. Idé si i separatione sint læsi creditores hęreditarij: vt minus percipiendo de bonis quàm deberét. ad hæc autem bona post quæsita admittũtur creditores hęredis. & redditur ratio in litera.Fran.

r *Si creditores.* proprij creditores hæredis.Accursius.

s *Nõ videtur.* huic respon.&.j. proxi. est cõtra.ff. l. debitor.§. quid ergo.Sol.hic corrigit, vt hic innuit: quidam putant &c. Alij vt Ir. quòd ibi erat vendita hęreditas:hic nó. Tertij,quòd ibi interuenit ignorantiæ causa, hic non: vt.ff.l.j.§.pe.in fi. Tu dic [q] hic dicit de adquisitis per hæredẽ &.j.proxi.respon.non erat plene satisfactum propriis:vel nó est idem quod in hoc respõ.per omnia, licet dicat,idémque &c. sed intelligitur secundum determinationem illius.l.debitor.& eisdẽ modis solue aliud contra.ff.eo.l.j.§.pe.in fi.vbi dicit admitti hęreditarios ad bona hæredis causa cognita etiã post separationẽ. vel, vt puto, non ob.ille,§.pe. quia & si non posset satisfieri pro his: impetrabunt hæreditarij veniam ex iustissima causa. Arg.ff. de in lit.iur.l. videamus.§. pe.&.ff. de interro. ac. de ætate.§.ex causa.& quibus ex cau.ma.l.j.in fi.

t *Quæ.* scilicet bona.

BIU Cujas

a *Recipere.* per defunctum qui nō est. vel dic per hæredem extrinsecus adquirentem. secus si de hæreditate: vt. ff. ea. l. Accur.

b *Adquirere.* facit. C. arb. tut. l. si defunctus. Accursius.

Quotiens.] CASVS. Non solum creditores hære. impetrare possunt separatio. sed etiā legatarij, vt tamen soluatur creditorib[9] priusquam legatariis. Item patronus qui succesit liberto adeunti hæreditā. alicuius existentis non soluendo: potest impetrare separationē bonorum liberti à bonis hæred. Fran.

c *Vel solidum.* si bona sufficiunt: aliàs inquātū possunt: vt hic, &. ff. eod. l. creditoribus. & ff. ad Trebellia. l. j. §. penul. Vel dic solidum, quando debetur vt æs alienum: vt. C. eod. l. j. Sed argu. contra. C. de iure delibe. l. fin. §. licentia. vbi dicit creditores præferri. sed & hic præferūtur eorum bona, sed non hæredis creditores: cum hęreditas habeatur pro non adita, ex quo separatio est postulata: vt. ff. eod. l. debitor. §. j. Accursius.

d *Instituta.* à quodam alio, non patrono.

e *Patrono.* vt possit impetrare separationē, qui postea libertæ suæ successit. vel dic quòd reuocauit eam in seruitutē. & est argumentum pro vtraque supra de in integ. resti. l. non solum. in princip. &. §. proinde.

augmenta non possunt recipere.[a] Idémque existimo dicendum etiam si circa separationē bonorum decepti, minus cōsecuti sunt, quàm proprij hæredis creditores. Proprij autē hęredis creditores habent propria eius bona, & personam: quæ potest, donec viuit, adquirere.[b]

Non solum creditores, sed etiam legatarii possunt petere bonorum separationem.

VI. IVLIANVS libro quadragesimosexto Digestorum.

QVotiēs hæredis bona soluendo non sunt: non solùm creditores testatoris, sed etiam eos quibus legatum fuerit, impetrare bonorum separationem æquum est: ita vt cum* creditoribus solidum adquisitū fuerit, legatariis vel solidum,[c] vel portio quæratur. ⸢Si liberta hæres instituta,[d] bonorum possessionem secūdum tabulas petiisset eius qui soluēdo non erat: quæsitum est an bona eius separari ab hæreditariis debeant. Respondit, non est iniquū succurri patrono,[e] ne oneretur ęre alieno quod liberta petendo* bonorum possessionem secundū tabulas, cōtraxerit.[f]

f *Contraxerit.* i. quasi contraxerit adeundo: vt instit. de obliga. ex quasi contractu. §. hæres. Accursius.

Qui iudicium.] CASVS. Creditor hæreditarius licet cœpit agere contra hæredem: tamen potest impetrare separationem. Franciscus.

g *Qui judicium dictauerunt.* proponendo actionem. vel dic secundum R. etiam contestando: per quod videbantur nouare, & sic præiudicare: vt. ff. eo. l. j. §. illud. Sed est contra: quia hæc nouatio proficit, non nocet: vt. ff. de noua. l. aliam.

h *Ex necessitate.* scilicet perueniendi ad fuum, quæ est causatiua necesitas, non præcisa. vel dic quia actio tempore expirabat. Argu. ff. de fer. l. j. in fin. & sic expone. ff. de bo. aucto. iudi. pos. l. ij. & iij. Accursius.

DE CVRATORE BONIS DANDO.

Datur curator bonis defunctorum: vt in. l. i. huius tit. vel dic absentiū: vt. C. de capti. & postli. re. l. 3. & ff. ex quibus cau. ma. l. ab hostibus. §. i. vel debitorum soluere nolentium: vt. ff. eo. l. fi. & ff. tit. i. l. i. Item quandoque præsentis: vt. C. de bo. quæ libe. l fi. §. i. in fin. Item in alio: vt. C. de cura. furio. l. i. Cætera genera curatorum dic vt. ff. de mune. & hono. l. i. §. fina. & facit. ff. de priuile. credito. l. idem priuilegium. §. i. Accur.

Si sub conditione.] CASVS. Hæres institutus sub conditione potestatiua, puta si det decē fratribus sancti Franciscī, adire differt. ad postulationem creditorum cogetur adire. nam dabitur ei dies intra quam si non adeat, extunc repellatur. si autē hæres institutus sub quacunque cōditione dicat se nolle adire, etiā si conditio existat, tunc bona hereditaria possidebuntur, & vendentur, vt creditoribus satisfiat. Si autē conditio est casualis, puta si nauis veniat de Ferraria, & sic interim nō potest hæres adire: tunc datur curator bonis, qui custodiat ea, & vendat res quæ seruando perirent. vendat etiā alia bona propter æs alienum si quod vrget: sicut fit cum vēter est in possess. bono. cum pupillus hæres est, & non habet tutorem. Fran.

i *Si sub conditione.* aliàs is qui sub. aliàs si sub.

k *Si potest.* id est si potestatiua est conditio: cogitur quidem nō præcise: sed statuitur ei dies intra quam adeat: vt extunc repellatur etiā si vellet implere postea: vt. ff. de hæredi. instit. l. si quis instituatur. §. j. & ff. de bo. aucto. iudi. pos. l. si seruus. & ad hoc. C. de inoffi. testa. l. scimus. §. fina. & ff. ad Trebel. l. facta. §. si sub conditione. Accursius.

VII. MARCIANVS libro secundo Regularum.

QVi iudiciū dictauerunt[g] † hęredi, separationem quasi hæreditarij possunt impetrare: quia ex necesitate[h] hoc fecerunt.

DE CVRATORE bonis dando.

TITVLVS VIII.

Primo loquitur in instituto sub conditione potestatiua. Secundo, sub conditione casuali. Tertio adiicit ad prædicta exemplū. Secunda ibi, quòd si nihil. tertia ibi, sicuti cum venter. Bartolus.

I. PAVLVS libro quinquagesimoseptimo ad Edictum.

SI quis sub cōditione[i] hæres institutus est: cogendus est conditioni parêre, si potest:[k] aut si respōderit se nō aditurū, etiam si cōditio[l] extiterit, vendēda[m] erunt bona defuncti. Quòd si nihil facere potest,[n] curator bonis cōstituē dus erit:[o] aut bona vendenda. Sed si graue æs alienū sit quod ex pœna crescat: per curatorē[p] soluendum [est] æs alienū: sicuti cum venter in possessione[q] sit, aut pupillus hæres tutorem nō habeat, decerni solet.[r]

† *Iudicium dictare alicui, est actionē ei ꝓponere, mouere, intentare.*

l *Si conditio.* quæcūque sit, casualis, vel potestatiua, vel mixta. patet ergo quòd amittit hæres hæreditatem. & sic est contra. ff. de adquir. hære. l. is qui hæres. vbi conditionalis non potest repudiari. Sol. hic auctoritas prętoris pręcesit, ibi non tenet per se. ar. ff. de of. præsi. l. legatus. & ff. de orig. iur. l. ij. §. & cum placuisset. in glo. abdicarent. Vel dic non repudiauit hæres hæreditatem, sed ius adeundi, etiā si extiterit conditio. Vel magis capti quàm repudiantis sunt hęc verba: vt. ff. de pac. tale. in prin. Vel hic nō dicit teneat vel nō repudiatio, sed bona vēdenda: & sic non tenet: & poterit esse hæres si quid remāserit. Sed an hoc casu est curator dandus? videtur quòd non: vt statim innuit. & est ad hoc. C. de bo. auct. iudi. pos. l. fi. & ff. qui. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. j. vel dic hic dandū: & secus ibi. vel quia non fuit petitus. vel ibi bona certū dominū habebant, qui se celabat: quo casu nō datur nisi in casibus: vt modo notaui in rubrica. at hic loquitur quando pendet cuius bona sint, vel nescitur pro certo.

m *Vendenda.* ex edicto quodam quod non habemus, cuius meminit lex illa. si quis instit. ff. de hæred. institu. & etiam hic. &. l. proxi. & est sententia eius. vel ex senatusconsulto: vt infra eo. l. imperatores.

n *Quòd si nihil facere potest.* scilicet hæres. i. nec implere conditionem: nec respondere, quia casualis est. Idem puto secundum Azo. & si possit & nolit: vt. ff. de hære. insti. si quis instituatur. §. sed si bonorum. &. §. item si conditioni.

o *Constituendus erit.* ad conseruanda bona dumtaxat: vel quæ sunt peritura vēdet: vt subiicit. &. ff. de admini. tuto. l. inter bonorum. potest ergo constitui etiam si nullus sit creditor: vt &. ff. de mune. & ho. l. j. §. fin. &. ff. de neg. gest. l. fin. nec ob. ff. §. qui. ex cau. in pos. ea. l. si diu. quia satis vrget conditio vt res nō pereat. Sed Azo dixit, vrgebat æs alienum, per. l. illam, si diu. & per id quod hic subiicit, &. ff. l. proxi. & secundum hoc ponitur aut, pro &,[a] quod hic subiicit, sed si graue &c. quid adiicit secundum eū: nisi dicas quòd. ff. erat æs alienum, sed non graue. sed. ff. graue. vel prius dixit fieri venditionem: nunc solutionem dicat fieri. quare prima litera planior est.

a *Similem gl. habes in cle. i. de off. ordi. & ff. l. pe. C. de verbo. sig. & in l. sæpe. ff. de verb. sig. & in l. 2. C. de obse. patro. præstan. & plene in. l. si is. de rebus dubiis.*

p *Per curatorem.* alienantem ad hæc peritura, & etiam nō peritura, si oporteat: vt addat prædictis.

q *Venter in possessione.* vt. ff. de vētre in possess. mitten. l. j. §. item si periculum. &. l. curator. §. j. & adde idem. ff. de hæredi. institu. l. si quis instituatur. Item facit ad princip. l. C. de iure dot. l. ij. &. ff. de arbi. l. litigatores. §. idem dicit. Sed an teneatur facere inuentarium? Respon. sic: vt arg. ff. de ventre in possess. mitten. l. j. §. curatore. ad fi. l. cuius exēplum possunt creditores alij habere: vt. ff. de bo. aucto. iudi. pos. l. fina.

r *Decerni solet.* scilicet curator. Accursius.

De curatore.] CASVS. Primo dicitur qualiter constituitur curator. Secūdo dicit: gesta per curatorē rata sunt. Tertio, quòd

BIU Cujas

quòd potest agere & excipere. Quarto, quòd si curator post litem à se contestatam constituat procuratorem, satisdabit procurator nomine curatoris, id est quòd curator habebit ratum: & de similibus tanquam procurator curatoris: non domini bonorum. Quinto, si plures sunt curatores in bonis vnius: quilibet potest agere & conueniri in solidum. sed si per partes sunt constituti, vt vnus administraret Italica bona, alter prouincialia: tunc quilibet bona sibi deputata tantum administrabit. Sexto, curator non datur inuitus, nisi in casu: vt cum nemo voluntarius inuenitur. Septimo, si tres sunt curatores: & vnus eorum nō administret aliquid, alij sic: dicitur quòd potest conueniri in solidum iste prout alij: nisi inuitus esset factus curator. & hoc dicit hæc l. & seq. Franciscus.

† *Lud. Rō. in suis sin. fol. 4. sing. 97. dicit hic esse casum sing. ad hoc quòd vbicũ que dubitatur de mãdato substituti: ipse substitutus debet tantum cauere procuratorem rẽ ratã habiturũ, non autẽ dominum. Adde quid ī actore, Bart. tãgit hanc q. in l. si actor. j. rem ra. ha. & in l. si ante. in fin. iudi. fol. Bal. in l. nulla. & Sali. in l. quod quis. q. vlt. C. de procu. & Pau. de Ca. cõsilio. 16. & Areti. cõsilio. 29.*

Supra loquitur quãdo curator datur bonis defuncti: hic quando bonis viuentis datur. Bartolus.

II. VLPIANVS libro sexagesimoquinto ad Edictum.

DE curatore† constituendo hoc iure vtimur, vt prætor adeatur: [a] isque curatorem curatorésve constituat ex cõsensu maioris partis creditorũ: vel præses [b] prouinciæ, si bona distrahenda in prouincia sunt. quæque per eum eósve qui ita creatus creatíve essent, acta [c] facta [d] gestaque sunt, rata habebuntur: [e] eisque actiones, & in eos, vtiles competũt. [f] & si quẽ curatorem [g] mittent ad agendũ vel defendendum, vti ius esset: nec ab eo satis, neque de rato, [h] neque iudicatum solui nomine eius cuius bona veneant, exigetur, sed nomine ipsius curatoris qui eum misit. ℣ Si plures [i] autem constituantur curatores, Celsus ait, in solidum eos & agere [posse] & conueniri: non pro portionibus. Quòd si per regiones fuerint constituti curatores, vnus fortè rei Italicæ, alius in prouincia: puto regiones eos suas conseruare debere. ℣ Quæritur, an inuitus curator fieri potest? Et Cassius scribit neminem inuitum [k] cogendum fieri bonorũ curatorem, quod verius est. Voluntarius itaque quærẽdus est, nisi & magna necessitate, [l] & imperatoris arbitrio hoc procedat, vt & inuitus [curator] creetur. Nec omnimodo creditorem esse oportet eum, qui curator constituitur: sed possunt & non creditores. [m] ℣ Si tres curatores fuerint, & vnus ex his nihil attigerit: an in eum qui nihil attigerit, actio dãda est? Et Cassius existimat, modum actori non debere constitui, [n] posseque eum, cum quo vult, experiri. [&]puto Cassij sententiã veriorem. [o] Spectãdũ [est] enim quid redactũ est [p] [ex bonis illius quibus curator datus est,] non quid ad curatorem vnum peruenerit. & ita vtimur: nisi inuitus factus est. [q] nam si ita est, dicendum [est] eum non [esse] conueniendum. [r]

III. CELSVS libro vicesimoquarto Digestorum.

SI plures eiusdem bonorum curatores facti sunt: in quem eorum vult actor, [s] in solidum

a *Adeatur.* à creditoribus, vel ab aliis quorũ interest propter spẽ successionis, scilicet eius qui absens est: vt & ff. de hæredi. instit. l. si quis instituatur. §. item si conditioni. & ff. de ventre in pos. mit. l. j. §. quotiens. vel forte etiam nullo petente, si sibi iudici quoquo modo sit notum bona dissipari. arg. ff. qui petant tuto. l. ij. §. si quidem. & facit. ff. de fideicom. lib. l. ergo. §. creditori. & ff. mãda. l. si mãdauero.

b *Præses.* scilicet adeatur.

c *Acta.* in iudicio quolibet modo.

d *Facta.* extra iudicium contrahẽdo verbis, sed gesta sine verbis: vt. j. de verbo. signi. l. Labeo. in fi.

e *Rata habebuntur.* etiam si minor sit hæres: vt. ff. de hære. instit. l. si quis instituatur. & de mino. l. in integrum. ff. titu. j. l. ab hærede. & hoc si fecit quæ debet facere ex officio. Sed quod est eius officium? Respõ. intentare actiones perituras. Sed an idem in nõ perituris? Respon. vt. ff. de bo. aucto. iudi. pos. l. creditore. in prin. Item officium eius est custodire & distrahere peritura: & si grauet æs alienum, etiam nõ peritura. sed curatoris adulti & furiosi plenior est potestas: vt. ff. de admini. tut. l. inter bonorum. differt & in aliis: quia actio quæ datur in istum, non est priuilegiata: illa quæ in alium curatorem, sic: vt. ff. de priui. credi. l. idem priuilegium. Item iste conuenitur actione mandati: vt. ff. man. l. si mandauero. j. §. si curator. sed ille tenetur neg. gest. vtili: vt. C. de neg. gest. l. curatoris. Item iste præstat tantùm dolum, & latã culpam: vt. ff. de bo. aucto. iudi. pos. l. prætor. §. est præterea. & l. in venditione. §. de tempore. Ille leuem: vt. C. de nego. gest. l. tutori. Item iurat ille tempore decreti interpositi: quod de isto non inuenitur. vt in authen. vt hi qui ob. ha. se perhi. res mi. §. fin. col. vj. Itẽ hic inuitus non datur: vt. j. §. quæritur. Ille sic: vt instit. de satis. tut. §. quibus. Item ibi prius gerens, quàm non gerens, conuenitur. j. eo. l. fi. Item per hoc quod hic habes, not. eum habere legitimam administrationem, & sic de calumnia iurat: vt. C. de iur. prop. calum. dan. l. ij. §. quod obseruari. Accursius.

Curator datus bonis viuẽtis, à dato bonis defuncti differt.

f *Competunt.* quia legitimam habent administrationem.

g *Curatorem.* aliàs curatores: & tunc est plana. aliàs curatorem, & tunc id est actorem vel procuratorem: quod facere possunt lite à se prius contestata: vt. C. de procura. l. neque. & instit. de cur. §. fi. & hoc subiicit, vti ius effet. est etiam in hoc ius, vt sit legitimæ ætatis qui procurator constituitur, quod in hoc curatore exigo: vt. C. de leg. tut. l. fina. Accursius.

h *Neque de rato.* abundat vna negatio: vt & aliàs. C. de seruis fugi. l. j. & redde singula singulis, scilicet de rato cum ad agẽdum, de iudicato cum ad defendendum. Sed an iste curator satisdet? Respon. non: vt. j. rem ra. habe. l. actor. Accursius.

i *Si plures.* facit ad distinctionem huius. §. C. de periculo tuto. l. ij. & titu. si vnus ex pluribus. l. j. & ij. & ff. de admini. tuto. l. ij. §. apparet. vsque in finem. & l. sequẽ. & ff. de exerci. l. j. in fi. & l. sequen. & ff. de his qui deiec. vel effu. l. j. in fi. & l. seq. & j. l. proxi. & ff. de admi. tuto. l. inter tutores. & dic vt ibi not. Accursius.

k *Inuitum.* idẽ in p. curatore: vt ff. de procu. l. filiusfamilias. §. inuitus. & facit. C. de bo. aucto. iudi. poss. l. inciuile. & ff. quemadmo. testamen. ape. l. sed si quis. secus in tutore & curatore: ff. instit. de satisda. tu. §. quibus. Accur. *ADDITIO.* Dic secundum Barto. quòd aliud in tutore & curatore alio, aliud in curatore qui datur bonis.

l *Necessitate.* vt quia nemo voluntarius inuenitur vt bona dissipentur.

m *Creditores.* facit ff. de bo. aucto. iudi. poss. l. cum vnus. & l. fi. & ff. quibus ex cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. sed & si curator. & ff. de ventre in possess. mitten. l. j. §. eligitur. Accursius.

n *Constitui.* quominus conueniat quem vult: vt subiicit. Accursius.

o *Veriorem.* secus in tutoribus: vt. C. de dui. tute. l. fina. & C. si tutor non gess. l. j. nisi sponte gesserint: vt quia inutiliter erant dati: & tunc quilibet pro parte tenetur: vt modus actori præscribatur: vt. ff. de administratione tuto. l. tutores qui post. §. curatores. ij. & idem in procuratoribus dicerem, nisi sic mandatum est vt quilibet teneatur in solidum: vt. ff. man. l. antepenul. §. duobus. Alij dicũt idem hic quod in tutoribus. & quod dicit hic modum non debere constitui, verum est, cum nõ gesserint. Sed an habeat beneficium epistolæ? Respon. non. cum enim ex dolo & lata culpa tantum teneatur: vt. ff. de bo. aucto. iudi. pos. l. prætor. §. est præterea. non habet locum epistola: vt argu. ff. de tut. & ratio. l. j. §. nũc tractemus. & hoc si quæras qualiter conueniatur ex administratione à debitore, vel ab aliis creditoribus. Si autem dicas de creditore hereditario, qui petit creditum suum tanquam à debitore, erit idem quod in tutoribus: vt ff. ea. l. §. si plures. & C. si vnus ex pluribus tut. l. j. & facit. ff. de eden. l. si quis ex. §. j. Sed contra in prin. §. j. ff. de admini. re. ad ciui. perti. l. iij. sed ibi in alio curatore: vel ibi inuitus. Item arg. cõtra. ff. de suspec. tut. l. hæ enim. in fi. Sed ibi [a] in tutoribus. Accur.

p *Quod redactum est.* ex bonis.

q *Factus est.* à principe: quia nihil gessit, & ad eum nihil peruenit.

r *Conueniendum.* nisi in subsidium, altero non existente soluendo: vt. C. si tutor non gess. l. j. & l. ij. H. & ff. de admini. tut. l. iij. §. j.

s *SI plures. Actor.* si dicas, id est creditor hæreditarius, planum est: vt & ff. l. j. circa prin. & §. j. & de Car. edi. l. sed & si is. §. si impubes. & sic est idem quod in tutoribus: vt. C. si vnus ex pluribus. l. j. Si dicas actor, id est qui agit contra curatorem quasi male administrauerit: & sic est actor creditor qui agit mandati: tunc facit. ff. de ventre in possess. mitten. l. j. §. si vero non tantum. & supra mandati. l. si mandauero. j. §. si curator. & etiam dominus bonorum veniens qui ageret actione in factum: vt argu. ff. de bo. aucto. iu. poss. l. prætor. in princip. & §. his verbis. & §. est præterea. nisi cessisset bonis: vt. j. l. proxi.

Agere.

BIU Cujas

a *Ageret.* id est administraret. & facit. ff. l. proxi. in fi. Accur.

Imperatores. Pone casum vt in glo. quæ incipit, vocat &c. Frā.

b *Ex senatusconsulto.* cum forte esset senator debitor: vt. ff. de cura. fur. l. ij. & de cura. fur. l. curator. aliàs per prætorem: vt not. ff. l. j. Vel dic quòd nihil prohibet & prætorem & senatum circa vendenda bona tractasse. & dicta. l. curator. quæ specialiter in senatore loquitur, intelligitur quando bona quæ cōstabat esse alicuius, vēduntur, quo casu non constituitur alter curator: vt not. ff. l. j. Ac.

c *Fraudatori.* Vocat fraudatorē, debitorem cuius bona vēdita sūt, qui noluit soluere creditoribus, & qui ad hoc credit bonis, vt creditores fraudentur, vt quoniam dicit nō habere actiō. contra curatorem bonis datum, cuius auctoritate bona vendita sunt: sed datur aliis quorū interest si male administrauerit: vt not. ff. l. pxi. Vel dic secundo quòd vocet fraudatorem creditorem ex quocunq; cōtractu, qui ad hoc cōstitutus est, vt cæteri creditores fraudarentur: qui dicit non habere actionem contra debitorem de eo contractu quem fecit, secundum H. & est ad hoc. ff. de priui. credi. l. ait prætor. Vel a tertio, secundum R. vo-

Pro parte cit debitorē cuius bona vendita sunt: cui si- *debiti* qua competebat actio *soluti* contra aliquem suum debitorē, cessione bonorum facta ei adempta videtur, & competet emptori bonorū. & sic fuit. ff. de ope. lib. l. si bona. & hoc primo modo accipitur fraudator: vt. j. tit. j. l. fi. in prin. & C. de his quæ in frau. credito. l. fina. Vel quarto vocat fraudatorem creditorem huius debitoris cuius bona vendita sunt: & sic fraudatorem, id est fraudatum. vnde quidam habent in litera creditori, & nō habent fraudatori. huic quidem non datur actio in debitorem qui cessit bonis. quod accipe nisi aliquid de nouo acquirat, quod dignum emolumentum haberet: vt instit. de act. ff. fi. Accursius.

Si debitor. CASVS. Debitor multorum in iudicio cessit bonis. tandem creditores elegerunt quendam qui esset curator vt venderet hæc bona, & satisfaceret de pretio creditoribus. nūc apparet aliquis creditor prædicti debitoris qui non interfuerat electioni curatoris. vult reuocare istum curatorē. Dicitur quòd non potest. sed si vult ipse cum curatore vendere bona, auditur: & pretium inde redactum soluetur omnibus creditoribus pro portione. Franciscus.

d *Si debitor.* nummularius forte. Accursius.

e *Foro.* id est negotiationi cui præerat, cum aliud forte non haberet. Vel dic foro venalium mercium. nō enim hic accipies forum, id est locum iudicij, secundum H. Vel dic foro, id est loco iudicij cessit bonis: vt. ff. de cess. bo. l. pe. & fi. Accursius.

q *Ad exemplum.* vt si afferatur argumentum vel modice pro eo faciens, mittatur in pos. Ir. sicut si offeratur pro puero: vt. ff. de Carb. edi. l. iij. §. causæ cognitio.

r *Possessionem.* ergo multo magis ex quo est in ea, dimittet.

PER interdictum.] CASVS. Si nomine domus ruinosæ quam possidebas, petij caueri mihi de damno infecto: & cum iudex

A præcepisset, noluisti cauere: debet me mittere in pos. domus ruinosæ: & si p̄hibeas me intrare, vel me ingressum deiicias: habeo hoc interdictum. Secundo dicit quòd habeo act. in factū ex hoc edicto ad interesse, id est in tantū in quātum daretur actio ex stipulatio. si promissum esset. Tertio dicit, quòd si eo tempore quo petebā mitti cum effectu, cum iudex iā iusserat me mittēdū, domus tua cecidit supra meā, & sic habeo damnū: habeo act. in fact. ex hoc edicto. Vltimo dicit, siue iussus mitti ex causa dāni infecti, siue ex alia causa repellatur, habet locum hęc actio in fac. Franciscus.

tor pollicetur possessionem.[r]

Iussus per iudicem ire in possessionem eo quòd non cauebatur ex causa damni infecti: si prohibeatur ingredi possessionem, potest vti hoc interdicto contra prohibentem: & etiam si quid damni passus fuerit, habet auxilium huius interdicti. h. d.

IIII. IDEM libro sexagesimo nono ad Edictum.

PER interdictū[s] etiam ei subuenit prætor, qui damni infecti ab eo[t] in possessionē missus est, ne ei vis fiat. ℣ Pœna autem eius qui nō promittit,[u] vel satis nō dat:[x] hæc est, vt in possessionem mittatur aduersarius. Siue ergo promittat, siue per eū nō fiat[y] quo minus promittat: non tenebit interdictū: repulso per exceptionē eo qui experitur. ℣ Prætor in eum qui neque cauit, neq; possidere passus est eū qui missus est, iudiciū[z] pollicetur in tantū, quantū præstare eū oporteret si de ea re cautum fuerat.[a] Sed ex alia[b] causa hoc iudicium proposuit, si eo[c] tēpore quo in possessionē mitti desiderabat,[d] prætoris adeūdi potestas nō fuerit, scilicet vt si cum potestas prætoris adeūdi non esset, damnū interim datum est, haberet iudicium[e] qui damnum passus est. ℣ Item subiectum[f] [est,] si ex alia causa[g] in possessionem missus[h] prohibitus esse dicetur, habere in factū actionem.

f *Per interdictum.* scilicet qđ est. ff. l. j. in prin. & idem per aliud speciale, quod est. ff. de dā. infec. l. prætor.

t *Ab eo.* s. prætore.

u *Non promittit.* nuda cautione cum suo nomine.

x *Satis non dat.* per fideiussores cum alieno.

y *Nō fiat.* sic. j. de reg. iur. l. in iure ciuili.

z *Iudicium.* scilicet in factum.

a *Cautum fuerat.* vt & ff. de dam. infec. prętor. §. in eum. &. l. dies. §. si intra. versi. an tamē. & §. in eū. &. l. si finita. §. pe. & sic ad interesse: vt. j. rem rat. ha. l. si p̄curator. & sic ad aliud datur hæc actio, cū ex alia causa in pos. fuerit missus: vt. ff. eo. l. j. §. hæc verba. secundum quosdam: sed certe immo ad idem, cū interesset vbique.

b *Sed ex alia.* s. nō solum quādo iudicis decreto paritum non est.

c *Si eo.* sup. s. si eo &c.

d *Desiderabat.* cū effectu: cum iam missus erat destinatione.

e *Iudicium.* id est actionē in factū contra dominū ruinosæ domus: licet à nemine sit p̄hibitus. sic est in edicto illo de dāno infecto: vt. ff. de dā. infe. si finita. §. elegāter. & sic cōpetit actio hoc casu ex alia causa quàm ex eo quòd nō admittitur iussu prætoris, vel missus reiiciat. Alij dicūt quòd hic ab aliquo fuit p̄hibitus.

f *Item subiectum est.* à prætore.

g *Ex alia causa.* quàm ex causa damni infecti: vt puta rei seruādæ, vel simili. Vel dic secundum M. ex alia quàm ex ea, quia prætoris copia non fuerit. prima placet. Vel dic, non solum quando per prætorem, sed etiam si ipse fuit impeditus ex sua persona, vt legatione: vel absentia: vel alia iusta causa.

h *Missus.* id est mitti iussus.

DE TABVLIS EXHIBENDIS.

Ei qui vtitur interdicto quorum bonorum, & quorum legatorum, expedit agere hoc interdicto. & ideo de hoc ponit. & differentiam inter actio. ad exhi. & in factum, & hoc interdictum, & illud quēadmodum testa. ape. not. vt dixi. ff. ad exhiben. l. 4. in fi.

PRætor ait.] CASVS. Titius fecit testamentum in scriptis: in quo instituit hæredē, & reliquit legata. mortuo Titio Seius tenet illud testamētum, vel dolo desiit habere. dicitur q̄ poterit hæres & legatarij agere cōtra Seium interdicto de tabulis exhibendis. & quod dixi in testamento, idē in codicillis vel alia vltima voluntate. Secūdo dicit: Si aliquis cōfitetur penes se esse testamentū: cogitur exhibere per interdictum quēadmodū testamenta aperiantur. & si dicat se nō posse exhibere, vel nō debere exhibere ita cito: dabitur ei tempus intra quod exhibeat: & cogitur per hoc interdictū. & habet locū hoc inter-

BIU Cujas

dictum in testaméto,& in omni alia vltima volũtate:siue valeat, siue nó:siue sit vltima,siue prior.Idé si dubitetur de statu testatoris:vt quia dicatur fuisse filiũ,vel seruum.Ité habet locũ hoc interdictum ad testaméta filiorũfa.qui fecerũt testamentum in castrẽsibus & quasi peculiis. Ité habet locũ ad testamentũ eius qui dicitur decessisse apud hostes.nó autem habet locũ ad testaméta viuẽtis adhuc.Ité habet locum ad testamentũ deletũ, siue in totũ sit deletum,siue in partẽ.Ité & si plures sunt tabulæ testaméti:habet locum hoc interdictũ. & hoc intellige vt dicitur.ff.l.j.in versi. proinde &c. in glo.quæ incipit, vel particulariter scriptæ. Ité q tabulas testaméti deposuit: potest hoc interdicto cõueniri.Ité si apud quẽ depositę sunt,quicũq; sit, etiã si sit qui ædes tuetur, vel aliquis tabellio.Item si apud seruum depositæ sunt, tenetur dominus ei⁹ hoc interdicto.Tãdem dicit:quid si testator tabulas quas fecit, possessas à Titio velit petere? dicitur q̃ non habet hoc interdictũ: sed agat act.ad exhibẽdũ: & exhibitas vindicet.quæ actio ad exhibẽdũ datur omnib⁹ qui rem suã dicunt quã petunt exhiberi.Tandem dicit: Titius possidens tabulas testaméti,desiit dolo possidere.tenetur hoc interdicto. Poterit etiã lege Cornelia testamẽtaria accusari,quasi dolo testamẽtũ sumpserit.nec enim per maius delictũ releuat à minori.Sed pone q̃ nó amouit neq; celauit tabulas:sed eas tradidit alij,ne teneretur exhibere: nó autẽ animo supprimẽdi tabulas: tenebit hoc interdicto:nó autẽ lege Cornelia.Postea dicit:hoc interdictũ exhibitoriũ est.& est exhibere,copiã facere tabulæ apprehẽdendæ & legẽdæ. & apud prætorẽ exhibentur, vt ipse prætor iubeat testes venire ad recognoscenda sigilla. & si nó veniãt spõte,coërcebit eos.& illi agũt hoc interdicto,quibus est aliquid legatũ in testaméto prędicto.&si cõuentus hoc interdicto nõ exhibeat,tenetur in quãtum interest petentis.vnde si hæredi non exhibeantur:cõdẽnabit possessor tabularũ in æstima. hæredi.Ité si legatario nó exhibeantur tabulæ testamenti:fit condẽnatio in valentiã legati. & hoc est verum, etiam si cõditionale erat legatum.nec cauebit se restituturũ hanc æstima. si deficiat cõditio legati.Sed an possit petere legatarius ex quo habuit æstimationem,per hoc interdictum? & certe si habuit ab hærede, amodo non poterit petere legatum ab eodẽ hærede.Si autem habuit æstimat.legati ab alio: bene poterit petere legatum ab hærede. idem in hærede si habuit æstimat.hæredi.à Titio qui nolúit tabulas testamenti exhibere.nã hæredi. ipsam poterit petere ab alio qui possidet eã. secus si ipse Titius possidet hære.Vltimo dicit,hoc interdictum & post annum durat,& hæredi cæterisque successoribus competit. & hoc dicit cum duabus legibus sequentibus.Fran. Accursius.

a *Tabulas.*Sic ergo videtur quòd nõ pertineat hoc edictum ad scripturã quæ fit hodie in testaméto nuncupatiuo: sicut video in bonorũ pos.secundum tab.vt.C.de bo.pos.secundũ tab.l.bonorũ.& edicto diui Hadriani tollẽ. vel cõstitutione quã habes.C. de edic.diui Hadri.tol.l.fi.secundum H. Vel die vtile dari:vt.d. l.bonorum.& no.in.d.l.de edic.diui Hadri.tol.l.fi.

b *Penes.*pro apud ponitur,quod largius significat:vt.ff.de verb. sig.l.penes.competit enim hoc interdictum cõtra depositarium: vt.j.l.iij.§.si tabulæ.Accursius.

c *Vt desinerent.*quid si dolo feceris quo min⁹ à principio peruenirent? Dicam cessare interdictũ.sic.ff.quæ in frau.cre. qui autẽ. in prĩ.Ar.cõtra.ff.de pe.hæ.sed & si lege.§.peride.. *ADDITIO.*

DE TABVLIS EXhibendis.

TITVLVS V.

Diuide in duas partes. Primo ponit verba edicti. Secundo iurisconsultus exponit per quæstiones. Secunda ibi, si quis forte. tex.planus est.

I. VLPIANVS libro sexagesimooctauo ad Edictum.

PRætor ait:*quas tabulas* a *Lucius Titius ad causam testamenti sui pertinentes reliquisse dicetur:si hæ penes* b *te sunt,* † *aut dolo malo tuo factum est vt desinerent* c *esse: ita eas* d *illi exhibeas. Item si libellus,* e *aliúdve* f *quid relictum esse dicetur: decreto* g *comprehendam.* h ¶Si quis fortè confiteatur penes se esse testamentũ, iubendus est exhibere: i & tempus k ei dãdum est vt exhibeat, si non potest in præsentiarum l exhibere. Sed si neget se exhibere posse, vel oportere: m interdictum hoc competit.¶Hoc interdictũ pertinet non tantum ad testaméti tabulas, verùm ad omnia quæ ad causam testamẽti pertinent: vtputa & ad codicillos n pertinet.¶Siue autẽ valet testamentũ, siue non[valet,] vel quòd ab initio inutiliter o factum est:siue ruptum p sit, vel in quo alio vitio q: sed & si falsum r esse dicatur, vel ab eo factũ,qui testamenti factionem non habuerit:dicendum est interdictum valere.¶Siue supremæ tabulæ sint,siue nõ sint, sed priores: s dicendum [est] interdictum hoc locum habere. Itaque dicendum est ad omnem omnino scripturam testamenti, siue perfectam, siue imperfectam, t interdictum hoc pertinere. Proinde & si plures tabulæ u sint testamenti, quia sæpius fecerat: dicendum est interdicto locum fore. Est enim quod ad causam testaméti pertineat, quidquid quoquo tempore factum exhiberi debeat.

Sed & si de statu discepetur: x si testator filiusfamilias vel seruus hoc feciſſe dicatur: y & hoc exhibebitur. Item si filiusfamilias fecerit testamẽtum,qui de castrensi peculio testabatur: habet locũ [hoc] interdictum. Idẽ est & si is qui testamentum ideò vel etiam cum habet & dicit se non debere exhibere,ar.d.§.Accursius.

† *No. secũdũ Barto. hic, quòd ista dictio penes,hic largius sumitur quã in l.penes.ff.de verbo.sign. & hoc voluit hic glo.*

A Pro so.huius cõtrarij distingue secundũ Bar. post Dy. sic,q̃ aut quis est mihi obligatus ex cõtractu vel quasi, ex quo tenetur acquirere:& tũc habẽt locũ omnes leges quæ dicunt quòd ille qui apprehẽdit,tenetur tanquã possessor.aut nõ est obligatus ad hoc ex contractu vel quasi;& habent locum leges quę dicunt eũ non condemnari.

B

C

D

d *Ita eas.* vt apud te sunt,nó à te corruptas.

e *Si libellus.* veluti epistolasideicõmissaria.

f *Aliúdve.*puta codicillus.Accursius.

g *Decreto.* id est edicto isto.

h *Comprehendã.* id est comprehẽdo. sed quãdoq; cessat hoc interdictum: vt.ff.co.l.fi. Et in tab.viui:vt.ff.co.§.fi. quæ sunt contra.

i *Exhibere.*per interdictum quemad.testa. ape.vt.ff.quẽad.testa.ape.l.ij.in fi.

k *Et tẽpus.* forte tale vt est.C. de dila.l.j. & facit instit.de offi.iudi. §.si ad exhibendum.

l *In præsentiarum.* id est in præsenti.

m *Vel oportere.*i.si dicat se nõ debere exhibere. alterũ ergo horũ est opus vt habeat locũ hoc edictũ.s.quòd neget se exhibere posse, vel neget se debere. In tertio vero cũ potest, sed non vult:habet locũ dictus titulus quẽadmo. testa. ape.d.l.ij. §.fi. secũdum Azo.sed H.dixit hoc concurrere cum illo in eo casu

n *Codicillos.*qui nõn pertinent ad testamẽtum: quia & in eis est testatio mentis,vel quia non valebant quandoque nisi testamento confirmarentur:licet hodie secus:vt instit.de codi.§.j.Accur.

o *Inutiliter.*præterito filio puta.

p *Ruptum.*agnatione posthumi.

q *Vitio.*puta irritũ capitis deminutione testatoris:vt instit.quimo.testa.infir.in prin.&.§.alio.

r *Sed & si falsum.*in hoc est cõtra.ff.eo.l.fi.sed hic antequam de falso ageret:ibi iã cœperat agi.Alij,q̃ ibi criminaliter agebatur de eo:hic ciuiliter.vel ibi asscripsit sibi:hic nõ.prima placet.Ac.

s *Sed priores.*postquam aliæ factæ sunt.

t *Imperfectam.* hoc est contra.ff.ad.l.Cor. de fal.si quis legatũ. vbi pro imperfecto dicit hoc interdictũ nõ cõpetere. So.cũ habet aliquod vitiũ testamẽtũ quod est in aperto, puta lituram vel falsitatẽ apertã,tunc nõ est exhibendũ.sed si vitiũ sit absconsum, vt in omnibus istis casibus:tũc est exhibendũ:nisi statim qui cõuenitur sit paratus probare ipsum esse falsum,vel ruptũ, vel nullum:arg.ff.ad exhi.l.iij.§.ibidẽ.& de Car.edic.l.iij.§. causæ.&ff. vt in pos.leg.l.si is à quo.secundũ H.hic ergo potest esse imperfectio & aperta & obscura. Alij dixerũt quòd pro imperfecto & falso nec hoc interdictum,nec edictum quẽadmo.testa.ape. nec lex Cor. de fal.locum habet: licet aliquis sibi in eo asscribat, vt in cõtra. Pro falso verò & perfecto,vel pro vero & imperfecto locum habent prædicta:vt hic,&.ff.quemadmo.testa.ape.l.ij.§.j. Tu dic secundum Azo. quòd pro imperfecto qualibet ex causa datur hoc interdictum, excepto pro imperfecto consignationis siue sigillationis,vt ibi:pro falso autem non negatur ibi competere hoc interdictum. apparet ergo tabulas accipi etiam abusiue: cum proprie sit testamentum perfectum & signatum: vt.d.l. quemadmo.testa.ape.l.ij.§.j.

u *Plures tabulæ.* vel particulariter scriptæ in diuersis locis: vel integraliter scriptæ vbilibet:vel aliæ primæ, vel aliæ posteriores:vt.ff.l.iij.§.j.& instit.de testa.§.penul.

x *Discęptetur.*supple,veluti si &c.Accursius.

y *Dicatur.*qui testari non possunt,nisi de castrensi vel quasi,in quo te-

BIU Cujas

quo testatur filius: vt subiicit, & instituqui. non est permiſ. face. fur. l. qui iniuriæ.

a *Decesſit.* cuius testamentum valet ex lege Cor. vt instituqui. non est per. fa. te. §. fi.

b *Non pertinet.* nec illud quemadmo. testa. ape. vt supra quemadmo. testa. ape. l. ij. §. si dubitetur. facit ad hoc. ff. l. iij. §. si ipse.

c *Reliquisse.* hoc facit ad id quod no. instituqui ma. non poſ. §. fin. Accurſius.

d *Testamentum sit deletum.* puta secundū R. cancellatum, vel incisum per errorem: magis autē si aliqua culpa interuenisset lata vel leuis. & facit. §. de secun. tabu. l. j. §. si linū.

e *Locū habet hoc interdictum.* si tamen adhuc legi poſsit testamētum. sin autem dolo hoc fuisset factū: tunc ex ea parte tenetur quasi dolo deſiisset poſse exhibere in totū vel in partem: vt. §. eo. l. j. in prin. & facit. ff. de fur. hoc amplius. & l. seq. &. §. ad. l. Aquil. l. qui tabulas.

f *Si tabulæ.* facit. §. eo. l. j. §. interdictum. ibi, proſde & si plures &c. &. §. de secun. tab. l. j. §. si quis in duobus.

g *Detinet.* quia poteſt exhibere: vt. §. ad exhi. l. Celſus. in pric. est ergo scriptū interdictū in rem: vt supra de inter. l. j. §. pe. & arg. supra quod me. cau. l. metum. §. cum autem. sed hoc caſu forte dabitur depoſitario tempus vt domino denunciet: vt in authen. vt omnes obe. iu. §. si igitur. col. v. & C. vbi in rem act. l. ij. nec ob. in authē. de depo. in princi. col. vj. quia hic nec interdicit depoſiti reſtitutionē: sed litem conteſtatur, & agit hoc interdicto, vt fiat exhibitio.

h *Depoſuit.* poteſt enim depoſitū ſuſcipere: & sic exhibere. Ac.

i *Aeditus.* id est qui ædes tuetur: vt insti. de tu. §. tutores. Accur.

k *Omnibus.* ſ. vt habeāt actio. ad exhi. sed non quòd habeant interdictum de tabu. exhi. nā hæres est dominus testamenti: & tamen habet interdictum de ta. exhi. vt. §. ad exhi. l. iij. §. si quis extra. &. §. quemadmo. testa. ape. l. iij. vel dic secundum R. quòd hic dicit de his qui dicunt ex ſua perſona: sed hæres non ex ſua, sed hæreditario iure dicit ſua. sic ergo hic not. non concurrere hoc interdictum cum actio. ad exhi. nisi in hærede: vt dixi. & facit supra ad exhiben. l. iij. §. fi. &. C. ad exhi. l. instrumenta. Accurſius.

l *Testamentariæ.* per hoc interdictum: sicut nec econtra: vt. C. quando ci. ac. præiu. cri. l. j.

m *Quòd maius.* facit. ff. de pœnis. l. relegati. in fi.

n *Animo vel consilio.* propoſitum enim & voluntas &c. vt. ff. de

ff. Nouum.

Fecit, apud hoſtes deceſsit. a

Hoc interdictū ad viui tabulas non pertinet: b quia verba prætoris, *reliquiſſe*, c * fecerunt mentionē. ¶ Sed & si ſine dolo [malo] teſtamentū d ſit deletū,

II. PAVLVS libro ſexageſimo-quarto ad Edictum.

VEl totum, vel pars eius:

III. VLPIANVS libro ſexageſimo octauo ad Edictum.

LOcum habet e hoc interdictum. ¶ Si tabulæ in pluribus codicibus ſcriptæ ſint, omnes interdicto iſto cōtinentur: quia vnum teſtamentū est. ¶ Si tabulæ f teſtamenti apud aliquē depoſitæ ſunt à Titio: hoc interdicto agēdum est & cum eo qui detinet, g & cum eo qui depoſuit. h Proinde & si cuſtodiā tabularum ædituus i vel tabularius ſuſcepit: dicēdum est teneri eum interdicto. Si penes ſeruum tabulæ fuerint: dominus interdicto tenebitur. ¶ Si ipſe teſtator, dum viuit, tabulas ſuas esse dicat, & exhiberi deſideret: interdictum hoc locum non habebit, ſed ad exhibendum erit agēdum, vt exhibitas vindicet. quod in omnibus k qui corpora ſua esse dicunt inſtrumentorum, probandum est.

Primo ponit vnum dictum, & eius rationem. Secundo ponit vnam dubitationem circa illud: & illam declarat. tertio ponit vnum aliud dictum, & illud determinat. Secunda ibi, nec præiudicatur. tertia ibi, & poſse. Bartolus.

¶ Si quis dolo malo fecerit quo minus penes eum tabulę eſſent, nihilo minus hoc interdicto tenebitur: nec præiudicatur aliquid legi Corneliæ teſtamētariæ, l quaſi dolo malo teſtamētum ſuppreſſerit. Nemo enim ideo impunè retinet tabulas, quòd maius m facinus admiſit: cū exhibitis tabulis admiſſum eius magis manifeſtetur. Et poſse aliquem dolo malo facere vt in eam legem nō incidat: vtputā si neque amouerit, neque celauerit tabulas: ſed idcirco alij tradiderit, ne eas interdicenti exhiberet: hoc est, si nō ſuppriмēdi animo vel cōſilio n fecit, ſed ne huic exhiberet. ¶ Hoc interdictum exhibitorium est. Quid ſit exhibere, videamus. Exhibere hoc est, materiæ ipſius adprehendendæ o copiam facere. Exhibere autem apud prætorem oportet, vt ex auctoritate eius ſignatores admoniti veniant ad recognoſcenda ſigna. p & si fortè non obtemperent teſtes, Labeo ſcribit coërceri q eos à prætore debere. ¶ Solent autem exhiberi tabulas deſiderare omnes omnino, qui quid in teſtamento adſcriptum habent. r

Primo ponit vnum dictum, & eius rationem. Secundo ponit vnam dubitationem circa prædicta, & eam declarat. Secunda ibi, inde quæritur. Bartolus.

¶ Condemnatio autem huius iudicij quanti interſuit, s æſtimari debet. Quare si hæres ſcriptus hoc interdicto experiatur: ad hæreditatē referenda est æſtimatio. & si legatum ſit, tantum venit in æſtimationē, quātum ſit in legato. & si ſub cōditione legatum ſit, quaſi conditione exiſtente sic æſtimādum est. t nec cōpelli debebit ad cauendum vt ſe reſtituturum u caueat quidquid conſecutus est, ſi conditio defecerit: quia pœna cōtumaciæ præſtatur ab eo qui non exhibet. ¶ Inde quæritur, ſi hinc x conſecutus æſtimationem legatarius, poſtea legatum petat: an ſit audiēdus. Et putem, ſi hæres idē præſtitit, exceptione doli repellēdum. ſi alius, repelli non oportere. Et ideo & ſi hæres ſit, qui interdicto vſus ę ſtimationē est conſecutus: eadē est [æſtimationis] diſtinctio. y

o *Adprehendendæ.* & legendæ: vt. §. quēadmo. teſta. ape. l. ij. §. ſi dubitetur. verſi. inſpecto. & deſcribēdæ: vt. §. ad le. Fal. l. pen. §. fi. Azo. &. §. quemad. teſta. ape. l. j. in prin. & facit. §. ad exhi. l. ij. &. ff. de verbo. ſig. l. plus est. &. ff. de libe. ho. exhibē. l. iij. §. ait prætor.

p *Signa.* id est ſigilla. & ſa. §. quēadmo. teſta. ape. l. j. in fin.

q *Coerceri.* captis pignoribus vel mulctis: vt inſti. de ſatiſda. tu. §. quibus. &. §. de ventre inſpi. l. j. §. quid ergo, &. §. ſi quis ius dicen, non obtē. l. j. in prin. & facit. C. de teſti. l. pen. in princ. &. §. de teſti. l. inuiti. j. &. ij. arg. ſumpto à contrario. Sed contra. §. quemadmo. teſta. ape. l. ſed ſi quis. vbi dicit non cogi eos venire coram iudice. Solu. ibi extra territorium iudicis erant. Ac.

r *Adſcriptum habent.* pro quo competit eis actio. aliàs ſecus: vt ſi lego tibi fundum ſi decem dederis Titio. nā Titius nec legatarius dici poteſt: vt. §. ſi quis omiſ. cauſa teſta. l. ſi qs ſub cōditione. & sic non habet hoc interdictum: argu. §. ad exhi. l. iij. §. ſciendum.

s *Interſuit.* eiꝰ q agit.

t *Aeſtimandum est.* ſed certe non tantum intereſt, cū adhuc hæreditatē petere non poſſet, vel legatum: vel etiam non est cōditio. & sic est contra. ff. de reg. iu. l. quatenus. Sol. hic ſpeciale propter cōtumaciam, vt hic ſubiicit, vt per eam augeatur. sic econtra ſpeciale vt quandoque minuatur: vt. C. de ſentē. quæ ꝓ eo quod intereſt. l. j. in eo quòd non permittit excedere duplū intereſſe communis. sic &. §. qui. ex cau. in poſ. ea. l. pen.

u *Reſtituturum.* exigitur ergo ſtatim: & est ſpeciale. aliàs contra. §. ad leg. Aquil. l. in lege Aquilia si deletū. ff. Ac.

ADDITIO. Dic ſecūdū Bar. q̄ hic cōuenitur quis propter dolū, ideo cōdēnatio repræſentatur: ibi ꝓpter culpam: ideo differtur.

Legatarius ſi ab hæreditatis poſſeſſore æſtimationē ſit conſecutus: petens eā amplius, eā petere prohibetur: ſecus ſi ab alio æſtimationē ſit conſecutus.

x *Si hinc.* id est per hoc interdictum.

y *Diſtinctio.* Vt ſi à poſſeſſore hæreditatis æſtimationē sit cōſecutus: amplius eam non petat. ſi ab alio æſtimationem cōſecutus est, hæreditatē à poſſeſſore petere nō prohibetur. ad quod est. §. de peti. hære. l. nec vllam. §. penul. &. ff. de ſol. l. Stichum. §. dolo. nec est contra. ff. de regu. iu. l. bona fides. quia hic ſpeciale. vel à diuerſis exigitur hic: ſecus ſi ab vno: vt. §. proxi. & in contrario. &. ff. de fur. l. ei qui furti. in fi. &. §. ne quis eū qui in ius. l. fi. Item cōtra. §. de re iudi. l. ſi quis dolo. §. fi. So. hic ſpeciale: quia occultat probationem: arg. C. de hæret. l. quoniā. in fi. Item cōtra. ff. de noua. l. fundum. vbi etiam ab vno petitur res & æſtimatio. Sol.

BIU Cujas

ibi sunt duæ stipulationes:& eo animo interpositæ,vt vtraq; habeat effectum,scilicet rei,& æstimationis rei.

a *Post annum.* nec enim est pœnale, habito saltem respectu ad actorem:vt.j.de actio.& obliga.l.in honorariis.

Si sint.]CASVS.Cum quidam pupillus possideret tabulas testamenti: & eas peteré mihi exhiberi:dolo tutoris eius desierunt esse apud eum pupillũ. dicitur quòd tutor ex hoc dolo conuenitur hoc interdicto ad interesse: & de suo soluet. Frã. Accursius.

b *Non pupillum.* fa.j. quod vi aut clam.l. is qui.§. si tutoris.&.ſ.de act. emp.l. Iulianus. §. idem Iulianus. &.j. de reg.iur.l.neq;.ij. &.C. vnde vi.l.meminerint. &.ſ.tit.j.l.j.§. hoc edicto.& quod ibi not.

De tabulis.]CASVS. Ponit duos casus in quibus non agitur hoc interdicto ꝓ tabulis exhibendis.Primus est, vt si in testamento est Titius institutus hæres:& nũc duo sunt Titij, quorũ quilibet contendit se hæredẽ in solidum:& petit hære. per pe. hære. amodo aliquis eorum nõ potest hoc interdictum proponere, cum præparatorium sit: & ideo ante litẽ contesta. super peti.hære.potuit hoc interdictum intẽtari:nõ post:vt hic.Secũdus casus est,vt quãdo aliquis petit testamentum exhiberi occasione legati sibi relicti, quod ipsemet sibi adscripserat in testamẽto:& sic ex hoc debet legatũ amittere, & fisco applicatur.nã hoc casu nõ audiẽ agẽs hoc interdicto:& hoc casu deponetur interim testamentũ in ædem sacram, vel apud bonũ virum. potes & alia exempla dare in hoc secundo casu:vt in glo.& si bene inspicias, vtrũque casum inuenies in glosis præceptoris mei Acc.Fran.

c *Pendet.*quia & lis contestata est : vtputa duo sumus Titij: & in tabulis est institutus Titius. vterq; nostrum per peti.hæredi. in solidum sibi asserit hæreditatem. nõ ergo agetur amodo hoc interdicto: quia est præparatorium, sicut & actio ad exhiben.& ideo ante lit.contest.super peti.hære.debuit proponi.Accur.

d *Ad publicam quæstionẽ.*quod est si falsum dicatur:si tamen cõtrouersia iam cœpta sit,secundũ quosdã. Vel dic quòd est si non sunt tabulæ signatæ,nec fuerũt ibi signationes: vt.j.ad leg.Cor. de fal.l. si quis legatũ. Vel tertio ꝓ est si in eis sit relicta hæreditas fisco. nã tunc vere pertinent ad publicã quæstionẽ, secundum H. Vel quarto, secundum Azo. quia is qui agit interdicto: sibi asscripsit in testamento: cuius causa petit sibi exhiberi tabulas:quod lege Cornelia vetitum est:& relictum fisco applicatur, cum auferatur indigno: & secundum hos quatuor modos nõ est contra.ſ.eo.l.j.§.hoc interdictum. Vel dic vt ibi.

e *Itaque.*quia non agitur interdicto his duobus casibus : & ille apud quem sunt,posset eas vitiare:itaque &c.sed secundum vltimas duas expositiones secundi casus, quare non apud fiscum vt digniorem:vt.ſ.de fi.instru.l.fin?Respon.& ipse dicitur vir idoneus.vel ibi non erat hæreditatis quæstio:hic sic.

NE QVID IN LOCO SACRO FIAT.

Interposito titulo superiori, occasione illorum titu.ſ.quorum bonorum, & quorum legatorum,redit ad propositam materiam.ſ.ne vis fiat ei.ſ.ad prohibitoria interdicta : & primo de dignioribus.est enim hæc causa digni iuris:vt.ſ.de interdictis.l.2.§.1.

Vt prætor.]CASVS.Prætor ꝓhibet ne quid fiat vel immittatur in loco sacro,vt in sacrario,vbi vasa sacra reponuntur:& intelligas prohiberi ne quid in loco sacro fiat quod sit ad deformitatẽ vel incõmodum:at ornamenti causa bene possũt aliqua fieri,tandẽ dicit ꝙ curam siue custodiã ædium & locorum sacrorum debent habere qui ædes curãt.i.ædiles curules; qui ædes tuentur.Frã.

f *Sacro.*Sacer est, qui rite & ꝓ pontifices Deo cõsecratus est: vt insti. de rerũ diuisio.§. nullius.

g *Nõ de sacrario.*ſ.vbi sacra reponuntur:vt.ſ. de re.diui.l. sacra.§.illud notandum.Azo.

h *Ædes sacras.*i.Deo cõsecratas:vt.ſ.dixi.& supple:nõ solũ hoc interdicto ꝓspicitur, sed & domus fiscalis dicitur sacra.insti.de vsuc. §.j. & de his dicũt quidã hic loqui : & hi qui curant,dicũtur ædituj vt insti.de tute.§.ij.

In muris.]CASVS. In muris & portis ciuitatis Romanæ; & in aliis locis sacris, vt in muris municipiorum, prohibet aliquid fieri quod sit ad damnũ vel incõmodũ. Item & in muris & portis vetat habitari ; & hoc est timore incendij, ne habitantium culpa incẽderetur turris : nisi inhabitent de permissu principis.Vel aliter potes exponere finem legis : quod dic vt in gl. domini mei Accur. & hoc dicit hæc.l. & seq. Franciscus.

i *Portis.*ciuitatis Romanæ:vt insti.de re.di.§.sanctæ.&.ſ.de re.di.l.fin.

k *Locis.*vt in muris municipiorum:vt.ſ.de re.diui.l. sed diui.§. fi.&.l.sacra.§.muros.Accursius.

l *Irrogetur.*damnum priuato:vt.j.titu.ij.l.ij.in princ. vel etiam ipsi reipubli.

m *Neque muri. Principis.* scilicet permittentis,propter &c.vt argu.ſ.de offic.præfec.vigil.l.j.vel dic,ne ibi posit oriri incendium.

DE LOCIS ET ITINERIBVS PVBLICIS.

Differt ab inferiori ru.vt ibi dices.

Vilibet.]CASVS.Si aliquis claudat viã publicam:quilibet de populo potest agere hoc interdicto, vt restituatur in pristinum statum.Franciscus.

n *Pertineat.*id est si aliquis clauserit viam publicã,cuilibet permittitur agere interdicto,vt restituatur in pristinum statum: vt &.j.titu.j.l.ij.§.prætor ait.& facit.j.de popula.ac.l.j.

o *Itinera.* Via latior,iter minus dicitur:vt argu.instit. de seruit. §.j.&.§.via.

p *Interdicitur.*id est interdictum redditur.

q *Emini.*Facit.j.titu.j.l.ij.§.ait prætor.Accursius.

Via.]CASVS.Ego Franciscus habebam fundum iuxta fundum Titij. fecimus viam in medio de parte mei agri, & de parte sui : & sic stetit diu, ita quòd non extat memoria. dicitur quòd præsumitur publica. Secundo assignat differentiam inter vias militares siue publicas, & vias vicinales.nam publicæ habent exitum in mare,vel in flumen,vel in aliam viam publicam. vicinales autem viæ quandoque habent exitum in vias publicas: quandoque sine exitu sunt.Franciscus.

Interdictum hoc & post annum[a] competere constat.sed & hæredi cæterisque successoribus competit.

IIII. PAVLVS libro sexagesimonono ad Edictum.

SI sint tabulæ [testamenti] apud pupillum,& dolo tutoris desierint esse: in ipsum tutorem cõpetit interdictũ.æquum enim est, ipsum ex delicto suo teneri,non pupillum.[b]

V. IAVOLENVS libro tertiodecimo ex Cassio.

DE tabulis proferendis interdictum competere non oportet, si hæreditatis controuersia ex his pendet,[c] aut si ad publicam quæstionem[d] pertinent.* Itaque[e] in æde sacra interim deponẽdæ sunt, aut apud virum idoneum.

NE QVID IN LOCO sacro fiat.

TITVLVS VI.

I. VLPIANVS libro sexagesimooctauo ad Edictum.

AIt prætor: *In loco sacro*[f] *facere, inve eũ immittere quid veto.* Hoc interdictum de sacro loco, non de sacrario,[g] competit. Quod ait prætor, Ne quid in loco sacro fiat: non ad hoc pertinet,quod ornamenti causa fit: sed quod deformitatis, vel incommodi.

Sed & cura ędium,locorũque sacrorum, mandata est his qui ædes sacras[h] curant.

II. HERMOGENIANVS libro tertio Iuris Epitomarum.

IN muris, itemque portis,[i] & aliis sanctis locis[k] aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur:[l] non permittitur.

III. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

NEque muri neque portæ habitari sine permissu prĩcipis[m] propter fortuita incẽdia possunt.

DE LOCIS ET ITINERIBVS publicis.

TITVLVS VII.

I. POMPONIVS libro trigesimo ad Sabinum.

CVilibet in publicũ petere permittendum est id quod ad vsum omnium pertineat:[n] veluti vias publicas, itinera[o] publica : & ideo quolibet postulante, de his interdicitur.[p]

II. VLPIANVS libro quadragesimooctauo Digestorum.

NEmini[q] licet in via publica monumẽtum extruere.

III. VLPIANVS libro trigesimotertio ad Sabinum.

VIæ vicinales quæ ex agris priuatorum collatis factæ sunt, quarũ memoria nõ extat:

a *Numero sunt.* immo priuatæ, quando ex collatione priuatorũ: vt. j. titu. j. l. ij. §. viarum. versi. vicinales. quæ est contra. Sol. vbi à publico emitur solũ viæ vicinalis, cõstat publicã esse. vbi priuati cõferunt ex agris suis, vel emunt alicuius agrum vt inde faciant viam: & non extat memoria: tunc idem vt hic. sed si extat memoria, tunc est priuata: vt ibi. Alij quòd hic habet exitum ad vias publicas sine iniuria publicorũ: ibi non. quæ non placet: vt in fi. huius. l. vbi non facit vim vbi habeãt exitum. sed pro eis. j. tit. j. l. ij. §. priuatæ viæ. & dic esse triplex genus viarum: vt. j. titu. j. l. ij. §. viarum. Accursius.

b *Militares.* id est publicas. Accursius.

c *Intermoriuntur.* fa. ſ. de serui. rusti. prædio. l. fina.

NE QVID IN loco publico vel itinere fiat.

Superiori titulo specialiter, hic generaliter in omni publico dicit: vt. j. eo. l. 2. §. publici. sic & ſ. ad leg. Aquil. si seruus seruum. §. inquit. vel superior præparatorius est: nec est ibi aliquod interdictum: hic autẽ quatuor proponit. Primum in. l. 2. in princ. Secundum in. §. ait prætor. & sunt prohibitoria tantum. Tertium in. §. prætor. & est restitutorium. Quartum in. §. fina. & est prohibitorium.

publicarũ viarũ numero sunt.[a] Sed inter eas, & cæteras vias militares,[b] hoc interest, quòd viæ militares exitum ad mare, aut in vrbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent. harum autem vicinalium viarum dissimilis conditio est: nam pars earũ in militares vias exitum habent, pars sine vllo exitu intermoriuntur.[c]

NE QVID IN LOCO publico vel itinere fiat.

TITVLVS VIII.

Diuide in quatuor partes totum hunc titulum. Primo ponit narratiunculam quandam, quæ loco cuiusdam summarii est. Secundo ponit verba edicti prætoris. Tertio exponit verba edicti. Quarto quasdã quæstiones vel difficultates dissoluit circa hoc edictum. Secũda ibi, prætor ait. Tertia ibi, hoc interdictum. Quarta proprium locum non obtinet: sed sicut sanguis in corpore, sic per totum hunc titulum diffunditur. Collige prudenter, & sapienter discerne: & non errabis.

I. PAVLVS libro sexagesimo quarto ad Edictum.

IN loco publico prætor prohibet ædificare: & interdictũ proponit.[d]

II. VLPIANVS libro sexagesimo octauo ad Edictum.

PRætor ait. *Ne quid in loco publico*[e] *facias, inve eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, præterquam quod*[f] *lege,*[f] *senatusconsulto,*[g] *edicto*[h] *decretove*[i] *principum tibi concessum est: de eo quod factum erit, interdictum*[k] *dabo.** Hoc interdictũ prohibitorium[l] est: & tam publicis vtilitatibus, quàm priuatorum per hoc prospicitur. Loca enim publica vtique priuatorũ vsibus deseruiunt: iure scilicet ciuitatis,[m] nõ quasi propria cuiusque.[n] & tantum iuris habemus ad obtinendum,[o] quãtum quilibet ex populo ad prohibendum vsum publicum, quod fiebat ædificando. Postea exponit verbum, publico: nam publicum comprehendit areas ciuitatum, & agros, & insulas, & vias publicas. hoc autẽ interdictum non extenditur ad ea loca quæ sunt in fisci patrimonio: & si de istis locis fisci erit quæstio: præfecti, id est procuratores Cæsaris erũt iudices. habet itaque locum hoc interdictum in locis quæ sunt in vsu publico, id est cuiusque ciuitatis. Tandem dicit, in solario domus meæ posui velum, puta linteum vel similem pannum: & hoc nocet luminibus domus tuæ: agere potes hoc interdicto vtili, ne hoc velum immittam. Vltimo dicit: ædificasti in loco publico, nec prohibitus es: modo cum reficere vis illud ædificiũ, volo prohibere ne reficias, ex hoc interdicto. dicitur quòd possum. [*ADVERSVS.*] Molem in mare deiecisti. habeo hoc interdictum vtile contra te, si illud mihi nocet. aliàs non. & tamen domum in litore maris facere possis, si mihi vel alij non nocet. si autẽ in mari vis piscari vel nauigare, vel lauare te in flumine publico, vel in curia cõmunis prospicere: non possum te prohibere: immo si prohibeo te de facto, teneor tibi iniuriarum act. [*MERITO.*] Nũc exponit Vlpianus verba illa edicti quæ dicunt, qua ex re dãnũ alicui detur. & merito prospicit prætor ne damnum ex loco publico alicui detur. nam & quotiens princeps permittit alicui ædificare in loco publico: intelligitur permissum de eo ædificio quod nõ noceat priuato. vnde si ex hoc opere aliquis amittere sperat liberũ aspectum: habet hoc interdictum. si autem sperat amittere aquam, quæ de meo fundo ad suum ibat non iure seruitutis, non propter hoc habet hoc interdictum. si autẽ ædificat in publico, & nocet ædificio quod feceras in eodem loco publico: non habes hoc interdictũ: cum & tu illicite ædificas. secus si licite: vt quia permissu principis ædificaueras. [*SI QVIS A PRINCIPE.*] Impetraui à principe vt in loco publico, puta in curia cõmunis, ædificaré. ita demũ videtur cõcessum, si sine iniuria siue dãno alicuius ædificé: nisi expresse in contrariũ dictũ sit in rescripto. Secundo dicit, ædificaui in publico nemine prohibente. nõ cogor destruere istud opus per hoc interdictum. si tamen obstet publico vsui: is qui procurat operibus publicis, destruet id opus ex officio suo. si autem nõ obstat, dimittatur: salariũ tamen dabitur de hoc ædificio ipsi ciuitati. Sed si cum vellẽ ædificare in publico, parabã iã me ad hoc: dicitur q̃ iudicis officio cogor ad cauendũ vt de cætero nõ ædificem, nec ego, nec mei hæredes. Vltimo dicit: secus est in locis sacris, quàm in locis publicis. nã vetatur aliquid fieri in loco sacro: & si fiat, cogitur restituere in pristinum statum. h. d. vsque ad. §. prętor ait. Franciscus.

*Flo. qua

*non dabo. Flo.

a *Numero sunt.* forte quia plures, non Romanæ: cum ius ciuile dicitur cuiuslibet ciuitatis: vt institu. de iure na. §. j. sic ergo quælibet ciuitas publicũ habet, secundũ Azo. Vel dic, Romanæ ciuitatis tantum: cum non adiiciatur nomen: vt insti. de iu. nat. §. sed ius. est ergo sensus: iure ciuitatis, id est iure ciuili Romanorũ quod omnes sequimur. & sic tã de publicis Romæ q̃ aliarũ ciuitatũ dicit, quæ modò sunt in vsu pub. vt. j. ea. l. §. hoc interdictũ.

b *Militares.* id est publicas. Accursius.

c *Intermoriuntur.* fa. ſ. de serui. rusti. prædio. l. fina.

NE QVID IN loco publico vel itinere fiat.

Superiori titulo specialiter, hic generaliter in omni publico dicit: vt. j. eo. l. 2. §. publici. sic & ſ. ad leg. Aquil. si seruus seruum. §. inquit. vel superior præparatorius est: nec est ibi aliquod interdictum: hic autẽ quatuor proponit. Primum in. l. 2. in princ. Secundum in. §. ait prætor. & sunt prohibitoria tantum. Tertium in. §. prætor. & est restitutorium. Quartum in. §. fina. & est prohibitorium.

IN loco publico.] CASVS. Primo dicit: prætor prohibet ædificare in loco publico: & ob hoc ponitur hoc interdictum. Secundo ponit edictum: prætor ait, ne quid fiat vel immittatur in loco publico, propter quod damnũ alicui daretur: nisi lege permittente: vel senatusconsulto vel edicto vel decreto principis permittente fieret. & da exempla de his vt in glo. & si factum sit in cõtrarium, interdictum non dabo: scilicet restitutorium. & sic habeas in litera, non dabo. aliàs deest non: & tunc dic, dabo interdictum restitutorium quandoque: vt quando opus esset factum in via publica vel in itinere publico: vt de hoc habes. j. ea. l. §. ait prætor. Postea loquitur Vlpian⁹, & dicit quòd hoc edictum prohibitorium est, & spectat ad publicam vtilitatem: spectat etiam ad priuatam: vt si homines qui ibi prope morantur, possint per loca publica ire libere: & inde habere lumen ad domos suas. & tantum iuris habet aliquis ad obtinendũ vsum publicum, quod sit proponendo hoc interdictum: quantum aliquis ad prohibendum vsum publicum, quod fiebat ædificando. Postea exponit verbum, publico: nam publicum comprehendit areas ciuitatum, & agros, & insulas, & vias publicas. hoc autẽ interdictum non extenditur ad ea loca quæ sunt in fisci patrimonio: & si de istis locis fisci erit quæstio: præfecti, id est procuratores Cæsaris erũt iudices. habet itaque locum hoc interdictum in locis quæ sunt in vsu publico, id est cuiusque ciuitatis. Tandem dicit, in solario domus meæ posui velum, puta linteum vel similem pannum: & hoc nocet luminibus domus tuæ: agere potes hoc interdicto vtili, ne hoc velum immittam. Vltimo dicit: ædificasti in loco publico, nec prohibitus es: modo cum reficere vis illud ædificiũ, volo prohibere ne reficias, ex hoc interdicto. dicitur quòd possum. [*ADVERSVS.*] Molem in mare deiecisti. habeo hoc interdictum vtile contra te, si illud mihi nocet. aliàs non. & tamen domum in litore maris facere possis, si mihi vel alij non nocet. si autẽ in mari vis piscari vel nauigare, vel lauare te in flumine publico, vel in curia cõmunis prospicere: non possum te prohibere: immo si prohibeo te de facto, teneor tibi iniuriarum act. [*MERITO.*] Nũc exponit Vlpianus verba illa edicti quæ dicunt, qua ex re dãnũ alicui detur. & merito prospicit prætor ne damnum ex loco publico alicui detur. nam & quotiens princeps permittit alicui ædificare in loco publico: intelligitur permissum de eo ædificio quod nõ noceat priuato. vnde si ex hoc opere aliquis amittere sperat liberũ aspectum: habet hoc interdictum. si autem sperat amittere aquam, quæ de meo fundo

b *Militares.* id est publicas. Accursius.

c *Intermoriuntur.* fa. ſ. de serui. rusti. prædio. l. fina.

NE QVID IN loco publico vel itinere fiat.

Superiori titulo specialiter, hic generaliter in omni publico dicit: vt. j. eo. l. 2. §. publici. sic & ſ. ad leg. Aquil. si seruus seruum. §. inquit. vel superior præparatorius est: nec est ibi aliquod interdictum: hic autẽ quatuor proponit. Primum in. l. 2. in princ. Secundum in. §. ait prætor. & sunt prohibitoria tantum. Tertium in. §. prætor. & est restitutorium. Quartum in. §. fina. & est prohibitorium.

IN loco publico.] CASVS. Primo dicit: prætor prohibet ædificare in loco publico: & ob hoc ponitur hoc interdictum. Secundo ponit edictum: prætor ait, ne quid fiat vel immittatur in loco publico, propter quod damnũ alicui daretur: nisi lege permittente: vel senatusconsulto vel edicto vel decreto principis permittente fieret. & da exempla de his vt in glo. & si factum sit in cõtrarium, interdictum non dabo: scilicet restitutorium. & sic habeas in litera, non dabo. aliàs deest non: & tunc dic, dabo interdictum restitutorium quandoque: vt quando opus esset factum in via publica vel in itinere publico: vt de hoc habes. j. ea. l. §. ait prætor. Postea loquitur Vlpian⁹, & dicit quòd hoc edictum prohibitorium est, & spectat ad publicam vtilitatem: spectat etiam ad priuatam: vt si homines qui ibi prope morantur, possint per loca publica ire libere: & inde habere lumen ad domos suas. & tantum iuris habet aliquis ad obtinendũ vsum publicum, quod sit proponendo hoc interdictum: quantum aliquis ad prohibendum vsum publicum, quod fiebat ædificando. Postea exponit verbum, publico: nam publicum comprehendit areas ciuitatum, & agros, & insulas, & vias publicas. hoc autẽ interdictum non extenditur ad ea loca quæ sunt in fisci patrimonio: & si de istis locis fisci erit quæstio: præfecti, id est procuratores Cæsaris erũt iudices. habet itaque locum hoc interdictum in locis quæ sunt in vsu publico, id est cuiusque ciuitatis. Tandem dicit, in solario domus meæ posui velum, puta linteum vel similem pannum: & hoc nocet luminibus domus tuæ: agere potes hoc interdicto vtili, ne hoc velum immittam. Vltimo dicit: ædificasti in loco publico, nec prohibitus es: modo cum reficere vis illud ædificiũ, volo prohibere ne reficias, ex hoc interdicto. dicitur quòd possum. [*ADVERSVS.*] Molem in mare deiecisti. habeo hoc interdictum vtile contra te, si illud mihi nocet. aliàs non. & tamen domum in litore maris facere possis, si mihi vel alij non nocet. si autẽ in mari vis piscari vel nauigare, vel lauare te in flumine publico, vel in curia cõmunis prospicere: non possum te prohibere: immo si prohibeo te de facto, teneor tibi iniuriarum act. [*MERITO.*] Nũc exponit Vlpianus verba illa edicti quæ dicunt, qua ex re dãnũ alicui detur. & merito prospicit prætor ne damnum ex loco publico alicui detur. nam & quotiens princeps permittit alicui ædificare in loco publico: intelligitur permissum de eo ædificio quod nõ noceat priuato. vnde si ex hoc opere aliquis amittere sperat liberũ aspectum: habet hoc interdictum. si autem sperat amittere aquam, quæ de meo fundo

d *Proponit.* vt. j. l. proxi. in princ. & fa. j. quod vi aut clam. l. vim facit. §. fi. &. j. de ope. pub. l. si legatum. §. fi.

e *Prætor. In loco publico.* hæc & sequentia exponuntur. j. ea. l. §. publici. & sequen.

f *Lege.* scilicet municipali. vel dic, scripta: & secundum hoc ponitur vt genus: sequentia vt species.

g *Senatusconsulto.* permittente: vt. j. de flu. l. quo minus.

h *Edicto.* prętoris: vt. j. de via pub. l. j. in prĩ. &. §. j. &. l. fina. §. fi.

i *Decreto.* vt. j. ea. l. §. si quis à principe. &. ſ. de serui. l. seruitutes. iiij. §. publico. &. j. de flumi. l. quo minus.

k *Interdictũ.* Pi. est, nõ dabo. aliàs deest nõ. dices ergo, cũ factũ est in via publ. vel in itinere publico, dabitur interdictũ restitutoriũ: vt. j. eo. §. prætor ait, quod. & sic etiã intellige. ſ. si ser. vin. l. si quãdo. §. fi. si autẽ in aliis locis pub. nõ habet locũ interdictũ restitutoriũ, sed prohibitoriũ tantũ: vt. j. ea. l. §. si quis nemine. & sic vtraq; litera est bona. & facit. ſ. de interdict. l. ij. §. publicæ. & de ope. no. nun. l. j. §. nunciatio. &. j. de ope. pub. l. si legatum. §. fi.

l *Hoc interdictum prohibitorium.* dumtaxat: vel die etiam restitutorium quandoque: vt. ſ. proxi. respon. no.

m *Ciuitatis.* forte cuiusque alterius, non Romanæ: cum ius ciuile dicitur cuiuslibet ciuitatis: vt institu. de iure na. §. j. sic ergo quælibet ciuitas publicũ habet, secundũ Azo. Vel dic, Romanæ ciuitatis tantum: cum non adiiciatur nomen: vt insti. de iu. nat. §. sed ius. est ergo sensus: iure ciuitatis, id est iure ciuili Romanorũ quod omnes sequimur. & sic tã de publicis Romæ q̃ aliarũ ciuitatũ dicit, quæ modò sunt in vsu pub. vt. j. ea. l. §. hoc interdictũ.

n *Cuiusque.* scilicet priuati hominis, scilicet iure seruitutis.

o *Ad obtinendum.* scilicet vsum publicũ: quod facimus proponendo edictum quantum quilibet ex populo ad prohibendũ habet, quod fit ædificando, secundũ Ioan. & sic cum sumus in pari causa, potior est mea cõditio qui prohibeo: vt. ſ. cõmu. diui. l. Sabinus. & si ser. vin. l. an vnus. Item quia sum in quasi possessione vsus: vnde potior est conditio possidentis: cum adhuc alter non ædificauerit. Item & tertia, quia publicũ ius vniuersitatis tueor principaliter vel secundario: & sic non tantum, sed plus iuris habeo ego qui interdico. Vel dic secundum B. tantum habemus ad obtinendum. ſ. ædificando, quãtum quilibet ex populo &c. id est durat mihi facultas ædificandi quousque est facultas prohibẽdi. Vel dic tertio quòd neuter vult ædificare, sed vterq; vti. hoc ergo casu neuter vincit: quia tantum ius habet vnus, quantũ alter: vt in plaustris obuiantibus apparet: quo casu vel gratificationi

locus est: vt argu. ff. de reli. & sum. fu. l. fina. vel sorti. arg. ff. de iudi. l. in tribus. nisi forte alter potuerit præuidere: alter non. ar. ff. loca. & condu. l. si quis domum. §. j. & facit. C. de serui- & aqua. l. per agrum. Vel dic quarto, tantum ius habet vnus ad vtẽdum loco publ. quantum iuris habemus ad prohibendum ne quid in loco publico fiat quod nobis aliquid molestię inferat. Accursius.

a *Pertineat.* quæ scilicet sint in vsu publ. vt j. proxi. §. aliter accipitur publicum vt. C. de vsur. l. acceptam. quæ est contra.

b *Fiscales.* id est ciuitatis Romanæ, vel ipsius imperij. & fa. C. de quadri. præscrip. l. fi. in princip.

c *Faciat.* auctoritate prætoris vel decreto, non iure actionis: vt. ff. de acq. re. do. l. quãuis.

d *Præfecti.* hoc est procuratores Cæsaris: & sic soluitur contra. C. vbi causæ fiscales. l. ad fiscum. vel lege substãtiue, id est ppositi sunt quidam iudices. ff. dicti procuratores. sic accipitur. ff. de fideicõ. lib. l. iiij. §. si bona. vnà. ff. cũ præside: vt. C. si aduersus fiscum. l. ij. Acc.

e *Publico vsui.* cuiuslibet ciuitatis, non Romanæ: vt dictum est. & sic quælibet ciuitas habet publica. Vel dic etiam de publicis Romanę ciuitatis, quę modo sunt in publico vsu: vt &. ff. loquitur de his quæ sunt in patrimonio, non tamen in vsu publico. argu. ff. de cõtrah. emp. l. sed Celsus.

f *Cũ quidã velũ.* de pãno vel alia materia: sic dictũ, quia habet instar veli: vel qa velat lumẽ.

g *In Mæniano.* id est solario: à mænibus sic dicto. a & facit. j. de verbo. sign. l. malũ. §. j.

h *Vtile.* quia in suo, non publico fecit: licet extendatur in publico: quia in suo vsq; ad cœlum liberũ esse debet. vt. ff. de serui. l. fin. &. j. qđ vi aut clã. l. fi. §. pe.

i *In publico.* quod cũ posuit, phiberi potuit.

k *Vtile.* quia solũ est cõmune, non publicũ: vt institu. de re. diui. §. quia. nulla enim cõmunia sunt publica, vel e contra. & facit. C. de ope. publ. l. v. & ff. de ser. rusti. prædio. l. imperatores.

l *Non habebit.* quia nihil ille in publicum facit vel immittit: vel etiam in commune.

m *Spectare.* non opere facto, sed aliàs manu adhibita. sed in his omnibus, præterquam in mari, potest dici quòd detur vtile: vt. j. de loco publi. fru. l. j. Similiter posset dici in mari. nam cum hoc ponatur in paritate cum istis aliis, & in aliis competat vtile: in

* *Hal. interdiceret*

* *Flo. qui*

* *Fl. publico*

†*Cõcor. tex. in. c. consuluit. & quod ibi no. extra de Iudæis. facit. l. sancimus. secundũ no. Bal. ibi. C. de testa.*

* *Flo. voluit, hoc a Quid sit Mæniani, pulchre Budæus. ff. de iis qui deiec. l. si vero.*

Solũ est cõmune: non publicũ. & per hoc nota differentiã inter cõmune & publicum.

bẽdum habet. Propter quod si quod fortè op° in publico fiat, quod ad priuati damnũ redundet, prohibitorio interdicto potest conueniri: propter quã rem hoc interdictum propositũ est. ☞ Publici loci appellatio quẽadmodũ accipiatur, Labeo definit: vt & ad areas, & ad insulas, & ad agros, & ad vias publicas, itineraq; publica ptineat. [a] B

☞ Hoc interdictum ad ea loca quæ sunt in fisci patrimonio, nõ puto pertinere. In his enim neque facere quicquam, neque prohibere priuatus potest. Res enim fiscales, [b] quasi proprię & priuatæ principis sunt. Igitur si quis in his aliquid faciat: [c] nequaquã hoc interdictũ locum habebit. Sed si fortè de his sit controuersia, præfecti [d] eorum iudices sunt. Ad ea igitur loca hoc interdictum pertinet, quæ publico vsui [e] destinata sunt: vt si quid illic fiat quod priuato noceret, prætor intercederet * interdicto suo. ☞ Cùm quidam velũ [f] in Mæniano [g] immissum haberet, quod * vicini luminibus officiebat: vtile [h] interdictum competit, *ne quid in publicum* immittas qua ex re luminibus Gaij Seij officias.* C

Sicut prohibetur prætoris interdicto, ne quid noui in loco publico fiat: ita etiã prohibetur ne iam factum restauretur.

☞ Si quis [id] quod in publico [i] loco positũ habuit, reficere velit: †huic* interdicto locum esse Aristo ait ad prohibendũ eum reficere. ☞ Aduersus eum qui molem in mare proiecit, interdictum vtile [k] competit ei cui fortè hęc res nocitura sit. Si autem nemo damnum sentit: tuẽdus est is qui in litore ædificat, vel molem in mare iacit. ☞ Si quis in mari piscari aut nauigare prohibeatur, nõ habebit [l] interdictum: quemadmodum nec is qui in campo publico ludere, vel in publico balineo lauare, aut in theatro spectare [m] arceatur: sed in omnibus his casibus iniuriarum [n] actione vtendum est. ☞ Meritò ait prætor. *Qua ex re quid illi damni detur.* Nam quotienscunque * aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, vt sine iniuria [o] cuiusquam fiat: & ita solet princeps, quotiens aliquid * noui operis instituendum petitur, permittere. Damnum autẽ pati videtur, qui cõmodum [p] amittit quod ex publico consequebatur, qualequale [q] sit. Proinde si cui prospectus, si cui aditus sit deterior, aut angustior: interdicto opus est. ☞ Si quid in loco publico ædificauero, [r] vt ea quæ ex meo ad te nullo iure [s] defluebant, desinant fluere: interdicto me non teneri Labeo putat. Planè si ædificium hoc effecerit, [t] vt minus luminis insula tua habeat: interdictũ hoc competit. [u] D

Qui illicite facit: non potest alium arguere, qui ipsum impedit in simili actu: iuxta quod dicit Iuuenalis: Nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego.

☞ Idem ait, si in publico ædificem: deinde hoc ædificium ei [x] obstat quod tu in publico ædificaueras, [y] cessare hoc interdictum: cũ tu quoq; illicitè ædificaueris. nisi fortè tu iure [hoc] tibi concesso [z] ædificaueras.

In rescripto principis videntur concessa quæ aliis incommodum non afferunt: nisi expresse aliud diceretur in rescripto.

☞ Si quis à principe simpliciter impetrauerit, vt in publico loco ædificet: non est credendus sic ædificare, vt cum incommodo alicuius id fiat: neque sic cõceditur [a] [ædificare,] nisi fortè quis hoc impetrauerit. [b]

Ædificia quæ fiũt in locis publicis nullo prohibente: non debent facta destrui. si nõ obstant vsui publico: sed debet ipsis imponi annua pensio. secus est in locis sacris: quia ædificia ibi posita debent destrui, propter religionem.

☞ Si quis nemine [c] prohibẽte in publico ædificauerit, nõ esse eũ cogendũ tollere: ne ruinis vrbs deformetur: & quia prohibitoriũ est interdictũ, nõ restitutoriũ. [d] Si tamẽ obstet id ædificiũ

n *Iniuriarũ.* vt. j. de iiur. l. iniuriarũ. j. §. fi. sed & hoc vtile: vt dixi.

o *Sine iniuria.* i. dãno. ad quod est. ff. si ser. vin. l. sicuti. §. penul. & §. fi. & j. ea. l. §. si quis à principe. &. ff. de reli. & sum. fu. l. si quis

Flo.

Flo.

fep. in fi. j. respõ. &. C. de preci. impera. offe. l. ij. &. ff. eo. §. cum quidam. Accursius.

p *Cõmodũ.* cõtra. ff. de damno infec. l. Procu- lus. &. ff. de aqua plu. ar- cen. l. j. §. sicut. sed in publico hic fit opus: ibi in priuato faciẽtis: vnde non sic arcetur ibi.

q *Qualequale.* id est qualecunque.

r *Ædificauero.* id est ædificare voluero: vt. j. §. si quis nemine. Azo.

s *Nullo iure.* tibi debito. Accursius.

t *Effecerit.* id est fecturum sit. Accursius.

u *Competit.* & potest esse ratio: quia primum à me: secundum à Deo habes.

x *Ei.* ędificio, quo ad lumen puta vt. ff. proxi. §. Accursius.

y *Ædificaueras.* nil dolosus doloso &c. ad hoc. ff. de dolo. l. si duo. &. j. de fideiuss. si Titi°. in fi. &. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. si quis iuxta. Azo. &. j. quod vi aut clam. l. si alius. §. bellissime. &. C. de libe. cau. si filiũ. & de inoffic. testa. l. in arenã. &. ff. ne quis eum qui in ius vo. l. ij.

z *Concesso.* à principe, vel senatu: vt. ff. proxi. §.

a *Sic conceditur.* scilicet generali cõcessione, vel simplici. quod est. ff. eo. §. merito. & C. de inoffic. testa. l. si quãdo. in princ. &. j. de aqua quoti. l. j. §. illud tamẽ illic. &. ff. ad Trebel. l. sed cũ ab hærede. &. C. de eman. l. nec auus. &. j. quod vi aut clam. l. iij. §. plane. &. j. ne quid in flu. pu. l. j. §. sunt qui putant.

b *Impetrauerit.* immo videtur nõ posse impetrari cum incommodo aliorum: vt. ff. de serui. l. seruitutes. iiij. §. publico. in fin. Solu. hic expresse petitũ & concessum fuit: ibi simpliciter: vt hic prædixit. Vel hic cum incommodo scilicet paruo, non magno: vt ibi. argu. ff. de reli. l. si qs sep.

in prin. &. C. de prec. impera. of. l. ij. vel ibi subaudi, maxime. Ac.

c *Si quis nemine.* nec prętore: vt. j. l. fina. nec priuato: quia & tũc tolleretur: vt. ff. de ope. no. nun. l. j. §. nũciatio. &. l. prætor ait. Ac.

d *Non restitutorium.* hoc in cæteris publicis, non in via vel itinere publico: vt. j. eod. §. prætor ait. quia nec in flumine publico: vt. j. ne quid in flumi. publi. l. j. §. penul.

BIU Cujas

publico vsui: vtique is qui operibus publicis procurat, debebit id deponere: [a] aut si non obstet, solariũ [b] ei imponere. Vectigal enim hoc sic appellatur solarium, ex eo quòd pro solo pendatur. Si tamen adhuc [c] nullum opus factum fuerit: officio iudicis continetur, vti caueatur nõ fieri. & ea omnia etiã in persona hæredum, cæterorúmque successorum erunt cauenda. Locorum sacrorum diuersa causa est. In loco enim sacro nõ solùm facere vetamur, [d] sed & factũ restituere iubemur. hoc propter religionem. ¶ Ait prætor: *In via publica, itinereve* [e] *publico facere, immitteré* [ve] *quid, quo ea via, idve iter deterius sit, fiat: veto.* [f] Viam publicam eam dicimus, cuius etiam solum publicum est. Non enim sicuti in priuata via, ita & in publica accipimus. ¶ Viæ priuatæ solũ, alienum est: ius tantùm eundi & agendi nobis competit. [g] Viæ autem publicæ solum publicũ est, relictum ad directum certis finibus [h] latitudinis ab eo qui ius publicandi habuit: [i] vt eà publicè iretur, commearetur. ¶ Viarum quędã publicę sunt, † quædam priuatæ, quædam vicinales. Publicas vias dicimus, quas Græci [k] βασιλικὰς *†, nostri prætorias, alij consulares vias appellant. Priuatæ sunt, quas agrarias [l] quidam dicunt. Vicinales viæ sunt, quæ in vicis [m] sunt, vel quæ in vicos ducunt. Has quoque publicas esse quidam dicũt. quod ita verum est, si nõ ex collatione priuatorum hoc iter constitutum est: [n] aliter atque si ex collatione priuatorum reficiatur. Nam [o] si ex collatione priuatorũ reficiatur, nõ vtiq; priuata est. [p] Refectio enim idcirco de communi fit, quia vsum vtilitatémque cõmunem habet. Priuatæ viæ dupliciter accipi possunt: vel eæ quæ sunt in agris: quib' [q] imposita est seruitus, [ita] vt ad agrũ alterius ducant: vel eæ quæ ad agros ducũt, per quas omnibus commeare [r] * liceat: in quas exitur

[*TRACTATVM EST.*] Dicitur quòd nõ possum facere pontem siue specum supra viam publicam. [*HOC INTERDICTVM.*] Hoc interdictũ est perpetuũ & populare, & fit cõdemnatio in eo quãti actoris interest. [*PRAETOR AIT.*] Nunc ponit aliud edictũ quo iubet destrui siue restitui quidquid est factũ in via publica vel itinere publico. Secundo dicit: hoc edictũ ex ea causa proficiscitur, ex qua & superius. s. propter publicam vtilitatem: in hoc tamen differt à superiori: quia hoc restitutorium est, illud prohibitoriũ. Itẽ qꝙ hoc interdicto tenetur qui fecit opus in via publica. Itẽ qui ab alio factũ emit, vel ex causa legati tenet. Sed qꝙ fecit opus in via publica, & illud postea habuit pro derelicto: an teneatur? quidam dixit quòd non: sed male. dicas ergo eum teneri. Postea dicit: arbor fundi mei cecidit vi venti, vel alio modo, in viam publicã: ita qꝙ homines commode non possunt inde ire. quęritur an tenear hoc interdicto? Respõ. si eã nõ habeo pro derelicto, teneor. si autem habeam pro derelicto: non teneor, nisi prohiberem eum qui vult inde remouere arborem. [*IDEM LABEO.*] Vicinus meus viam corrupit ex opere quod fecit. licet illud opus mihi prosit: non teneor hoc interdicto, sed ipse. si autem mea & sua voluntate fecimus fieri: tũc vterque nostrũ hoc interdicto tenebitur. Secundo dicit: hoc interdicto tenetur qui fecit opus in publica via: siue adhuc illud opus possideat, siue dolo desiit possidere. Tertio exponit verbũ restituas. & restituere debet viam in pristinum statum: siue remouendo quod posuerat: siue adiiciendo quod detraxerat. & si ille qui fecit opus, illud possideat: tenetur suis impẽsis restituere. si autem alius possidet: tunc tenetur possidens tãtum patientiam præstare. Quarto dicit: hoc interdictum est perpetuum, & datur quãti actoris interest. [*PRAETOR AIT.*] Nũc ponit aliud edictum, quo cauetur ne vis fiat quo minus quis via publica vel itinere publico vtatur. Fran.

a *Deponere.* ex officio, non ex interdicto: & ad hoc. ff. de dam. infec. l. fluminum. §. quid ergo.

b *Solariũ.* aliàs solariũ, à solo: aliàs salariũ. ad quod. ff. de ope. pu. l. si legatũ. in fi. & hoc si ei dimittitur. si autẽ auferatur: dic de expensis circa finẽ distinguendũ: vt institu. de re. diui. §. ex diuerso.

c *Adhuc.* aliàs si tamẽ ad nullũ hoc opus &c. id est non habet adhuc faciem operis: vt. ff. de ope. noui nun. l. stipulatio. §. opus.

d *Vetamur.* vt & ff. ti. ij. l. j. Accursius.

e *In via publica, itinereve.* quod minus est quàm via: vt & in via priuata vel itinere: vt insti. de serui. circa prĩ.

Ait prætor.] CASVS. Ponitur aliud edictũ. nam prętor vetat quid fieri in via publica, itinereve publico, per qđ impeditur vsus viæ. tãdem exponit Vlpianus, & dicit: viam publicam eam dico, cuius etiam solum publicum est. priuatæ enim viæ solum priuatũ est, vsus tamen cõmunis est. at viæ publicę etiã solum publicum est, & certæ latitudinis. & fiunt ab eo qui ius publicãdi de prædiis hominum habuerit, & facere vias: vt est princeps & senatus. Postea dicit: viarũ quædam sunt publicæ, quædã priuatæ, quædã vicinales. publicę sunt vt strata Panicalis, & strata Galeriæ, & similes: & istæ dicuntur etiã cõsulares. Priuatæ sunt, quæ ab agro tuo agro meo debentur. Vicinales sunt, quæ in vicis sunt: vt in Cardina delectabili nostra villa est: q & publicæ dicũtur. quod est verũ, si ex collatione priuatorũ sint factæ: secus autem si ex collatione singulorũ hominũ sit via publica refecta: vt est strata quæ vadit versus Galeriam, quæ multum mala est in hyeme. nam licet homines eã reficiant, ponendo sabulũ ibi & lapides: nõ propter hoc eorũ est via. Publica autem via dicitur & quæ ab agro ad agrũ ducit hominem: vel quę plures homines ad agros ducit. & exit homo de publica siue consulari, & intrat priuatam: vt est via posita iuxta sanctũ Paulum de Rauone: quæ via vocatur Mebuncellum. nã de via publica eximus, & intramus viã illam strictã, & imus ad vineas nostras quas ibi habemus, quę via est nostra, & aliorũ ibidem vineas habẽtiũ. Et habet locum hoc interdictum pro via rustica, non vrbana. non ergo habet locum in strata sancti Proculi, vel alia via quę sit intra ciuitatẽ. sed si in eis aliquis faciat opus: Vbertus de Vgene potestas Bon. faciet restitui in pristinum statũ, siue via in totum sit occupata per illud opus: siue in partem. Item tenetur qui cloacam faciat decurrere in viam publicam, ita qꝙ vsus viæ impeditur. Item tenetur hoc edicto qui fossam in suo faciat vt ibi aqua coadunetur, & decurrat in viã publicam. sed si faciã in meo opus, ex hoc tamen aqua in via publica collecta redundat, ita qꝙ homines non possunt cõmode transire: teneor perinde ac si aliquid immittã in viam publicam, ita qꝙ aditus liberior impeditur. Sed si habeo fundũ iuxta viam, & venit aqua ex fundo vicini, & intrat meum fundum: & tandem vadit in viam publicam, ita qꝙ vsus viæ impeditur: quæritur quis nostrum tenetur? & dicitur quòd si aquã istam recipio sponte: teneor ego hoc interdicto. sed si non sponte, tenetur vicinus meus: & in casu prædicto quando teneor, sufficit qꝙ agam contra vicinum meũ vt non immittat aquam in meo fundo. Itẽ teneor hoc interdicto, si in meo loco iuxta viam facio sulphurariam, & sic via publica efficitur pestilẽs. Item teneor hoc interdicto si teneo porcos, & mando eos ad pascendum in via publica: & ipsi cauant viam ita qꝙ impeditur vsus viæ. [*DEINDE AIT PRAETOR.*] Nunc exponit alia verba edicti. s. hæc, quo ea via idque iter deterius fit vel fiat. hoc est dicere, siue sta-

† *Vide de his viis in ca. 1. & ibi Bal. 1. col. versi. item viæ publicæ. ĩ. ti. quæ sunt rega. & Bar. Cepo. in ti. de seru. ru. tit. de via. c. 1.*

**. i. regias. aliàs ἐπισκμίας. i. cõmunes.*

† *Vide in hunc locum Alcia. lib. 2. hoc ipso titulo.*

**Flo pro meare*

f *Veto.* hoc prohibitorium, sed sequens. j. §. prætor ait. restitutorium est: & protenditur hic tractatus vsque illuc.

g *Competit.* scilicet serui. iure: vt & ff. si ser. vin. l. loci. in prin.

h *Finibus.* scilicet octo pedum in porrectum. xvj. in anfractum ad instar priuatæ: vt. ff. de seruit. rusti. prædio. l. viæ latitudo. licet & illa de publica & priuata possit intelligi.

i *Habuit.* vt princeps, vel senatus: vt. j. de flumi. l. quo minus. & ff. de na. resti. l. quæris. & ff. de euic. l. Lucius. & argu. ff. de aqua plu. arcen. l. quod principis. & etiam quælibet ciuitas: vt supra ead. l. §. j. Accursius.

k *Quas Græci basilicas.* græce. & no. qꝙ prætoria, consularis, militaris, pro publica via ponuntur: vt hic, & ff. tit. j. l. fi. §. sed inter.

l *Agrarias.* quia ab agro debentur.

m *Quæ in vicis.* prædiorũ in rure, non in vrbe: vt. j. proxi. §. Ac.

n *Constitutum est.* ab initio de nouo.

o *Nam.* verba superioris edicti. Azo.

p *Priuata est.* s. per hoc. sed ita demũ, si collatione priuatorũ sit facta ab initio de nouo. & fa. j. de itine. actũq; priuato. l. iij. §. pe.

q *Ducant.* has. ff. vocauit agrarias.

r *Commeare.* etiam non habentibus ibi prædia. forte curia publica etiam dicitur.

de via consulari: & sic post illam[a] excipit[b] via, vel iter, vel actus ad villam ducens. Has ergo quæ post consularem excipiunt, in villas vel in alias colonias[c] ducentes, putem etiã ipsas publicas[d] esse. ¶ Hoc interdictum tãtũ ad vias rusticas[e] pertinet: ad vrbicas verò non. Harum[f] enim cura pertinet ad magistratus. Si viæ publicæ exemptus[g] cõmeatus[h] sit, vel via coartata: interueniunt magistratus. ¶ Si quis cloacam in viam publicã immitteret,[i] éxque ea re minus habilis via per cloacam fiat: teneri eum Labeo scribit. immisisse enim eum videri.[k] Proinde & si fossam quis in fundo suo fecerit, vt ibi aqua collecta in viam decurrat: hoc interdicto tenebitur. immissum enim habere etiã hunc videri.

Qui patitur quod necesse habet pati, quantum ad hoc interdictum excusatur: secus est si voluntate sua aliquid contra hoc interdictũ molitur. exemplum habes in tex.

¶ Idem Labeo scribit, si quis in suo[l] ita ædificauerit, vt aqua in via collecta[m] restagnet,[n] nõ teneri eum interdicto: quia nõ immittat aquam, [o] sed non recipit. Nerua autem melius scribit, vtrumque[p] teneri. Planè si fundus[q] viam publicam cõtingat, & ex eo aqua deriuata deteriorem viam faciat: quæ tamẽ aqua ex vicini fundo in tuum veniat: si quidẽ necesse habeas eam aquam recipere, interdictum locum habebit aduersus vicinum tuum.[r] Si autem necesse non sit, [s] non teneri vicinum tuum: te tamẽ teneri. eum enim[t] videri factũ habere, qui vsum eius aquæ habeat. ¶ Idem Nerua † scribit, si tecum[u] interdicto agatur: nihil vltrà te facere cogendum, quàm vt arbitratu eius qui tecum experitur, cum vicino experiaris.[x] Cæterum aliter obseruantibus futurũ vt tenearis etiam si iam bona fide cum vicino egeris, neque per te stet quo minus arbitratu actoris cum vicino experiaris. [y] ¶ Idẽ ait, si odore[z] soli* locus[a] pestilẽtiosus fiat: nõ esse ab re de ea re interdicto vti. ¶ Hoc interdictum etiã ad ea[b] quæ pascuntur in via publica, itineréve publico, & deteriorem faciant viam, locum habet. ¶ Deinde[c] ait prætor: *Quo ea via, ídque iter deterius sit, fiat.* hoc [est,] siue statim deterior via sit, siue postea.[d] ad hoc enim pertinent hæc verba, *sit, fiat.* Etenim quædam sunt talia, vt statim facto suo noceant: quædam talia, vt in præsentiarum[e] quidem nihil noceant, in futurum autẽ nocere debeant. ¶ Deteriorem autem viam fieri sic accipiendum est, si vsus eius ad cõmeandum corrumpatur: hoc est, ad eundum vel agendum: vt cùm plana fuerit, cliuosa fiat: vel ex molli aspera, aut angustior ex latiore, aut palustris ex sicca. ¶ Scio tractatum, an permittendum sit specus[f] & pontem per viam publicam facere. Et plerique probant [hoc] interdicto eum teneri.[g] nõ enim oportere eum deteriorem viam facere. ¶ Hoc interdictũ perpetuum[h] & popularе[i] est: condemnatióque ex eo faciẽda est, quanti actoris[k] interfit. ¶ Prætor[l] ait: *Quod in via publica itineréve publico factum immissum habes, quo ea via, ídve iter deterius sit, fiat, restituas.* Hoc interdictũ ex eadẽ causa proficiscitur, ex qua & superius: & tãtum interest, q̃ hoc restitutorium, illud prohibitoriũ est. ¶ Hoc interdicto[m]

a *Post illam.* consularem.
b *Excipit.* eundem. Accursius.
c *Colonias.* id est agriculturas.
d *Publicas.* si memoriam hominum excedant: etiam si priuatorum collatione reficiantur: vt. ff. titu. j. l. fina. in prin. ergo patet vicinalẽ quandoq; habere naturam publicæ: vt quando non collatione priuatorum. itẽ & quando collatione priuatorum, sed non extat memoria: non tamen est publica: vt. ff. tit. j. l. fina. aliàs si extat, tunc habet naturã priuatæ: vt patet ex prædictis: non tamen est prorsus priuata. Acc.
e *Ad vias rusticas.* nõ dicas priuatas, sed rusticas, id est in rure cõstitutas. De viis autem vrbanis superiori interdicto interdici posse mihi videtur: cum ad omnia loca publica pertinere videatur. Accursius.
f *Harũ.* scilicet viarum vrbanarum.
g *Exemptus.* in totũ: artata, in parte propter alicuius ædificiũ: ita quòd iri non potest: & loquitur de via publica tantum, nõ de vrbana: sed in rure: & nõ est. §. si viæ &c. vel dic de qualibet. & fa. ff. titu. j. l. j. &. l. ij. &. ff. quemad. serui. amit. l. si locus.
h *Commeatus.* expone vt. j. §. deteriorem.
i *Immitteret.* siue superponẽdo, siue faciẽdo decurrere: cum infra domum sit: vt infra proxi. §. & arg. ff. si ser. vind. l. sicuti. §. Aristo. sed congregatam debet purgare: vt &. j. de cloa. in prin.
k *Eum videri.* scilicet constat.
l *Si quis in suo.* aliàs §. idem. & aliàs si quis in suo.
m *Collecta.* ex prædiis puta aliorum, vel ex eo quod ibi pluit.
n *Restagnet.* id est redundet.
o *Aquam.* viuam.
p *Vtrũque.* immittentem, & qui ita ædificat vt aqua ibi collecta restagnet: & hoc casu cum distinctione. nam si ideo ædificat, quia prius ibi aqua incommodum afferebat, non tenetur. si autem habere prius per viam currebat aqua, nec damno isti erat, tenetur. sic. j. ne quid in flu. pu. l. j. §. sunt qui. &. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. sed & apud Seruium. &. l. in summa. §. j. sed M. faciebat vim vtrũ contra antiquam formam ædificat, an non.
q *Fundus.* scilicet tuus.
r *Tuum.* necessitas enim te excusat ne videaris facere, vel ne videaris esse in culpa: vt & supra locati. l. in naue Saufeli. in fin. secundum Azo.
s *Non sit.* scilicet te recipere aquam ex vicini fundo.
t *Eum enim.* scilicet tãtum: vt referatur hæc ratio ad illum casum quãdo necesse habet recipere aquam. ad quod est. ff. de aqua plu. ar. l. si tertius. in prin. & de dam. infec. l. qui bona. §. cum inter. & quod subiicit, vsum, id est seruitutem, secundum Azo. sed H. dicit referri ad proxi. dicẽs quòd verba istius interdicti sunt intelligenda cum aliquis facit directo, vel immittit in viam publicam. vnde qui facit vel immittit alio mediãte, nõ tenetur hoc interdicto. sed certe ff. proxi. dicit contra. nisi dicas eum sensisse de directo: sed. ff. dicit vtili eum teneri qui immittit alio mediante. sed prima placet.
u *Si tecum.* qui nõ habes necesse recipere aquam. & sic ad proximum casum referatur. Accursius.
x *Experiaris.* interdicto vti possi. vt. ff. si ser. vin. l. sicuti. §. Aristo. Sed nunquid liberaris cedendo? Respon. sic, quia ideo teneris, quia habes actio. non secus si non haberes: vt supe riori casu: & ideo liberaris cedendo: vt. ff. de pecu. l. quod debetur.
y *Experiaris.* Quod esse non debet.
z *Idẽ ait si odore.* aliàs si vicino solo. & aliàs si odore soli. Et dic odore. i. fœtore terræ etiã priuatæ, vt quia fecit ibi sulfurariam.
a *Locus.* publicus.
b *Ad ea.* scilicet animalia. contra eum ergo agitur qui ea ducit ibi pascendo: vt porcos qui terrã fodiunt.
c *Deinde.* nõ nouum edictũ ponit: sed verba superioris exponit.
d *Siue postea.* sic. ff. de pac. iurisgẽ. §. siue autẽ.
e *In præsentiarum.* id est in præsenti.
f *Specus.* hoc expone vt supra de riuis. l. j. §. specus.
g *Teneri.* not. non licere facere põtem supra viã publicã. & fa. ff. de ser. l. fi. &. j. de flu. l. fin. Sed ar. contra. ff. cõmunia p̃dio. l. i efectionis. sed ibi in via priuata dicit. Item facit. j. de itinere actúque priua. l. iij. §. pe. & de riuis. l. fin. §. fina.
h *Hoc interdictũ perpetuum.* id est sempiternum, secundum veteram iura: vt instit. de perpetuo. ac. in prin. titu. vel dic vsque ad centum annos: vt. C. de sac. san. eccle. l. fin. sed hodie vsque ad. xxx. an. vt. C. de præscri. xxx. annorum. l. sicut. Sed contra. j. de popu. ac. l. fi. vbi dicitur q̃ omnis popularis est annalis. Solu. hoc speciale fauore publicæ vtilitatis. ar. j. ea. l. §. interdictum.
i *Et popularе.* sic. ff. de operis no. nun. l. in prouinciali. §. fi. secus in superiori interdicto: vt. ff. ea. l. §. aduersus.
k *Quanti actoris.* facit. j. quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto. Ad destructionẽ autem eius quod factum est, agitur ex inferiori interdicto proxi. §. prætor ait &c. & adde quod no. j. ea. l. §. hoc interdictum. al. est in. l. proxi. si vicinus.*
l *Prætor.* ecce aliud interdictum.
m *Hoc interdicto.* id est ista parte edicti restitutorij. Accur.

† *Habemus regu. quòd quis inuitus compelli nõ potest ad agendũ. C. vt nemo inuit. quod tamẽ fallit in casibus ibi no. dic tamen quòd in illis casibus libe ratur ab agendo, cedẽdo iura ei qui poterat*

non is tenetur [a] qui in via publica aliquid fecit: sed is qui factum habet. Proinde si alius fecit, alius factum habet: is tenetur qui factum habet. & est hoc vtilius: quia is potest restituere [b] qui factū immissum habet. Habere eū dicimus qui vtitur, & iure possessionis fruitur: siue ipse opus fecit, siue ex causa emptionis, vel cōductionis, vel legato, vel hæreditate, vel quo alio modo adquisiuit. Vnde Ofilius putat eum qui pro derelicto reliquit id opus quod fecit: si viam publicam corrupit, & reliquit: non teneri [c] hoc interdicto. non enim habet quod fecit. Sed an in eum actio debeat dari, videbimus. Et puto vtile interdictum competere: [d] vt quod in via publica ædificauit, restituat. [e] ℣ Si ex fundo tuo arbor in viam publicam sic ceciderit, vt itineri sit impedimēto, eámq; pro derelicto habeas: non teneri[te] Labeo scribit. Si tamen actor (inquit) sua impensa arborem tollere paratus fuerit: rectè tecum acturum [f] interdicto de via publica reficiēda. Sed si pro derelicto nō habeas: rectè tecum agi hoc interdicto. ℣ Idem Labeo [g] scribit, si vicinus meus viam opere corruperit: quamuis opus quod fecit, tam mihi quàm ipsi vtile [h] sit: tamen si is vicinus fundi sui causa id fecerit, me tamen non posse hoc interdicto [i] conueniri. [k] si autem communiter hoc opus fieri curauerimus: vtrūque nostrum teneri. ℣ Hoc interdictū locum habet etiā aduersus eum qui dolo malo fecit quo minus posideret, vel haberet. Etenim parem [l] esse cōditionem oportet eius qui quid posideat vel habeat, atq; eius cuius dolo mala factum sit quò minus posideret vel haberet. Et mihi videtur vera Labeonis sententia. ℣ *Restituas*, [prætor] inquit. Restituere † videtur, qui in pristinum statū reducit. quod fit, siue quis tollat id quod factū est, vel reponat quod sublatum est: & interdum suo sumptu. Nam si ipse [m] *cum quo quis interdixit, fecerit, vel iussu eius alius, aut ratum habitum sit quod fecit: ipse suis sumptibus debet restituere. Si verò nihil horum interuenit, sed habet factū: tunc dicemus patientiam solam eum præstare debere. [n] ℣ Interdictū hoc non esse temporarium, [o] sciendum est. pertinet enim ad publicā vtilitatem: condēnatióque ex eo facienda est, quāti actoris [p] interfit tolli quod factū est. ℣ Prætor ait, [q] *Quò minus illi via publica, itineréve publico ire agere liceat, vim fieri veto.*

III. CELSVS libro trigesimonono Digestorum.

LItora [r] in quę populus [s] Romanus imperium habet, populi Romani esse arbitror. [t] ℣ Maris communem vsum omnibus hominib⁹, vt aëris: iactásque in id pilas, eius esse qui iecerit: sed id concedendum non esse, si deterior litoris marísve vsus eo modo futurus sit. [u]

IIII. SCAEVOLA libro quinto Responsorum respondit,

IN litore iure gentium ædificare licere: nisi vsus publicus impediretur. [x]*

V. PAVLVS libro sextodecimo ad Sabinum.

SI per publicum locum riuus aquæductus priuato nocebit: [y] erit actio priuato ex lege duodecim tabularū, vt [de] noxa [z] domino caueatur.

a *Non is tenetur.* supple tantum. qui ergo facit, & factum habet: tenetur ad destruendum suis sumptibus. qui fecit, & factum non habet: tenetur ad impensam. qui habet, & non fecit, ad patientiā: vt hic, & ff. §. restituas. & ff. de flu. l. j. §. fin. & argu. ff. quod vi aut clam. l. competit. §. in summa. & ff. de aqua plu. arcen. l. is cū quo. & secundum hoc expone hunc. §.

b *Potest restituere.* ad hoc tamen nō tenetur, sed ad patientiā: vt dixi.

c *Non teneri.* etiā ad impensam.

d *Competere.* Etiā ad destruendum: non tantum ad impensam: cum non sit alius qui destruat. aliàs secus: vt. ff. §. restituas. & facit. ff. de his qui deie. vel effu. l. fin. ero. §. positum. Ac.

e *Restituat.* ff. de aqua plu. arcen. l. is cū quo.

f *Actum.* si prohiberes eum arboré tollere, & sic viam reficere: vt. ff. de via pub. l. j. in prin. sed & hoc vti. li. vt. ff. proxi. §. Ac.

g *Idem Labeo.* aliàs incipit lex, si vicinus. Accursius.

h *Vtile.* facit. ff. de inoffi. test. l. posthumus. §. si quis ex his. & de vsufruct. si absente. & ff. quod vi aut clam. l. j. §. fin.

i *Interdicto.* directo. Accursius.

k *Conueniri.* aliàs cōtineri.

l *Parem.* sic. ff. de reg. iur. l. qui dolo. & l. parem. & ff. de rei vindi. l. sinautem. §. sed & is. & ff. de damno infect. l. prætor. §. plane.

m *Si ipse.* aliàs si ipse cū quo quis inter. &c. aliàs, si ipse quòd quis inter. &c.

n *Debere.* sic seruatur in actione aquę plu. ar. vt. ff. de aqua plu. arc. l. emptor. & l. post venditionem. & l. is cum quo. & in ope. no. nun. vt. ff. de ope. no. nun. l. pe. & fi. & quod vi aut clam: vt. ff. quod vi aut clam. l. competit. §. in summa. & facit. ff. ea. l. prout nō est ibi. l. si vicin⁹. §. hoc interdicto* & de ali. iud. l. iij. §. j.

o *Temporarium.* contra. ff. de popu. ac. l. fi. sed hoc speciale est: vel hoc cum popularis non est ex maleficio, sed opere facto.

p *Actoris.* Quid si nihil vel parum interest: quia de alia conuenta est: est enim populare, cum ex eadē causa est qua superius: vt. ff. eo. §. hoc edictum. Item an alius aget? & eadē possunt quæri. ff. §. hoc interdictum. Ad hoc respon. quòd possit intelligi hic & ille. §. quando pro suo iure agit, nō popularis: vt arg. ff. de popu. actio. l. j. vnde alius aget pro suo iure, & popularis: & etiam ipsemet pro suo iure popularis: vt. ff. de li. homi. exhi. l. iij. §. penul. nec dicimus agere ex eadem causa: vt. ff. de popu. acti. l. iij. Vel dic ratione præteriti interesse hoc intelligitur: nihilo minus ergo præcipitur destrui vel non fieri opus. arg. ff. vti possidetis. l. si duo. §. fin. & secundum hoc non est populare prout ex causa sui fit cōdemnatio. Vel dic tertio inspici interesse totius populi. nam ei competit vt toti populo. an autem per testes probetur interesse, dic vt. ff. quod vi aut clam. l. semper. §. in hoc interdicto.

q *Prætor ait.* Ecce quartum interdictū: vt in rubrica, & facit. ff. vt in flumi. publi. l. j. §. j.

Litora.] CASVS. Litora quæ tenet populus Romanus: eius sunt. Secundo dicit: cō munis est vsus maris, sicut aëris: pilas autem quas iactat quis in mare, suæ adhuc durant: sed deiicere non poterit si impedit per hoc vsus maris. Item in litore maris potest quilibet ædificare, nisi vsus publicus ex hoc impediatur. Iteé si per publicum locū est riuus, & is nocere mihi potest: agā vt mihi caueatur de damno si quod contiget. Postea dicit: qui hoc interdictū ff. tit. 2. ibi, ne quid in loco publico fiat, intentare vult: potest hoc facere etiā per procuratorē. Vltimo dicit: qui in loco publico ædificat nullo prohibente: non tenetur destruere per hoc interdictum: tamē quia facit contra edictum, illud debet destrui iudicis officio: ne aliàs illusoria sint edicta: qđ esse non debet. & hoc dicit hæc. l. cum sequētibus vsque ad fin. tit. Fran. Accursius.

† *Restituere hoc loci & per to. hunc ti. est restablir, & mettre en son premier estat & deu Gallicè. sic ff. tit. 2. ibi, reficit enī. Aegi. Per.* **Flo. ipse quo qui interdixit,*

r *Litora.* maris scilicet. Accursius.

s *Populus.* sunt enim quædam quæ à Sarracenis possidentur.

t *Arbitror.* Quo ad iurisdictionem. sic & C. de quadrien. pscrip. l. j. §. j.

u *Futurus sit.* facit. ff. de adquir. rer. do. l. qđ in litore. & l. quamuis. & de rerū diui. l. intantum. sed videtur etiam si fiat deterius, quòd liceat: vt. ff. de ope. no. nuntia. l. j. §. nuntiatio. in fin.

x *IN litore. Impediretur.* tunc enim vel à magistratu est prohibēdum, vel vtili interdicto agendum. & hic est cōtra. ff. de ope. no. nuntia. l. j. §. nuntiatio. Solu. vt ibi.

**Fl. impedivet*

y *SI per publicum. Nocebit.* id est nocere potest: vt. ff. de statuli. l. Labeo. aliquando nō cautione, sed actione esset opus. A zo.

z *De noxa.* ab vniuersitate, si publicè ducatur: alioquin à priuato. sed aliàs est non. ſ. vt non domino, id est etiam nō domino, cuius tamé interest, vt vsufructuario, creditori, bonæ fidei possessori caueatur. dico ita, vt res per iudicem apud quem actio proponitur, disponatur ita, ne damnum possit pati. non autem dico quòd cautio damni infecti petatur per actionem. sed si cautionem petere vellet, bene posset per offi. iudi. vt. ff. de ser. vrba. prædio. l. si fistulæ. & ff. de dam. infect. l. fluminū. in prin. Sed quæ actio erit domino, vel non domino, ex lege. xij. tabu? Respon. in factum, vel condictio ex lege, quæ ex antiqua lege datur vbi nō est alia actio: vt. ff. de condic. ex lege. l. j. & hoc si non habes noxa. si autem habes noxa, scilicet pro noxa futura. Vel dic, id est damnum

Cautio dāni ifecti an petatur per actionē: an vero per officium iudicis.

BIU Cujas

damnũ datũ resarciatur. Sed qua actióe? Rñ. ante.l. Aquil. inuẽta erat illa quę ꝑ aliis dãnis: vt.ff. ad legem Aquiliã.l.j. hodie vtilis Aquil. vel in factũ subsidiaria Aquil. quæ datur pro dãno dato.

a *Et qui. Facultas est.* pro damno priuato: vt.ff. de procura.l. licet.&.l. non cogendum.§. qui ita.

b *Sicut is.* aliàs, licet is &c. &.j. habẽt, ita tantum &c.

c *Deformetur.* item alia ratione: vt.ff. eo.l.ij.§. si quis nemine.& facit ad hanc rationem C. de priua. ędifi.l.ij.& ff. ad exhibẽ.l. gemma.

d *Aduersus edictum.* i. prætore prohibẽte: vt j. de regu. iur.l. qui vetante. alij dicunt cum non est perfectum ædificiũ, tollat: aliàs nó.

e *Tollere.* non per interdictum, sed iudicis officio: vt. d.§. si quis nomine.

f *Lusorium.* quod esse non debet: vt &.ff. de iudi.l. si prætor.

DE LOCO PVblico fruendo.

Prætor ait.] CASVS. Aliquis cõduxit pro se & ꝑ socio cãpũ Rheni, vel molendinũ cõmunis. ꝓhibet prætor vim fieri cõductori & eiꝰ socio, quo minus vtãtur & fruantur re cõducta secũdũ legem siue pactũ appositũ in locatione. Secũdo dicit. hoc interdictũ ob publicã vtilitatem factũ est. nam per hoc interdictũ tuentur publica vectigalia, dũ prohibẽt vim fieri vtẽti re cõducta ex forma locati. Tertio dicit: vis fiebat cõductori, & eiꝰ socio, quo minus fruãtur re cõducta. Vterq; vult agere hoc interdicto. præferetur cõductor socio suo. postea exponit Vlpianꝰ verba illa. ff. ex lege locati & bene dixit prętor, ꝙ prohibet vim fieri fruenti re cõducta ex lege locati. nã si vltra legẽ vel contra legẽ frueretur, vel frui vellet: non audiret. & expone hæc verba vt in glo. Fran.

g *Locandi.* vt publicanꝰ vel qui tabulis præest: vt.ff. titu.j.l.ij.§. si quis nemine. Accursius.

h *Conduxit.* Fortè etiã ad modicũ tempus. licet enim nõ habeat rei vindi. potest tamen agere ad retinendũ suã naturalẽ posse. vt.j. de superfi.l.j.§. quod ait. aliàs nullũ esset speciale hic: quia & cõducens à priuato ad non modicũ tempus, haberet excep. & act. & interdictũ ne vis fiat ei, secundũ Azo. Vel dic, huic ad modicũ tẽpus cõducẽti dari in rẽ vtilẽ, vt priuato ad magnũ. & facit.j. vti possi.l. si duo.§. cũ inquilinus. Itẽ aliter hic publicũ ꝙ.ff. titu.j.l.ij.§. publici. accipitur: cum ibi pro eo quod est in vsu publico accipiatur: hic non, sed pro quolibet loco fisci Cæsaris, ciuitatis, municipij: vt.j. vt in flu. pu. na. li.§. ergo. sed quandoque concurrunt: vt. d.§. si quis nemine.

i *Socioue.* hic est casus vbi ex alterius cõtractu agit socius. aliàs

VI. IVLIANVS libro quadragesimotertio Digestorum.

EI qui iterdicto hoc experi tur, ne quid in loco publico fiat, quo damnũ priuato detur: quãuis de loco publico interdicat, nihilo minus procuratoris dandi facultas est. a

VII. IDEM libro quadragesimooctauo Digestorum.

SIcut isb qui nullo prohibẽte in loco publico ædificauerat, cogẽdus non est demoliri,* ne ruinis vrbs deformet: c ita qui aduersus edictũ d prętoris ædificauerit, tollere e ædificiũ debet: alioquin inane & lusorium f prætoris imperiũ erit.

DE LOCO PVBLICO fruendo.

TITVLVS IX.

I. VLPIANVS libro sexagesimooctauo ad Edictum.

PRætor ait: *quo minus loco publico, quem is cui locandi g ius fuerit, fruendum alicui locauit, ei qui cõduxit,* h *socióve*i *eius ex lege locationis frui liceat, vim fieri veto.* Interdictum hoc publicæ vtilitatis causa proponi palam est. Tuetur enim vectigalia publica, dũ prohibetur quis vim facere ei qui id fruendum conduxit. Sed si simul veniant ad interdictum mouendũ, ipse qui cõduxerit, & socius eius: magis est vt ipse conductor præferatur. k ¶ Ait prætor: *Quo minus è lege locationis frui liceat.* Meritò ait, *è lege locationis.* Vltra legem enim, l vel cõtra legem m non debet audiri qui frui desiderat.

II. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

CONcedi n solet vt imagines & statuæ, quæ ornamenta reipublicæ sunt futuræ, in publicum ponantur.

DE VIA PVBLICA, & si quid in ea factum esse dicatur.

nó, nisi cessa actione: vt.ff. pro socio.l.iij. in princi. sic &.ff. si ser. vindi.l. loci.§. si fundus. sed Ioan. non ex contractu socij, sed propter contractum dixit dari vtile: sed conductori directum: & est etiam aliud speciale, vt ad hæredẽ transeat: vt.ff. pro socio.l. adeo. & facit.j. de iniu.l. iniuriarum.j.§. conductori. Azo.

TITVLVS X.

I. Ἐκ τῶν ἀσωμικῶν μονοβίβλου τοῦ Παπινιανοῦ.*

Οἱ ἀσωμικοὶ * ὑπὲρ μελείτωσαν τῆς τοῦ πόλιν ὅλων, ὅπως ἂν ὁμαλισθῶσιν, καὶ τὰ ῥύματα μὴ ἐξέχῃ τὰς οἰκίας, καὶ γέφυραι ὦσιν, ἃ ἂν δέῃ. Ἐπιμελείτωσαν δὲ ὅπως οἱ ἴδιοι τοῖχοι ἢ τῶν ἄλλων, ἢ ἃ νῦν πολλὰς οἰκίας ἃ εἰς τοῦ ὅλου φέροι, μὴ σφαλερὰ ᾖ, ἵνα ὡς δεῖ, καθαίρωσιν οἱ δεσπόται τῶν οἰκιῶν, καὶ ἐπισκευάζωσιν. Ἐὰν δὲ μὴ καθαίρωσιν, μηδὲ ἐπισκευάζωσιν: ζημιούτωσαν αὐτοὺς, ἕως ἂν ἀσφαλῆ ποιήσωσιν. Ἐπιμελείτωσαν δὲ [καὶ] ὅπως μηδεὶς ὀρύσσῃ τὰς ὁδοὺς, μηδὲ χαννύσῃ, μηδὲ κλίσῃ εἰς τὰς ὁδοὺς μηδὲν. εἰ δὲ μή, ὁ μὲν ἄλλος ὑπὸ τοῦ εἰτυχόντος μασιγούσθω, ὁ δὲ ἐλεύθερος εἰδὲ εἰκυνύσθω τοῖς ἀσωμόμοις. οἱδὲ ἀσυνόμοι ζημιούτωσαν κατὰ τὸν νόμον, καὶ τὸ γεγονὸς καταλυέτωσαν. Ἐπισκευάζειν δὲ τὰς ὁδοὺς τὰς λιμοσίας καὶ τοῦ αὐτὰ οἰκίαν ἑκάστου, καὶ τὰς ὑδροῤῥοὰς ἐκκαθαίρειν τὰς ἐν τῷ ὑπαυθρίᾳ, καὶ ἐπισκευάζῃ οὕτως, ὡς ἂν μὴ κωλύῃ ἅμαξαν ἐπιέναι. Ὅσοι δὲ μισθωσάμενοι οἰκοῦσιν, ἐὰν μὴ ἐπισκευάζῃ ὁ δεσπότης, αὐτοὶ ἐπισκευάσαντες ὑπολογιζέσθωσαν τὰ ἀνάλωμα καὶ τὸν μισθόν. Ἐπιμελείτωσαν δὲ καὶ ὅπως περὶ τὰ ὀργαστήρια μηδὲν προκείμενον ᾖ, ὅλως ἐὰν καφῶς ἱματία ψύχῃ, ἢ τέκνων ξόανα ἔξω τιθῇ. τιθέσθωσαν δὲ καὶ ὀυζοῖ, ὥστε μὴ κωλύειν ἅμαξαν βαδίζειν. Μὴ ἐᾶσαν δὲ μηδὲ μάχεσθαι εἰ ταῖς ὁδοῖς, μηδὲ κόπρον ἐμβάλλειν, μηδὲ νεκρὸν μηδὲ λύματα ῥίπτειν. [id est,

k *Præferatur.* quia directa præfertur vtilitati. ff. de Publi.l. pẽ. sed quandoque ecõtra: vt dixi.ff. de procura.l. in causæ.§. fi.

l *Vltra legẽ enim.* i. vltra statutum tempus.

m *Legem.* i. pacta, vel si nõ soluit pensionẽ. nec enim fides est seruãda ei qui nõ seruat: a vt & infra de regu. iu.l. cum par.§. illi.

CONcedi.] CASVS. Cõcesit princeps quòd ꝙs posit ponere statuã in honorẽ ciuitatis Bon. si amodo volẽs ponere, ꝓhibetur, habet hoc interdictum. Franciscus.

n *Concedi.* Quid ad ius tu? Rñ. vt si postea ꝓhibeat, habeat hoc interdictum. & facit.j. de excep.l. Paulus.&.ff. de adquiren. re. do.l. statuas. & de priuile. credi.l. Aufidius.

DE VIA PVblica, & si quid, &c.

Ædiles.] CASVS. Hec lex notabilis est. & tradit circa quæ debent curã habere ædiles curules. debẽt enim procurare vt viæ in burgis positæ, itẽ si intra ciuitatẽ sint positę, adæquẽtur: & effluuiones nõ noceant domibus: & põtem fieri faciant supra vias vt erit necesse. Itẽ studeant vt domus iuxta viã positę non ruãt: & ꝙ domini eas domus ruẽtes reficiant: & si domini nolũt emendare, mulctẽt eos. Itẽ curẽt ædiles vt nullus fodiat vias vel subruat, vel faciat aliquod opus in viis. & si aliquis homo cõtra faciat: si sit seruꝰ, qui inueniet eũ in hoc opere, verberet eũ. si autẽ sit liber, ducatur ad ædiles, & punietur ab eis. Itẽ cogẽtur destruere ꝙ fecerũt. Itẽ quilibet homo debet cõstruere viã ante facię domus suę: itẽ aquęductꝰ. & intelligas de dominis domorũ, nõ de cõductoribus. Si autẽ dñs domus nõ reficiat viã, & conductor reficiat: detrahit tantũ de mercede. Itẽ curent ædiles vt ante statiões nihil ponatur, nisi fullo ante stationẽ quã cõduxit, ponere vestimẽta vt siccẽtur. Itẽ qui facit rotas in statione, poterit eas ante stationẽ ponere. Idẽ intelligas de magistro Garsone, magistro sonatorũ, nostro hospite. Debent autẽ ꝓdicti ita ponere, vt nõ impediat vehiculũ ire. Itẽ debẽt ędiles curare vt rixę nõ fiãt in viis, neq; turpia deiiciant in viis, neq; morticina, vt canes mortui: neque coria. secꝰ fit in quadragesima in nostra ciuitate. nã qui habẽt falcones vel similes aues, occidũt canes vt carnẽ dẽt comedere auibus, & proiiciũt coriũ in viis. & hoc sæpe ego Fracisꝰ vidi in

BIU Cujas

in Biriota laudabili venatore,nostro charissimo vicino.Fran.

a *Ædiles.*no.bonam legem Græcam.Accursius.

b *Secundum ciuitates.*vt per burgos. idem si in ipsa ciuitate.

c *Non labilia.*id est non ruant.

d *Illabilia.*id est non ruinosa.

Ædiles[a] curules studeant & quæ secundum ciuitates[b] sunt viæ, vt vtique adæquẽtur: & effluxiones non noceant domibus: & pontem faciant vbicunque oportet. Studeant autem vt proprij parietes,& aliorum aliquid quæ circa domos quę ad viam publicam ducunt, non labilia[c] sint: quatenus vt oportet emundent domini domorum & construant. Si autem non emundauerint, neque cõstruxerint: multent eos quoad illabilia[d] faciant. Curent autem vt nullus effodiat vias, neque subruat,neque construat in viis aliquid. Si autem[e] seruus quidem fuerit, ab obuiante fustigetur:si liber,demonstretur ædilibus: ædiles autem damnificent secundum legem: & quod factum est,dissoluant. Cõstruat autem vias publicas vnusquisq; secũdum propriam domum:& aquæductus purget qui sub diuo sunt, id est,cœlo libero: & construat ita,vt non prohibeatur vehiculum transire. Quicumque autem mercede habitant:si non construat dominus, ipsi construentes cõputent dispendium in mercedem. Studeãt autem vt ante ergasteria† nihil proiectum sit vel propositum: præterquam si fullo vestimẽta siccet:aut tecton* trochos[f] exterius ponat. Ponant autem & hi vt non prohibeant vehiculũ ire. Non permittant autem rixari in viis:neque stercora proiicere: neque morticina,neque coria iacere. Translatum Pisis.]

DE VIA PVBLICA,ET itinere publico reficiendo.

TITVLVS XI.

I. VLPIANVS libro sexagesimooctauo ad Edictum.

Titulus iste non ad aliud pertinet nisi quia qui viam publice reficiebat, videbatur aliquid facere: sed hoc facere nõ est prohibitum. Dic ergo de via publica qualiter reficiatur & amittatur. Præterea hic de vrbana & rustica,sed ff. titu.2.tantum de rustica:vt in l.2.§.hoc interdictum.& sic nõ superfluit hic titulus.

[Prætor ait.] CASVS. Prętor prohibet vim fieri volenti reficere viam publicã, vel eam aperire: & si quis eum impediat, tenetur impediens hoc interdicto. Postea exponit Vlpianus verbum aperire. Item qui purgat, dicitur reficere. quid autem sit purgare, exponit. Tandem dicit: aliquis dicens se velle reficere viam:reficiendo eam,destruebat eãdem. dicitur ꝙ potest prohiberi absque pœna. Postea dicit: hoc interdictum est perpetuum,& omnibus & in omnes datur. Item in eo venit interesse agẽtis. Postea dicit,si populus Romanus nõ vtatur via publica longo tempore, non propter hoc amittit eã. Fr.

e *Si autem.*i.cõtra factum fuerit.

f *Trochos.*i.rotas,quibus vehuntur ligna. & idem in similibus.

g *Portio est.*i.species. sic ponitur.ff. de condictio. ob causam.l. fi. Azo.

h *Ad libramentum.*i. ad modum.Ot.vel.i.ad pulchritudinem.

i *Reducunt.* id est reficiunt.

k *Si quis in specie.* id est velamine.

l *Patietur.* ab aliquo,etiam sua auctoritate.

m *Neque longiorem.*per circuitus vel anfractus.& facit.C. de sacrosan.ecclesiis.l.qui sub prætextu.

n *Interdicit.*i.interdictum proponit.Azo.

o *Glaream.*i.fabulum cum paruis lapillis.Accursius.

p *Lapide stratam.*i.factam lapide manu strato : ad quod est.ff.de aqua plu.arcen.l.si prius.§.j.sed videtur hoc facere licere : vt.ff. de dam.infec.l.fluminum.in princi.quæ est contra. Solu. ibi ad publicam vtilitatem:vt ibi notatur.

q *Actoris intererit.*hoc expone vt.ff.titulo.ij.l.ij.§.penultimo.

r *Viam non potest.*nec ergo ad sanctum Iacobum:aliàs multis ire non liceret:& est speciale[a] contra regulam.C.de præscriptio.xxx.an.l.omnes.vel est ideo,quia videtur excipere si alius impediat:quod ius excipiendi non tollitur tempore : vt infra de except.do.l. pure.§. fina. & hoc est etiam si centum annon iuit,fauore publicæ vtilitatis.

Si in agrum.] CASVS. Si in agrũ vicini viã publicam deieci, teneor act. in factum ad interesse vicino. & da exemplum cũ via iret iuxta fundum tuũ:& forte habebat hæc via aliquos angulos.idem si non haberet cauã fundi tui ripã, vt inde homines irẽt.Item qui viam publicam exarauerit: tenetur ad munitionem vię.Franciscus.

s *Viæ reiectæ.*i. ꝓpter viam reiectam actio in factũ.Io. vel vtilis Aquil. vel(vt dicũt quidam)nomen est actionis, actio viæ reiectæ. Accursius.

t *Iniuria.* id est damnum.hoc tamẽ fallit in casu:quod dic vt supra quẽadmo. serui. amitt. l.si locus.§.fina.

u *Compellitur.* Qui si non est soluendo,vicini coguntur : vt.ff.eodem.l.ędiles.§.cõstruant. & ne quid in loco publico fiat.l.ij.§. viarum. Ac. Florentinus.

DE FLVMINIbus:& ne quid in flumine publico ripave eius fiat, &c.

Et pro id est, ne quid &c. vel de flumine non nauigabili:& ne quid in flumine &c. scilicet nauigabili &c.

Ait prætor.] CASVS. Prohibet ne qd fiat vel immittatur in flumine publico, vel in eius ripa:quo statio,id est locusvbi naues appodiatæ securę stant, vel iter nauigij deterius fiat. Secundo dicit:flumen discernitur à riuo vel magnitudine,vt quia flumen est magnum:vel opinione rusticorũ ibi iuxta morantium. Tertio dicit: flumen aliud perenne: aliud torrens.perenne est,quod semper currit:& torrens, quod in hyeme currit. & licet perenne aliqua æstate siccetur, nõ desinit per hoc esse peréne.Quarto dicit : flumen aliud publicum,aliud priuatum. publicũ est quod perenne est,vt Rhen⁹: & flumẽ Dicis:& ad hęc publica habet locum hoc interdictum: non ad priuata.Postea exponit quid sit ripa:& certe ripa est q̃ tenet flumen secundum naturalem cursum fluminis. si enim aliquo tempore superexcrescat aqua, & vadat vltra ripas consuetas: nõ efficitur quod occupatur nunc,ripa.item si decrescat flumen, non minuitur. si autem flumen cœpit plus de terra occupare,vt quia creuit alio flumine adiuncto:bene hoc casu crescet ripa. [*SI INSVLA.*] Insula in flumine publico nata est: in ea aliquis facit opus. dicitur quòd videtur non in publico facere: & sic cessat hoc interdictum. nam hæc insula non est publica, sed illorum qui habent ibi iuxtà agros : nisi isti agri sint limitati: id est limitibus assignati : quia tunc eis non accrescit insula : sed occupantis fiet. & quod dixi in insula:idem est & si flumen alueum dereliquit:& per alium locũ cœpit currere. nam alueus antiquus desinit esse publicus, & fit illorum

cina dicitur Latinè.

* *Vide in hunc locum Alcia. lib. pter.2.hoc ipso ti.Est autẽ Græcis tecton, faber,ꝑsertim lignarius.*

a *Immo nõ est speciale secundum Bar.hic.*

* *Flo. refictionis*

* *Flo. refictionis*

* *Flo. receptæ*

BIU Cujas

rum qui habent prædia ibi iuxta. vnde si fiat opus aliquod in tali alueo: cessat hoc interdictum. Idem est & si flumen dereliquit alueum nouum quem fecerat. nam is non reuertetur ad antiquos dominos: sed fiet eorum qui habent prædia ibi iuxta. [*SI FOSSA.*] Fossa quædam est manu facta, per quam currere incipit flumen. publica ex hoc fit: & si aliquid amodo in ea fiat, habet locum hoc interdictum: secus si flumen inundauit agrum meum, non alueum ibi faciendo. nã non fit publicus ager me⁹. & si qd operis fiat in agro meo p̃dicto, nõ habet locũ hoc interdictũ. idẽ est si flumen vadat circumquaque agrũ meũ. nã meus ager remanet: nec hoc interdictũ habet locũ si qd operis fiat in eo. idẽ & si fiat in flumine priuato. [*IN PVBLICO FLVMINE.*] Nũc exponit hoc verbum, in flumine: & dicit, quod fit in aqua fluminis, dicitur fieri in flumine. si autem fit in ripa aliquod opus, non dicitur fieri in flumine. Postea dicit: nõ vetatur omne opus fieri in flumine publico, vel eius ripa: sed illud tantum op⁹, quo facto deterior fit statio vbi naues appodiantur, vel nauigatio fiat deterior: & sic apparet quòd in flumine nauigabili habet locum hoc interdictum. at in flumine non nauigabili nõ videtur habere locũ: sed æquius est vt dicamus, si opus fiat in flumine non nauigabili, ita qꝫ aqua siccetur, vel aquæ cursus impediatur: vtile hoc interdictũ dari, vt liceat hoc opus tolli. Postea exponit verbum statio, positum in edicto. Postea exponit verba vltimi edicti: hęc scilicet, iter nauigij deterius fiat. nam intelligo siue ipsum nauigiũ fiat deterius per hoc opus, siue nauis, siue iter iuxta aquam fiat deterius, quod iter iuxta aquam causa nauigij erat. & vt breuiter dicã, qualitercumque nauigatio incõmodior fit per hoc opus: habet locum hoc interdictũ. [*LABEO SCRIBIT.*] Si fecisti opus in ripa per quod impeditur vsus nauigãdi: licet causa ripæ tuendæ feceris, non propter hoc te defendes: sed hæc est iusta exceptio faciendi opus: quasi dicat se fecisse lege concedente, vt conceditur. ĩ. l. proxi. Secundo dicit: hoc interdictum habet locum & in opere quod fit in mari, per quod portus siue statio siue nauigatio impediatur. Tertio dicit: hoc interdictum vtile datur & quando opus fiebat in flumine publico non nauigabili. [*DEINDE AIT PRAETOR.*] Nũc ponit aliud edictum, cuius sensus est, si facis opus in flumine publico, vel eius ripa, siue immissum ab alio habeas, per quod statio siue iter nauigij deterior fiat: ait prætor vt illud opus restituas. Secundo dicit: primum edictum est prohibitorium: secundum restitutorium: & ad idem spectant, scilicet ad commoditatem nauigandi. Tertio dicit: qui possidet opus per quod impeditur nauigium: licet illud opus non fecerit, tenetur hoc interdicto: scilicet vt restituat siue destruat opus illud. Fran. Ac.

† *Hoc edictũ eleganter explicat Cic. in orat. pro Cecinna.*

* *Flo. deterior*

† *i. semper fluẽs, perennis.*

† *i. hyeme fluẽs, torrẽs.*

* *Flo. nactꝰ*

DE FLVMINIBVS: NE quid in flumine publico ripáve eius fiat, quo peius nauigetur. †

TITVLVS XII.

1. VLPIANVS libro sexagesimooctauo ad Edictum.

AIt prætor: *Ne quid in flumine publico ripáve eius facias, neque quid in flumine publico, néve in ripa ei⁹ immittas, quo statio* [a] *iterve nauigio* [b] *deterius* * *sit, fiat.* [c] ℣ Flumẽ à riuo [d] magnitudine discernẽdũ est, aut existimatione [e] circũcolentiũ. Itẽ fluminũ quædã sunt perẽnia, quædã torrẽtia. Perẽne est, quod semper [f] fluat: [id est] ἀένναος. † Torrens [est, quod tantùm hyeme fluit: hoc est] * ὀχεμάῤῥους. † Si tamen aliqua [g] æstate exaruerit, quod alioquin perẽne fluebat: non ideo minus [h] perenne est. ℣ Fluminũ quędã publica sunt: quędam non. Publicum flumẽ [i] esse Casius definit, quod perẽne [k] sit. hęc sententia Casij (quã & Celsus probat) videtur esse probabilis. ℣ Hoc interdictũ ad flumina publica pertinet. Si autem flumen priuatum sit: cessabit interdictum. Nihil enim differt à cæteris locis priuatis flumen priuatum. ℣ Ripa autẽ ita rectè definietur, id [l] quod flumen continet, naturalem [m] rigorem cursus sui tenens. Cæterùm siquãdo vel imbribus vel mari vel qua alia ratione ad tẽpus excreuerit: ripas non mutat. Nemo denique dixerit Nilum, qui incremento suo Aegyptũ operit, ripas suas mutare, vel ampliare. Nam cum ad perpetuam [n] sui mensuram redierit, ripæ aluei eius muniendę sunt. Si tamẽ [flumen] naturaliter creuit, vt perpetuum incrementũ nactũ * sit, vel alio flumine admixto, vel qua alia ratione: dubio procul dicendum est ripas quoque ipsum * mutasse: quẽadmodum si alueo mutato alià cœpit [o] currere. ℣ Si insula in publico flumine fuerit nata, ínque ea aliquid fiat: non videtur in publico fieri. Illa enim insula aut occupantis est, si limitati [p] agri fuerunt: aut eius cuius ripam contingit: aut si in medio alueo nata est, eorũ est qui prope vtrasque ripas [prædia] possident. [q] ℣ Simili modo & si flumen alueum suũ reliquerit, & alià fluere cœperit: quidquid in veteri alueo factum est, ad hoc interdictum non pertinet. Nõ enim ĩn flumine publico factũ erit, quod est vtriusque vicini. Aut si limitat⁹ est ager, occupãtis alueus fiet. certè desinit esse publicus. Ille etiam alueus, quẽ sibi flumen fecit: [r] etsi priuatus antè fuit, incipit tamen esse publicus: quia impossibile est vt alueus fluminis publici non sit publicus. ℣ Si fossa manu facta sit, per quam fluit publicum [s] flumẽ, nihilo minus publica fit: & ideo si quid ibi fiat, in flumine publico factum videtur: aliter atque si flumẽ aliquam terram inundauerit, non alueũ sibi fecerit. tunc enim non fit publicum, quod aqua opertũ est. ℣ Itẽ si amnis [t] aliquid circumeat: sciendum est eius manere cuius fuit. Si quid igitur illic factum est, non est factum in publico flumine. Nec pertinet ad hoc interdictum, si quid in priuato factum sit: ne quidẽ si in priuato flumine fiat. Nã quod fit in priuato flumine: perinde est, atq; si ĩ alio priuato loco fiat. ℣ In flumine publico factum accipere debemus, quidquid in aqua fiat. Nam si quid extra factum sit: non est in flumine [pu-

a *Statio.* vbi naues rutę stant: vt. ĩ. ea. l. §. statio nem. Accursius.

b *Nauigio.* aliàs, nauigij, id est ꝓpter nauigium.

c *Sit fiat.* fit, in præsẽti: fiat, in futuro. ² vt supra ne quid in loco publico. l. ij. §. deinde ait prætor.

d *Flumen à riuo.* Hic riui nomine aqua fluens accipitur. Accursꝰ Florẽtinus legum doctor.

e *Existimatione.* id est opinione. sic & supra de fun. instru. l. cum de lanionis. §. asinam.

f *Semper.* i. sine fine. sic. C. de diuer. re. l. ij.

g *Aliqua.* id est aliquibus temporibus: ita quòd plerũque. sic. ĩ. eo. §. ripa. & insti. ad l. Aquil. §. is autem.

h *Non ideo minus.* idẽ ergo per contrariũ est in torrente.

i *Publicum flumẽ.* scilicet id demum. alia enim sũt priuata: vt Rapo & Mellum zellum. Azo. sed via publica dicitur, cuiꝰ solum est publicum: vt supra ne quid in loco publico. l. ij. §. viam.

k *Perenne.* id est perpetuum: etsi non omni tempore fluat.

l *Id.* s. est ripa qđ cõtinet & c. sic flumen est accusatiuꝰ: ripa dico tenens. s. vltro citroque.

c *Quanti.* apparet ergo q̃ debet fieri condemnatio ne prohibeatur nunc:& forte ne in futurũ.vel cautio forte erit præstanda ne in futurũ prohibeatur, donec cõstet debeatur seruitutibus etiã per seruos,vel colonos,vel amicos,vel etiã hospites, & ferè per eos omnes qui nobis d retinent seruitutes. Sed enim † per fructuariũ e [nobis] quidem seruitus retinetur: per fructuarium autẽ interdictum hoc domino non cõpetere Iulianus ait. ℣ Idem Iulianus scribit, si meus vsusfructus in fundo tuo,proprietas verò tua fuerit, & vterq; nostrum per vicini fundum ierit: f vtile interdictũ de itinere nos habere: & siue fortè ab extraneo g fructuarius prohibeatur:siue etiam à domino. h sed & si dominus à fructuario : i competet. Nam & si quilibet prohibeat ire: interdictum k aduersus eum competit. ℣ Hoc interdictum & ei cõpetit, qui donationis causa fundi vacuam l possessionem adeptus est. ℣ Si quis ex mandatu meo fundum emerit: æquissimũ est mihi hoc interdictum dari, vt ille vsus est qui mandatu meo emit. Sed & si quis vsumfructũ emit, vel vsum, vel cui legatus est & traditus: [hoc] interdicto vti poterit. Hoc amplius & is cui dotis causa fundus traditus est,experiri hoc interdicto poterit.Et generaliter m ex omnibus causis quæ instar habent venditionis,vel ex alterius*cõtractus: dicendum est huic interdicto locum fore. ℣ Ait prætor, n *Quo* itinere actúque hoc anno nõ vi,non clam, nõ precario ab alio vsus es: quò minus id iter actúmque,vt tibi ius est, o reficias,vim fieri veto. Qui hoc interdicto P vti volet:is aduersario damni infecti,quod per eius vitium datum sit, caueat. ℣ Vtilitas suasit hoc quoque interdictum proponere. q Nã cõsequẽs erat,eum qui itinere vtitur, interdictum proponere, vt refici iter possit. Quemadmodum r enim aliàs vti potest itinere vel actu commodè, quàm si refecerit? Corrupto enim itinere minus commodè frui aut agi potest. ℣ Hoc autem à superiore distat: f quòd illo quidem interdicto omnes vti possunt qui hoc anno vsi sunt: t hoc autem interdicto eum demum vti posse, qui hoc anno vsus est, & ius sibi esse reficiẽdi oporteat. u Ius autẽ esse videtur ei [reficiẽdi,] cui seruitus debetur. Itaque qui hoc interdicto vtitur,duas res debet docere: & hoc anno se vsum, & ei seruitutem competere. x Cæterùm si desiit alterutrum,deficit interdictũ:nec immeritò. Qui enim vult ire agere tãtisper y quoad de seruitute cõstet, z nõ [debet] de suo a iure docere. Quid enim perdit, qui eũ patiẽ hoc facere, quod * hoc anno b fecit? Enimuero qui vult reficere, aliquid † noui facit: neque debet ei permitti id moliri in alieno,nisi verè habet seruitutẽ. ℣ Fieri autẽ potest,vt quis ius eundi habeat & agẽdi, reficiendi ius non habeat: quia in seruitute constituenda cautũ sit, c ne ei reficiendi ius sit: aut sic, d vt si velit reficere, vsq; ad certum modum reficiẽdi ius sit.

*Flo.succedit quis in

*Flo.nos noceri hoc

†Lud. Ro. in suis sing. fo.6. singu. 159.reputat istum text. sing. ad hoc quòd procurator legis, vt est vsufr. nõ potest dominõ quærere seruitutem. Bolog. Adde quòd licet procurator legis, qualis est vsufructuarius,nõ possit domino, illam tamẽ quæsitã retinere potest: vt.l.vsufr.cum.l. seq. &.l.fi. ŝ.quẽadmo. serui. amit.

*Vulg.vel alt.contr.

m *Et generaliter.* facit.ŝ.si serui. vindi.l.ij.§.fin. & supra proxi. duobus.§§.

n *Ait prætor.* sequitur aliud edictum prætoris: quod sicut & superius est prohibitorium.

o *Vt tibi ius est.* in hoc fiet vis.ĭ.§.fieri.

P *Qui hoc interdicto.* facit.ĭ.eo.l.apparet.§. fin.&.ĭ.de riuis.l. Seruius.§.si quis riuũ.Accurs.

q *Proponere.* id est dare. & facit.ŝ.cõmunia prædio.l.refectionis.

r *Quemadmodũ.* id est qualiter.Accur.

f *A superiore distat.* quod est in prin. titu. Accursius.

t *Vsi sunt.* xxx. dieb', non vi, non clam,non precario. Accur.

u *Oporteat.* aliàs doceat. & aliàs oporteat. Accursius.

x *Competere.* Sed nõne satis est si probet vnum, id est seruitutem suã esse: vt.ŝ.si ser.vin. l.loci.§. si quis. & hoc etiam quædam verba innuere videntur,scilicet ius autẽ &c. &.ĭ.§. fieri autẽ &c. Respon. posset dici, duo necessaria, si à primo incipias: secus si ab altero: vt & aliàs. C. de iure delib. potuit. & de inoff.do.l.si liqueat.&.ŝ. de adquir.posl.ij.§.in amittenda.&.l. quemadmodum.Sed huic opinioni obstat quod dicitur si desit alterutrũ. sed tunc pones pro altero: vt & aliàs.ŝ. de leg. j. l. si ex toto.§.j. Vel dic, in confessoria si phibeatur referre: satis est si prohibetur seruitus cõpetere agẽti confessoria.sed in hoc interdicto secũdo duo probantur:vt hic.&.ŝ. si serui. vindi.l.loci.§. si quis mihi. sed in primo capite vnum sufficit: vt in prin.huius.§. &.ŝ. si serui. vindi.l.ij. §.Põponius. Item no. hic: quotiens duo vel plura sunt necessaria, alterum adesse non sufficit:vt &.ŝ.de diuor.l. fina.§. ait lex. & in authen.vt immobilia antenuptia.do.§.verumtamen.colla.v.& C.de aucto.præstan.l.fina. Item no.quòd hoc secundum caput obtinet instar proprietatis : vt &.ŝ.de interdic. l.ij.§.quædam. Item contra infra de riuis.l.j.§.hoc interdictum. Solu.speciale in riuo:vt & ibi dices in glossnon habet.Item sacit.ŝ.de Carbo.edic.l.iij.§.missum.Accursius.

y *Tantisper.* id est solummodo.

z *Constet.* scilicet sit debita,vel non.

a *De suo.* ex necessitate, vt probet sibi seruitutem competere: vt &.ŝ.si serui.vindi.l.ij.§.Pomponius.

b *Hoc anno.* q.d.nil.sed certe immo plus facit:quia cauet.quod dic vt infra titu.j.l.penul.Azo.

c *Cautum sit.* si autem hoc non sit cautum, reficere licet:vt &.ŝ. si serui.vin.l.loci.§.si quis mihi.

d *Aut sic.* scilicet sit cautum.

Prætor

aut clam, aut precario ab eo sit vsus,in cuius locum hereditate, vel emptione, alióve quo iure successi : idem esse dicendum. Cũ enim successerimus * in locum eorũ:æquũ a non est nocere * aduersus nos hoc quod aduersus eum non nocuit,in cuius locum successimus. ℣ In hoc interdicto examinatur, b quanti c eius interesset,via nõ prohiberi siue itinere. ℣ Vti videmur seruitutibus etiã per seruos,vel colonos,vel amicos,vel etiã hospites, & ferè per eos omnes qui nobis d retinent seruitutes. Sed enim † per fructuariũ e [nobis] quidem seruitus retinetur: per fructuarium autẽ interdictum hoc domino non cõpetere Iulianus ait. ℣ Idem Iulianus scribit, si meus vsusfructus in fundo tuo,proprietas verò tua fuerit, & vterq; nostrum per vicini fundum ierit: f vtile interdictũ de itinere nos habere: & siue fortè ab extraneo g fructuarius prohibeatur:siue etiam à domino. h sed & si dominus à fructuario : i competet. Nam & si quilibet prohibeat ire: interdictum k aduersus eum competit. ℣ Hoc interdictum & ei cõpetit, qui donationis causa fundi vacuam l possessionem adeptus est. ℣ Si quis ex mandatu meo fundum emerit: æquissimũ est mihi hoc interdictum dari, vt ille vsus est qui mandatu meo emit. Sed & si quis vsumfructũ emit, vel vsum, vel cui legatus est & traditus: [hoc] interdicto vti poterit. Hoc amplius & is cui dotis causa fundus traditus est,experiri hoc interdicto poterit.Et generaliter m ex omnibus causis quæ instar habent venditionis,vel ex alterius*cõ-

e *Per fructuariũ.* audi quare dixit, fere . per vsum ergo fructuarij non agit dominus hoc interdicto:sed ipse fructuarius sic,vt hic,&.ŝ. si serui. vin.l.ij.§.fin.& sic fallit hęc regula hic præmissa.Item fallit in colono qui conduxit ad nõ modicũ tempus, cum habeat ius in re ad instar fructuarij. vnde cum dixit hic de colono, accipe qui cõduxit ad nõ modicum tẽpus. Item fallit cũ quis putat suum fundum esse, qui est meus:& sic vtitur seruitute. nã seruitus retinetur:vt.ŝ.quẽadmo. serui. amit.l. nã satis.j. respon. &.l.denique.est tamen interdictum mihi inutile:sed sibi competit : vt.ŝ.eo.l.j.§.is cuius.&.§. seq.&.§.si tibi fundum.in fin.§.item fallit cum precario via mihi debita est:tu putans debitam fundo vtaris: cum tibi fundum cõcesserim precario:vt.ŝ.eo.l.j.§.si tibi fundum.in fi.§.

f *Ierit.* xxx.vicibus hoc anno,non vi,non clam,non precario.

g *Ab extraneo.* extraneum accipe etiam dominum vicini fundi per quem itum est.

h *A domino.* scilicet proprietatis.

i *A fructuario.* scilicet prohibeatur.

k *Interdictum.* scilicet istud. & sic no. aduersus quemlibet prohibentem dari hoc interdictum.

l *Vacuam.* id est fundum: & vacuam eius possessionem,nomine cuius eundo sibi interdictum quæsierat qui donauerat eum mihi.& facit.ĭ.proximis duobus.§§.

BIU Cujas

Merito ergo ad refectionem se prætor retulit. [a] *Vt tibi*, inquit, [b] *ius est, reficias. Vti ius est*: hoc est, sicuti per seruitutem impositã licet. Reficere sic accipimus, ad pristinam formã iter & actum reducere: hoc est, ne quis dilatet, [c] aut producat, [d] aut deprimat, [e] aut exaggeret. [f] & aliud est enim reficere, lõgè aliud [g] facere. Apud Labeonem quæritur, si pontem quis nouum velit facere [h] viæ muniendæ causa: an ei permittatur. Et ait permittẽdum, [i] quasi pars sit refectionis huiusmodi munitio. Et ego puto veram Labeonis sententiam: si modò sine hoc commeari nõ possit. [k]

IIII. VENVLEIVS libro primo Interdictorum.

VEteres nominatim adiiciebant, [l] vt ea quoque [m] quæ ad refectionem vtilia essent, adportanti [n] vis nõ fieret. [o] quod superuacuũ est: quoniã qui adportari nõ patitur ea sine quib[o] refici iter non possit, vim facere videtur quo minus [p] reficiatur. Si quis autẽ cum posset cõpendiaria [q] adportare q̃ refectioni necessaria sunt, longiori itinere velit adportare, vt deteriorem causam [r] eundi faciat: impune ei vis fiet: quia ipse sibi [s] impedimento sit quo minus reficiat.

V. VLPIANVS libro vicesimo ad Edictum.

APparet [t] ergo eum qui non patitur hæc congeri, vim facere quo minus quis perficiat. ℣ Planè si quis cùm posset alia parte agri sine incommodo domini fundi impẽsam adportare, id egit vt alia parte adportaret: impune ei vim fieri rectè placuit. ℣ Hoc interdictum nõ solũ ipsi, verùm successoribus quoque esse dandum, non est ambigẽdum. Emptori quoque dabitur, & in emptorem. [u] ℣ Si quis seruitutem iure impositã [x] nõ habeat, habeat autem velut longæ [y] possessionis prærogatiuã ex eo, quòd diu vsus est seruitute: interdicto hoc [z] vti potest. ℣ Qui hoc interdicto [a] vsurus est, de vitio operis [b] cauere aduersario debet:

VI. PAVLVS libro sexagesimo sexto ad Edictum.

SIcut enim non nocet ei qui sine vitio vsus est, [c] ꝙ eodẽ anno vitioſè vsus est: ita emptori hæredíque non nocebit, ꝙ ipsi vitioſè vsi sunt, si testator venditórve rectè vsi sunt. [d]

VII. CELSVS libro vicesimo quinto Digestorum.

SI per fundum tuum nec vi, nec clam, nec precario [e] cõmeauit aliquis, nõ tamẽ tanquã id suo iure [f] faceret, sed si prohiberetur, nõ facturus: inutile est ei [hoc] de itinere actúque interdictum. Nam vt hoc interdictum ad meum: possum reficere illud iter: & habeo hoc interdictum ne prohibear: & hoc interdictum datur emptori mei fundi, & datur successoribus meis etiam in emptore fundi seruientis. & quod dictum est hoc interdictum dari habenti seruitutem itineris: est verum, siue eam habeat iure pacti, siue iure præscriptionis longissimæ. & qui hoc interdicto agit, debet cauere de vitio operis si quod ob hoc contingeret. Franciscus.

u *Praetor retulit.* dicendo hæc verba quæ sequuntur.
b *Inquit.* prætor. ſ. ea. l. ſ. ait prætor.
c *Ne quis dilatet.* in latum. Accursius.
d *Producat.* in longum: quia actum erat in constituenda seruitute vt vsque ad certum locum liceret reficere, non vltra.
e *Deprimat.* in profundum. Accursius.
f *Aut exaggeret.* in altum. & facit. ſ. de via publ. l. j. ſ. ſi quis sub specie. Sed contra. ſ. communia prædio. l. refectionis. ſ. sed & depressurum. vbi dicitur hoc licere. Sol. vt ibi.
g *Aliud.* hoc secundum verborum significationẽ: vt hic. & arg. ff. de riuis. l. j. ſ. deinde ait prætor. &. ſ. de via publi. l. j. ſ. j. &. ſ. de nouo ope. nun. l. j. ſ. ſi quis ædificium. &. ſ. de vſufru. l. hactenus. in fine. &. l. ſeq. &. l. ſed cũ fructuarius. ſ. fi. Itẽ in eo. tit. l. vſufructuarius nouũ. sed quãdoq; nõ interest inter reficere & facere: vt ar. ſ. de mor. infe. l. j. ſ. pen. Accur.
h *Velit facere.* scilicet aliquẽ riuum qui corrumpit viam.
i *Permittẽdum.* hoc in priuata via: secus in publica: vt. ſ. ne quid in loco publi. l. ij. ſ. tractatũ. & de via publi. l. j. ſ. ſi quis sub specie. quæ sunt contra. Acc.
k *Non possit.* cõmode. arg. infra eo. apparet. Azo.

VEteres.] CASVS. Cum vellem reficere iter vel actũ meũ, faciebam adportari lapides vel ligna causa reficiẽdi prædictũ iter. vicinus nõ patitur hęc portari. de isto prohibente veteres specialiter ponebãt in edicto, sed superflue. qui enim has res portari vetat, per consequens reficere vetat: & sic habet locum nostrum edictum absque aliquo supplemento. si autem magis commode aliunde possem facere portari, sed faciebam portari tãtum per istud iter, & per hoc destruitur fundus in quo est iter: hoc casu bene possum prohibere absque pœna. & hoc dicit hæc lex, & prin. seq. Fran. Accur.
l *Adiiciebant.* in edicto prætoris.
m *Ea quoque.* non solum reficere posse.
n *Adportanti.* aliàs deportanti.
o *Non fieret.* supple vt probaret supradicta duo: vt. ſ. l. proxi. ſ. hoc autẽ à superiore. alia autẽ portare posset, nõ solum reficere.
p *Quo minus.* vt infra de riuis. l. Seruius. ſ. fi. &. l. j. ſ. j. & arg. supra. ſi quis ali. test. prohi. l. ij. in prin. & supra si ser. vind. l. loci. ſ. si quis. &. l. ij. ſ. ij. & communia prædi. l. refectionis. ſ. si per tuũ. Et ex his concor. collige arg. quòd tacite videntur concedi ea sine quibus expressim concessum non potest exerceri. sic. &. ſ. de iurisd. om. iudi. l. ij. & econtra quòd sicut principale non debet impediri, sic nec illud per quod peruenitur ad id: vt ex præmissis concor. Accursius.
q *Compendiaria.* scilicet via, id est breui.
r *Causam.* id est proprietatem in qua iter debetur.
s *Sibi.* respon. tacitæ obiectioni quare sic impediatur reficere: sed hic non ab alio, sed à seipso. & facit. ſ. de seruit. si cui. & continua cum. l. seq. Accursius.

APparet.] CASVS in prin. positus est in. l. seq. [HOC INTERDICTVM.] Habeo seruitutem itineris per fundũ tuum ad meum: possum reficere illud iter: & habeo hoc interdictum ne prohibear: & hoc interdictum datur emptori mei fundi, & datur successoribus meis etiam in emptore fundi seruientis. & quod dictum est hoc interdictum dari habenti seruitutem itineris: est verum, siue eam habeat iure pacti, siue iure præscriptionis longissimæ. & qui hoc interdicto agit, debet cauere de vitio operis si quod ob hoc contingeret. Franciscus.

t *Apparet.* iũge cum præcedenti. l.
u *Emptorem.* facit supra eod. l. iij. in princ. &. ſ. idẽ Iulianus. vſq; ad. ſ. ait prætor. & infra titu. j. l. j. ſ. ait prætor. &. ſ. de inter. l. ij. ſ. hæc autem. in fi.
x *Seruitutem iure impositam.* per testamentum, vel per pactum. & dic seruitutem. ſ. itineris vel actus, de quibus hic titulus tractat.
y *Longæ.* id est longissimæ: cuius non extat memoria. nam longo tempore seruitus non potest adquiri, scilicet itineris vel actus: cum non habeat perpetuam causam, vel quasi perpetuam: vt. ſ. de ser. l. seruitutes. iij. in princ. In aliis autem quæ habent perpetuam causam, nõ posset hoc intelligi: quia in his non habet locũ hoc interdictum: vt. ſ. eo. l. j. ſ. j. Itẽ posset proprie poni pro spatio. x. an. vel xx. etiam in itinere vel actu: vt no. ſ. de serui. l. seruitutes prædiorum. in glo. sed hæc secũda bona &c. in fin.
z *Interdicto hoc.* secũdo de reficiendo. nam primum competit etiã si nullũ de his habeat: vt. ſ. eo. l. j. ſ. ij. & facit supra de aqua plu. ar. l. fin. &. C. de seruit. & aqua. l. j. &. ij. &. l. ſi manifeste.
a *Qui hoc interdicto.* scilicet de reficiendo.
b *Operis.* id est de damno quod operis vitio contingit. Azo. & facit supra eo. l. vnde. ſ. qui hoc.

SIcut enim.] CASVS. Si anno vsus sum non vi, non clam, non precario: licet postea vtar vi vel clam, non nocet mihi quin habeam hoc interdictum. Item si bona fide vsus vsum itinere per fundum tuum per annum, non nocet hæredi meo, vel ei qui emit à me fundum dominantem: licet vi aut clam vtantur illo itinere. Fran. Accursius.
c *Vsus est.* scilicet postea: vt &. ſ. eo. l. j. ſ. fi. &. l. ij. &. iij. in prin.
d *Vsi sunt.* ad hoc est. ſ. l. proxi. ſ. hoc interdictum. & supra de interdi. l. ij. ſ. hæc autem. in fin. ſ. & supra de Publi. in rẽ ac. l. sed si res*. ſ. in hac actione. *eum qui.

SI per fundum.] CASVS. Vsus sum itinere per fundum tuum non vi, non clam, non precario: non tamen iure seruit. quam crederem me habere, vsus sum: sed habens animum discedendi statim cum prohiberer. per talem meum vsum non adquiro hoc interdictum de itinere actúque &c. sed est necesse vt credam me habere seruit. eundi, & ideo vtar itinere. & per talem vsum adquiro hoc interdictum primum. Fran. Accursius.
e *Nec precario.* facit. ſ. eo. l. j. in prin. &. C. de ser. & aqua. l. j.
f *Suo iure.* id est sua seruitute. sic ius pro seruitute ponitur [a] insti. de reb[o] cor. & incor. ſ. fi. & facit. ſ. eo. l. j. ſ. Iulianus recte ait. &. j. tit. ij. l. pen. ſ. hoc interdictum. in fin. ſ. &. ſ. Aristo. &. ſ. quẽadmo. ser. amit. l. fin.

a *Concor. glo. in rub. extra de iudi. in antiquis.*

a *Ius.* id est seruitutem.
b *Possedisse.* vel quasi: cum incorporalia proprie non possideãtur: vt.ſ.de adquir.re.do.seruus.§.incorporales.

DE AQVA QVOTIDIANA ET AESTIVA.

Vsus aquæ, sicut itineris, est quædam quasi possessio: ideoque hanc sicut illam prætor tuetur interdicto reddito.

AIt prætor.] CAVSVS. Ponitur edictũ cuius sensus est: Qui aquã de loco alieno duxit per annũ: quo minus in futurum ducat, prætor vetat fieri vim. Secũdo loquitur Vlp. & dicit: hoc edictũ est prohibitoriũ, & est etiã restitutoriũ. quod exponе vt in glo. & habet locũ in aqua quotidia. & illa aqua dicit quotidiana, non tãtum illa quæ quotidie ducitur, sed & illa quæ omni tẽpore posset duci, ducitamen aliquo tempore non expedit. Et quotidiana aqua differt ab ęstiua in vsu. quotidiana enim ducitur & æstiuo tẽpore. sic & dicũtur vestimẽta æstiua quib[9] quis vtitur in æstate. sic castra æstiua dicuntur. sed verius est vt dicamus discerni æstiuã aquã à quotidiana, inspecta mente hominum vtentiũ. nam si aqua quę perpetuo duci potest, nõ tamẽ quis vtitur ea nisi in æstate, ęstiua dicatur: idẽ multo magis si aqua est talis quæ non potest duci nisi in æstate. & si natura locorũ sit talis vt nõ recipiant aquã nisi in æstate: æstiua aqua dicitur. Postea exponit verbum edicti, scilicet

† *Huc pertinẽt variæ aquarũ distinctiones, quas latè explicat Cæl. Rhodig. lib. 26. lect. antiq. cap. 13.*

ctum competat, ius [a] fundi possedisse [b] oportet.

DE AQVA QVOTIdiana & æstiua.

TITVLVS XX.

1. VLPIANVS libro septuagesimo ad Edictum.

AIt prætor, *Vti hoc anno aquam, qua de agitur, nõ vi, non clã, non precario ab illo duxisti: quo minus ita ducas, vim fieri veto.* [c] Hoc interdictũ prohibitoriũ est, [d] & interdum restitutoriũ: [e] & pertinet ad aquã quotidianã. Quotidiana [f] autẽ aqua nõ illa est [g], quæ quotidie ducitur: sed ea qua quis quotidie posset vti si vellet: quãquam quotidianã interdũ hieme ducere nõ expediat, etsi possit duci. ℣ Duo autem sunt genera † aquarum. est quotidiana, est & ęstiua. Quotidiana ab ęstiua differt vsu, [h] non iure. [i] Quotidiana [aqua] ea est quæ duci adsidue solet, vel ęstiuo tempore, [k] vel hiberno: etiam si aliquando ducta non est. Ea quoq; dicitur quotidiana, cuius seruitus intermissione temporis diuisa est. Aestiua autem ea est, qua æstate sola vti expedit: sicuti dicimus vestimẽta æstiua, saltus æstiuos, castra æstiua: quibus interdum etiã hieme, plerũque autẽ æstate vtimur. Ego [autem] probandum puto, ex proposito vtẽtis, & ex natura locorũ aquam ęstiuam à quotidiana discerni. Nã si sit ea aqua quæ perpetuo duci possit, ego tamen æstate sola ea vtar: dicendũ est hãc aquam esse æstiuã. Rursus si ea sit aqua quæ non nisi æstate duci possit, æstiua dicetur. Et si ea sint loca quæ natura non admittant aquam, nisi æstate: dicendum [l] erit rectè æstiuam dici. ℣ Quod autẽ scriptum est in interdicto [hoc,] *Vti hoc anno aquam duxisti:* hoc est, non quotidie, sed hoc anno vel vna die, [m] vel [vna] nocte. Ergo quotidiana quidẽ aqua ea est, quæ quotidie duci possit, vel hieme, vel æstate, etsi aliquo momento tẽporis ducta [non] sit. [n] Aestiua autẽ [ea est,] quæ quotidie quidẽ duci possit, vel sola æstate: ducatur autẽ æstate tantũ, non & hieme: non quia non possit & hieme, sed quia nõ solet. [o] ℣ Loquitur autẽ prætor in hoc interdicto de ea aqua sola, quæ perennis est. Nulla enim alia duci [p] aqua potest, nisi quæ perennis est. Quãquã autẽ ad perennes aquas dixerimus hoc interdictũ pertinere: ad eas tamẽ perennes pertinet, quæ duci [q] possunt. Cæterũ sunt quædã [aquæ,] quæ etsi prohibear ducere. Sed pone q̃ habeo ius ducẽdi .x. oues ad fontem tuum causa bibendi. duco .xx. certe prohibeor in .x. ducendis tantum, nõ in aliis. Postea dicit: hoc interdictum competit tantũ ei qui putat se habere ius ducendi aquã. & sufficit q̃ à prin. duxit aquam non vi, non clam, non precario, sed credens se habere ius ducendi aquam, licet postea vi vel clam ducere cœpit aquam. Sed quid si à prin. anni duxit aquam: postea per se aqua veniebat: & aliquis nunc prohibeat aquam venire? Dicitur q̃ habet locũ hoc interdictum. Item habet locum hoc interdictũ quando quis credit se habere ius ducẽdi aquã de tertia in tertiã diẽ, vel de quinta in quintã diem, & cœpit ducere per vnã diem: & postea prohibeatur ducere alia tertia die vel quinta. nam habet locũ hoc interdictum. secus autẽ si nunc volebat ducere omni die: nã bene posset hoc casu prohiberi. Vltimo dicit: prohibitus ducere aquã quam per annum duxerat: ęstiuo lõgo tempore quòd non sum ausus ducere aquam: & sic non vẽdo, amisi ius aquæ ducendæ. agam contra te hoc interdicto, per q̃d constitues mihi seruit. de nouo. h.d.v.ſq; ad.§. ſi fundum. Fran.

c *Veto.* facit supra tit. j.l.j.in prin. & infra de de fonte.l.j. in prin. & infra eo.§.quod autem &c. Accursius.
d *Hoc interdictũ prohibitorium est.* vt infra ea.l.§.Labeo. sic & superius: vt.ſ.tit.j.l.j.§.j.
e *Restitutorium est.* vt cogaris destruere q̃d feciſti: ſi forte aliquid feciſti quo minus possim aquã ducere vti hoc anno duxi. & facit.ĩ.ea.l.§.ꝑterea illud sciendũ. &.§.Labeo.
f *Quotidiana.* de æstiua dicitur.ĩ.eo.§.deinde.
g *Non illa est.* scilicet sola. & facit.ĩ.de verbo.sign.l.malũ.§.ſi.
h *Differt vsu.* vt apparet ex sequentibus.
i *Non iure.* quia pro vtraque dantur interdicta, licet diuersa vt.ĩ.ead.l.§.quod autem diximus.
k *Tempore.* vt interuallo mẽsium, vel dierum: non autẽ hiemis, vel æstatis: sic actio legis Aquiliæ aptitudine dicitur pœnalis: licet non semper sit ibi pœna: vt insti. de lege Aquil.§.his autem verbis. & ſa.ſ.de flumi.l.j.§.ij. Accursius.
l *Dicendum.* tria ergo exiguntur vt aqua sit quotidiana. Primo, vt quotidie & omni tempore sui natura duci possit. Item vt nullo tempore impediatur eius vsus, propter naturam loci cui seruitur: vt hic, &.ĩ.e.l.de interdicto. Item tertium, scilicet propositum vtentis, scilicet quòd eo proposito vtatur quòd omni tempore velit ea vti, etsi non quotidie ducat: vt hic. & facit.ſ.de ſer.vrb.prædio.l.foramen. Accursius.
m *Vna die.* secus in superiore interdicto: quia .xxx. diebus: vt.ſ. tit.j.l.j.§.hoc interdicto.
n *Non sit.* quia hoc non curo, possit vel non possit hieme duci. Accursius.
o *Non solet.* quia forte nec expedit. & facit infra eod.l.de interdicto. & facit supra de ſer.vrba.prędi.l.foramen. & de seruit.rust. prædi.l.vna est via.
p *Duci.* scilicet quotidie. ad quod facit dicta.l.foramen. & supra de flu.l.j.§.ij.
q *Duci.* scilicet quotidie.

Extra

perēnes sint, duci tamē nō possunt: vtputa puteales: & quę ita sūt submersę, vt defluere extra* meat' suos, [a] & vsui esse nō possint. Sed huiusmodi aquis, quæ duci non possint, haustus seruitus imponi potest. ¶ Hæc interdicta de aqua, item de fonte, ad eam aquam pertinere videntur, quæ à capite ducitur, non aliūde. [b] Harum enim aquarum etiam seruitus [c] iure ciuili constitui potest. ¶ Caput aquæ illud est, vnde aqua nascitur. si ex fonte nascatur, ipse fons. si ex flumine, vel lacu, prima incilia, [d] vel principia fossarum, quibus aquæ * ex flumine, vel ex lacu [e] in primum riuum compelli* solēt. Planè si aqua sudoribus [f] manando in aliquē primū [g] locum effluere, atque ibi apparere incipit: eius hoc caput dicemus, vbi primùm emergit. Et qualitercumque * [h] sit constitutum ius aquæ: dicendum est hoc interdictum locū habere. Sed & si iure aqua non debetur alicui: si tamen iure ducere se putauit: cum non in iure, [i] sed in facto errauit: dicendū est, eoq; iure vtimur, vt interdicto hoc vti possit. Sufficit enim si iure [k] se ducere putauit, nec vi, nec clā, nec precario duxit. ¶ Illud [l] quæritur, vtrum ea tantū aqua his interdictis contineatur, quę ad agrum irrigandū pertinet: an verò omnis, etiam ea quę ad vsum quoque & commodum nostrū [pertinet.] Et hoc iure vtimur, vt hęc quoque cōtineatur. propter quod etiā si in vrbana prędia quis aquā ducere velit, hoc interdictum locum habere potest. ¶ Præterea [m] Labeo scribit etsi quidam ductus aquarū nō sit fundi, [n] quia * quocunque [o] duci possint: tamen ad hoc interdictū pertinere. ¶ Idem Labeo scribit, etiam si prætor hoc interdicto de aquis frigidis sentiat: tamē de calidis aquis interdicta non esse deneganda. Nāq; harum quoque aquarum vsum esse necessarium. nōnūquam enim refrigeratæ [p] vsum irrigādis agris præstant. His accedit quòd in quibusdā locis & cùm calidæ sunt, irrigandis tamen agris necessariæ sunt: vt Hierapoli. Constat enim apud Hierapolitanos in Asia agrum aqua calida rigari. Et quamuis ea sit aqua, quæ ad rigandos [agros] non sit necessaria, [q] tamen nemo ambiget his interdictis locum fore. Siue autem intra vrbem sit aqua, siue extra vrbem: huic* interdicto locus erit. ¶ Illud tamen illic* [r] intelligendum est eodē modo prætorem duci aquam iussisse, quo ducta est hoc anno. Proinde neque amplioris modi [s], neque aliàs* [t] permisisse potest videri. Quare si alia aqua sit quam quis velit ducere, quàm hoc anno duxerit: vel eadem, per aliam tamen regionem velit ducere: impune ei vis fiet. ¶ Illud Labeo dicit, omnes partes illius fundi, in quem* locum aqua ducitur, eiusdem modi [u] esse. Ergo & si fortè actor confinem agrum emerit, & ex agro in quem hoc anno aquam duxerit, postea fundi empti nomine velit [x] aquam ducere: ita demum eum rectè hoc interdicto vt de itinere actúque vti putant: vt semel in [fundum] suum ingressus, inde egredi qua velit possit: nisi [y] ei nocitum sit, ex quo aquā ducit. ¶ Iem quæritur, si quis aquæ quam hoc anno ducebat, aliam aquam admiscuerit, an impune ꝓhibeatur. Et extat Ofilij sententia existimantis rectè eum prohiberi: sed eo loci, in quo primùm aquam aliam in riuū admittit. [z] & Ofilius in tota aqua rectè eum prohiberi ait. Ego Ofilio adsentio non posse diuidi: quia non potest ita in parte vis fieri, vt non in tota [a] aqua fiat. ¶ Trebati' [ait [b],] cum amplior numerus pecoris ad aquam appelletur, quàm debet appelli, posse vniuersum pecus impune prohiberi: quia iūctum pecus ei pecori cui adpulsus debebatur, totum corrumpat pecoris [ad aquam] adpulsum. Marcellus autem ait, si quis ius habens pecoris ad aquam appellendi, plura pecora appulerit,* non in omnibus pecoribus [esse] eum prohibēdū. Quod est verū: quia pecora seperari possūt. ¶ Aristo [c] putat

a *Extra meatus suos.* aliàs sui. Accursius.
b *Non aliunde.* hoc iure veteri: hodie secus: vt. ff. de serui. rusti. prædio. l. seruitus aquæ ducendæ. & facit. l. ex meo. ibi.
c *Etiam seruitus.* q. d. non solū possessoriū, sed etiam petitoriū poterit adquiri. vel dic etiā iure ciuili, nō solū prętorio. quādoque etiam nō ciuili, sed prętorio tantū constituitur seruitus aquæ: vt in lacu & stagno, & aliis quę nō habent perpetuam aquā: vt. ff. de serv. prędi. l. foramē. & ibi de interdicto. Acc.
d *Incilia.* hoc statim exponitur, vt. ff. de riuis. l. j. §. incile. Ac.
e *Ex lacu.* hoc accipe prætorio, nō iure ciuili, vt modo dixi.
f *Sudoribus.* ꝓueniētibus supra terram.
g *Primum.* id est in quo loco sit primo cōstitutum ius aquæ.
h *Et qualitercūque.* i. siue testamēto, siue inter viuos.
i *Non in iure.* nota ignorantiam iuris non prodesse: facti sic. arg. ff. de vsuca. nūquam. in princ.
k *Iure.* seruitutis, vel alterius iuris quod putaret se habere: vt. j. §. illud quæritur. &. §. ꝓterea. & §. idē Labeo. & §. Aristo. & bona fide: quod innuunt illa verba hic posita: nec vi, nec clā, nec precario. Et est generale in qualibet seruitute quærēda tempore, vt hęc duo debeāt interuenire: ꝙ iure seruitutis, & bona fide vtatur: vt. ff. quemadmo. serui. amit. l. fin. licet in seruitutis proprietate nō exigāt quidā bonā fidē, per. l. ff. si serui. vindi. l. si quis diuturno. qđ nō placet: hic aūt non est necesse ꝓbari vere sibi deberi seruitutem: sicut dixit in superiori interdicto: vt. ff. titu. j. l. j. §. ij. Alij dicūt ꝙ est necesse. ar. supra titu. j. l. fi. qđ nō placet: quia hæc lex diuersa. cit contra.
l *Illud.* facit supra cōmunia prædio. l. ij.
m *Præterea.* aliàs prætereа: & aliàs ꝓpterea.
n *Non sit fundi.* id est non sit seruitus fundi, quia non cohæret solo, sed opus manufactū ligneum vel lapideum vnde ducitur. vnde nō est seruitus fundi, sed aliud ius.
o *Quia quocunque.* vel quia est dictio qualitatem. q. d. quocunque loco velis, id

p *Refrigeratæ.* postea ipsa ductione: licet exeant prius calidę de cauernis terræ. Accurs.
q *Non sit necessaria.* est tamen necessaria ad aliquem vsum. aliàs cō tra. ff. de serui. l. quotiens. j. §. aliter. & facit supra. §. illud quæritur.
r *Illud tamen illic.* id est in edicto posito. ff. in princ. huius. l. vbi licet exprimat ductionē faciendam vt olim: nō tamen aperit eandem qualitatem. quod hic interpretatur.
s *Neque amplioris modi.* ad quod est supra de iti. actúque priua. l. iij. §. pe. & supra de serui. l. si cui.
t *Neque aliàs.* i. per alium modum.
u *Eiusdem modi.* aliàs eiusdem numeri nunquam esse. Et sic dic eiusdem fundi, vt etiā emptum comprehendat, qui est vnitus cū primo. aliàs eiusmodi esse: & deest nūquam: & est sensus, vt fundo debita, omnibus partibus fundi debeatur: vt supra de seruit. rusti. prædio. l. via. §. fina. & supra quemadmo. seruit. amitt. l. si partem. Accursius.
x *Velit.* scilicet partem. secus vero ante ingressum: vt in contrariis: vt supra de serui. rust. prędi. l. ex meo. & C. de serui. & aqua. l. non modus. Ac.
y *Nisi.* hoc ita de aqua, nisi &c. & facit. ff. de pericu. & commo. l. j. §. licet. & solu. mat. l. ij. §. j.
z *Admittit.* potest ꝓhiberi. Ioan. non etiam. j.
a *Vt non in tota.* facit. ff. de aqua plu. arcen. l. ij. §. fi. & infra. §. proxi. cōtra: sed ibi patet solu.
b *Trebatius ait.* contradicens Ofilio. facit supra quorum lega. l. j. §. si duæ. & supra ad Velle. l. vir vxori. §. fi. & supra de condic. fur. si seruus furtiuus. §. fi. & ff. quemad. seruit. amit. l. si is cui. item. §. proxi. cōtra. sed ibi nō poterat diuidi: hic sic. Accursius.
c *Aristo.* facit. ff. de iti. actúque priua. l. j.

A est ad quemcunque locum, ad prædium etiam vrbanum: vt infra proxi. §. &. §. siue autem. vel quemcunque alium, forte vt ibi lauer totus, vel pedes mei vel meorum equorum. aliàs est, qui à quocūque, scilicet homine cui ius ducendi competit.

præscrip. cio mala fide currere: vt l. omnes. & l. sicut. de script. 30. vel. 40. annorū, hodie sunt correcta: vt not. glo. Inno. An. Imo. Panor. & alii in ca. si diligenti: præalleg. de præscri. glo. in palle. regula possessor. Ang. & Imo. in l. sequitur. §. si viā. ff. de vsuc. & Bald. in l. quibus diebꝰ. §. dominus. de condi. & de. & Alex. cōsi. 185. incipiente, viso tit. quæstionis. col. 12. versi. venio ad secundū dubium. vo lu. 2.

** Flo. hoc
* Flo. hic
* Flo. aliā.
* Flo. in quem loci aqua ducitur, eiusdem numero esse*

** Flo. ad pulserit*

BIU Cujas

§.Iulianus:&.l.fi.& supra ea.l.§.hæc interdicta. & supra quemadmo.serui.amit.l.fi.

a *Fuerit.*scilicet vsus.

b *Esse enim.* aliàs est enim:& aliàs esse enim.& facit.ff.titu.j.l.j.§.fin.&.l.ij.& iij.in principio.

c *Videatur.* not.& facit.ff.quéad.testa.ape.si in duob⁹.§.j.& de verbo.oblig.l.cum seru⁹. & supra quéadmo.ser. amit.l. qui fundum. & arg.ff.de legib.& sena. l.de quib⁹.in fi. & arg. supra de vi & vi arma. l.si de fundo.

d *Penitus.* posset quis legere correctiue:vt & aliàs inst.de excu.tu.§. similiter eos. sed hoc non puto,argu. dictarum.ll.Item habet hoc locum,quãdo iure seruitutis ducitur,& non aliàs: vt supra.§. Aristo.Accursius.

e *Die.* id est de tertio in tertium diẽ.ad quod est supra de seruitu.l. iiij.§.interualla.Ac.

f *Rectè.*potest esse de suppositio.q.d. non vi, non clam,non precario, vel de appositio,& abũdat:vel pro & pone.

g *Possessoris.* fundi ex quo ducitur aqua.

h *Alternis diebus.* id est siue duxeris vna vice, quasi continue deberet tibi:siue vna vice quasi alternis dieb⁹: quod est quãdo de tertio in tertium diem:vt supra posuit. & hoc etiam repetit,vt addat,illud autem &c.

i *Vno die.*vt.ff.eo.§.quod autem.

k *Habens.*vel se habere credens.Accursius.

l *Quinto quoque die.*id est de quinto in quintum diem credens se habere ius:vel vna die vtens,credens se habere ius de quinto in quintum diem.hodie vero cum agit credens se habere ius ducendi alternis diebus:& ad talem seruitutem vult retrahere suũ vsum quem hactenus habuit:quod non potest.& facit supra quéadmo.vsusfru.amit.si communem.§.fi.&.l.si quis alia.&.l.fina.

m *Prodesse videtur.*vt interdicens ne sibi alternis diebus ducẽti vis fiat,consequatur:cum hoc ius non putauit se habere.

n *Duxisses.*etiam vna die: vt & sic competat tibi hoc interdictum:vt.ff.proxi.§.

o *Prohibuerit.* & sic potes agere hoc interdicto vt non prohibearis.Accursius.

p *Amiseris.* anno vel biennio:hodie decennio vel.xx.vt.C. de seruit.l.sicut.Accursius.

q *In restitutionem.* faciendam ex hoc interdicto:scilicet vt non prohibearis,consequêris:& hoc vt de nouo constituatur seruitus.sic.ff.de vi & vi ar.l.si de fundo.&.l.si plures.§.j. Alij dicunt quòd impetras in integ.restitu.ad interdictũ restituendum: quo restituto consequeris per illud vt non prohibearis,& vt renouetur seruitus.& facit infra proxi.§.&.ff.de vsuca.l. sequitur.§.fi. Item nota quòd ex eo quòd datur interdictũ post amissam viã, secundum quod primo exposuimus,videtur durare vltra annũ: secus in superiori: vt.ff.titu.j.l.j. in princ. Vel dic & hoc intra annum tantum competere,scilicet vtile:quo scilicet fuerit potestas experiundi:vt arg.ff.vti pos.l.j.§.j.intra quem annum potuit currere annus vel biennium in seruitutibus,qui erat continuus.Accursius.

Si fundum.] CASVS. Prohibitus sum ducere aquam ad fundum meum quam eram consuetus ducere.competit mihi hoc interdictum,etiam si istum meum fundum vendam : & dabitur ad id quod interfuit mea me nõ fuisse prohibitũ.Secũdo dicit:hoc interdictum competit contra omnem prohibentem me ducere aquam:siue prohibens sit dominus fundi de quo ducebam aquã; siue non. Tertio dicit:inter duos est quæstio:contendit quilibet se habere ius ducendi talem aquam per eundem riuum.inter eos proponitur interdictum vti possidetis. Quarto dicit:per interdictum positum in principio tituli,prohibetur ne aliquis faciat opus,vt fodiẽdo vel simili modo,per quod aquam non possim ducere commode, & sine corruptione aquę. Quinto dicit:possum tibi concedere ne fodiam in fundo meo, cũ forte timeas ne fons tuus per hoc desiccaretur. [*DEINDE AIT PRAETOR.*] Nunc ponit aliud edictũ: cuius sensus est:Si de aqua tua duxi priori æstate non vi, non clam,nõ precario:quominus ita ducam,prætor prohibet mihi fieri vim: & habet locũ inter hęredes,& bonorũ pos.& emptores.Postea loquitur Vlpi.& dicit:hoc interdictum de aqua æstiua loquitur, & debet differre interdictum primũ ab hoc secundo:quia in primo habetur mentio anni, in hoc æstatis habetur mentio.& dicit quãdo incipiat æstas,& quantum duret:& sic si bene inspicitur,aliquãdo in hoc edicto spectatur tempus vltra annũ. Quid enim si in vltima die huius æstatis prohibes me ducere aquã, & ea fui vsus in principio præcedẽtis æstatis:& sic propè annum & sex menses?inspicitur retro.tandẽ dicit, Consuetus fui ducere aquã in hieme tãtum:nunc prohibeor ducere.habeo hoc interdictũ vtile.Sed pone cp hac æstate tantum cœpi ducere aquã,& duxi saltem.xxx.diebus:in eadem æstate me prohibes ducere.habeo vtile interdictũ. Postea exponit vltima verba edicti: scilicet hæc,inter hæredes &c.& dicit cp verba referuntur ad vtrumque edictũ,vt hæc interdicta dentur hæredib⁹ & emptoribus & aliis successoribus,sicut & interdictum de itinere actúque priuato. [*AIT PRAETOR, QVO EX CASTELLO.*] Nunc ponitur aliud edictum,cuius sensus est:ab eo cui ius concedendi fuit,concessum est mihi ex castello aquam ducere.quo minꝰ ducã,prætor prohibet vim fieri mihi. Itẽ si volam reficere,debebo cauere de dãno infecto. Postea loquitur Vlpia.& dicit: hoc edictũ necessariũ est.superiora enim habent locũ cũ à capite duco aquã,hoc autem cũ ex castello,id est ex receptaculo quod publicã continet aquã.si autem ex alio loco publico,puta ex riuo publico permissum est mihi ducere:habet locũ hoc interdictũ vtile.& à principe talia cõceduntur.& quãdoq; cõceditur prędii, quãdoq; personis:& tũc psonis extinctis extinguit priuilegiũ:vt sic necvadat ad emptorẽ nisi impetret,quod de facili ei cõcedit. Et est notandũ cp in hoc interdicto dirimitur tota quæstio, nec aliquid reseruatur ad dirimendũ. nã si princeps concesit,quod nũc probabitur:planũ est:& defendetur in ductióe aquę,aliàs,id est si nõ cõcesit princeps:tunc nõ defenditur. At in superiorib⁹ circa possessionẽ agitur:vt si quis anno vel ętate vsus est,ille defendat in pos.aquæ,& reseruetur q̃stio veræ seruitutis.Fran.Ac.

r *Ni.interdi.tibi.* si quid tua interest te quondam prohibitum non fuisse.R.semel ergo interfuisse sufficit: vt supra proxi.§. & infra de fur.l.inter omnes.emptori autem constat competere:vt infra eo.§.ait prætor.

f *Vtile.* id est efficax, secundum quosdam,vel ad differentiam directi,quod competit ei qui adhuc dominus est.

t *Vtrum quis dominiũ.*ille.s.qui prohibet,qui agit vel cõuenitur.

u *Habeat.*scilicet fundi à quo debeatur seruitus.

x *Tenetur.*scilicet qui prohibet,quicunque sit.Accursius.

y *Cœperit.*scilicet competere alicui.Accursius.

Vindicari.

BIU Cujas

quemuis posse vindicari. [a] ℣Si inter riuales,† id est qui per eũdem riuum aquam ducunt, sit contentio de aquæ vsu, vtroque suum [b] vsum esse contendente: duplex [c] interdictum vtrique competit. ℣Labeo putat per hoc interdictum [d] prohiberi quem, ne quid in illo fundo faciat, fodiat, ferat, succidat, putet, ædificet, qua ex re ea aqua quam ille hoc anno per fundum tuum sine vitio duxit, inquinetur, vitietur, corrumpatur, deteriórve fiat. & similiter de æstiua aqua debere interdici ait. Si quis hoc cesserit, ne liceat sibi aquam quærere: ea cessio valet. [e] ℣Deinde ait prætor, [f] *Vti priore æstate aquam qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxisti, quo minus ita ducas, vim fieri veto. Inter hæredes, & emptores, & bonorum possessores interdicam.* [g] Hoc interdictum de aqua æstiua proponitur. Quia autem diximus [h] æstiuam aquam aliquid * distare ab aqua quotidiana: sciendum est etiã interdictis [i] distare: quòd [k] qui de aqua quotidiana interdicit, ita interdicit: *Vti hoc anno aquam duxisti*. At qui de æstiua, sic, *vti priore æstate*. nec immerito. Nã quia hieme non vtitur, [l] referre se non ad præsentem [m] æstatem, sed ad priorem debuit. ℣Aestatem incipere sic peritiores † tradiderũt, ab æquinoctio verno, [n] & finiri æquinoctio autumnali: [o] & ita senis mensibus æstas atque hiems diuiditur. Priorem æstatem ex comparatione duarum æstatum accipi. propter hoc, si æstate interdicatur, nonnumquam annũ & sex mẽses [p] continere. quod ita cõtingit, si initio verni æquinoctij [q] ducta sit aqua, & sequenti æstate [r] pridie æquinoctij [s] autumnalis * interdicatur. & proinde si hieme interdicatur, hæc res etiam in biennium [t] extendetur. ℣Si quis hieme tãtùm aquam solitus fuit ducere, æstate non fuit solitus: vtile [u] interdictum ei competit. Qui hac æstate [x] duxit, non superiore: vtile interdictũ habet. ℣Ait prætor, [y] *Inter hæredes, & emptores, & bonorum possessores interdicam.* [z] Hæc verba non solum ad æstiuã, verumetiam ad quotidianã quoque referenda esse sciendũ est. Nam sicuti de itinere actúq; & successoribus dantur interdicta, & emptori, [a] ita hæc quoque danda prætor putauit. Ait prætor, [b] *Quo ex castello illi aquã ducere ab eo cui eius rei ius fuit, permissum est: quo minus ita vti permissum est, ducat, vim fieri veto: quandoque [c] de opere faciendo interdictum erit, damni infecti caueri iubebo.* Hoc interdictũ necessario propositum est. Nam quia * superiora interdicta ad eos pertinẽt, qui à capite ducunt, vel imposita seruitute, vel quia putãt impositam: æquissimum visum est, ei quoque qui ex castello ducit, * [d] id est ex eo receptaculo, quod aquam publicam suscipit, interdictum dari. Castellum accipe, si ex castello pmissum est. Sed & si alio ex loco [e] permissum est: dãdum erit interdictũ. ℣Permittitur † autem aquam ex castello, vel ex riuo, vel ex quo alio loco publico ducere: ídque à principe [f] conceditur. alij nulli cõpetit [g] ius aquæ dãdæ. Et datur interdum prædiis, interdum personis. Quod prędiis datur, extincta persona nõ extinguitur. Quod datur personis, cũ personis amittitur: [h] ideoque neque ad aliũ dominũ prędiorum, neq; ad hæredẽ, vel qualecũque successorẽ trãsit. [i] Planè ei ad quem dominium transit, impetrabile [k] est. Nam

a *Vindicari*. confessoria, etiam si alius sit à prohibente.
b *Suum*. scilicet vsum, & etiam ius aquæ ducendæ.
c *Duplex*. vti pos. quod vere duplex est. vel verius dicit de corrialibus, quod est duplex, cum quilibet est actor & reus. Nam quilibet asserit se quasi possidere, & aliũ negat: sicut in vti possi. vt. ſ. vti possi. l. si duo.
§. j. Alij dicũt duplex: quia prohibitorium & restitutorium: vt supra eo. l. j. §. j. vel duplex, id est vtile & directum. secunda placet.
d *Per hoc interdictum*. quod est. ſ. e. l. in prin.
e *Cessio valet*. cum vicini hoc interest: puta ne fons eius siccetur: vt supra de serui. quotiés. j. §. aliter. & de dã. infe. Proculus. & l. fluminum. §. fin. aliàs non valet: vt. d. l. quotiens. & ſ. de pactis. l. nemo.
f *Deinde ait prætor*. secundum edictum prætoris. Accursius.
g *Interdicam*. i. ꝓponam interdictũ: quod dic vt. j. e. l. §. ait ꝓtor.
h *Quæ autẽ diximus*. supra. e. l. §. j. & §. duo. & §. quod autem.
i *Interdictis*. id est in ꝓpositione interdictorũ distãtia debet esse.
k *Quòd*. id est quia.
l *Non vtitur*. i. vti nõ potest, vel non cõsuetum est. at in interdicto de aqua quoti. & æsti. refert se ad præsentẽ annũ etiã hieme: quia toto anno vti potest, & consueuit. Azo. vt. ſ. e. l. j. §. duo.
m *Præsentem*. q. d. quia breui temporis spatio cõcludetur vsus aquę, cum forte prima die ęstatis interdicatur: vt infra. §. priorem.
n *Verno*. desinenti.
o *Autumnali*. incipiẽtis. ed in vtroque videtur cõtra, scilicet vernali incipiẽti: vt. j. pxi. ibi, si initio ver. æqui. &c. & dic ꝙ quatuor sunt anni tẽpora: hiés, quæ incipit medio nouẽbris, & durat tribus mensibus. finita hieme incipit ver, & durat tãtundẽ, simili computatione habita. postea æstas, quæ similiter cõputatur. postea autũn⁹. Itẽ quandoque dicitur annus habere duo tempora, hiemẽ & æstatẽ: vt hic, senis mẽsibus &c. j. pxi. vbi dicit, initio æquinoctij verni. & postea dicit, sequenti æstate. vnde ęstatem appellat illos sex menses: qui sunt ver & æstas. & adde quod no. ſ. ne quid in flumine pu. l. j. §. æstatem.
p *Sex menses*. vna die minus, si bene computaueris.
q *Æquinoctii*. id est prima die verni æquinoctij iuste est finitum, secundum Azo. Vel etiam dic quòd illa dies sit æstatis, vt dixi: nam habes necesse dicere ꝙ sit in æstate.
r *Sequenti æstate*. scilicet sequentis anni.
s *Pridie æquinoctii*. scilicet vna die ante.
t *In biennium*. vna die minus.
u *Vtile*. ad instar eius quod pro æstiua datur: vt supra ea. l. §. deinde. vel dic non directum, quod pro aqua perenni datur: vt supra ea. l. §. quod autem.
x *Qui hac æstate*. ad minꝰ modico tẽpore, id est xxx. diebus. ar. ſ. ti. j. l. j. §. hoc interdicto.
y *Ait prætor*. supra. e. §. deinde.
z *Interdicam*. i. interdictũ reddã. & erit duplex hoc casu: vt no. ſ. de interdi. l. ij. in prin.
a *Et emptori*. vt &. ſ. titu. j. l. apparet. §. hoc interdictũ. & arg. j. de fonte. l. j. in fi. &. j. de riuis. l. Seruius. §. iisdẽ. & sic videntur in rẽ scripta. nã dantur in quẽlibet prohibentem: vt & supra ea. l. §. cõpetit. & dantur etiã emptoribꝰ, licet nõ sint successores iuris: quod in aliis actionibus nõ est: vt. j. arbo. fur. cæ. l. fi. nec in aliis interdictis quandoque: vt. ſ. de noui ope. nũ. l. nõ solũ. §. morte. sed in quorũ legatorũ est simile: vt. ſ. quorũ lega. l. j. §. in locum.
b *Ait prætor*. tertium interdictum. & dicit, quo ex &c. i. ex quo castello &c.
c *Quandóque*. que, ꝑ &: & sic sunt duæ partes. & facit. ſ. cõmunia ꝓdio. l. ij. aliàs est quandocũque: & tunc sensus est planus.
d *Ex castello ducit*. nõ iure vere debitæ seruitutis: nec ꝙ credat seruitutẽ sibi debitã ab aliquo priuato.
e *Sed & si alio ex loco*. publi. vt seq. §. pmittit.
f *A principe*. vt &. ſ. de aqua plu. arc. l. si in publico. §. fine pmissu. &. ſ. de serui. l. seruitutes. iij. §. publico. & de ser. ru. prędi. l. imperatores. & est necessaria concessio quãdo aqua est in publico vsu: vt. ſ. de flumi. l. quo minus.
g *Nulli cõpetit*. immo & senatui: vt. ſ. de flu. l. quo minus. quę est cõtra. Sol. quod dicit nulli alij competit, non de principe, sed de eo cui pmisit loquitur. & ita nullũ est contrariũ. vel nulli alij q̃ principi vel senatui. Vel dicas senatũ nõ habere ius cõcedẽdi, vt hic: licet habeat vetãdi, vt ibi. licet H. dicat ꝙ qui habet ius vetandi, habeat & cõcedendi: sed non sequitur. nã nuntio nouum opus ne fiat in publico: non tamen possum concedere.
h *Amittitur*. facit. ſ. de serui. rusti. prædio. l. pecoris. &. ſ. cõmuni diui. arbor. §. fi. &. j. de iure im. l. j. &. j. de reg. iur. l. priuilegia.
i *Transit*. prædij cui debebatur seruitus aquæ ducendæ concessa personæ.
k *Impetrabile*. id est facile potest impetrari: & debet ei facile concedi. & est simile hoc inuestituræ feudorum: mortuo enim vasallo facile potest impetrare hæres masculus inuestituram: quia debet

* *Flo. Nã que*
* *Fl. ducit, interdictũ dari: id est ex eo receptaculo, q̃ aquam publicam suscipit, castellũ accipe. si ex castello pmissũ est, dandũ erit interdictũ. Permitt.*
† *Illustris doct. Fran. Areti. in. l. apud Iulianũ. §. cõstat. in. 2. col. de lega. 1. reputat istũ textũ cũ sua glo. singu. ad hoc propositũ quòd beneficiũ consuetũ cõcedi à principe: dicitur impetrabile: id est de facili posse impetrari. Bo lo.*
V. de Rosell. de feud. cap. gra. 2. er

BIU Cujas

debet ei dari: & debet iurare: & econtra quandoque est difficilis impetratio: vt abolitio accusationis: vt supra de bo.lib.l.qui cum.§.sed si minor.

a *Nomine eius.* personaliter ei concessa seruitute.

b *Aquæ.* dicunt quidam impetrari ad cautelam. nam & sine impetratione competit.

quod nō placet: quia. ſ. proxi. dicit, amittitur. saltem enim exceptione repellendus erat: vt ſ. de serui. rusti. prædi. l. pecoris. Accursius.

c *Nec est hoc beneficiū.* immo debiti solutio, priuilegij scilicet concessio: vt supra de dona. hoc iure. §. pe. & de adimen. lega. l. rem legatam. & de lega. ij. l. vnum ex. §. si de Falci.

** Hal. adsignationibus*

d *Interdicto.* scilicet de ex castello aqua ducēda.

e *Adsignationis.* id est iuris assignati, vel non assignati aquæ ducendæ. nam finitur in hoc interdicto quæstio proprietatis, id est debeatur seruitus vel non: quod non est in superioribus: scilicet de aqua quoti. & æsti. immo reseruatur postea: & sic obtinet hic causam proprietatis: vt supra de interdi. l. ij. §. quædam. cū ergo hoc interdicto ago, dico me habere ius ducēdi: quia concesit qui potest: sed non sic in superioribus: sed sufficit duxisse probare: vt supra ea. l. §. hæc interdicta. & infra titu. j. l. j. §. hoc interdictum.

** Vulg. vt non solū ad irrig. sed etiam pec. can.*

si docuerit prædiis suis aquam debitam, & si nomine eius [a] fluxisse, à quo dominium ad se transiit: indubitate impetrat ius aquæ [b] ducēdæ. Nec est hoc beneficiū: [c] sed iniuria si quis fortè non impetrauerit. ℣ Meminisse autē debemus, in hoc interdicto [d] totam quæstionē finiri adsignationis. [e] * Nō enim præparat hoc interdictum causam, [f] vt superiora interdicta: nec ad possessionem temporariam pertinet: sed aut habet ius adsignatum [g] sibi: aut nō habet: & [hoc] interdictū totū finitur.

II. POMPONIVS libro trigesimosecundo ad Sabinum.

SI diurnarum aut nocturnarum horarum aquæductum habeam: non possum alia hora ducere, quàm qua [h] ius habeam ducendi.

III. IDEM libro trigesimo quarto ad Sabinum.

HOc iure vtimur, * vt etiam non ad irrigandum, [i] sed pecoris causa, vel amœnitatis, aqua duci possit. ℣ Ex flumine aquam ducere plures possunt: [k] ita tamē vt vicinis nō noceāt: [l] vel si angustus amnis sit, etiā ei qui in alia ripa sit. [m]

f *Causam.* proprietatis postea agitandam. sed quidam dicunt, id est seruitutem. nam licet hoc interdictum competat, non tamen proprie dicitur seruitus. prima placet.

g *Adsignatum.* à principe.

SI diurnarum.] CASVS. Concessum est mihi vt aquam accipiam de die tantum, vel de nocte tantum. seruabitur forma concessionis. Franciscus.

h *Quàm qua.* aliàs quanquam: id est quamuis. aliàs quàm qua. & tunc plana est, & facit supra quemadmo. serui. amit. l. si communem. §. j. & de seruitu. l. iiij. §. modum. &. l. via. §. j. Accursius.

HOc iure.] CASVS. Aqua potest duci causa irrigandi agrū. Item causa pecoris, vt sic non sit necesse pecora ire ad aquam castelli. Item simili de causa potest concedi aqua. Secundo dicit: ex concessione principis ducebam aquam ex flumine: bene possum: dum tamen non noceam per hoc vicinis, etiam his qui sunt vltra flumen, si flumen erat strictum. Tertio dicit: concessum est mihi vt ducam aquam ex flumine publico. si flumen recedat alibi, & sic mutet subito alueum, concesio est extincta. secus si paulatim mutet alueum. Sed quid si pars fluminis separauit se ab alueo communi, & iuit per aliam partem, relictis prædiis in medio inter se & antiquum alueum? certe nunquam possum ire ad partem illam fluminis causa ducendi de aqua illa: & redditur ratio in litera. [AQVA QVAE IN RIVO.] Ducere sum solitus certam aquam per riuum tuum. nunc aqua surgit in riuo, & sic plus aquæ nunc per riuum tuum venit ad me. non prohibeor per hoc ducere. Secundo dicit: duxi aquam tāto tempore cuius non extat memoria: amodo iure mihi debetur. Tertio dicit: qui habet ius aquæ quotidianæ ducendæ per riuum tuum, potest ibi in riuo facere fistulas, vel aliquid aliud simile: dum tamen per hoc non noceat tibi, nec illis qui ius habent ducendi aquam per prædictum riuum. Quarto dicit: habeo ius ducendi aquam per riuum tuum. supra riuum vis facere pontem, vt supra eum ducas aliam aquam. bene potes: dum tamen hoc mihi non noceat. Franciscus.

i *Ad irrigandum.* scilicet agrum: vt ſ. l. j. §. illud. Accursius.

k *Possunt.* vt supra de flumi. l. quo minus.

l *Non noceant.* aliàs deest, non: sed est subaudiendum. & facit supra de seruitu. rusticorum prædio. l. imperatores. & supra ne quid in flumi. publi. l. j. §. si quis ex riuo.

Diuiditur in tres partes. Primo loquitur quando flumen mutauit alueum repente, nullo loco priuato dimisso in medio. Secundo, quando mutauit alueum paulatim. Tertio, quando mutauit loco priuato dimisso in medio. & habet iste totus. §. duas lec. Primo quando quis ducebat aquam iure sibi concesso à principe, vel ab alio habente ius cēdendi. Alia lectura est, quando quis ducit aquam à flumine per fundum alienum iure seruitutis. Bartolus.

℣ Si aquam ex flumine publico duxeris, [n] & flumen recesserit: nō potes subsequi flumen, quia ei *loco* [o] seruitus imposita nō sit: quamuis is locus [p] meus sit. Sed si alluuione [q] paulatim accesserit [r] fundo tuo: subsequi potes, quia locus [s] totus fluminis seruiat ductioni. [t] Sed si circumfluere [u] cœperit mutato alueo, nō potes: quia medius locus non seruiat, interruptaque [x] sit seruitus. ℣ Aqua quæ in riuo nascitur: [y] tacite lucrifit ab eo qui ducit. [z] ℣ Ductus † aquę, cuius origo memoriam [a] excessit, iure constituti loco habetur. ℣ Is qui aquæ quotidianæ ius habet, vel fistulam in riuo ponere, vel aliud quodlibet [b] facere potest: dummodo ne fundum domino, aut aquagium riualibus [c] deterius faciat.

m *Sit.* nocere nō debet, nedum proximis vicinis ex eadem parte.

n *Duxeris.* ad prædium tuum proximum flumini. Azo. principe permittente: vt supra. l. j. §. penul. vel secundum H. dic, duxeris per meum fundum, qui erat inter tuum & flumen.

o *Ei loco.* id est nouo alueo fluminis, propter quem alueū aliud videtur flumen.

p *Locus.* id est alueus vetus, sit meus, id est tuus iure vicinitatis: vt institu. de re. diui. §. insulam. secundum Azo. & sic est hic mutatio personarum. sic & C. de in ius vocan. l. fi. vel secundum H. meus ꝓpriè ponitur, iure scilicet vicinitatis: vt dixi. Accursius.

q *Si alluuione.* pone quòd ducis aquam ex flumine quod est iuxta tuum prædium, nullo alio prædio medio.

r *Accesserit.* aliquid de terra: & sic paulatim recedit flumen à prædio tuo. & sic refert, si subito an pedetentim mutet alueum: vt ſ. de acquir. re. do. l. ergo. §. alluuio. & est hic arg. contra eos qui petunt aquaticum vbicunque mittuntur molendina.

s *Locus.* supple factus per alluuionem fluminis.

t *Ductioni.* id est non impedit seruitutem: licet secus esset si esset alienus locus medius: vt. ſ. de serui. rusti. prædi. l. qui sella. §. fi. & communia prædi. l. in tradendis. Accursius.

u *Circumfluere.* prædium quod est trans flumen. vel, id est quod est iuxta mutatum alueum, fluit vndique. nam & si prędiū meum sit proximum veteri alueo, vel vni brachio fluminis, non tamen habeo seruituté in remoto brachio fluminis: quia locus medius impedit: vt dicta. l. qui sella. §. fi.

x *Interrupta.* Sed de æquitate videtur restituenda, vt debeatur ex nouo vel nouis alueis: vt arg. supra de serui. vrb. prædio. l. seruitutes. §. si ſublatum. sed forte aliud est quando deberur ex flumi. publi. seruitus: aliud quando ex agro priuato alicuius. Sed quid si ad antiquum alueum redit? Respō. potest dici restaurari: nec etiam dicit quòd fuerit amissa, sed interrupta: vt. ſ. communia prædio. l. in tradendis. in fi. & de serui. rusti. prædi. l. tria.

y *In riuo nascitur.* per quem iure aquam duco.

z *Qui ducit.* Videbatur posse prohiberi ducere: vt. ſ. l. j. §. item quæritur. sed tamen aliud est. Accursius.

a *Memoriam.* scilicet hominum qui nunc viuunt. ad quod facit supra de aqua pluuia arcenda. l. j. in fin. sed videtur non tantum expectari, sed decem annos sufficere: vt. C. de serui. & aqua. l. ij. Solu. hic ignorante domino fuit ducta, ibi sciente. vel solu. vt ibi. Accursius.

b *Quodlibet.* non tamen lapidem sternere: nisi hoc nominatim in aqua concedenda actum sit, vt etiam per lapidem aquam ducere liceret: vt supra de aqua plu. arcen. si prius. §. placuit. contra. Azo.

c *Riualibus.* id est corriualibus, qui aquam per eundem riuum iure ducunt. vel dic riualibus, id est deriuationibus faciat domino deterius aquagiū. ad quod facit. ſ. de serui. rust. prędi. l. Quintus. &

BIU Cujas

tus.&.ſ.tit.j.l.apparet.&.ſ.communia prædio.l.refectionis.

a *Si aqua.* facit.ſ.de aqua plu.arcen.l.ſupra. Accurſius.

Lvcio Titio.]C A S V S. Dicitur quòd pluribus poſſum concedere vt aquam ex meo fonte ducant: & adducit ſimile in itinere & actu. & ſi diſcordent inter ſe quibus temporibus vtatur vnus, & quibus alter: agent inter ſe communi dividundo. Franciſcus.

b *Duceret.* per aquæductum etiam meum.

c *Reſpondit.* Reſpondet primæ quæſtioni. Accurſius.

d *Poteſt.* vt &.ſ.communia prædi.l. qui per certum.

e *Cedetur.* immo contra: vt.C.de ſerui. & aqua.l.aquã: quæ eſt cõtra. Solu. ſine iniuria primorum poteſt: vt hic,&.ſ.de ſerui. ruſti. prædi.l.ij. §. aquæductus. aliàs non, niſi cõſentiant: vt in contrario: vt.ſ. de aqua plu. arcen.l. in cõcedendo.

f *Sed ſi.* nunc reſpon. ſecundæ. Accurſius.

g *Conceſſa eſt.* ſimul, vel ſeparatim.

h *Vtile iudicium.* ſcilicet communi diui. vt præfata iura menſura vel tẽporibus diuidantur: vt.ſ.communi diui.l. arbor.§. fi. & .j.l. proxi. Accurſius.

i *Placuit.* vt.ſ.de vſuf. l. ſi vſusfructus legat⁹. j.§.ſed ſi inter. &.ſ. cõmuni diui.l. communi diuidundo.j.§.ſi duo.

Cvm conſtet.]C A S V S. Ius aquæ ducendæ poteſt diuidi & certis temporibus, & certis mẽſuris. hinc eſt quòd ſi conceſſi ius ducendi aquam duobus, puta Titio & Sempronio: vni in æſtate, puta Titio: alij cõtinue, puta Sempronio: ſic diuiditur, vt dimidia æſtate ducat Titius: Sẽprotate ducat, & tota hieme. Secũda parte dicitur: duo ducebant aquã per eundem riuum diuerſis horis: puta vnus à mane vſque ad nonã: alius poſtea. ſi iſti mutauerunt horas: & quilibet tempore alterius duxit: bene retinẽt hoc ius aquæ ducendæ. Franciſcus.

k *Cum conſtet.* poteſt continuari cum præcedenti.l.& erit.§.poteſt etiam eodem &c. vel cum ſeq.litera: & non erit ibi.§.

l *Separatim.* puta vnus ad horam tertiam: alius poſtea: nec ex tẽpore, vel ad tempus, ſed ſub modo dicitur conſtitui: vt.ſ.de ſer. l.iiij.§.fina.&.l.v.§.j.

m *Inter ſe.* aliàs interim: & aliàs interea: & aliàs inter ſe.

n *Amplius.* aliàs amplius: & aliàs ampliori.

o *Seruitutibus.* ſcilicet amittendis. id eſt ad ſerui. amit. quod quãtum ſit, not. C.de ſeruitu. l. ſicut. Accurſius.

p *Amiſiſſent.* Immo videtur amiſiſſe: vt.ſ. quemadmo. ſer. amit. ſi communem.§.j. quæ eſt contra. Solu. hic voluntate domini ſic permutauerunt. vel hic per talem mutationem non nocent domino: ſed ibi ſic. vel hic duo, ibi vnus: & hic duæ ſeruitutes: ibi vna. vnde hic quilibet per alium vtitur. perinde ergo eſt ac ſi per ſe: vt.ſ. quẽadmo. ſerui. amit. l. vſu. & facit.ſ.de aqua plu. arcen. l. ſi prius. Accurſius.

De interdicto.]C A S V S. Siue aqua quam duco, duci nõ poſſit niſi æſtate ſui natura: ſiue omni tempore poſsit duci: ducatur tamen æſtate tantũ, quia expedit agro meo tantum hoc tempore: æſtiua dicitur. Fran.

q *Proprium.* quod eſt ſ.eo.l.j.§.deinde.

r *Vtendi.* accipe æſtiuo dũtaxat, quia in cõſti. dictum eſt, in æſtate ducatur tantum.

ſ *Duas res.* ſupple ſcilicet naturam &c. Ac.

t *Appellari.* ſcilicet æſtiuam. ſed certe & ex poposito vtentis: vt.ſ. eo.l.j.§.duo autem.

u *Iter de via.* Agit Titius interdicto de itinere actuque priua. vel illo de aqua quoti. & æſtiua. pro retinenda quaſi poſſeſsione ſeruitutis, cauebit domino vtẽti ſua libertate, quòd eũ non impediet donec ipſe actor obtineat. ad qđ eſt.ſ. tit.j. l.iij.§. hoc autẽ. verſi. qui enim. ibi, tantiſper &c. In ſecũdo agit dom⁹ in poſſeſsione libertatis exiſtens negatoria: & hic cauebit qui ſibi aſſerit ſeruitutem: & ita primo caſu ponit poſſeſſorium, ſecundo petitorium intentatur: & ſecundum hoc expone literam: & dic, agat, ſcilicet interdicto. & quod dicit, præſtanda eſt &c. ſubaudi, ſcilicet ab actore.

Flo. quæ

Flo. quòd

Flo. ſi vtilitas perſonis in quã ducitur

x *Quis.* ſcilicet actor. Accurſius.

y *De iure ſuo.* id eſt de poſſeſsiõe ſui iuris: vel etiam de iure quandoque: vt in ſecundo capite interdicti de itinere actuque priuato, & interdicto aquæ ex caſtello ducendæ: vt.ſ. de itinere actuq; pri.l. iij.§. hoc autem. & de aqua quoti. & æſti.l.j. §.penul. & quod dicit, agentem &c. ſub. id eſt actu vtentem dominũ, non vt ſeruitute: quia res ſua &c. vt.ſ. ſi vſusfru. pe.l. vti frui. in prin. ibi, nec enim. & quod dicit, quod ſi neget &c. ſubaudi negatoria agat dominus in poſſeſsione libertatis exiſtens. nam huiuſmodi actiones etiam poſsidẽti dãtur: vt.ſ. ſi ſer. vin. l. & ſi forte. §. ſciendum. Et quod dicit, debebit &c. ſubaudias, qui ſibi ſcilicet ſeruitutem aſſerit, cum non poſsideat: quia nõ eſt vſus hoc anno ſecundũ naturã interdicti de quo agit ſine præiudicio &c. ad quod eſt.ſ.de iudi.l.ij.§.in omnibus. vel dic ſecundo in prima parte quòd egit poſſeſſorio, & obtinuit: dũ cauet dominus vincenti in interdicto: & ſecundum hoc dic præſtanda eſt, ſcilicet poſtea in cauſa proprietatis: vt agatur ſupple, & obtineat actor, ſecundum H. vel dic ſecundum P. primus caſus in negatoria, ſecundus in confeſſoria ponitur: & vtroque caſu cauet qui agit, alteri

Flo. aquæ ducendæ

[A] [B] [C] [D]

¶ Si aqua[a] ducatur: etiam ſupra eam alia aqua per pontem, qui ſupra riuum factus ſit, iure ducitur, dum inferiori riuo non noceatur.

Ex vno fonte poteſt pluribus concedi vt aquam ducant: & ſi inter ſe diſcordant, poſſunt agere communi diui. inter ſe. h.d.

IIII. IVLIANVS libro quadrageſimoprimo Digeſtorum.

LVcio Titio ex fonte meo vt aquam duceret[b] conceſſi.* quæſitum eſt an & Mæuio concedere* poſsim, vt per eundem aquæductum aquam ducat. & ſi putaueris poſſe cedi per eundem aquæductum duobus, quemadmodũ vti debeãt? Reſpõdit:[c] ſicut iter, actus, via, pluribus cedi vel ſimul vel ſeparatim poteſt:[d] ita aquæ ducendæ ius rectè cedetur.[e] Sed ſi[f] inter eos quibus aqua conceſſa* eſt,[g] non conuenit quẽadmodum vtantur: nõ erit iniquum vtile[h] iudicium reddi: ſicut inter eos ad quos vſusfructus pertinet, vtile communi dividundo iudicium reddi pleriſque placuit.[i]

V. IDEM libro quarto ex Minicio.

CVm conſtet[k] non ſolum temporibus, ſed etiam mẽſuris poſſe aquam diuidi,† poteſt [etiam] eodẽ tempore alius quotidianam, alius æſtiuam aquam ducere: ita vt æſtate diuidatur inter eos aqua: hieme ſolus ducat is qui quotidianæ ius habeat.

Si duo aquam ducunt diuerſis temporibus alternatim: ſi mutant horas, vel tempus, non eo minus retinent ſeruitutem aquæ ducendæ. h.d.

¶ Inter duos qui eodem riuo aquam certis horis ſeparatim[l] ducebant, conuẽnit vt permutatis inter ſe[m] tẽporibus aqua vterẽtur. quæro, cùm amplius[n] tempore ſeruitutibus[o] præfinito ita duxiſſent, vt neuter eorũ ſuo tempore vſus eſſet: num ius vtendi amiſiſſent.[p] Negauit amiſiſſe.

VI. NERATIVS libro tertio Membranarum.

DE interdicto de aqua æſtiua, item quotidiana quærentes, primum conſtituendum exiſtimabamus, quæ eſſet aqua æſtiua, de qua proprium[q] interdictum ad prioris æſtatis tẽpus relatũ reddi ſolet: hoc eſt: æſtiua aqua vtrúm ne ex iure æſtiuo dumtaxat tempore vtendi[r] diceretur: an ex mente propoſitoque ducentis, quòd* æſtate eam ducendi conſiliũ haberet: an ex natura ipſius aquæ, quæ* æſtate tãtum duci poſſet: an ex vtilitate locorum in quæ [aqua] duceretur. Placebat igitur aquam ob has duas res,[ſ] naturã ſuam, vtilitatemque locorum in quæ deducitur, propriè appellari:[t] ita, vt ſiue eius natura erit, vt niſi æſtate duci non poſsit, etiam ſi hieme quoque deſideraretur: ſiue omni tẽpore anni duci eã ipſius natura permitteret: ſi vtilitas locorum in quæ* ducitur, æſtate dumtaxat vſum eius exigeret, æſtiua rectè diceretur.

VII. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

SI de via,[u] itinere, actu, aquę ductu agat, huiuſmodi cautio præſtanda eſt: quãdiu quis[x] de iure ſuo[y] doceat, non ſe impediturum agentem, & aquam ducentẽ, & iter facientẽ. Quòd ſi neget ius eſſe aduerſario agẽdi, aquam* ve ducendi: cauere ſine præiudicio amittendæ ſeruitutis debebit, donec quæſtio finiatur, non ſe vſurum.

Ille qui habet ius ducendi aquam, poteſt ducere per quãcunque partẽ vult ab initio: ſed poſtea non poteſt mutare. Bartolus.

BIU Cujas

alteri parti quæ possidet. Alij quòd prima pars loquitur quando aduersarius est in possessione: vnde cauet actor quòd non impediet donec quæstio finiatur. Secunda, quando nõ possidet aduersarius, & tunc actor cauet se non vsurum donec quæstio finiatur. & facit. ff. de no. ope. nun. si prius. & ff. de vsufru. l. cuiuscúq;. Ac.

Vi per fundũ.] CASVS. Habeo ius ducendi aquã per riuũ tui fundi. possum in eo riuo facere fistulas, & omne quod volo, dum ex hoc non lædatur dominus fundi. Francis.

† *Limitabis hanc. l. per tex. in. l. i. in princ. & l. sunt qui putant. ff. ne quid in flu. pu. s. nisi cũ vicinorum iniuria ducatur.*

a *Iter.* id est riuus per quẽ duceret aquã. Ac.

b *Quacũq;* aliàs quacunque, scilicet parte. aliàs quodcunque.

c *Aquæductum.* mutãdo per locum seruientem ab eo loco vbi primo fuerat: vt. ff. de seruit. l. si cui. & facit. ff. eo. l. hoc iure. §. j. & §. is qui. Accursius.

d *Interuertat.* Nã quędam tacite in sermone excipiuntur.

DE RIVIS.

Parum prodesset ius aquæ de qua supra dixi: nisi liceret purgare riuũ. ideo de hoc dicit: vt. j. l. fina. §. i. & j. l. i. §. i.

PRætor ait.] CASVS. Si per riuum tuum, vel specum, vel septa, duxi aquam priore æstate non vi, non clam, non precario: & nunc volo reficere: prætor prohibet vim fieri quo minus reficiã, vel purgem. Postea loquitur Vlpianus, & dicit quis sit riuus, & specus, & septa, & quid sit incile, & quid sit reficere & purgare: & intelligas de refectione quæ fit causa aquæ ducendæ. nec est vis habeã serui. ducẽdi, an non, sed sufficit me fuisse vsum ductione aquę non vi, nó clam, non precario. [*SI QVIS TERRENVM.*] Riuum terrestrem volo facere lapideum. nó possum. idem si per aliũ locum quàm per consuetum volo ducere aquam: non possum. idem si riuũ vellem deprimere, vel extollere, vel dilatare, vel apertum cooperire: vel econtra: non possum. & hoc dixit Ofilius. Vlpianus autem prædicta confirmat, excepto eo qui aperit riuum prius coopertum, vel econtra. nã hoc potest facere, nisi dominus fundi ex hoc lædatur: vt quia oues suas erat consuetus mandare ad bibendum in isto riuo: nunc nó posset si cooperiretur. idem si simile damnum habeat dominus. & hoc etiam dixit Labeo: & etiam Pomponio non placet, quia per hoc dominus soli perdat. & expone hanc literam vt in glo. Seruius autẽ dixit non posse me aperire coopertum riuum, & econtra, si maiorem vtilitatem dominus ostendat, nisi causa aquæ conseruandæ, ne defluat vltra riuum, faciã. & hoc dictũ Seruij cõfirmat Vlpi. & h. d. hic. §. cũ. l. seq. & prin. seq.

vsu. Flo.

id est à fluendo. vide Alcia. lib. prætor. 2. hoc ipso tit.

c *Riuos.* hoc exponitur statim. Accursius.

f *Vti.* id est sicut. Accursius.

g *Hoc interdictum.* & facit. ff. communia prædi. l. refectionis. in princip. & §. j.

VIII. SCAEVOLA libro singulari ἐρωτ.

CVi per fundum † iter [a] aquę debetur: quacunque [b] vult in eo riuum faciat licet: dum ne aquæductum [c] interuertat. [d]

DE RIVIS.

TITVLVS XXI.

Diuiditur in quatuor partes. Primo ponitur edictum. Secundo, commẽdatio edicti. Tertio, explanatio ipsius edicti. Quarto aptantur quæstiones ad ipsum edictum. secunda ibi, hoc interdictum. tertia ibi, ait ergo prætor. quarta ibi, hoc interdictum competit. vide bene tex.

I. VLPIANVS libro septuagesimo ad Edictum.

PRætor ait: *Riuos,* [e] *specus, septa reficere, purgare, aquæ ducendæ causa, quo minus liceat illi, dum ne aliter aquã ducat quàm vti* [f] *priore æstate non vi, non clam, nõ precario à te duxit: vim fieri veto.* Hoc interdictum [g] vtilissimum est. Nam nisi permittatur alicui reficere: alia ratione vsui* incõmodabitur. ℣ Ait ergo prætor, [h] *riuum, specus.* [i] Riu' est locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrat: cui nomen est ἀπὸ τοῦ ῥεῖν. † Specus autem locus est, ex quo despicitur: [k] inde spectacula sunt dicta. Septa sunt, quæ ad incile [l] opponuntur aquæ deriuandæ compellendæve ex flumine causa: siue ea lignea sint, siue lapidea, siue qualibet alia materia sint, ad continendam transmittendãque aquam excogitata. [m]

Incile autẽ est locus depressus ad latus fluminis: ex eo dictus, quòd incidatur. Inciditur enĩ vel lapis, vel terra, vnde primũ aqua ex flumine agi [n] possit. Sed & fossæ, & putei hoc interdicto continẽtur. ° ℣ Deinde † ait prætor: *reficere, purgare.* Reficere est, qđ corruptũ est in pristinum statum restaurare. Verbo reficiẽdi, tegere, [p] substruere, [q] sarcire, [r] ædificare, [s] itẽ aduehere, [t] adportareque [u] ea quæ ad eandẽ rẽ opus essent, continentur. Purgandi verbũ plerique quidem putãt ad eum riuũ pertinere, qui integer est: & palam est & ad eum [riuum] pertinere, qui refectione indiget. [x] Plerũq; enim & refectione & purgatione indiget. ℣ *Aquæ,* inquit, [y] *ducendæ causa.* Merito hoc additur, vt ei demum permittatur & reficere & purgare riuum, qui aquæ ducendæ causa id facit. Hoc interdictũ competit etiam ei qui ius aquæ ducendæ non habet: [z] si modò aut priore æstate, aut eodẽ anno aquã duxerit: cum sufficiat non vi, nõ clam, non precario duxisse. ℣ Si quis terrenũ riuum signinũ, [a] (id est lapideum) facere velit, videri eũ nõ rectè hoc interdicto vti. Nõ enim reficit qui hoc facit: & ita Ofilio videtur. Proinde & si per alium locum [b] velit ducere: impune prohibetur. Sed & si eũdem riuum deprimat, vel adtollat, [c] aut dilatet, vel extendat, vel operiat apertum, vel contra. [d] Ego cæteros [e] quidem impunè [f] prohiberi puto: at enim eũ qui operiat apertum, vel contra, nõ puto prohibendum: nisi si quam maiorem vtilitatẽ suam aduersarius [g] ostendat.

II. PAVLVS libro sexagesimosexto ad Edictum.

h *Ait ergo prætor.* quia vtilissimum: ergo proponendum. Azo.

i *Specus.* indeclinabile nomẽ. immo inuenio specũ: vt. j. eo. Seruius. in prin. & est specus locus altus supra terram ædificatus, et quo ducitur aqua: vt. j. eo. Seruius. quandoq; tamen ponitur pro fossa qua recipitur & colligitur aqua: vt. ff. de aqua plu. ar. l. supra. Item sic & in auctoribus ponitur quãdoq; pro loco vmbroso & tenebroso solis, secundũ Azo. H. dicit † specus esse vt si quis faciat foueam, & sic vndique locum eminentiorem, vnde posit prospici aqua in fundo collecta: vt ponitur. d. l. supra. aliàs pro subterraneo meatu: vt. j. l. Seruius. in princip. & §. j.

k *Despicitur.* id est deorsum aspicitur.

l *Ad incile.* hoc exponitur. j. proxi. §.

m *Excogitata.* quæ appellamus fluſam.

n *Ex flumine agi.* id est duci.

o *Continentur.* cum & in his haustus seruitus imponi posit: vt. ff. tit. j. l. j. §. quanquam.

p *Tegere.* supra aquã.

q *Substruere.* id est subtus aquam struere.

r *Sarcire.* collapsa.

s *Aedificare.* de nouo.

t *Aduehere.* plaustro, vel asino. Accursius.

u *Adportare.* dorso. & facit. ff. de itinere actuque priua. veteres. & l. iij. §. pen. & j. eo. Seruius. §. fi.

x *Indiget.* riuus.

y *Inquit.* scilicet prętor: vt. ff. in prin. l.

z *Non habet.* reficit ergo etiam qui de iure seruitutis non probat. & sic est contra. ff. de itine. actuque priuat. iij. §. hoc autẽ. sed speciale in riuo, & aliud in itinere: vt. j. l. fi. Ac.

a *Signinum.* de terreno silicinum, siue lapideum. Sed cõtra. j. Seruius. §. j. So. hic lapidib' puta codalis, vel similib' inordinate cõpositis, phibet: ibi cæmentitiũ permittit. vel ibi facit murum ad latus vt aqua non vagetur. si autem fundum riui velit de terreno lapideum facere, non potest: vt hic. Accursius.

b *Alium locum.* id est si alium locum non seruientem velit reficere, vel per alium locum nõ seruientem ducat aquam: bene poterit prohiberi.

c *Vel adtollat.* id est exaltet.

d *Vel contra.* repete, impune prohibetur. & facit. ff. tit. iij. l. iij. §. pe. sed contra. ff. communia prædi. l. refectionis. §. j. ibi, depressũrum vel alleuaturum &c. Solu. ibi magnam vtilitatem cõsequebatur si deprimebat riuum, vel alleuabat, hic non. vel sol. vt ibi. & facit. ff. ne quid in lo. publi. l. ij. §. restituas. & ff. ne quid in flu. publi. l. j. §. quod autem ait. Accursius.

e *Cæteros.* qui dilatant, vel extendunt, & omnes prædictos præter operientem vel aperientem.

f *Impunè.* id est sine pœna.

g *Aduersarius.* id est dominus soli: & per consequés si fiat dãn. sed secũdũ Azo. hæc ratio nõ valet: vt. j. l. proxi. sed certe immo contra,

BIU Cujas

contra,si bene intelligatur ibi sententia Pomponij,secundum Azo.

a *Abeo.Terrenum.*& sic coopertum.

b *Quod.*scilicet quòd debeat aliquo modo fieri deterior conditio domini:hoc ait Pompo.sibi non placere.& sic consonat Pomponius cum Labeone:quia si fieret deterior cõditio domini,non de iure fieret:sed occasione quadam iniusta, vel assũpta iniusta occasione ex causa seruitutis: & ideo non est permittẽdum fieri, nisi ab initio &c. vt subiicit, secundum Azo. & H.vel nisi sit maior vtilitas eius cui debetur seruitus, quàm damnũ domini. arg.ff.l. proxi. in fi. vel secundũ alios dic,quod,scilicet vt nõ possit cooperire apertum, & econtra. & secundum hoc Pompo. videt cõtradicere Labeoni.q.ff. bene poterit riuũ apertũ cooperire: quod intelligũt si maiorem vtilitatẽ cõsequatur inde, quàm incõmodum inferatur domino: vt.ff.l. proxi. in fi.& sic non contradicit,cum alio casu loquatur.sed Pompo.intellexit Labeonẽ simpliciter dixisse. & sic reprehendebat eum in casu quem ponit Pompo. scilicet quãdo vtilitatem magnam habet cui seruitus debetur.& secundum hoc expone sequentia sic: quia &c. q.d.non est bona ratio Labeonis: quia id cõmodum quod aufertur domino,magis auferetur ex occasione scilicet extrinseca, hoc est pactorũ p quæ fuit seruitus constituta: quàm

LAbeo nõ posse ait ex aperto riuo terrenũ [a] fieri: quia commodũ domino soli auferretur appellendi pecus,vel hauriendi aquam. quod [b] sibi non placere Pomponius ait: quia id domino magis ex occasione, quàm ex iure cõtingeret: nisi si ab initio in imponenda seruitute id actum [c] esset.

III. VLPIANVS libro septuagesimo ad Edictum.

B SEruius autem scribit [d] aliter duci aquã, quæ antè per specum [e] ducta est,si nũc per apertum ducatur. [f] Nam si [g] operis aliquid faciat quis quo magis aquã conseruet, [h] vel contineat: non impunè [i] prohiberi. Ego [puto k]& in specu cõtra: si nõ maior vtilitas versetur aduersarij. [l] ℣ Seruius & Labeo scribunt,si riuum qui ab initio terrenus fuit,qui aquam non continebat,cæmentitium [m] velit facere:audiendum [n] esse. Sed & si eum riuum qui structilis [o] fuit, postea terrenũ [quis] faciat, aut C partem riui:æque non esse prohibẽdum. Mihi videtur vrgens & necessaria refectio esse admittenda. ℣ Si quis nouum canalem, vel fistulas in riuo velit collocare,cum id nunquam habuerit: vtile [p] ei hoc interdictum [q] futurum Labeo ait. Nos & hic opinamur vtilitatem eius qui ducit,sine incommoditate [r] eius cuius ager est,spectandam. ℣ Si aqua in vnum lacum ducatur,& inde per plures ductus ducatur: hoc interdictum vtile erit volenti reficere ipsum lacum. ℣ Hoc interdictũ ad omnes riuos pertinet:siue in publico,siue in priuato sint constituti. Sed & si calidæ aquæ [f] riuus sit: de hoc reficiendo competit interdictum. Aristo & de cuniculo [t] restituẽdo, per quem vapor [u] trahitur in balneariis vaporibus,putat vtilem actionem competere:& erit dicendũ,vtile interdictum ex hac causa cõpetere. ℣ Iisdem autem personis,& in easdem interdictũ hoc dat,quibus & in quas &de aqua interdicta [x] redduntur quæ supra sunt enumerata. ℣ Si quis riuũ reficienti,opus nouum nũciat: bellè dictum est,posse cõtemni [y] operis noui nunciationem. Cùm enim prætor ei vim fieri vetet: absurdum est per operis noui nũciationẽ eũ impediri. Planè per in rem actionem dicendum est, posse aduersus eum vindicari, [z] ius ei non esse. [& hoc]dubiũ non est. De dãno quoque infecto cauere eum in imponẽda seruitute vt liceat operire apertũ, vel ecõtra: aut vt nõ liceat,& hoc seruabitur: vt.ff.eo.l. proxi. in fi. aut nihil est actũ: & tunc licebit operire apertũ: & econtra: si tamen dominus soli nullum habet damnum: vt.ff.eo.l.j.§.proinde.versi.ego cæteros. si vero subeat damnum:tunc si maius est cõmodum vtentis,permittitur:aliàs non: vt.ff.eo.l.j.in fi. & hæc secundum Labeonem & Pompo.intelliguntur.Opus autem quod sit causa conseruandi aquã,vel retinẽdi,necessario forte, sine prædicta distinctione potest fieri:vt.ff.proxi.respon.nam & si &c.j.eo.proxi.§.Ac.

D

iure, id est occasione dãni dati in fundo,pro quo damno ageretur: hic autem non agitur. & secundũ hoc dic iure: scilicet quo proditum est cuique damnum suæ rei emendari. vel dic secundum intellectum M. quia id commodũ quod aufertur domino, magis occasione seruitutis impositæ contingit,quàm ex iure, id est seruitute tali, vt non liceat ei domino in suo pecus ad aquam appellere.hæc enim seruitus nõ valeret, nisi interesset vicinorũ: vt.ff.de seruitu.l.quotiens. vel dic secũdum eundem,quia domino daretur occasio infestandi eum cui seruitus debetur, ex qualibet etiam leui causa,si nullo modo debet dominus dãnificari.

c *Actum.*facit.ff.de serui.rusti.præ.cum essent.§.fi.

SErvius. Hoc principium continuatur cum casu præcedẽ. [SERVIVS.]Si riuum terrestrẽ volo lapideũ facere, quia aquam non continebat prius:bene possum. & ecõtra possum facere: dum tamẽ hoc sit necessarium riui refectioni. Item nouum canalem vel fistulam possum in riuo ponere,si hoc nõ nocet domino fundi. Item si aqua ex pluribus locis veniens in riuum latũ colligatur,& inde per plures riuos ducatur: si volo illum locum reficere,audior. Vltimo dicit:hoc interdictum competit volenti reficere riuum per quem ducit aquam,siue in priuato solo sit, siue in publ. Item siue ducatur aqua frigida,siue calida.item ad cuniculos pertinet. & quid sit, dic vt in glo.& iisdem personis datur, & contra eos quibus dantur superiora interdicta in titulo superiori posita.[SI QVIS RIVVM.]Reficienti riuum nõ potest nunciari nouum opus:sed contra eũ potest agi in rem negatoria,per quã negatur ius ei non esse. Item reficiens riuum tenetur de damno infecto cauere. Vltimo dicit: cum vellem reficere riuum, prohibebas me portare calcem, & lapides & similia quæ portabam causa reficiendi riuum.competit mihi hoc interdictum.Franciscus.

d *Scribit.* sententiam Labeonis male dicentis sequens,secũdum quosdam:immo non sequens, secundum Azo. quia Labeo bene dixit,& Pompo.secum cõsonauit.vnde cum Seruius statim corrigatur,non fuit secutus bene dicentem.

e *Per specum.* hic accipitur pro subterraneo meatu.aliàs accipitur.ff.l.j.§.specus. secundum H.vel dic locum altum, opertũ tamen.

f *Ducatur.* & ideo est prohibendus, si maiorem vtilitatẽ suam ostendat dominus soli. & secundum hoc non corrigitur Seruius. vel dic secundũ Azo. Seruiũ loqui simpliciter: & sic corrigitur vel determinatur.

g *Nam si.* bene dico phiberi superiori respon.nam &c.

h *Conseruet.*ne defluat vel spargatur extra ripas riui.Accursius.

i *Non impunè.* id est nõ sine pœna. nam tenebitur hoc interdicto:quia prohibere nõ debet. sed in superiori casu qui aperit vel operit,hoc non facit: & ideo prohibetur,secũdum Seruium.

k *Puto.*scilicet cũ Seruio sentiens. & in specu cõtra,scilicet quàm sit in superiori proxi. respon. nam si &c. & sic non corrigitur secundum H.Vel secundum Azo. cõtra quàm dixerat Seruius: & sic corrigo Seruium hoc casu, cum maior vtilitas &c.vt hic, & supra eodem.l.j.in fine.

l *Aduersarij.* id est domini soli.Et no.ex prædictis:quia aut est actũ

m *Cæmentitium.*id est murũ de lapidibus ad latus riui, vt aquam contineat. Accursius.

n *Audiendum.* contra.ff.eo.l.j.§.sed si quis.Sol.vt ibi.Accur.

o *Structilis.*id est arte hominis & manibus factus.Accursius.

p *Vtile.*nam directum datur quando iam habuit.Accursius.

q *Ei hoc interdictum.*non solum in aliis casibus:vt.ff.eo.l.j.in fi. &.l.ij.&.iij.in principio.

r *Incommoditate.* facit.ff.titu.j.hoc iure.§.is qui. &.ff. de itine. actuque priua.l.iij.in fine.Accursius.

s *Calidæ aquæ.* Ad qđ.ff.de aqua quoti.& æstiua.l.j.§.idẽ Labeo.

t *De cuniculo.* per quem aqua calida vbi posuit immittitur: vel in quo congeritur,vt inde ducatur. Accursius.

u *Vapor.*id est aqua calida.Accursius.

x *Interdicta.* quæ sunt tria.de quotidiana. item æstiua. item ex castello:vt.ff.tit.j.l.j.in prin.&.§.deinde.&.§.ait prætor.f.hæredibus & in hæredes & emptores:vt in ea.l.§.ait prætor.Accur.

y *Posse contemni.*vt &.ff.de no.ope.nuncia.l.de pupillo.§.si quis riuos.&.j.de cloacis.l.j.§.si quis purganti. nisi causa damni infecti: vt.ff. de no.opc. num.l.j.§. nunciatio.versi. quòd si quis in mari.&.j.proxi.

z *Vindicari.*per negatoriam.Accursius.

Apportare,

BIU Cujas

a *Apportare.* dorso. Accursius.
b *Aduehereq;* plaustro vel asino. Accursius.
c *Ei competere.* facit. ff. l. j. §. deinde.

De riuis.] CASVS. Qui agit hoc interdicto: sufficit quòd probet se priore æstate vsum esse aqua per illum riuum non vi, non clam, non precario. & nunc prohibuit scilicet seruitus, non autem requiritur habeat de hoc ius, vel non habeat: licet secus sit in interdicto de itinere reficiendo: cum hoc casu multum læderétur homines si nó reficerentur riui, nisi primo de seruit. probaretur: cum interim homines possent perire siti. at in itinere non esset tanta læsio: maxime in æstate. Franciscus.

* *Flo. exportare, vehere, quæ refect.*

d *Refectionem.* quo casu duo probat: vt supra de itine. actuque priua. l. iij. §. hoc autem. At hic vnum, scilicet se vsum hoc anno: vt. ff. eo. l. j. in princi. & facit. ff. l. j. §. hoc interdictum competit. Accursius.

e *Difficultas.* Et sic potest iri, licet cũ difficultate.

f *Quæ.* scilicet difficultas eundi. Ac.

DE FONTE.

De ducenda dixit: nũc de hauriendo aqua.

* *Fl. aquã*

PRætor ait.] CASVS. Ponitur edictum, cuius sensus est: Si anno hausi aquam de fonte tuo non vi, non clam, non precario: prætor prohibet mihi vim fieri quo minus hauriã. idem si ad lacum tuum, puteum, vel piscinam, consuetus sum ducere oues meas: prætor prohibet ne mihi vis fiat. postea loquitur Vlpi. & dicit: hoc interdictum datur ei qui fontana aqua vti prohibetur. nam sicut seruitus est de ducendo aquam, item de hausto aquæ: sic & duo interdicta reddita sunt. vnũ de deducenda aqua: vt in tit. de aqua quotid. & æstiua. per totũ. aliud de aqua hauriendo: vt hic. nam agam hoc interdicto contra eum qui me prohibet haurire aquam, vel ducere pecus. & in viua aqua habet locum: non in cisterna. Item habet locum si prohibear ire ad haustum aquæ. & datur his personis quibus & superiora. [*DEINDE AIT PRAETOR,*] Per hoc edictum quod hic ponitur, prohibetur vis fieri volenti reficere fontem. nam parum valeret vsus fontis, nisi posset refici. & debet refici vt aquam contineat fons, non vt exeat aqua: vel ne aliter vtatur quàm priori anno sit vsus. & hoc idem (dicit) interdictum datur volenti reficere lacum, puteum, & piscinam: & eis personis dabitur quibus interdicta de aqua quotidiana & æstiua dantur. Franciscus.

g *Vti.* id est sicut.
h *Vsus es.* scilicet hauriendo.
i *Piscina.* ad quam pecus appellitur.

debere, minime dubitari oportet. ¶ Si quis eum apportare,*a aduehereque b ea quę refectioni necessaria sunt, prohibeat: hoc interdictum ei competere c Ofilius putat. quod est verum.

IIII. VENVLEIVS libro primo Interdictorum.

DE riuis reficiẽdis ita interdicetur, vt non quæratur an aquam ducere actori liceret. Non enim tam necessariam refectionem d itinerum, quàm riuorum esse: quandò non refectis riuis omnis vsus aquę auferretur, & homines siti necarentur. Et sanè aqua peruenire nisi refecto riuo non potest: at non refecto itinere, difficultas e tantùm eundi agendique fieret, quæ f temporibus æstiuis leuior esset.

DE FONTE.

TITVLVS XXII.

I. VLPIANVS libro septuagesimo ad Edictum.

PRætor ait: *Vti* g *de eo fonte, quo de agitur, hoc anno aquã* nec vi, nec clam, nec precario ab illo vsus es:* h *quo minus ita [ea] vtaris, vim fieri veto. De lacu, puteo, piscina,* i *item interdicam.*

Vbi est eadem ratio, ibi est idem ius. Bartolus.

¶ Hoc interdictum proponitur ei qui fontana aqua vti prohibetur. Seruitutes enim non tãtum aquæ ducendæ esse solent: verùm etiam hauriendæ. Et sicut discretę k sunt seruitutes ductus aquæ, & haustus aquæ: ita interdicta seperatim reddũtur. ¶ Hoc autem interdictum locũ habet, si quis vti prohibeatur aqua: hoc est, siue haurire aquã prohibeatur: siue etiam pec° ad aquam appellere. Et eadem hic sunt dicenda (quę ad personam attinent l) quæcumque in superioribus interdictis diximus. ¶ Hoc interdictum de cisterna non competit. Nam cisterna non habet perpetuam causam, nec viuam aquam. Ex quo apparet in his omnibus exigendũ vt viua aqua sit. Cisternæ autẽ imbribus concipiuntur. Denique constat interdictum cessare, si lacus, piscina, puteus, viuã aquã non habeat. Planè si quis ire ad haustum prohibeatur: æque interdictũ sufficiet. ¶ Deinde ait prætor: *Quo minus fontem quo de agitur, purges, reficias, vt aquam coercere, vtiq; ea possis: dum ne aliter vtaris, atq; vti* m *hoc anno non vi, non clam, non precario ab illo vsus es: vim fieri veto.* Hoc interdictum eandem n habet vtilitatem, quam habet interdictũ de riuis reficiendis. Nisi enim o purgare & reficere fontẽ licuerit: nullus vsus eius erit. Purgãdus autem & reficiendus est ad aquam coërcendam, vt vti quis aqua possit: dũmodo non aliter vtatur, quàm sicuti hoc anno vsus est. Coërcere aquã est cõtinere sic, ne defluat, ne dilabatur: dũmodo nõ permittatur p cui nouas [venas] quærere vel aperire. hic enim innouat aliquid præter id quàm præcedẽti anno vsus est. ¶ Sed & de lacu, puteo, [&] piscina reficiendis, purgandis, interdictum cõpetit: & omnibus q personis dabitur, quibus permittitur interdictum de aqua æstiua.

k *Discretæ.* id est separatæ.
l *Attinent.* scilicet agentis: vt quod persona agentis probare debet in superioribus interdictis, id debeat probare agendo isto interdicto, scilicet quòd vsus est putaris se suo iure vti. ad quod est. ff. de aqua quotid. & æsti. l. j. §. Aristo.
m *Vti.* id est sicut. Accursius.
n *Hoc interdictum eadem.* vbi eadem ratio, vel vtilitas, ibi idem ius: vt hic, & supra ad l. Aquil. l. illud, & insti. de legi. patro. tu. §. j. & supra de ritu nup. l. libertum. §. j. & infra de verbo. obli. l. à Titio. & C. de lib. præte. l. j. Item facit. ff. situ. j. l. finali.
o *Nisi enim.* audi viuam rationem quare hoc edictum est factũ: & sic vbi ratio locum habet: & lex siue responsio. ad quod facit quod notaui. ff. de legi. & senatusco. l. nó omnium. Quandoque tamen generalior est responsio quàm ratio: quia ratio restringit superius dictum: vt supra de ac. poss. l. si is qui. & de calũ. hæc actio. in prin. Accursius.
p *Non permittatur.* ei scilicet qui habet ius hauriendi ex fonte. & aliàs, cui. Accursius.
q *Omnibus.* vt emptoribus, hæredibus, & similibus: vt supra de aqua quotid. & æsti. l. j. §. ait prætor inter.

DE CLOACIS.

Et istæ vt viui indigent purgatione: vt fetor cesset viui, & commoditas veniat.

PRætor ait.] CASVS. Ponitur edictũ, cuius sensus est Si volo reficere vel purgare cloacam, quæ ex ædibus meis ad tuas pertinet ædes: prætor prohibet mihi fieri vim. Item de damno infecto cauere debeo, si operis vitio daretur damnum. Postea loquitur Vlpia. & dicit: duo interdicta sunt circa cloacam: vnum prohibitorium: & hoc est primum. aliud restitutorium, de quo habes infra eod. §. deinde. Tertio dicit: Bene fecit prætor quòd voluit posse purgari & refici cloacas: cum ad tutelam hominum hoc spectet. Et habet locum hoc interdictum in priuatis cloacis: non in publicis. Postea dicit quid sit cloaca. Item hoc primum interdictum est prohibitorium. Item appellatione cloacæ continentur tubus, & fossa aliqua stricta, vt sunt Florentiæ. item fistulæ. Item non est vis, siue vi, siue clam, siue precario vtebar cloaca: quia semper datur mihi hoc interdictum vt reficiam siue purgem. & est hoc ratione publicæ vtilitatis. Item quod dictum est in edicto, ex ædibus meis: intelligas pro omni ædificio. item & si ab area mea in tuam aream. idem si ex domo in agrum. idem si priuatam cloacam in publicam immittere volo. Item facere possum priuatam cloacam, quę vadit in publicã. Postea exponit verba prætoris quæ dicunt, in ædes tuas pertinet

BIU Cujas

net siue dirigitur. hoc est: siue extenditur in ædes tuas: siue sint ædes tuæ vicinæ meæ siue remotæ. possum etiam parietem domus tuæ aperire vt reficiam vel purgem cloacam: & debeo postea restituere, nec potest mihi nouum opus nuntiari. [DEINDE.] Nunc ponitur aliud edictum, quo dicitur, si aliquid est factum in publicam cloacam, siue immissum, quo vsus eius dererior fit: prætor iubet id destrui. Item prætor prohibet ne aliquid fiat vel immittatur in publicam cloacam. postea loquitur Vlpia. dicens quòd hoc interdictum spectat ad publicam cloacam: ne quid in publica cloaca fiat vel immittatur per quod vsus ei[us] deterior sit vel fiat. Vltimo dicit: licet interdictum primum loquatur in cloaca priuata reficienda, idem tamen in faciendo cloaca priuata, ne vis fiat facienti: cum & olim hoc idem esset in cloaca quæ fieret in publico. Item factam poterit reficere. Facere priuatã cloacam soli ædiles debent concedere. & hoc dicit hic. §. cum. l. sequ. Franciscus.

a *Purgare reficere.* duo capita sunt huius interdicti, & vtrunque prohibitorium.

b *Sub hoc titulo.* scilicet de cloacis: nõ autem dicimus, id est interdicto: quia in isto hic nullum est restitutorium. sed quod subiicit duo, immo tria vel quatuor: nam hæc sunt duo capita, reficere purgare. Item infra eod. §. deide. sunt alia duo, reficere, & non immittere. sed respõdeo duo interdicta, id est duo genera interdictorum: scilicet prohibitorium & restitutoriũ: & hæc tria, scilicet phibitoria sunt duo: hic tertium in §. deinde. in fi. at vti pos. non datur: vt supra vti pos. l. j. §. j.

c *Minantur.* cœlestes pestilentias & fames.

d *Si non reficiantur.* facit supra de no. oper. nunti. l. de pupillo. §. si quis riuos. Accursius.

e *Tubus.* est foramen cloacæ, vnde purgatur colluuies aquæ.

f *Fistula.* est aliud instrumentum ad idem.

g *In tuas pertinet.* etiam non iure seruitutis. Accursius.

DE CLOACIS.†
TITVLVS XXIII.

I. VLPIANVS libro septuagesimoprimo ad Edictum.

PRætor ait: *Quo minus illi cloacã quæ ex ædib[us] eius in tuas pertinet, qua de agitur, purgare reficere* [a] *liceat, vim fieri veto. Damni infecti, quod operis vitio factum sit, caueri iubebo.* Sub hoc titulo [b] duo interdicta prętor subiicit: vnum prohibitorium, alterum restitutorium: & primum prohibitorium. Curauit autem prętor per hęc interdicta, vt cloacæ & purgentur & reficiantur: quorum vtrumque ad salubritatem ciuitatum, & ad tutelam pertinet. Nam & cœlum pestilens & ruinas minantur [c] immunditiæ cloacarum, item si non reficiantur. [d] ℣ Hoc autem interdictum propositum est de cloacis priuatis. Publicæ enim cloacæ publicam curam merentur. Cloaca autem est locus cauus per quem colluuies quædam fluat. ℣ Hoc interdictum, quod primum proponitur, prohibitoriũ est: quo prohibetur vicinus vim facere quo minus cloaca purgetur reficiatur. ℣ Cloacæ appellatione & tubus [e] & fistula [f] continentur. Quia autem cloacarũ purgatio & refectio ad publicam vtilitatem spectare videtur, idcirco placuit non esse in interdicto addendum, *quod non vi, non clam, non precario ab illo vsus es*: vt etiam si quis talem vsum habuerit, tamen non prohibeatur volens cloacam reficere vel purgare. ℣ Deinde ait prætor, *quæ ex ædibus eius in tuas pertinet.* [g] Aedes hic accipere debes pro omni ædificio. hoc est ex ædificio eius in tuum ædificium. Hoc amplius Labeo putabat huic* interdicto locum esse & si area ab vtralibet parte ædium sit, & si forte (inquit) cloaca ducta sit ex vrbano ædificio in proximum agrum. ℣ Idem Labeo [ait] etiam eum qui priuatam cloacam in publicam immittere velit, tuendum ne ei vis fiat. Sed & si quis velit talem cloacam facere, vt exitum habeat in publicam cloacam, non esse eum impediendum Pomponius scribit. ℣ Quod ait prętor, *pertinet*: hoc significat, quod ex ædibus eius in tuas pertinet: hoc est dirigitur, extenditur, peruenit. Et tam ad proximũ vicinum hoc interdictum pertinet, quàm aduersus vlteriores, per quorum ædes cloaca currit. Vnde Fauius Mela scribit, competere hoc interdictũ vt in vicini ædes veniat, & rescindat pauimenta purgandæ cloacæ gratia. Verendum tamen esse Pomponius scribit, ne eo casu damni infecti stipulatio committatur. * Sed hæc stipulatio non committitur si paratus sit restaurare id quod ex necessitate reficiendæ cloacæ causa resciderat. ℣ Si quis purganti mihi cloacã, vel reficienti, opus nouum nuntiauerit: rectissimè dicetur, contẽpta nuntiatione me posse reficere [h] id quod [iam] institueram. [i] Sed & damni infecti cautionẽ pollicetur, * nisi paratus [k] sit restituere quod operis vitio factum sit. Nam sicuti reficere cloacas & purgare permittendum fuit: ita dicendum [est] ne dãnũ ædibus alienis detur. ℣ Deinde ait prætor: [l] *Quod in cloaca publica factum siue immissum habes, quo vsus eius deterior sit, fiat: restituatur.* * [m] *Item ne quid* [n] *fiat, immittatur ve, interdicam.* Hoc interdictum ad publicas cloacas pertinet, ne quid in * publicam [o] cloacam immittas: neve facias quo vsus [eius] deterior sit, neve fiat.

II. VENVLEIVS libro primo Interdictorum.

QVanquam de reficienda cloaca, [p] non etiam de noua facienda hoc interdicto [q] comprehendatur: [r] tamen æque interdicendum [s] Labeo ait, ne facienti cloacam vis fiat: quia eadem vtilitas sit. Prętorem enim [t] sic interdixisse, [u] ne vis fieret quo minus cloacam [x] in publico facere liceret. idque Ofilio & Trebatio placuisse. Idem* dicendum ait, vt factam cloacam purgare & restituere permittendum sit per

h *Reficere.* vel purgare: vt supra de ope. no. nun. l. de pupillo. §. si quis riuos. & supra de riuis. l. iij. §. pen. & sunt argu. ad contemnendas nuntiationes, infra de regu. iur. l. quæ propter necessitatem. & supra quod fal. tu. auctore. l. si id inquit. & infra de fideiuss. si fideiussor. &. ſ. pro empt. l. ij. §. fin. & l. alienam. &. C. de rescin. ven. si maior. &. C. de libe. causa. l. iij. & supra de publici. l. Papinianus. & supra de pec. l. si quis seruum. & supra de relig. at si quis. §. idem Labeo. & supra manda. l. Quintus. Sed arg. contra. supra de fideicommiss. lib. l. cum vero. & infra titu. j. l. iij. &. C. de rei vindi. l. si fundum.

i *Instituerã.* id est inceperam.

k *Nisi paratus.* aliàs nisi paratus: & aliàs si paratus. & secundum primum dic cautionẽ, id est actionem quæ oritur ex cautione, q̃ interposita est causa dãni infecti, pollicetur nisi &c. Secundum aliam sic: quia vult prætor vt debeat cauere de dãno infecto, quod operis vitio factum sit: id est eum opus destructum propter purgationem & refectionem cloacæ restituitur: de damno infecto cauendum est. vel dic secundum eandem literam: si, id est quamuis paratus sit restituere, quod operis vitio factum est: tamen damni infecti cautionem pollicetur, id est actionẽ quæ oritur ex cautione quæ causa damni infecti interposita fuit si quod aliud est damnum &c.

* *Hal. non cõmittatur.*

* *Fl. si quid operis vitio factum est: nam sicuti &c.*

* *Flo. restituas*

l *Deinde ait prætor.* hoc est restitutorium: vt. ſ. §. j.

* *Flo. ad*

m *Restituatur.* id est destruatur.

n *Item ne quid.* ecce tertium prohibitoriũ.

o *Publicam.* aliàs nõ habetur publicam.

p *Quãquam. Cloaca.* ſ. priuata.

q *Interdicto.* quod est supra eo. l. j. in prin.

r *Cõprehendatur.* quãtum ad verba.

s *Interdicendum.* quo ad sententiã &c. Acc.

t *Prætorem enim.* argumentatur de publica ad priuatam: quod etiam interdictum de publica non habemus quo ad verba.

u *Interdixisse.* ait Labeo.

* *Flo. ipse dicẽdũ ait, vt ne fa.*

x *Cloacam.* priuatam.

Per

a *Per interdictum.*vt.ſ.l.j.in principio.idem de publica:vt.§.deinde.Accurſius.
b *Nouam.*ſcilicet priuatam.& idem de publica.
c *Curaſit.*vt ædiles: vt ſupra de via publi.l.ædiles. qui ex prætoribus erant:vt inſtitu.de iure naturali.§.prætorium. non ergo corã omni prætore poterat agi vt liceret facere nouã cloacam vel priuatam: ſed tantum coram eo qui curã viarum habebat,cũ multi eſſent prætores:vt ſupra de origi. iur.l.ij.§.cũque conſules. vſque ad.§. iuris ciuilis. vel verius primo petit licentiam faciendi ab ædilibus:qua habita agitur corã quolibet magiſtratu.

QVOD VI AVT clam.

Superiora interdicta reſpiciunt futurum tempus: hoc præteritum. Vel: dixit ſupra ſeparatim de vi tam præterita, vt in vnde vi interdicto: quàm præſenti,vt in vti poſſidet. nunc de quodam mixto, ſcilicet tam pro vi quàm pro eo quod clam factum eſt: quod pro præterito & præſenti datur: vt infra eod. is qui.§.quod ait prætor. Et not. quòd quidam dicunt eſſe duo interdicta: vnum quod vi,quando vi eſt factum. aliud quod clam:quando clam. quod Ioan.non approbat. qualitercunque enim ſit factum, agitur quod vi aut clam. facit infra eodem.is qui in puteum.§. hoc interdictum. Item de vi tractatur vſque ad.§.clam.in.l.3.poſtea de clam vſque ad.§.hæc verba. in.l.5.& ibi exponit quod factum eſt.

PRætor ait.]CASVS.Quod vi aut clam feci, non vt ius permittit in re de qua nũc agitur,prætor iubet me hoc opus deſtruere. Vlpianus poſtea loquitur, & dicit: hoc interdi.reſtitutorium eſt,& per hoc occurritur calliditati ædificantium vi aut clam. & ſiue in alieno fundo ædificem vi aut clã, ſiue in meo, ab alio tamen poſſeſſo : teneor hoc interdicto : nec poſſum obiicere quòd in meo fundo feci,cũ eum nõ poſſideam. & ad ſola ædificia quæ fiunt vi aut clam in ſolo , habet locũ hoc interdictũ. Poſtea exponit quis dicatur vi ædificare. & certe ille qui ædificare prohibitus ædificat: vel qui cõtra nunciationẽ per lapillum factam ædificat:vel qui contra teſtationem,id eſt denũciationem corã teſtibus factam ædificat.item qui curauit, id eſt procurauit ne prohiberetur, ſciens ſe debere prohiberi: tenetur hoc interdicto.ſed ſi prohibitus deſtitit tũc ædificare:& alia die ædificat:videtur vi facere. Sed pone quòd cũ ædificabas in fundo ſiue ſolo à me poſſeſſo, ego infirmitate ductus , vel nolens te offendere,vel amicum tuum qui & meus erat amicus,non prohibui:non videris vi ædificare. ſed ſi cum vellem venire ad prohibẽdum te,aliquis mihi in via reſtiterit cum armis ne venirem,& non veni:& hoc factum eſt te ignorante:non videris vi ædificare , cum factum alterius tibi ignoranti non debeat nocere.h.d. cum.l.ſequen.

d *Vi.* compulſiua : vt.ſ.quod me.cau.l.metum.§.j. vel ea quæ conſenſu caruit:vt.j.ea.l.§.quid ſit vi.&.§.ſed & Ariſto.
e *Clam.*expone vt.j.eo.l.iij.§.fi.
f *Factum eſt.*non vt ius permittit: quia forte ab alio poſſidẽte: & ſupple,in ea re qua &c. Et not.quòd nõ dicit in priuato: quia & in publico locum habet:vt.j.l.iij.§.plane.&.l.vi facit.§.fi.
g *Experiũdi poteſtas.*ex hoc patet quòd vtilis eſt: vt.j.de diuer. & tẽpo.præſcrip.l j.quod accipe ad ſui principiũ : ſed ad curſum continuus eſt:vt.ſ.de aqua plu.ar.l.Atteius.in prin.Accurſius.
h *Reſtituas.* id eſt deſtruas, & in priſtinum ſtatum ponas.quod dic vt.j.de verbo.ſigni.l.cum prætor. & fa.ſ.cõmuni diui.l. cõmuni diuidundo.j.§.Iulianus.Accurſius.

interdictũ:[a] nouã[b] verò facere is demum cõcedere debeat, cui viarũ publicarum cura ſit.[c]

QVOD VI AVT CLAM. TITVLVS XXIIII.

I. VLPIANVS libro ſeptuageſimoprimo ad Edictum.

PRætor ait:*Quod vi*[d] *aut clam*[e] *factũ eſt:*[f] *qua de re agitur, id, cum experiundi poteſtas*[g] *eſt, reſtituas.*[h] Hoc interdictum reſtitutorium eſt:& per hoc occurſũ eſt calliditati eorum qui vi aut clam quędã moliuntur.[i] Iubentur enim ea reſtituere.[k] Et parui refert, vtrũ ius habuerit faciendi[l][quis]aut non. Siue enim ius habuit,[m] ſiue non: tamen tenetur[hoc]interdicto propter [hoc] quod[n] vi aut clã fecit. Tueri enim ius ſuum debuit,nõ iniuriam comminiſci.

Nulla paratur defenſio ei qui cõtra iuris diſpoſitionem molitur.h.d.

¶ Denique eſt quæſitũ, an hoc interdicto vtenti,exceptionem poſſit[o] [quis] obiicere: *Quod non iure meo*[p] *fecerim*[*]. Et magis eſt ne poſſit. Nã aduerſus vim, vel quod[q] clam[†]factũ eſt,nulla iuſta[r] exceptione[s] ſe tueri poteſt. ¶ Hoc interdictum ad ea ſola opera pertinet, quæcũque in ſolo[t] vi aut clam fiunt.[t]

Hic incipit exponere verba edicti.h.d.

¶ Quid ſit vi factum, vel clam factum, videamus. Vi factum videri Quintus Mucius ſcripſit, ſi quis contrà quàm[u] prohiberetur, fecerit. & mihi videtur plena eſſe Quinti Mucij definitio.[x] Sed & ſi quis iactu vel[y] minimi lapilli prohibitus facere, perſeuerauit[z] facere: hunc quoque vi feciſſe videri Pedius & Pomponius ſcribunt. eoque iure vtimur. Sed & ſi quis contra teſtationem[a] denuntiationemque fecerit: idem eſſe[b] Caſcellius & Trebatius putant.quod verum eſt.[c] Sed & Ariſto[†] ait eum quoque vi facere,qui cum ſciret ſe prohibẽdum,*per vim molitus eſt ne prohiberi poſſit.[d] ¶ Item Labeo dicit, ſi quem facientem

i *Moliuntur.*id eſt ædificant.
k *Reſtituere.*[a] ſed & vti poſſ.interdictum locum habet: vt.ſ.vti poſſi.l.ſi duo.§.ſi vicinus.ſed hoc expedit potius,ſecũdũ quoſdã.
l *Faciendi.*in illa re.Azo.
m *Ius habuit.*ſed ſi habuit ius:ergo nõ tenetur.argu.C.de adul. Gracch[o].ſed hic habet ius, quia dominus eſt ſoli:ſed nõ habet, quia alius poſſidet:vnde nõ habet ius inuito poſſeſſore. & facit.ſ.ad.l. Aquil. l. quemadmodum.§.pen.&.ſ.de no. ope. nun.l. prætor.§. ait prætor. & quo. lega.l.j.§.redigũtur. Sed argu. cõtra.ſ. de itine. actuq; priua.l.veteres.
n *Propter hoc quod.*id eſt quia.vel propter id quod &c.Ioan.
o *Poſſit.* ſcilicet cõuentus.Accurſius.
P *Non iure meo.*verba ſunt exceptionis.q.d. recte ageres quãdo nõ iure feci.
q *Quod.* id eſt quia tunc non fecerim iure meo, ſed vbi feci iure meo, vt i caſu ſuperiori:videor nõ teneri.ſed hæc quidẽ exceptio nõ valet.Accurſius.
r *Nulla iuſta.* ſcilicet tali: aliæ tamẽ quatuor poſſunt opponi: vt.j. eo.l.prohibere.§.ſed ſi permiſerit.&.l.ſi alius. §.belliſſime.&.§.eſt & alia.&.l.ſemper.§. hoc interdictum. facit.ſ.ad exhiben.l.iij.§.ibidẽ.
ſ *In ſolo.*vel in re cohærẽte ſolo.Io.vt.j.l.ſi alius.§.notauimus. & dic ſolo vel eius qui ædificat:vel eius cui nocetur:vel etiã tertij:vt.ſ.de aqua plu.arcen.l.ſi colonus.&.l.quanquam.§.idem.
t *Fiunt.*aliàs fiunt:& aliàs fuerint,ſcilicet facta.
u *Contrà quàm.*id eſt cõtra prohibitionem quam facit aduerſarius.ad quod eſt.j.ſed & ſi quis.&.j. de regu. iur.l. quo tutela.§. vi factum.&.ſ.quod me.cau.l.metũ.iij.§.idem ait & ſi forte.&.j. eo.l.vi.&.ſ.de no. ope.nun.l.prætor.§. nonnulli. Sed contra.ſ. de itine.actuque priua.l.iij.in prin.Solu.vt ibi. Vel ſecundo hic expone contra quam &c.id eſt fecit vt non prohiberetur: nunciãdo puta aliquid triſte prohibere voléti.ad quod eſt.ſ. ad Sylla.l.iij.§.ſubuenitur.&.j. eo.§. ſed & Ariſto. &.j. eo.l. vi facit. &.ſ.de eo per quem factum erit.l.j.§.j.
x *Definitio.*id eſt aſſignatio: nec eſt vera definitio.eſt ergo plana vt pro omnibus his operibus habeat locum interdictũ vt reſtituatur opus,exceptis illis caſibus vbi impune conténitur nunciatio:vt.ſ.de no.ope.nun.l.de pupillo.§.ſi quis riuos.&.ſ.de riuis.l.Seruius.§.fi.&.ſ.ti.j.l.j.§.ſi quis purgãti.& exceptis illis caſibus vbi competit exceptio contra hoc interdictum: vt not.ſ. ea.l.§.denique.
y *Vel.*pro ſaltem.
z *Perſeuerauit.*non præſtita ſatisdatione de opere demoliendo. & facit.ſ.de operis noui nun.l.de pupillo.§.meminiſſe. & ſi ſervin.l.& ſi forte.§.ij.
a *Contra teſtationem.* id eſt nũciationem coram teſtibus factam. denunciatio quandoque ſine teſtibus fit.
b *Idem eſſe.*vt faciat vi.
c *Verum eſt.*vt faciat vi.
d *Poſſit.* quia ergo per eum factum eſt ne prohibeatur: debet pro eo haberi ac ſi prohibitus eſſet: vt &.j. de regu.iur.l. ad ea quæ.§.ſemper.&.l. in iure ciuili.&.ſ.vt in poſſ. lega.l.is cui.§. ſi ex duobus.&.ſ.de no. ope.nuncia.l.prætor.§. ſi quis paratus. & ſ.quib[9]ex cau.in poſſ.ea.l.ij.§.hęc verba.in fi.&.ſ.quorũ lega.l. fina.in fin.&.ſ.de ripa mu.l.j.in princ.&.ſ.quibus modis pignus vel hypo.ſol.l. item liberatur.§. ſi quis paratus. &.ſ. de leg.ij.l. Titia.ij.§.Seia.& argu.ſ.de inofficio.teſtamen.l.nihil.ij.reſpon. & de iureiuran.l. ſi non fuerit. & de euic.l.ſi ideo.§. fina. &.ſ. ſi quis cau.

BIU Cujas

quis cau.l.iij.§.fi.&.ſ.ne vis fiat ei qui in poſſ.l.fi.in prin.

a *In præſentiarum.* id eſt in præſenti. Accurſius.

b *Feciſſe.* vt.j.l.iij.§.illud.

c *Iuſta cauſa.* poſtea: vt reſcripto principis: vel ſi ſatisfecerit vt j.l.iij.§.ſi quis paratus. Accurſius.

d *Impeditur.* ad quod eſt.j.de fur.l.pen.

e *Te.* facientem opus non vi non clam.

f *Magni faciebat.* id eſt te valde diligebat.

g *Nõ videbitur.* id eſt non videris tu.

h *Meo.* quia ex parte mea nullus dolus fuit.

i *NE in aliena.* Facit.ſ. de arbi.l. ne in poteſtate.&.j. de regu.iur.l. non debet. ij.&.ſ. ne quid in loco publi.l.ij.§.item Nerua.&.ſ. de nego.geſt.l. ſoluendo. Sed argumẽ. contra.j. quarum rerũ actio. l. j. §. exceptiones. Accurſius.

P *Rohibere.* In hac.l. cõtinuatur id quod dictũ eſt.ſ. in fi. proxi. caſus præceden. Et dicit: Siue egomet prohibeam, ſiue per ſeruũ meum, ſiue per procuratorem, ſiue per ſimilem perſonam: idẽ eſt: nec obſtat quòd p liberam perſonam mihi queritur. nam prohibitio facit te vi facere: immo & cum clam ædificas, ex tuo facto teneris: & ſufficit quòd ſemel prohibearis p to to tempore vt totũ ædificium poſtea factum debeas deſtruere: niſi poſtea tibi permiſiſſem ædificare, vel procurator vel tutor vel curator meus permiſiſſet. ſed ſi in loco publico prohibitus ædificẽ, teneor hoc interdicto: nec prodeſt permiſsio præſidis, niſi lex municipalis hoc facere, id eſt poſſe pmittere præſidi permiſiſſet. permiſſio autẽ principis, vel eius cui hoc permiſit princeps, ſcilicet poſſe permittere in loco publico ædificare, bene tenet. Item ſi prohibitus ædificare ſatisfdat, ſatis ſit. nã non videtur vi facere. Item ſi eſſet prohibitus quis ædificare à vicinis, quia timetur de dam. infec. & de hoc ſatisdet: ſatis ſit. [*CLAM FACERE.*] Nunc exponit verbum, clã. & ille clam dicitur ædificare, qui celat aduerſariũ opus quod facit: quem, ſi ſciret, credit quòd ei controuerſiam moueret coram iudice, vel de facto ſaltem ſine iudicio: & de hoc timet, vel timere debuit. itẽ ſi non credat, credere tamen debebat. Item clam dicitur facere, qui dixit aduerſario de opere quod erat facturus, alia tamen forma quàm fecit. de quo da exemplum vt in glo. vel qui tarde dixit. &.h.d.hic.§.&.l.ſeq. & prin.ſeq. Fran.

k *Prohibuerit.* vel cum mandato: vt.ſ. de procu.l. procurator. iij. vel etiam ſine mandato: vt argu.ſ. de peti.hære.l. item veniunt. §. petitam. verſi. à quo. Accurſius.

l *Quis prohibuerit.* nec etiam econtra quis prohibeatur, dominus, an eius miniſtri: vt.ſ. de no.ope.nuncia.l. de pupillo. §. ſeruo. &.§. nunciationem.

m *Non ſolet.* vt ſupra de conſtitu. pe.l.& licet. & facit ſupra de

prohibuero, iſq; deſtiterit* in præſentiarũ, [a] rurſuſque poſtea facere cœperit: vi eum videri feciſſe: [b] niſi permiſſu meo face cœperit, vel qua alia iuſta cauſa [c] accedente.

Amicitia nolentis prohibere quem opus facere, excuſat à pœna huius interdicti.

℣ Si quis tamen imbecillitate impeditur, [d] vel etiam ne offenderet vel te, [e] vel eũ qui te magni faciebat, [f] ideo non venerit ad prohibendum: non videbitur [g] aduerſarius vi feciſſe. & ita Labeo ſcribit.

Vis facta aduerſario meo per alium, mihi non debet imputari, ſi non cõſentio violentiam inferenti.

℣ Idem [Labeo] ait, & ſi te volentem ad prohibendum venire, deterruerit aliquis, armis fortè ſine vllo dolo malo meo, [h] ac propter hoc non veneris: nõ videri me vim feciſſe:

II. VENVLEIVS libro ſecundo Interdictorum.

NE in aliena [i] poteſtate [ſit] conditionem meam nihil delinquẽtis deteriorem facere.

III. VLPIANVS libro ſeptuageſimoprimo ad Edictum.

PRohibere autem non vtiq; per ſemetipſũ neceſſe eſt: ſed & ſi quis per ſeruum ſuum vel procuratorẽ prohibuerit, [k] rectè videtur prohibuiſſe. Idem [eſt] etiã ſi mercennarius meus prohibuerit. Nec quẽ moueat, [quis prohibuerit, [l]] quòd per liberam perſonã actio adquiri non ſolet. [m] nã prohibitio hæc demonſtrat te vi facere. Quid mirum, cùm & ſi clam [n] feceris, habeam [tamen] actionem? Ergo facto magis tuo delinquentis, quàm alieno, adquiritur mihi actio. ℣ Illud ſciendum eſt, non omnibus mõmẽtis vim eſſe faciendam: [o] ſed ſemel inter initia facta [vis] perſeuerat. [p]

Qui permittit opus fieri: ſi interdictum proponat, patitur exceptionem conuẽtionis.

℣ Sed ſi permiſerit: [q] aduerſus eum qui vtatur interdicto, exceptio [r] erit neceſſaria. ℣ Non tantum autem ſi ego permiſero, ſed & ſi procurator meus, vel tutor [ſ] qui tutelam adminiſtrat, [t] vel curator pupilli, furioſi, ſiue aduleſcentis: dicẽdum erit exceptioni locum fore. [u]

Officiarius publicus nõ poteſt vltra permittere quàm ſibi conceſſum ſit à lege vel conſuetudine.

℣ Planè † ſi præſes, vel curator reipublicæ permiſerit in publico [loco] facere, Nerua ſcribit, exceptionem locum non habere: quia etſi ei locorum (inquit) publicorũ procuratio data eſt, conceſsio [x] tamen data [y] non eſt. Hoc ita verum eſt, ſi non lex municipalis [z] curatori reipublicæ amplius concedat.

Quando quis iuris defenſiones proponere paratus eſt: videtur ceſſare clandeſtina aut violenta monitio.

℣ Sed & ſi à principe, vel ab eo cui princeps hoc ius concedendi dederit, [a] permiſſum ſit: idem erit probandum. [b] ℣ Si quis paratus ſit ſe in iudicio defendere aduerſus eos qui interdicendum [c] putant ne opus fiat: an videatur vi facere deſinere? Et magis eſt vt deſinat: ſi modò ſatis offerat, & defendere paratus eſt ſi quis agat. & ita Sabinus ſcribit. [d] ℣ Sed & ſi quis damni infecti paratus ſit cauere, cùm propter hoc tantũ eſſet prohi-

A vſu.l.ſi quis ſolutioni.§.fin. & ſupra de ope.no. nuncia.l. ſi procurator. & ſupra de bo.auctо.iu.poſſi.l.cum vnus.in princ.&.j. eo.l.interdictum.

n *Et ſi clam.* ita q̃ nec per ſe, nec per aliũ prohibuit dominus.

o *Faciendam.* vt locus ſit illi interdicto.

p *Perſeuerat.* hoc inter eaſdẽ perſonas: ſecus in diuerſis: vt.j.eo. l.vi facit. §. tandiu. & fa.ſ. eo.l.j.§. idem Labeo. & argu.j. de fur.l. quãuis. &.ſ. quod me. cau. l. videamus. Sed contra.j.eo.l. is qui. §. interdictum. Solu. ibi facta fuit remiſsio: hic non. Item fa.ſ. de leg. ij.l. Titia Seio. ij.§. vſuras. &.ſ. vt in poſſ. lega. l. ſi is à quo. §. fin. Sed argu. contra.j. de verbo. ſigni. l. vinaria vaſa. Item contra.ſ. de itine. actuque priuato. l.iij. in prin. Sol. vt ibi. Item contra.ſ. de vſur. l. mora. ibi, cum ſit omiſſa &c. magis concordat. Item argu. cõtra.ſ. de acquiren. rẽ. dõ. l. qui bona. §. j.

q *Sed ſi permiſerit.* poſt prohibitionem. & hic puncta.

r *Exceptio.* ſcilicet cõuentionis: vt &.j.tit.j. l.j.&.ſ. de pactis. l. iuriſgen. §. penul. &.ſ. de operis noui nuncia. l. j. §. item quæritur. &.ſ. quibus mo. pignus vel hypo. ſol. l. ſi cõſenſit.

ſ *Vel tutor.* quia hi loco dominorum habẽtur: vt infra de fur. l. interdum. ij. §. qui tutelam. & argu.j. de iniur. l. ſed & ſi vnius. §. j. Accurſius.

t *Adminiſtrat.* ad differentiam eius qui cõtutori adminiſtrationẽ ceſsit: vel qui ad inſtruẽdum datus eſt: vt j. de ſolu. l. quod ſi forte. §. j. Accurſius.

u *Locum fore.* ſcilicet conuẽtionis de rigore. Sed an minor poterit reſtitutionẽ implorare? videtur quòd ſic: vt ſ. de mino. l. ait prætor.

† *Iſte.* §. *eſt valde ſing. ſecundum Bart. ad hoc quòd in mãdato generaliter facto à repub. nõ venit alienatio rerũ ſuarum. Bolog.*

a *Cõſuetudo ſpecialis legi derogat. Quod limitabis, ſi eſt rationabilis & legitima: vt p. c. ſi. extra de præſcri. & in. l. receptitiã. ſ. de cõſti. pe. & cum hoc reſtric. amplia, vt p cedat in lege tam ſcripta quã ciuili: vt not. glo. in. c. 1. de cogna. ſpi. & in. c. 1. cum glo. de cog. ſeru.*

x *Conceſsio.* id eſt remiſsio.

y *Data.* etiam de rigore. ad quod eſt.ſ. de tranſac. l. cum hi. §. ſi prætor. &.ſ. de iureiu. l. eũ qui. §. in popularibus. &. C. de trãſac. l. præſes. &.ſ. de dona. l. filius. & ſupra de pact. l. contra. §. ſi filius. &. C. de pac. l. filius. & ſupra ad Mace. l. ſi filius. in prin. &.ſ. de rebus eorum. l. magis. §. non paſsim. Et no. ex præſenti & ſuperiorĩ reſponſo quòd maiorem poteſtatem habet priuatus adminiſtrator, quàm publicus.

z *Municipalis.* ſic ergo conſuetudo ſpecialis derogat a legi ſpecialiter: vt hic, &. C. de emanci. libe. l. j. &.ſ. communia prædio. l. venditor. §. ſi cõſtat. &.ſ. quod cuiuſque vniuerſi. l. item. §. j. item fa. j. eo. l. aut qui. §. idem ait.

a *Dederit.* prædicta conceſsio fuerit data, ſupple.

b *Probandum.* exceptioni locum fore.

c *Interdicẽdũ.* i. denũciandũ, vt ſtatim ſubiicit, ne opus fiat &c.

d *Scribit.* facit.ſ. de ope. noui nun. l. prætor. §. ſi quis paratus. & l. ſtipulatio. §. j. & quorum legato. l. ij. §. j. &. j. de fideiuſ. l. ſi dubitetur. in prin. &.ſ. de vſucap. l. ſi is qui. §. ſi ſeruus. Accurſius.

a *Desinere.* sublata causa tollitur prohibitio: vt. ff. proxi. §.

b *Denuntiauit.* hic continua. l. aut qui. j. eo.

c *Timuit.* id est si credidit eum moturum sibi controuersiam: & ita frequenter timuit: inde est quòd clam fecit: aut saltem debuit credere, & ita consequenter timere.

d *Cõtrouersiam.* de iure & in iure moueri.

e *Prohibitum.* de facto & sine iudice: vt differat à præcedenti casu. sic. ff. quod me. cau. l. isti quidem. & fac. ff. ad le. Aquil. ob id. & l. idẽ iuris. &. j. l. proxi. &. ff. ad Macedo. l. Iulianus. &. ff. p empt. l. qui fundum. §. seruus meus. & supra de contrah. emp. l. eaque. §. j. &. j. de regu. iu. l. quo tutela. §. vi facit. &. ff. si certũ pet. l. quod te. & depo. l. quod seruus. &. j. de fur. l. qui re. &. ff. de acquiren. possess. l. clam.

*Fl. animo

f SERVVS. *Ait.* idem quod superiori. §. sed addit, quia &c. ad quod facit. ff. de noxa. l. nõ solum. &. ff. de peti. hære. l. si à domino vel à patre. §. si prædo. & ff. de iuris & facti igno. l. nec supina. & cõcordantiæ superioris. §.

*Flo. cuius

*Flo. esse

AVT *qui.* Casus in prin. continuatur præcedenti casui. [*SI QVIS.*] Nunc dicit quòd qui denuntiat se opus facturũ, & facit, nõ semper nõ clam dicitur facere: quia si denuntiat in quo loco vult ædificare: & dies & hora in qua denuntiat, scribatur: & opus quod dicit se facturum: bene fit. si autem hoc non facit vt dictum est, clam dicitur ædificare. & siue denuntietur aduersario, siue procuratori eius, siue amicis, siue domui eius, siue fœminæ in domo aduersarij existenti: satis fit. Item satis est non habere animum celandi. Item si ædificare volo in publico: sufficit quòd denuntiem procuratori reipublicæ. Item si ædifico in solo quod credo tuum, cum sit Titij, & animo celandi te: certe clam dicor ædificare quo ad Titium. Idẽ si ædificem animo celandi seruũ tuũ, vel procuratoré tuũ: satis fit vt tibi domino cõpetat hoc interdictum. Vltimo dicit: nuntiaui tibi quòd opus vellem facere. tu nunciasti mihi ne facerem. si amodo faciam, teneor hoc interdicto. vi enim videor fecisse. [*HAEC VERBA.*] Nunc exponit verba posita in edicto hoc, scilicet factum est. & Mutius prædicta verba sic intelligit: quod tu fecisti, aut aliquis tuorum fecit, vel aliquis alius tuo iussu. Labeo etiam extendit ad hæredes prædictorum, vt omnes teneantur hoc interdicto. Item si tutor vel curator vel procurator municipum vel syndicus ędificet vi vel clam nomine pupilli vel ciuitatis: & si multi sint ædificantes: tenentur ipsi ædificantes hoc interdicto. Vel aliter potes intelligere hunc punctum vt in glo. quæ incipit, scilicet ædificantes &c. in fin. glos. Si autem seruus meus ædificauit vi vel clam: si meo nomine vel suo ædificauit, teneor hoc interdicto. si autem nomine extranei, puta Titij cum quo tunc stabat, si ædificat vi vel clam, vel eius iussu, tunc ipse Titius tenetur, nõ ego. Sed pone quòd iussu tutoris, vel curatoris, vel procuratoris, vel duumuiri factum est opus vi vel clam: & hoc opus iusserunt fieri nomine pupili, vel adulti, vel ciuitatis: tenetur hoc interdicto pupillus & adultus & ciuitas: & dicitur teneri & iubens, scilicet ipse tutor, & similes. Si autem mandaui Titio vt quoddam opus iuberet alicui facere, & iussit: & ille fecit vi vel clam opus: tenetur hoc interdicto qui fecit, non Titius: & ego teneor. nam cum verba edicti sint generalia: scilicet factum est: non solum qui fecit tenetur hoc interdicto, sed & qui fieri iussit. Franciscus. [*AVT QVI ALITER.*] Qui clam ædificat, & dominum non certificat: facit clam. Aut si dominum certificat, sed

† *Bart. hic dicit, quòd iste tex. deberet scribi literis aureis, ad hoc propositum, quòd vbi aliquis citatur ad aliquẽ actũ: si ille actus aliter agitur vel in qualitate, vel i substantia quã fuerit dictũ in citatione: non valet, & cẽsetur factus parte nõ citata. Bolo.*

bitus, vel quia non defendebat, vel damni infecti non repromittebat: cõsequens est dicere, desinere [a] eum vi facere.

Exponit verbum clam, positum in edicto. textus planus est.

¶ Clam facere videri Cassius scribit eum qui celauit aduersarium, neque ei denuntiauit: [b] si modò timuit [c] eius cõtrouersiam, [d] aut debuit timere. Item Aristo putat eum quoque clam facere, qui celandi animũ* habet eum quem prohibiturum se intellexerit: & id existimat, aut existimare debet, se prohibitum [e] iri.

IIII. VENVLEIVS libro secundo Interdictorum.

SEruius etiam eum clam facere [ait] [f] qui existimare debeat sibi controuersiam futuram: quia non opinionem eius* & resupinã existimationem sequi* oporteat: ne melioris cõditionis sint stulti quàm periti:

V. VLPIANVS libro septuagesimo ad Edictum.

AVt qui aliter † fecit q̃ denuntiauit: vel qui decepto fecit eo, ad quem pertinuit non

A alio modo postmodum facit: similiter facit clam. dixit enim, non faciam ibi nisi murum terreum. de quo dominus non curauit, sed postea facit de lapidibus: quem dominus sciens non permisisset. & quod subiicit, vel qui de &c. idem dicit, sed clarius. vel supra in qualitate: hic in substantia operis decipit eum ad quem pertinet non fieri, cuius interest non fieri: vt quia dixit se facturum toueam, & fecit murum. Sed oppo. videtur qr iste faciat vi, nõ clam, nã facit ne prohibeatur: vt supra. l. j. §. sed & Aristo. Respon. supra sciui quid faciebat: sed impeditus prohibere nõ poteram: hic ignorabam. nam credebam quòd aliud faceret: & sic facit clam. & facit infra proxi. §.

facere: vel consultò [g] tum denuntiat aduersario, cum eum scit non posse [h] prohibere: vel tam sero denuntiat, [i] vt obuiare* prohibiturus priusquã fiat, nõ possit. & hæc ita Labeonem probare Aristo ait. ¶ Si quis se denuntiauerit opus facturũ: nõ semper nõ videtur [k] clã fecisse si post denuntiationẽ fecerit. debebit enim (& ita Labeo [l] ait) & B diem [m] & horam [n] denũtiatione complecti, & vbi, & quod opus facturus* sit: neque [quidẽ] perfunctoriè, [o] * aut obscurè dicere, aut denuntiare: neque tã artare aduersarium, vt intra diẽ occurrere [p] ad prohibendũ nõ possit. [q] Et si fortè non sit cui denuntietur, [r] neque dolo malo factum sit, ne sit: amicis denique aut procuratori, aut domum [s] denuntiandum est. Sed & Seruius [t] rectè ait sufficere fœminæ [u] viro notum facere opus se facturum, [x] vel denique sciente [y] eo facere: quanquam C etiam illud sufficiat, celandi animum nõ habere. [z] Item ait, si quis in publico municipij

g *Consultò.* id est ex consilio.

h *Non posse.* id est tũc cum scit eum non posse loqui.

i *Denuntiat.* Sed nonne incontinenti cum certificatur, potest prohibere? Quidam dicunt quòd non: sed ad locum debeat ire: vt argu. supra de ope. noui nuncia. l. de pupillo. §. nunciationem, quod non placet quo ad hoc interdictum: vt infra ea. l. §. si quis cũ. Dic ergo hic, nõ possit commode: quia voluit vocare testes, & interim ille recedit: vt argumen. supra de vsuris. l. sciẽdum. Vel erat dominus absens cum dixit familiæ domini: vt. j. §. & si forte. Vel dic quòd volebat nunciare in re præsenti. hoc quidem propter tarditatem nunciationis non potest.

k *Non videtur.* istud nõ, est additum. Ir. sed sine eo stare posset.

l *Labeo ait.* aliàs non habetur ait, & tunc intelligitur.

m *Diem.* scilicet facti operis.

n *Et horam.* in hoc est argu. contra infra de accu. l. libellorum. circa princip. sed in alio casu est. Item in eo quod subiicit, quod opus &c. est argumen. contra. ff. de operis noui nun. l. j. §. potest autem. sed ibi in nunciante ad prohibendum, hic in ædificante nunciante, id est certificante dominum. Item quod subiicit, neque quidem &c. facit. ff. de interroga. actio. l. de ætate. §. nihil. & de contrahen. emp. l. ea quæ. in fin.

o *Perfunctorie.* id est obscure: [a] vt & subiicit. vel dic, id est a deceptitiè.

D p *Occurrere.* ad locum operis, cum ibi velit nunciare. potest tamen & ibidem: vt modo dixi.

q *Non possit.* si ergo à prædictis non cauet: clam facit.

r *Denuntietur.* ab ædificante: vt patet ex prædictis & inferioribus.

s *Aut domum.* Argu. quòd si venditor sit absens sine dolo, nec sciat emptor vbi scit: saltem amicis aut procuratori aut domũ est denunciandum, vt possit de euict. agere. ad quæ facit. C. de anna. excep. l. pe. &. ff. de dam. infec. l. iiij. §. prætor. & supra de libe. agno. l. j. in prin.

t *Sed & Seruius.* Aliquis volebat ædificium facere cuius nomine poterat mulier agere quod vi aut clam. certe si vir certificetur, sufficit, quasi sit procurator vxoris: vt &. C. de procura. l. ij. &. l. maritus. Vel quasi ipsa sciat quod ipse scit. argu. C. de epi. aud. l. si legibus. & secundum hoc dictio fœminæ, est genitiuus: viro, id est marito, est datiuus. Non autem econtra esset idem: vt infra de iniur. l. ij.

u *Fœminæ.* cuius interest ne opus fiat.

x *Facturum.* aliquem puta.

y *Sciente eo.* vt. j. de appel. l. cum quidam.

z *Celandi animum non habere.* quamuis non denuntietur.

Suffrere

BIU Cujas

velit facere, sufficere ei [a] si curatori [b] reipublicæ denuntiet. ¶ Si quis dum putat locũ tuum esse, qui est meus: celãdi tui, nõ mei causa fecerit: mihi interdictum [c] competere. ¶ Idem dicit & si serui mei vel procuratoris celandi causa factum sit, mihi interdictum cõpetere. ¶ Si quis cum non denuntiasset opus se facturum, eique denuntiatũ esset ne faceret, [d] fecerit: vtilius puto probandum vi eũ fecisse.

Hic incipit exponere verbum, factum est, positum in edicto: & diuiditur vsque ad finem: quia primo ponit dictum Mucii. secundo reprehendit eum in eo quod dixit, tu. tertio reprehendit in eo quòd dixit, tuorum. quarto in eo reprehendit quòd dixit, tuo iussu. quinto ponit vnam regulam generalem. secunda ibi, Labeo autem. tertia ibi, si quid seruus. quarta ibi, similiter. quinta ibi, & cum interdictum. Bartolus.

¶ Hæc verba, *Quod vi aut clam factum est*: ait Mucius ita esse: [e] quod tu, [f] aut tuorum quis [facerit,] aut tuo iussu factum est. Labeo autẽ ait plures [g] personas contineri his verbis. nã ecce primm hęredes eorũ [h] quos enumerat Mucius, cõtineri putat. Idem ait & aduersus procuratorem, tutorem, curatorem, municipúmve syndicum, alieno nomine [i] interdici posse. [k] ¶ Si quid seruus meus fecit, non ob id [l] mecum actio est: sed si id meo nomine [m] aut suo [n] fecit. Nam si tuum seruum mercenarium habuero: quidquid ab eo factum fuerit meo nomine: ob id non tecum, [o] sed mecũ, [p] cuius iussu aut nomine id opus à seruo tuo factum fuerit, agendũ erit hoc interdicto. Similiter quod iussu cuius factum erit: ob id non cum eo, [q] sed cuius [r] nomine iusserit, hæc actio est. Nam si procurator, [s] tutor, curator, duumuir municipij, quid* eius nomine [t] ageretur, cuius negotiũ procuraret, fieri iusserit: ob id agẽdum erit cum eo [u] cuius nomine factum quid erit: non cum eo qui ita iusserit. & si tibi mandauero vt opus fieri iuberes, & in ea re mihi parueris: mecum, inquit, non tecum, [x] erit actio. Et cum [y] interdictum [hoc] sic sit scriptum, *Quod vi aut clam factũ est*: non ita, *Quod vi aut clam feciſti*: latius porrigi quàm ad has personas quas suprà numerauimus, [z] Labeo putat. & hoc iure vtimur, vt siue ego fecissem, siue fieri iussi: [a] interdicto quod vi aut clam tenear.

VI. PAVLVS libro sexagesimoseptimo ad Edictum.

SI ego † tibi mandauero opus nouum facere, tu alij: [b] non potest videri meo iussu factũ. teneberis ergo tu, [c] & ille. An & ego tenear, videamus. Et magis est, & me, qui initium rei * præstiterim, teneri. [d] Sed vno ex his satisfaciente, cæteri liberantur. [e]

[a] *Sufficere ei.* ædificare volenti.
[b] *Curatori.* scilicet illi cui lex municipalis dedit potestatem hanc vt posset concedere hominibus ædificare in publico loco: vt. ff. eo. l. prohibere. §. illud.
[c] *Interdictum.* idem in damno: vt. ff. ad legem Aquil. l. scientiã. §. sed & si defendendi. Et in iniuria: vt. ff. de iniu. l. eum qui. §. si iniuria. & furto: vt. C. vnde vi. l. cum quærebatur. in fin. & facit. ff. de nego. gestis. l. item si cum putaui. sed argumen. cõtra. ff. quibus ex causis in poss. ea. l. Fulcinius. §. quod si aduersus. & ff. solu. matrimo. l. etiã. §. licet.
[d] *Ne faceret.* fuit ergo factum in absentia opus: quod sufficit ad hoc interdictum: sed non sic ad illud de operis noui nũcia. vt. ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. ij.
[e] *Ita esse.* scilicet accipienda.
[f] *Quod tu.* feciſti.
[g] *Plures.* quàm dixerit Mucius.
[h] *Hęredes eorum.* Hi tenentur ad patiẽtiam tantum: vt. ff. de ope. no. nun. l. pe. secus si ipse tutor nõ fecisset, sed iussisset fieri: tũc enim nõ teneretur tutor, sed is cuius nomine iussit: vt. ff. proxi. §. secũdum quosdam.
[i] *Alieno nomine.* scilicet ædificantes: vt & ff. de aqua plu. arcen. l. quanquam. §. fi. sed aduersus dominum ad patientiam. ff. eo. l. is qui. §. si tutoris. vel dic defendentes: sed dominus ædificauit. Accursius.
[k] *Interdici posse.* id est interdictũ proponi posse.
[l] *Non ob id.* id est hoc ipso. Ioan.
[m] *Meo nomine.* id est dominico.
[n] *Suo.* id est peculiari. Ioan.
[o] *Non tecum.* directo, sed noxali. Io. vt. ff. si alius. in prin.
[p] *Mecum.* me habente ratum: vt. ff. eo. deniqne. §. si colonus.
[q] *Eo.* iubente scilicet tantum, vt statim dices.
[r] *Sed cuius.* repete, sed cum eo cuius &c.
[s] *Procurator.* qui iusserit, scilicet generalis. nam hic dominus non mandauit. Sed inferiori respondo, & si tibi &c. mãdauit dominus. At hic ratum habuit: aliàs nõ tenetur: vt. ff. l. deniq;. §. si colonus.
[t] *Eius nomine.* in minore accipe, si locupletior est: nõ aliàs, nisi ad patientiam: sed tutor tenetur: vt. ff. eo. l. is qui. §. si tutoris.
[u] *Cum eo.* subaudi, tantum qui &c. Vel dic, tenetur, cum suo nomine iusserit opus fieri: vt. ff. l. proxi. non cum eo iubente nomine domini: vt hic. Vel hic mandatum est vt iuberet. ff. vt opus faceret, ipse autem alium facere iussit. & secundum hoc non sunt contra. quæ signabo, quæ sunt. ff. proxi. respon. Primam hic approbabo, cum dicam hoc dominum non mandasse.
[x] *Non tecum.* ff. l. proxi. contra. Solu. quidam dicunt hanc per illam corrigi. alij non tecum, scilicet directo: sed vtiliter: vt. ff. eodem. l. is qui. §. si tutoris. Vel dic, refert vtrum iubeam te facere, an iubeam te iubere facere. si enim te iubeam facere, & tu alium iusseris: & ille fecerit: tenetur qui fecit, & ego: teneris & tu, quia videris feciſſe. & hoc casu loquitur. ff. l. proxi. si ego. Si autẽ iussi te iubere facere, & tu alium iusseris, & ille fecerit: tenetur qui fecerit, teneor & ego: tu vero non teneris: quia non videris fecisse, cum non fueris iussus facere. & sic hic loquitur. & secundum hæc non sunt contraria. ff. ad leg. Aquil. l. liber homo. & de iurisdi. om. iudi. l. si quis id. §. penul. & ff. de iniur. l. non solum. §. si mandato. & l. sed si vnius. §. si iussu. quæ & superiori responso sunt contra. nisi quia ibi diximus non interceſsisse mãdatum domini. Item facit ad hoc responsum. ff. ne vis fiat ei qui in posſes. mis. l. j. §. si domini. & ff. de vi & vi arma. l. j. §. deieciſſe. & ff. arbo. furt. cæsa. l. furtim. §. siue autẽ. & infra de regu. iur. l. is damnum. Item facit. ff. de aqua plu. arcen. l. si colonus. Ac.
[y] *Et cum.* aliàs at cũ, & non est hic. §. secũdum Alex.
[z] *Numeraui mus.* id est ad omnem possessionem, saltem ad patientiam: vt. ff. eo. l. competit. §. fi.
[a] *Fieri iussi.* meo nomine, vel etiam alieno.
[b] *Tu alij.* tuo nomine, secus si meo. Ace.
[c] *Tu.* qa nomine tuo fecit. Accursius.
[d] *Teneri.* si meo nomine mandauit. & facit ad initium istud. C. ad legem Iul. de vi. l. quoniã. & ff. vi bono. rapto. l. prætor. §. hoc edicto. & ff. de iniur. l. non solum. §. si mandato. & ff. eo. l. semper. §. ij. Sed contra. ff. l. proxi. §. fi. ibi, & si tibi &c. Solu. vt ibi.
[e] *Liberantur.* ergo dolus aliorum remanet impunitus. & fa. supra quod me. cau. l. quod diximus. in prin. Accursius.

SI alius.] *CASVS.* Debebam seruitu. itineris per fundum meũ tibi. aliquis me inuito in hoc fundo ædificauit, ita quòd iter tuum impeditur. teneor tibi hoc interdicto in hoc vt præstem tibi patientiam destruendi hoc opus. Si autem seruus meus hoc opus fecit: si quidem mea voluntate, teneor destruere meis expensis. si sine mea voluntate fecit: teneor tantum patientiam præstare: & seruum pro noxa dare. Sed si seruum vendidi, præstabo patientiam destruendi: & emptor vel impensas præstabit in destruendo opere: vel seruum dabit pro noxa. Sed si me volente fecit opus, licet eum postea vendam, teneor præstare impensam & patientiam. & si hoc præstem, liberatur emptor. Idem si emptor præstet. nam ego liberor. sed si emptor dedit seruum pro noxa: non liberor, quin teneor hoc interdicto. Vltimo dicit: qui post prohibitionem facit opus, tenetur & hoc interdicto: item interdicto de operis noui nunciatione, nisi remiserim nunciationem. nam tunc nõ tenetur. & qui post prohibitionem facit: siue facta remissione, siue non, non dicitur clam facere: cum non possit dici celatus qui iam prohibuerat. [*BELLISIME.*] Agens hoc interdicto potest quandoque repelli ope exceptionis: vt si opus feciſti vi aut clam: quod opus dat mihi damnum, & ego destruo illud opus vi aut clam: si tu agas hoc interdicto, quòd destruxi opus vi aut clam: ego excipiam, quia tu illud opus feceras vi vel clam. & hoc est verum si enorme damnum ex hoc opere habebam, aliàs non debui destruere.

† *Bal. in l. vnica. §. ne autẽ. versi. extra quæro, mãdauit Titio. istum tex. sin. exclamat & mẽti tenendum ad hoc quòd si quis mãdauit tibi vt cõmitteres homicidiũ, & tu mãdatarius postea mãdasti alteri idẽ homicidiũ, & perpetratũ fuit istud vltimũ: quis teneatur: an primus mãdãs, an secundus, an vero ipse solus homicida: & dic quòd omnes tenẽtur, per istum text. Bolog.*

* *Flo. quòd eius no. ageret,*

* *Flo.*

BIU Cujas

Ponitur alia exceptio quæ huic interdicto obuiat: vt si vicini ædem destruxi causa extinguendi incendij: & propter hoc agatur contra me hoc interdicto, vel Aquil. nam si magistratus destruxit, & iure: non tenetur. si autem ego priuatus destruxi: tunc aut habebam iustum timorem, vt quia prope domum destructam vertat ignis, & non teneor. alias teneor hoc interdicto ad simplum, id est ad interesse. Idem est dicendum si Aquil. agatur. si autem destruxi domum vicini nullo orto incendio, licet postea oriatur ibi prope, bene teneor, & redditur ratio. [*NOTA VIMVS.*] Hæc verba edicti quamuis late pateant, vt ex supradictis patet: scias tamen hoc edictum locum habere in opere quod in solo tantum fit. Qui ergo colligit fructus fundi mei: non tenetur hoc interdicto. qui autem incidit arbores fundi mei, vel salictũ, vel arundinem, vel vites vineæ meæ: tenetur hoc interdicto. nõ autem ille qui colligit fructus. nam tenetur furti. [*SI QVIS ACERVVM.*] Dic casum vt in glos. Subsequenter dicit: fecisti fossam in silua publica. bos meus in eam incidit, & læsus est. teneris hoc interdicto. Item qui destruxit summitatem domus meæ, licet non vsque ad solum: tenetur hoc interdicto. & dat exempla in tegula remota. Itẽ si ramum de arbore incidit. Et est hoc verum de tegula, si erat supra domum, & inde sit remota. si autem nõdum erat supra domum posita, & aliquis eam remouerit: non tenetur hoc interdicto. Pro sera autem domus, vel pro claui, vel pro cancello sublato, non datur hoc interdictum. Si autem statuam affixam domui, vel simile quid quis remoueat, hoc interdicto tenetur. Item qui arauit vi vel clam in agro alterius, vel fossam fecit: hoc interdicto tenetur. Qui autem aceruum lignorum existentem in agro Titij remouit extra agrum portãdo ligna: hoc interdicto non tenetur, cum per hoc non lædat fundum, nec aceruus cohærebat solo. &. h. d. hic. §. cum tribus legibus seq. Franciscus.

a *Inuito.* id est in meum præiudicium: puta seruitutis alij debitæ. Accursius.
b *Præstem.* vt opus tollatur: vt &. ï. eo. l. semper. in prin.
c *Impensa.* cum præcesit vel secuta est domini voluntas.
d *Patientiam.* cum eo inuito factum est. Accursius.
e *Noxæ.* ad hoc. s. de petit. hæredi. l. illud. §. fina. &. ï. eodem. l. nam & si seruus. &. l. denique. §. fina. &. s. de dolo. l. eleganter. §. si quadrupes. & de noxa. l. electio. Sed cõtra. s. de aqua plu. arcen. l. si tertius. §. Celsus. Solu. vt ibi. Accursius.
f *Interdiceretur.* id est interdicto ageretur.
g *Præstare.* scilicet venditorem.
h *Ait.* Neratius.
i *Emptor.* dum viuit seruus.
k *Dominóque.* scilicet quondam venditore.
l *Non restitueret.* quod est quando voluit dominus.
m *Liberari.* vt & infra si fa. fur. fe. di. l. quoties. in princip. Et

VII. VLPIANVS libro septuagesimoprimo ad Edictum.

SI alius fecerit me inuito: [a] tenebor ad hoc vt patientiam præstem. [b] ℣ Neratius quoque scribit, cum cuius seruus vi aut clam fecit: aut sua impensa [c] ex hoc interdicto opus restituere debere: aut patiẽtiam [d] restituendi præstare, & seruum noxæ [e] dedere [debere. Et] planè si mortuo alienatóve seruo interdiceretur, [f] patientiam dumtaxat præstare [g] debere ait: [h] ita vt & emptor [i] eo interdicto possit conueniri, vt impensam præstet, aut noxam det: dominoque [k] operis [opus] sua impensa restituente, aut dãnato quia non restitueret, [l] emptorem liberari. [m] Eadem [n] & si contrà dominus serui [o] vel opus restituisset, vel litis æstimatione damnatus esset. [p] Quòd si tantum noxæ dedidisset, [q] aduersus dominum operis [r] vtiliter interdici. ℣ Ait Iulianus, qui ante nuntiationis [s] remissionem, [t] contra quàm prohibitus fuerit, opus fecerit: duobus interdictis tenebitur: vno, quod ex operis noui nuntiatione cõpetit: altero quod vi aut clã. [u] Remissione autem facta [x] intelligendus non erit vi aut clam facere: quamuis prohibeatur. [y] Licere enim debet ædificare ei qui satisfecerit: cùm possessor hoc ipso [z] constituatur: clámque facere [quamuis prohibeatur,] [a] nec ante remissionem nec postea existimandus est: cùm is qui opus nouum nuntiat, non possit videri celatus, [b] & præoccupatus, [c] antequam controuersiam faceret. [d] ℣ Bellissimè apud Iulianum quæritur, an hæc exceptio noceat in hoc interdicto, *Quod non tu vi [e] aut clam feceris*? vtputa vtor aduersus te interdicto quod vi aut clam [fecisti:] an possis obiicere mihi eandem exceptionem, *Quod non tu vi [f] aut clam fecisti*? Et ait Iulianus, æquissimum esse hãc exceptionem dari. [g] Nam [h] si tu (inquit) ædificaueris vi aut clam: ego idem demolitus fuero vi aut clam: & vtaris aduersus me interdicto: hanc exceptionem [mihi] profuturam. [i] quod non aliter procedere debet, nisi ex magna [k] & satis necessaria causa: alioquin [l] hæc omnia officio iudicis [m] celebrari oportet.

Domus vicini potest impune destrui timore ignis, si ignis vsque illuc peruenit. sin autem non peruenit vsque illuc, tenetur destruens. hoc dicit.

℣ Est & alia exceptio de qua Celsus dubitat an sit obiicienda: vtputa si incendij [n] arcendi causa vicini ædes intercidi, & quod vi aut clam mecum agatur, aut damni [etiam] iniuria. Gallus enim dubitat an excipi* oporteret, *Quod incẽdij defendẽdi*

r *Aduersus dominum operis.* id est venditorem cuius voluntate factum est.
s *Nũtiationis.* post prohibitionem factæ.
t *Remissionem.* id est ante satisdationé præstitam: quæ pro remissione est. Vel dic etiam proprie. nam duobus modis fit remissio: scilicet cõuentione, & iure, id est præstita satisdatione. *Remissio duobus modis fit.*
u *Quod vi aut clam.* vt & supra de ope. noui nun. l. prætor. §. nonnulli. &. l. j. §. nec superfluit alterum: vt in d. l. j. §. j. no.
x *Facta.* quod fit cõuentione, vel præstita satisdatione.
y *Prohibeatur.* scilicet iterum.
z *Hoc ipso.* quòd satisdedit. & dic possessor, scilicet iuris: secũdum quosdam: cuius causa fit nuntiatio: vt supra de ope. no. nun. l. de pupillo. §. fextus. versi. imposititiam. sed certe immo & soli: quia & naturalem causam habet quandoque nuntiatio: vt ibidem. & hoc quando voce tantum: vt & supra de operis noui nuncia. l. j. §. in operis. & supra si serui. vindi. l. & si forte. §. j. secus si iactu lapilli: vt ea. l. de pupillo. §. meminisse. Ac.
a *Prohibeatur.* scilicet nunc. Accursius. *efficax.
b *Celatus.* facta remissione.
c *Præoccupatus.* prohibitione, cum animum celandi eum non habuit.
d *Faceret.* domino fundi. nam ad hoc vt non videatur ædificãs clam ædificare, debet dicere domino fundi: notum sit tibi quòd ego volo ædificare in tali loco: & in tali die & hora incipiam. & quædam alia debet dicere: vt habes. s. eo. l. aut qui. §. j. Accur.
e *Quod nõ tu vi.* verba exceptionis, recte ageres ꝑ eo opere &c.
f *Quod non tu vi.* verba exceptionis, & expone vt modó.
g *Dari.* hoc verum est in hoc interdicto. secus in interdicto vnde vi: vt &. C. ad legem Iuliam de vi. l. si quis. quæ est contra. tunc enim amittit ius suum, secundum B. vt. C. vnde vi. l. si quis in tantam. nisi incontinenti faceret: vt supra de vi & vi arma. l. qui possessionem. Accursius.
h *Num.* quod dixit in genere: nunc ponit in specie.
i *Prosuturam.* facit. s. ne quid in loco publi. l. ij. §. idem ait. &. ï. de dol. l. si duo. &. ï. de reg. iu. l. cum par. §. illi. &. C. de libe. cau. l. si filiũ. &. s. ne quis eum qui in ius voca. l. ij. & de eo per quẽ fa. erit. l. penul. &. l. fi. §. fi. &. s. de compen. l. si ambo. Accursius.
k *Ex magna.* puta si iudicis non habuit copiã, cuius auctoritate opus destrueretur. argu. C. de decur. l. generali. li. x. &. s. quę in frau. credi. l. ait prætor. §. si debitorẽ. Vel si enorme damnum patitur. & secundum hoc loquitur. ï. eo. l. fi. §. si ad ianuam.
l *Alioquin.* id est si iusta causa non intercedit.
m *Iudicis.* q. d. non auctoritate destruentis.
n *Incendii.* verba exceptionis.

BIU Cujas

causa factum* non sit? Seruius autē ait, si id magistratus fecisset, [a] dandam esse: priuato non esse idem concedēdum. [b] Si tamen quid vi aut clam factum sit, neque ignis eousque peruenisset, simpli litē ęstimandam. [c] si peruenisset, [d] absolui eum oportere. Idem ait esse si damni iniuria actum foret, quoniam nullam iniuriam aut damnum dare videtur [e] æquè perituris ædib⁹. Quòd si nullo [orto] incendio [f] id feceris, [g] deinde postea incēdium ortum [h] fuerit: non idem erit [i] dicendum: quia nō ex post facto, sed ex præsenti statu, [k] damnum factum sit, necne, æstimari oportere Labeo ait.

Dixit supra expositionem quod vi aut clam: item & factum, quo ad personam facientis. nunc exponit quo ad locum in quo debet esse factum, vsque ad. l. is qui in puteum. §. quod ait prætor. Bartolus.

¶ Notauimus [l] suprà, quòd quāuis verba interdicti latè pateant: [m] tamen ad ea sola opera pertinere interdictum placere, quæcumque fiant in solo. Eum enim qui fructum tangit, [n] non teneri interdicto [o] quod vi aut clam. nullum enim opus in solo facit. at qui arbores succîdit, vtique tenebitur: & qui harundinem, & qui salictū. terræ enim, & quodammodo solo ipsi corrumpēdo manus infert. [p] Idem & in vineis succisis. Cæterùm qui fructum [q] aufert: furti debet conueniri. Itaque si quid operis in solo fiat: interdictum locum habet. In solo fieri accipimus & si quid circa arbores [r] fiat, nō si quid circa fructum arborum.

¶ Si quis aceruū stercoris [s] circa agrum pinguedinis causa diſiecerit: * cum eo quod vi aut clā factū est, agi potest: & hoc verum est, quia solo vitium [t] adhibitum sit. Planè si quid agri colēdi [u] causa factum sit: interdictū quod vi aut clam locum non habet, si melior causa facta sit agri, [x] quamuis prohibitus [y] quis vi vel clam fecerit. ¶ Præterea si fossam feceris in silua publica, & bos meus in eam inciderit: agere possum hoc interdicto: [z] quia in publico factum est. ¶ Si quis ædificium demolitus fuerit, quamuis nō vsque ad solum: quin interdicto teneatur, dubitari desiit. Proinde & si tegulas de ædificio sustulerit, magis est vt interdicto teneat.

VIII. VENVLEIVS libro secundo Interdictorum.

NAm origo huius rei [a] à solo [b] proficiscitur. Cæterùm per se tegulæ non possidētur, [c] sed cum vniuersitate ædificij. nec ad rem pertinet, adfixæ [d] sint, an tantum positæ:

IX. VLPIANVS libro septuagesimoprimo ad Edictum.

NAm & si ramos [e] quis de arboribus abstulerit, adhuc interdictū hoc admittimus. hæc ita, si de ædificio tegulas [f] sustulerit. Cæterū si non de ædificio, sed seorsum positas: cessat hoc interdictum. Si tamen sera vel clauis, vel specularių, [g] vel cancellus [h] sit ablatus: quod vi aut clā agi non poterit. Sed si quis aliquid ædibus adfixū [i] auulserit, statuā fortè, vel quid aliud: quod vi aut clam interdicto tenebitur. Si quis vi aut clam agrū inarauerit, [k] vel fossam fecerit: hoc interdicto tenebitur. [l] & si aceruum [m] succēderit vel dispersérit, sic vt nō ad vsum [n] agri conuertat, interdicto locus non erit:

X. VENVLEIVS libro secundo Interdictorum.

---

a *Feciſſet.* iure. aliàs ipse teneretur: vt. ſ. ad leg. Aquil. l. quemadmodum. §. magiſtratus. quæ est contra. nisi sit summus: vt. j. de iniur. l. nec magiſtratibus.

b *Concedendum.* vt scilicet habeat exceptionem.

c *Æſtimandam.* contra priuatum, id est quod solum interest: vt argu. ſ. de vi & vi arma. l. ſi vi me. & j. eo. l. is qui in puteum. §. ſi fundus.

d *Si peruenisſet.* ad domum destructam. & facit. ſ. ad Velleia. l. aliquando. §. fi. & j. de incen. rui. nau. l. iiij. & ſ. ad leg. Rho. de iac. l. fina. §. ſi ea. & j. ad Turpil. l. in senat⁹. §. ſi propter. & supra loca. l. ſi prius.

e *Videtur.* scilicet ille qui destruxit ædes.

f *Incendio.* id est nulla occasione incendij habita, cùm nullum incendium esset inde, sed quia volebat dare dānum vicino.

g *Id feceris.* id est destruxiſti ædes vicini.

h *Ortū fuerit.* propter quod si ædes nō essent destructæ antea, iſte posset nunc de iure destruere.

i *Non idem erit.* vt scilicet seruetur prædicta distinctio. Sed cōtra. ſ. ad legē Aquil. l. ſi quis ſumo. §. quod dicitur. vbi indistincte dicit eū non teneri damni iniur. Sol. ibi iuſtus metus est: hic non: vt ibi not. Vel secundum P. ibi pœnalem denegat: hic simplicé concedit.

k *Statu.* vt ſi tunc imminet metus iam orto incendio. & facit. ſ. de teſtamen. l. ad teſtium. §. j. & ſ. qui & à qui. l. Iulian⁹. & j. de verbo. obliga. l. ſi filius. & de ſtipu. ſeruo. l. vſusfructus. Accurſius.

l *Notauimus.* ſ. eo. l. j. §. hoc interdictū ad ea.

m *Pateant.* vt. ſ. eo. l. j. in prin. & l. aut qui. §. fina. in fin.

n *Tangit.* i. colligit.

o *Interdicto.* & tamen pro intereſſe fructuum datur: vt. j. eo. l. quanquam. Sed arg. cōtra. ſ. de rei vin. l. fructus pēdentes. & facit. j. arbo. fur. cæſa. l. ij.

p *Manus infert.* incidendo arbores, vel arborum ramos. & facit. ſ. de teſtamen. l. ad teſtium. in fi. & j. eo. l. ſi immaturam. & l. nam & ſi ramos. & l. fi. §. pe. Accurſius.

q *Fructum.* maturum. aliàs Aquil. tenetur, & hoc interdicto: vt supra ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam. & infra eo. l. ſi immaturam.

r *Circa arbores.* cōtra. ſ. de noui operis nuncia. l. j. §. hoc autem. Solu. hic loquitur de interdicto quod vi aut clā, quod latius patet quàm edictum no. ope. nun. de quo tractatur ibi. Accurſius.

s *Si quis aceruum ſtercoris.* Titius in suo agro in confinio iuxta agrum vicini aceruum ſtercoris causa vitādæ pinguedinis fecit: quæ nec ſibi nec vicino expediebat: & sic transit in vicini prædium. agit vicinus hoc interdicto. Cæterū ſi ſibi nocet, & vicino prodeſt, nō agit vicinus: vt hic. & infra eō. l. ſi immaturam. Idem ſi ſibi expediebat, ſed non vicino: & tunc dic causa pinguedinis inferendæ in vicini prædium. vel dic quia ſibi expedit: & ponēdo in ſuo, nocet in alieno: permittitur quidem fauore agriculturæ. Arg. ſ. de aqua plu. arcen. l. j. §. de eo. Alij dicunt quòd posuit in quodam loco iuxta agrum vicini, vt per eum veniens pinguedo deflueret ad ſuum. Accurſius.

t *Solo vitium.* contra infra eo. l. fina. §. ſi ſtercus. ſed ibi tātum trāſibat cum eo, non proiiciebat: aliàs teneretur, vt hic.

u *Agri colendi.* ſcilicet ſui, cui non expediebat pinguedo. Accurſius.

x *Agri.* vicini: vt infra eo. l. ſi immaturam. ij. reſpon. Vel dic, etiā ſui, argu. ſupra de aqua pluuia arcenda. l. j. §. de eo.

y *Quamuis prohibitus.* facit infra de re mili. l. iij. §. in bello qui rem. Accurſius.

z *Hoc interdicto.* ſed & leg. Aquil. ſi non est prohibitus. vel ſi neſciuit: vt supra ad leg. Aquil. l. qui foueas. & l. quēadmodum. in principio. l.

a *Nam origo. Rei.* id est ædificij vnde tegula tollitur.

b *A ſolo.* vbi fundatur. Azo.

c *Non poſſidentur.* vt ſupra de acquiren. poſſ. l. qui vniuerſas. & ſupra de vſucap. l. eum qui. & facit. j. de tig. iniun. l. j. Accurſius.

d *Affixæ ſint.* clauis, vel calce forte. Ac.

e *Nam & ſi ramos.* quod & ſupra proximè dictum est. Accurſius.

f *Tegulas.* fixas vel poſitas in ædificio.

g *Specularium.* nō affixum. aliàs ſpeculum. & facit infra de furt. l. ſi cretæ. Accurſius.

h *Cancellus.* Cancelli dicuntur immunitates murorum, ſecūdum Iſido. & vulgo dicuntur merli. ſed non ita hic accipitur: ſed pro oſtio ex diuerſis lignis feneſtrato facto: vt & accipitur. ſ. de leg. j. l. cætera. §. fi. *Cancellus varia ſignat.*

i *Adfixum.* quia tunc partes domus sunt: vt. j. de fun. inſtru. l. quæſitum. §. Papinianus lib. vij. ſed in ſtatua ſecus videtur: vt. ſ. de ſepul. vio. l. ij. quæ est contra. Solu. religionis fauore & pro ſtatua non affixa dabitur interdictum quod vi aut clam: vt ibi. & j. l. is qui. §. j. & facit. ſ. de priui. credi. Aufidius.

k *Inarauerit.* prædium vicini, quo facto deterior fit ager.

l *Tenebitur.* vt. j. eo. l. ſi vitem. §. j.

m *Aceruum.* lignorum, vel alterius materiæ.

n *Vt non ad vſum.* ſcilicet prauum, id est ſi aceruū extra fundum meum deiicias diſpergendo ipſum, hic non corrumpit ſolum: ſed ſi per ipſum ſolum, locum haberet interdictum: vt supra eo. l. ſi alius. §. ſi quis aceruum.

QVia aceruus solo non cohæret, [a] sed terra sustinetur: ædificia autem solo cohærent.

XI. VLPIANVS libro septuagesimoprimo ad Edictum.

IS qui in puteum [b] vicini aliquid effuderit, vt hoc facto aquam corrumperet: ait Labeo interdicto quod vi aut clã eum teneri: (portio enim agri videtur aqua viua) quemadmodum si quid operis in aqua fecisset. ¶ Quæsitum est, si statuã in municipio [positã] ex loco publico [c] quis sustulerit [d] vel vi vel clam: an hoc interdicto teneatur. Et extat Cassij sententia, eũ cuius statua [e] in loco publico in municipio posita sit, quod vi aut clam agere posse: quia interfuerit eius eam nõ tolli. Municipes autem etiam furti acturos: quia res eorum sit [f] quasi publicata, [licet interdictum sit eius cuius statua fuerit. [g]] si tamen deciderit, ipsi eam detrahent. [h] & hæc sententia vera est. [i] ¶ Si quis de monumẽto statuam [k] sustulerit: an ei ad quem

A dito fundo sub pacto addictionis in diem, allata fuit melior cõditio, & sic poss. translata ad venditorem: si amodo opus fiat vi vel clam, hoc interdictum competit venditori. Sed pone quòd vendidi tibi fundum pro. x. hoc acto, vt si tibi displiceat, sit inemptus, & incipis hunc fundum possidere: si amodo aliquis in eo fundo faciat opus vi vel clam, tibi competit hoc interdictum. Item si dixissem, si displiceat Titio extraneo: sit inemptus. Item si dixissem, si nauis venerit ex Asia: competit tibi hoc interdictum. Item si sub pacto legis commissoriæ vendidi: quod exemplum habes in glo. Vltimo dicit: qui opus facit in fundo alieno vi vel clam: tenetur hoc interdicto domino fundi, & omnibus aliis quorum interest opus non esse factum: vt fructuario & colono. hinc est q si arbores fundi mei incidisti: teneris mihi hoc interdicto, & etiã ei qui habet vsumfruc. in fundo isto. Item Aquil. competit. Item si egomet incidi: teneor fructuario hoc interdicto, & Aquil. vtili. & .h. d. hic. §. cum. l. seq. & princip. sequen. Franciscus.

b *Is qui in puteum.* facit. ff. de aqua plu. arcen. l. apud. ij. respon. Accursius.

c *Ex loco publico.* scilicet municipij.

d *Sustulerit.* id est remouerit. Accursius.

e *Statua.* scilicet quando in honorem eius posita est: non causa ornandi municipij: est ergo ciuium: vt. ff. de acqui. re. do. l. statuas. &. ff. de priui. credi. l. Aufidius.

f *Eorum sit.* vere. vel dic secundum quosdam, nó vere, sed quasi: vt. d. l. statuas.

g *Fuerit.* & adhuc est, vt statim dices.

h *Detrahent.* & non tenebuntur interdicto ei qui posuit. Ac.

i *Vera est.* de his statuis varia iura sunt. dic ergo quia aut in honorem ponentis, aut ciuitatis sunt positæ. si ciuitatis: dominium est ciuitatis. sed quia ponentis interest: & ipse quod vi aut clam habebit. Si in honorem ponentis, ciuium non est: sed ponentis: vendere tamen vel auellere non potest, sed ipsis datur defensio, & aduersus possidentes actio. sed ille forte ageret qui posuit: vt supra de priui. credi. l. Aufidius. & de acqui. re. do. l. statuas. Accursius.

k *Statuam.* sepulchri causa appositam.

l *Ornandi.* aliàs ornandi: & aliàs ordinandi.

m *Ostium.* sepulchri causa appositum.

n *Auellat.* aliàs euellat: aliàs appellat: & aliàs appulerit.

o *Effringat.* forte rem aperit. & facit infra de sepul. vio. l. ij. & supra proxi. §. &. l. nam & si. §. ij. Accursius.

p *Ridicas.* aliàs radices: aliàs ridicas.

q *Hoc interdicto.* nec minus lege Aquil.

r *Quod ait prætor.* ff. eo. l. j. in princip.

s *Ad præteritum.* si factum est, nec durat.

t *Ad præsens.* quando durat.

u *Debere.* scilicet si factum durat.

x *Si tamen.* licet ad præsens tempus referatur: tamen &c.

y *Ex opere.* scilicet quod est factum vi aut clam.

z *Sustulerit.* id est destruxerit. sed si qui fecit, destruxit, tenetur ad damna præterita: licet nunc non sit vi aut clam factum: vt. j. eo. l. competit. §. finali.

a *Vtilius.* quàm contrarium.

b *Sarciatur.* per vtile interdictum quod vi aut clam. ad vtrũque ergo tempus refertur, & præsens & præteritum.

Et clam.

*Flo.ex

†Ridicas

*Flo.ex

---

QVod[c] & lex Fauia prospexit.[d] neque hoc interdictũ B aufert legis Fauiæ executionem. nam & hoc interdicto agi poterit: & nihilo minus accusatio legis Fauiæ instituti. & versa vice qui egit Fauia, poterit nihilo minus etiam hoc interdictum habere: præsertim[e] cum alius interdictum, alius Fauiæ[f] actionem habere possit. ¶ Hæc verba, *Quem liberum*, ad omnem liberũ [hominem] ptinent: siue pubes sit, siue impubes: siue masculus, siue fœmina:[g] [siue vnus,] siue plures:[h] siue sui iuris sit, siue alieni.[i] hoc enim tantum spectamus, an liber sit. Is tamen qui in potestate habet, hoc interdicto nõ tenebitur:[k] quia dolo malo non videtur habere, qui suo iure vtitur.[l] ¶ Si quis eũ quem ab hostibus redemit, retineat:[m] in ea causa est, vt interdicto non teneatur. non enim dolo malo facit. Planè si offertur pretiũ: interdictum locum habet. Sed & si eum remisit pretio non accepto: dicendũ est interdicto locum fore, si posteaquam semel remisit, velit retinere. ¶ Si eum quis retineat filium quem non habet in potestate: plerumque sine dolo malo facere videbitur.[n] Pietas enim gemina[o] efficit sine dolo malo retineri:[p] nisi si euidens dolus malus intercedat.[q] Proinde & si libertum suum, vel alumnũ, vel noxæ deditum[r] adhuc impuberem:[s] idem erit dicendum. Et generaliter, qui iustam causam habet hominis liberi apud se retinẽdi: nõ videtur dolo[t] malo facere. ¶ Si quis volentẽ retineat:[u] non videtur dolo malo retinere. Sed quid si volentem quidem retineat, non tamẽ sine calliditate circũuentũ, vel seductum, vel solicitatum:[x] neque bona vel probabili ratione hoc facit? Rectè dicetur dolo malo retinere. ¶ Is qui nescit apud se esse hominem liberum, dolo malo caret:[y] sed vbi certioratus retinet, dolo malo non C caret. ¶ Planè si dubitat[z] vtrũ liber an seruus sit, vel facit status controuersiam: recedẽdum erit ab hoc interdicto, & agenda causa libertatis. Etenim rectè placuit tunc demum hoc interdictũ locum habere, quotiens quis pro certo liber est. Cæterum si quæratur de statu: non oportet præiudiciũ fieri alienæ cognitioni.[a] ¶ Ait ptor,[b] D

b *Recedendi.* Istæ tres leges continuantur.

c *Quod.* scilicet vt liberi exhibeantur.

d *Prospexit.* vt. j. ad. l. Fauiam. l. non statim. §. fi. &. C. ad l. Fauiam. l. si frat[em].

e *Præsertim.* id est maxime. nam & idem vtrũque intentare potest: vt. C. quãdo ciuilis act. l. j. & ś. de ta. exhi. locũ. §. si quis dolo. Sed arg. cõtra. j. de iniur. l. quod senatus. §. fi.

f *Aliæ Fauiæ.* est enim hæc actio publici iuris: vt. C. ad. l. Faui. l. fi. &. l. plagij. j.

g *Siue fœmina.* ad hoc ś. de nego. gest. l. iij. in prin. & de cõstit. pecu. l. j. §. j. Accursius. * *Flo. geminus*

h *Siue plures.* singularis numerus. s. quem liberum, concipit pluralem. sic ecõtra. j. vi bono. rap. l. ij. §. doli mali. versi. vel cuius bona.

i *Siue alieni.* non tamen detinentis: vt statim subiicit.

k *Non tenebitur.* nisi in casu: vt. j. titu. j. l. j. in fi. &. l. seq.

l *Vtitur.* ad hoc. j. de reg. iur. l. null[us]. &. j. de fur. l. cum creditor. & ś. de dam. infec. l. flumi num. §. fi. &. l. Procul[us]. &. j. de iniur. l. iniuriarum. j. §. is qui iure. & ś. pro socio. l. merito.

m *Retineat.* vt &. C. de cap. & postli. reuer. l. si liberum.

n *Videbitur.* aleator forte erat.

o *Gemina.* vna est cõmunis omnium hominum: quæ vocatur officiũ. alia singularis. s. inter patrem & filium: quæ dicitur pietas. & sic est gemina: quia homo, & quia pater. & facit. ś. de adop. nec ei. §. eorum. & quod not. C. de neg. ge. l. officio. & p hoc supra de ri. nup. *Pietas duplex est.*

p *Retineri.* scilicet videri. Accursius.

q *Intercedat.* & probetur: vt. C. de dolo. l. dolum. &. ś. de dolo. l. & eleganter. §. fina.

r *Deditum.* scilicet ei qui putabat eum seruum, cum liber sit: vt infra. l. fi. ij. respon.

s *Impuberem.* videtur enim eum tenere propter vtilitatem ipsi[us] impuberis. & subaudi, maximè impuberem: vt subiicit.

t *Dolo.* facit. ś. de bo. lib. l. qui cum maior. §. si patris. &. j. de reg. iur. l. qui in ius. §. nemo.

u *Retineat.* vt &. ś. de aqua plu. ar. l. in diem. &. ś. de ædil. edic. l. quæritur. §. si venditor. &. j. de iniur. l. j. §. vsque. &. C. de trãsac. l. cum donationis. &. C. ad. l. Fa. de plagia. l. liberum.

x *Solicitatum.* facit. C. de rap. vir. §. huic. &. ś. de seruo cor. l. j. §. j. &. ij. &. C. de apostа. l. eum.

y *Caret.* ad hoc. C. de incest. nup. l. qui contra. &. j. de exce. do. l. ij. §. & generaliter. &. ś. de trib. l. illud. §. si cuius. ibi, si tamẽ &c. &. ś. de acquir. pos. l. clam. &. ś. de peti. hære. item veniunt. §. petitam. &. l. sed & si lege. §. de eo.

z *Dubitat.* tria ergo sunt: scire, nescire, & dubitare. & sic est arg. quòd aliquis potest respondere, dubito. *Scire, nescire, & dubitare, tria sunt.*

a *Cognitioni.* aliàs cognitioni: & aliàs conditioni. & dic alienæ, id est de libertate super qua cognoscere tet forte alius iudex, si nequit iste de libertate iudicare. Accursius.

b *Ait prætor.* ś. eo. l. j.

a *Præbere.*fa.ſ.de tab.exhi.l.locum.§. hoc interdictum:&.ſ. ad exhi.l.exhibere.&.j.de verb.ſign.l.fi. &.l. plus eſt.&.ſ. quemad. teſta.ape.l.ij.§.inſpectio.

b *Nemo enim.* pro hoc facit.ſ. ad exhi.l. ſi liber. & inſtitu. de ſuſpe.tuto.§.conſequens.

c *Vel calumniari.* ad hoc.j. de re mil.l. non omnes.§.à Barbaris.& ſupra de ſuſpec.tu.l.tutor.§.ſi tutor.

d *Sollicitato.* & detento.

e *Reos facere.* vt &.j. de accuſa.l.j.&.ij.&.l. hos accuſare.&.C.qui accuſa. non poſſ.l. de crimine.

f *Eligendum.* facit.j. de ſepul. viola.l.prætor.§. ſi plures. &.j. de pop.act. ſed & ſi.§. in popularibus is cuius.& infra de accuſa. ſi plures.quid ergo ſi pares? Reſpon.locus eſt gratificationi. argu.ſ. de relig.l.fi.

* *Flo.ſollicitti*

g *Niſi ſi de ꝓſidia.* expoſitiue, non exceptiue hic ponitur niſi, ꝓpter verbū facile.ſic.ſ. de procura.l.niſi.& facit.ſ. de iureiurā.l.eū. §.in popularibus.

h *Amplius agi.* niſi ille qui accuſat loco ſecūdo, proſequatur ſuā vel ſuorum iniuriam, & doceat ſe ignoraſſe de accuſatione primi: vt.j. de accu.ſicui.§.iiſdem.& facit.j. de præuarica.l.ꝓuaricationis.

i *Æſtimationem.* forte quinquaginta aure. vel quātum arbitrabitur bonus vir.arg.ſ. de his qui deie. vel effu.l. j.§.j.&.§. ſed cum. vel quanti in litem iurauerit.arg.ſ. de in lit.iuran.l. in actionibus.§. plane.&.ſ. de rei vind. l.qui reſtituere. Sed nū quid de calumnia iurabit? poteſt dici ꝙ ſic, quia ex quo cōceditur quod maius eſt: & id quod minus eſt, debet eſſe conceſſum, ſecundum Io.

k *Sine exceptione.* rei iudicatæ. quod eſt cōtra naturam popularīū actionum: vt infra de popu. ac.l.iij. Itē arg. cōtra.j. de exce. rei iudi.l.ſi quis cum totum.§. plane.& facit.ſ. de nox.l. qui ex pluribus. ſed hic ſpeciale. Accurſius.

* *Flo.rogandum*

l *Irrogandum.* poteſt quippe abſens condemnari: licet tempore ſententiæ non fuerit præſens: vt &.C. de adulte.l. quamuis adulterij.

m *Perpetuum.* id eſt ſine fine: vt &.C. de præſcrip.long.tēp. quæ pro libertate.l.ſola.& fa.ſ. de via pu.l. viam publicam.& eſt hoc cōtra naturam popularīū actionum: vt.j. de pop.ac.l.fi. Ac.

n *Si quis liberū. Pro ſeruo.* vt &.ſ.e.l.proxi.§.ſi eū. ibi, pinde &c.

o *Putauerint.* & bene, niſi ponas eum nō poſſe ſtatim exhiberi: vel abſentem eſſe: quo caſu tempus dabitur. & quod ſubiicit, modicū tempus. ſ.x. dierum: vt.ſ. de conſtitu.pec.l. promiſſor.j.§.ſi ſine.& in glo. modicum. aliàs dicitur modicum quatuor menſium: vt.ſ. de arbi. ſi cum diem.§.fi.& l.ſe. aliàs.xxx. dierum: vt.ſ. de iti. actuque priua.l.j.§.ij.

p *Quoniam.* q.d. in pœnam præteriti facti denegatur ei dilatio.

q *Ex edicto.* ſ. quibus ex cau. in poſſ.ea.l.ij. & facit.ſ. de in ius vocan.l.plerique.&.l.ſatiſque.

exhibeas. Exhibere eſt in publicum producere, & videndi tāgendiq́ue hominis facultatem prębere. [a] Propriè autem exhibere eſt extra ſecretum habere. ℣ Hoc interdictum omnibus competit. Nemo enim [b] ꝓhibendus eſt libertati fauere. Planè ex cauſa ſuſpectę perſonæ remouendæ ſunt, ſi forte talis perſona ſit, quam veriſimile eſt colludere vel calumniari. [c] Sed & ſi mulier vel pupill⁹ hoc interdictum deſideret pro cognato, vel parēte, vel affine ſuo ſollicitato: [d] * dandum eſſe eis interdictum, dicendum eſt. Nā & publico iudicio reos facere [e] poſſunt, dum ſuas ſuorumq́ue iniurias exequuntur. ℣ Si tamen plures ſunt qui experiri volēt: eligendus eſt à prætore, ad quē maximè res pertinet, vel is qui idoneior eſt. & eſt optimū, ex cōiūctiōe, ex fide, ex dignitate actorem hoc interdicto eligendum. [f] Si tamen poſtea quàm hoc interdicto actum eſt, alius hoc interdicto agere deſideret: palam erit poſtea alij non facilè dandū, niſi ſi de perfidia [g] prioris potuerit aliquid dici. Itaque cauſa cognita, ampli⁹ quàm ſemel interdictum hoc erit mouendum. nam nec in publicis iudiciis ꝓmittitur amplius agi [h] [poſtea] quàm ſemel actum eſt: quàm ſi ꝓuaricationis fuerit dānatus prior accuſator. Si tamē reus condemnatus malit litis æſtimationē [i] ſufferre, quàm hominem exhibere, non eſt iniquum ſæpius in eum interdicto experiri, vel eidem ſine exceptione, [k] vel alij. ℣ Hoc interdictum & in abſentem eſſe irrogandum [l] * Labeo ſcribit: ſed ſi non defendatur, in bona eius eundum ait. Hoc interdictum perpetuum [m] eſt.

IIII. VENVLEIVS libro quarto Interdictorum.

SI quis liberum hominem ignorantem ſuum ſtatum retineat: tamen ſi dolo malo retinet, cogitur exhibere. Trebatius quoque ait non teneri eum qui liberum hominem pro ſeruo [n] bona fide emerit, & retineat. ℣ Nullo tēpore dolo malo retineri homo liber debet: adeò vt quidam putauerint [o] nec modicum tempus ad eum exhibēdum dandum: quoniā [p] præteriti facti pœna præſtanda eſt. ℣ Creditori non competit interdictum, vt debitor exhiberetur. Nec enim debitorem latitantem exhibere quiſquam cogitur: ſed in bona eius ex edicto [q] prætoris itur.

DE LIBERIS EXHIBENDIS, item ducendis.

TITVLVS XXX.

I. VLPIANVS libro ſeptuageſimoprimo ad Edictum.

AIt prætor: *Qui quæve in poteſtate Lucij Titij eſt: ſi is eáve apud te eſt, dolóve malo tuo factum eſt quo minus apud te eſſet: ita eum [r] eáve exhibeas.* Hoc interdictum proponitur aduerſus eum [s] quem quis exhibere deſiderat eum [t] quem in poteſtate ſua eſſe dicit. & ex verbis [u] apparet, ei cuius in poteſtate eſt, hoc interdictum cōpetere. ℣ In hoc interdicto [x] prætor nō admittit cauſam, cur apud eū ſit is qui exhiberi debet, quemadmodū in ſuperiore interdicto: ſed omnimodo reſtituendum putauit, ſi in poteſtate eſt. Si vero mater ſit, quæ retinet (apud quam interdum magis quàm apud patrem morari filiū debere, ex iuſtiſſima [y] xore exhibenda ac ducenda. &.h.d.hic.§.&.l. ſeq. Franciſcus.

DE LIBERIS exhibēdis, item ducendis.

Hoc interdictum non poteſt per procuratores exerceri niſi nominatim mādatum ſit, & pater valetudine vel alia cauſa impediatur: vt.ſ. de procura. l. Pomponius.

It prætor. IC. ASVS. Ponitur edictum, cui⁹ ſenſus eſt: ſi eum qui eſt in poteſtate mea, puta filium meū apud te habeas, vel dolo deſiſti habere: prætor ait vt exhibeas. Secundo loquitur Vlpia. & dicit: hoc interdictum datur aduerſus detinentē eū quē quis deſiderat exhiberi. & datur ei qui eum detentū in ſua poteſtate eſſe dicit. Tertio dicit: non curatur ex qua cauſa ſit filius meus apud alium: ſed omnimodo cogitur reſtituere eum ex quo eſt in mea poteſtate: niſi ſit mater quæ teneat filium meum, cum quādoq; expediat apud eā eſſe magis quàm apud me. Idem ſi apud alium ſit filius meus, & iudicatum ſit eum non eſſe in mea poteſtate. [SI QVIS FILIAM.] Pater filiam ſuā nuptā Titio, & cum eo exiſtentem in bona voluntate, vult eam abducere: vel petit eā ſibi exhiberi cauſa diſſoluēdi matrimonij. dicitur quòd nō poteſt. & redditur ratio in litera. ſecus tamen ſi petat eam exhiberi cauſa exercēdæ patriæ poteſtatis in eam, vt cauſa caſtigādi eam ob aliquā ignominiam quam ſibi ipſa dixerit. nā tūc auditur: dum tamen modicè caſtiget. Vltimo dicit: pater filiam ſuam nuptā Titio tenebat inuito Titio, poterit Titi⁹ agere interdicto de v-

r *Ita eum.* id eſt ita vno caſu vt alio. ſed quomodo exhibet, qui non habet, licet dolo habere deſiit? & certe non poterit: ſed iurabitur in litem. & facit.ſ. de rei vin.l.j.§.j.

ſ *Aduerſus eum.* ſcilicet detinentem.

t *Deſiderat eum.* ſcilicet filium.

u *Ex verbis.* edicti.

x *In hoc interdicto.* & ſuperiori. ſ. de libero ho. exhiben. nam ibi quæritur cauſa, ſcilicet volens vel inuitus: vt.ſ. tit.j.l.iij.§. ſiquis volentem. quod hic non quæritur, niſi in caſu: vt.j.l.fi. Item ibi quæritur, dolo vel non dolo. hic autem quaſi ſemper dolus videtur: vt.ſ. titu.j.l.iij.§. ſi quis eum. aliàs ſi eum quis.

y *Ex iuſtiſſima.* quia lactabat eum.

BIU Cujas

a *Decreuit.* quod dic vt.C.diuor.fac.l.j.&.ij.&.C. de patri.po. l.pe.&.j.eo.l.deinde.§.etiam.

b *Ei erit.* scilicet matri, sicut superiori titu. subuenitur ei qui non dolo retinet. Sed contra.ff.de ventre inspi.l.j.§.post editum plane partum. Solu.ibi mater non iusta causa tenebat, hic sic.ibi enim volebat veneno occidere, secundum M.

c *Per exceptionem.* scilicet doli.

d *Per iniuriam.* id est contra ius litigatoris. & facit.ff.de libe.agno. l.j.§. fin. &.l. seq. &.ff. ad Treb. seruo inuito.§.cum prætor.&.C. de re iudi.l.j.

e *In potestate.* facit.ff. de ædil. edi.l. quod si nolit.§.in factū. & supra de iudi.l.si prætor. in princ. & de iureiuran.l.non erit.§.diuus. versic.dato.

f *Turbetur.* vt &.C. de repudi.l. dissentientis. & de fur.l. fin. in fi. & de inoffic. testa.l. cum te.&.l. filia. &.ff. de dona.inter vi. & vxo.l. cum hic status.§. si socer.

g *Quod tamē.* hoc referri potest ad id quod dixerat.ff.ea.l.§.j. scilicet, potest hoc interdictum competere ei in cuius potestate est: quod tamen sic &c. vel refer as ad pxi. scilicet patri obstare exceptio. si velit ducere filiā suam alij nuptam. quod tamen sic erit adhi. id est dandum interdictum &c. Si enim non velit turbare matrimoniū, sed patriam potestatē modice exercere: non obstabit ei hæc exceptio: sed agere poterit cum effectu. & hoc est, quod tamen &c.

h *Immo. Recte cōuenitur.* interdicto de vxore exhibēda: qđ nō habemus: ad instar eius quod habemus: vt hic &.C.eo.l.fi.& facit.C. de nup.l.si inuita. Sed arg.contra.ff.titu.j.l.iij.§.hæc verba.

scilicet causa & diuus Pius decreuit, [a] & à Marco & à Seuero rescriptum est) æque subueniēdum ei erit [b] per exceptionē. [c] ℣ Pari modo si iudicatū fuerit non esse eum in potestate: etsi per iniuriam [d] iudicatum sit, agenti hoc interdicto obiiciēda erit exceptio rei iudicatæ: ne de hoc quæratur, an sit in potestate, [e] sed an sit iudicatū. ℣ Si quis filiā suam, quæ mihi nupta sit, velit abducere, vel exhiberi sibi desideret: an aduersus interdictum exceptio danda sit: si forte pater concordans matrimonium, forte & liberis subnixum, velit dissoluere? Et certo iure vtimur, ne bene [f] cōcordātia matrimonia iure patriæ potestatis turbētur. [f] quod tamē [g] sic erit adhibendū, vt patri persuadeatur, ne acerbè patriā potestatem exerceat.

II. HERMOGENIANVS libro sexto Iuris epitomarum.

IMmo magis de vxore exhibenda ac ducēda, * pater etiā qui filiam in potestate habet, à marito rectè conuenitur. [h]

Supra posuit de liberis exhibendis: nunc dicit de liberis ducendis. Bartolus.

III. VLPIANVS libro septuagesimoprimo ad Edictum.

DEinde [i] ait prætor: *Si Lucius Titius in potestate Lucij Titij est: quo minus eum Lucio Titio ducere liceat, vim fieri veto.* Superiora interdicta [k] exhibitoria sunt: hoc est, pertinēt ad exhibitionem liberorum, [l] cæterorumque [m] de quibus supra diximus. Hoc autem interdictū [n] pertinet ad ductionem, vt ducere quis possit eos in quos habet ius ductionis. Itaque prius interdictum quod est de liberis exhibendis: præparatorium est huius interdicti. Quo magis enim quis duci possit, exhibēdus fuit. [Et] ex iisdem causis hoc interdictum tribuendū est ex quibus causis de exhibendis liberis competere diximus. Itaque quæcunque ibi diximus, [o] eadem hic quoque dicta accipienda sunt. ℣ Hoc autem interdictum competit non aduersus ipsum filium quem quis ducere vult: sed vtique esse debet is qui eum interdicto defendat. Cæterùm cessat [p] interdictū: & succedere poterit notio prætoris: [q] vt apud eum [r] disceptetur, vtrum quis in potestate sit, an non sit. ℣ Iulianus ait, quotiens id interdictū [s] mouetur de filio ducēdo [t] vel cognitio: [u] & is de quo agitur, impubes est: aliàs differri oportere rem [x] in tempus pubertatis: aliàs repræsentari. [y] idque ex persona eorum inter quos cōtrouersia erit, & ex genere [z] causæ constituendum est. nam [a] si is qui se patrem dicit, auctoritatis, prudentiæ, fidei exploratæ esset: vsque in diem litis [b] impuberem apud se habebit. Is verò qui controuersiam facit: [c] humilis, [d] calūniator, notæ nequitiæ [sit], repræsentanda [e] co-

A vsque ad finem litis, & statim de causa cognoscitur. si autē vterque nostrū mala fide litiget: differtur causa vsque in diē pubertatis: & interim stabit puer apud aliquam idoneam personam. [*ETIAM.*] Si pater sit impius, mater vero bona: & filius penes matrem stare vult: pater hoc interdicto agendo succumbet. Secundo dicit: cū cognoscit de impubere masculo, vel fœmina, vel proximo pubertati, an sit in mea potestate: & aliquis nostrum sit calūniator: iterim debet puer stare penes matrēfamilias: & matrēfamil. intelligas notę auctoritatis fœminam: id est bonæ conuersationis & vitæ Fran.Ac.

i *Deinde.* dixit de exhibendis, nunc de deducēdis: & hoc capite interdicti.

k *Superiora interdicta.* de libero homine exhibendo, & de liberis exhibendis. & facit.ff. de interdictis.l.j.

l *Liberorum.* id est filiorum.

m *Cæterorūque.* liberorum hominum, qui non sunt filij.

n *Interdictum.* scilicet de ducendis.

o *Diximus.* ff.l.j. per totum.

p *Cessat.* vbi alius detinet, locū habet interdictū: vt in prin. vbi alius non detinet, cessat: vt hic. sed in hoc contra.j.e.l. pe. &.C.e.l.j. vbi à nemine detinetur, & tamen habet locū interdictum. Sol. si simpliciter est quæstio filiatiōis, cessat: vt hic. vbi & hæreditatis quā dico mihi per eū quæsitam, tūc habet locum vt ibi: vt arg.C. de testa.ma.l.cū testamēto. Alij distinguūt an quęstio filiationis est: & p consequens potestatis: & habet locū interdictum. an potestatis tātùm. filium enim se cōfitei. & tūc nō: vt ibi & hic. & distīgue vt not.ff.de rei vin.l.j.§.j.

B

C

D

q *Prætoris.* id est officiū iudicis. ad quod est.ff. de rei vin.l.j.§.j.

r *Eum.* prætorem, siue iudicem. Accursius.

s *Interdictum.* de liberis ducendis. Accursius.

t *Ducendo.* aduersus alium. Accursius.

u *Vel cognitio.* aduersus eum.

x *Rem.* id est causam. nam rei appellatione causa coninetur: vt.j. de verbo.signi.l.rei.ij.

y *Repræsentari.* i. statim terminari.

z *Et ex genere.* vtrum sit iusta, vel iniusta.

a *Nam.* secundo casui respon.

b *In diem litis.* id est in tempus pubertatis: & sic contradictor non est hic calūniator. aliàs statim experiretur: vt.j. statim, secūdum Hu. Vel dic proprie in diem litis, id est donec lis erit finita: quæ statim finitur, cū resistens sit calūniator. & sic tradetur patri quasi possessio: & nihilo min⁹ aget. quod est notādū, sed m quosdā. sed nō placet, quia tūc interim deponitur puer: vt.j.§.in hoc.

c *Facit.* excipiendo, & sic reus dicitur facere controuersiam actori. sic.C. de etic.l.si controuersiam.

d *Humilis.* id est vilis.

e *Repræsentanda.* id est statim determinanda, & pro pupillo, si id ratio vel modicè suggerat. ar.j. de Carbo. edic.l.iij.§.duæ.

BIU Cujas

a *Item.* nunc contra.
b *Probatus,* scilicet est.
c *Non oportebit.* apparet quòd quicũque eorum sit calũniator, non differtur: sed si vterque, tunc secus, vt subiicit.
d *Infirma.* id est non firma ad hoc factum.
e *Quem.* tertium.
f *Aut filius.* ad hoc.ſ. eo.l.j.§.ſi vero.
g *Obtinuit.* in illo reſcripto.
h *In hoc interdicto.* nõ ergo differtur hoc caſu: & fit depoſitio. nam alter erat calumniator: vt.ſ.§.Iulianus. Ac.
i *Fœminã prætextatã.* i. puellã. í pãd. Flo. legit. fœminã, prætextatum.
k *Proxime.* aduerbiũ eſt.
l *Prætextati.* ſed aliàs eſt ætati: & tunc, proximę, eſt nomen.
m *Accedet.* i. cõtinget.
n *Prætor.* ad hoc.ſ.e.§.item ſi is.verſi. ſi vero vtraque.
o *Proximè.* aduerbiũ.
p *Prætextati.* Prætextatus dicitur qui adhuc eſt impubes: à prętexta quod eſt genus veſtis qua vtebãtur impuberes: de qua fit mentio inſti. de iniur.§.j.
q *Accedere.* i. cõtĩgere.
r *Puberẽ.* aliàs ípuberẽ.
ſ *Auctoritatis.* ſtrictè hic, alibi largius ponit: vt.j. de verb.ſig.l. pronũtiatũ.§.matrẽ. & dixi.ſ. de iis qui ſunt ſui vel ali. iur. l. nam ciuiũ. & facit. ſ. ad Tertul. l. j. in princ.

Prætextati qui dicãtur.

SI eum.]*CASVS.* Ego dico te eſſe in mea poteſtate, & meo iuſſu adiuiſſe hęreditatẽ. poſſum cõtra te de hęredi. agere: & hoc ĩterdictũ cõtra te intẽtare: licet ſtes vt paterfa. Fr. Acc. t *Ait.* vt &. C. eo. l. j. ſed cõtra. ſ. e. l. proxi. §. hoc autem. Sol. vt ibi.

SI filius.]*CASVS.* Filius meꝰ ſtat ſpõte penes te, & dicit ſe nõ eſſe in mea poteſtate. nõ habeo hoc interdictũ: ſed officiũ iudicis, cũ perinde ſit ac ſi p ſe ſtaret: niſi tu dicas eũ eſſe in tua poteſtate, & non in mea: ego contra. nam tunc hoc interdictum habet locum. Franciſcus.
u *Haberet.* & ſic habet locũ offic. iudi. vt.ſ. eo. l. iij.§. hoc autẽ.

VTRVBI.

PRætor ait.]*CASVS.* Ponitur edictum, cuiꝰ ſenſus eſt: Si aliquẽ hominẽ poſſedi maiore parte anni: & aliquis nũc eũ teneat: prętor ꝓhibet mihi fieri vim quo minus ducã eũ. Secundo loquit Vlp. & dicit: hoc interdictũ habet locũ in re mobili: & eſt ſimile interdicto vti poſ. quod habet locum in re ſoli. & hoc interdicto obtinet qui nec vi nec clam nec precario ab aduerſario poſſidet tempore litis motæ. Franciſcus.
x *Vtrubi.* i. apud quẽ. & ex duobus cõponitur: quod eſt vtrũ, & vbi. & ſic vtrũ, pro apud: & vbi, ꝑ quẽ. Is autẽ ex duobus potior erat in hoc interdicto, q maiore parte anni poſſederat: ſed hodie tẽpore litis cõteſta. vt hic in fin. & inſtit. eo. de interdi. §. quorũ

gnitio eſt. Item[a] ſi is qui impuberẽ negat in aliena poteſtate eſſe, vir omnibus modis probatus, [b] tutor vel teſtamẽto, vel à prętore datus: pupillũ quẽ in diẽ litis apud ſe habuit, tuetur: is vero qui patrem ſe dicit, ſuſpectus eſt quaſi calumniator: differri litẽ non oportebit. [c] ſi verò vtraq; ꝑſona ſuſpecta eſt, aut tanquã infirma, [d] aut tãquã turpis: nõ erit alienum, inquit, diſponi apud quẽ[e] ĩterim puer educetur: & controuerſiam in tẽpus pubertatis differri: ne per colluſionem vel imperitiam alterutrius contẽdentiũ, aut alienæ poteſtati paterfamilias addicatur: aut filius[f] alienus patrisfamiliæ loco cõſtituatur. ℣ Etiam ſi maximè autẽ probet filiũ pater in ſua poteſtate eſſe: tamen cauſa cognita mater in retinendo eo potior erit: idq; decretis diui Pij quibuſdã continetur. Obtinuit[g] enim mater, ob nequitiã patris, vt ſine deminutione patriæ poteſtatis apud eã filius moretur. ℣ In hoc interdicto,[h] donec res iudicetur, fœminã, prętextatũ,[i] eũq; qui ꝓximè[k] prętextati[l] ætatem accedet,[m] interim apud matrẽfamilias deponi prætor[n] iubet. Proximè[o] [autem] prętextati[p] ætatem accedere[q] eum dicimꝰ, qui puberem[r] ætatem nunc ingreſſus eſt. Cum audis matrẽfamilias, accipe notæ auctoritatis[ſ] fœminam.

IIII. AFRICANVS libro quarto Quæſtionum.

SI eũ qui ſe patrẽfamilias dicat, ego in mea poteſtate eſſe, & iuſſu meo adiſſe hæreditatẽ dicam: tam de hæreditate agi oportere, quàm ad interdictũ de filio ducẽdo iri debere ait.[t]

V. VENVLEIVS libro quarto Interdictorum.

SI filius ſua ſponte apud aliquẽ eſt, inutile hoc interdictũ erit: quia filiꝰ magis apud ſe, q̃ apud eũ eſt, in quẽ interdicetur: cùm liberã facultatẽ abeũdi vel remanendi haberet.[u] niſi ſi inter duos qui ſe patres dicerẽt, cõtrouerſia eſſet, & alter ab altero exhiberi eũ deſideraret.

VTRVBI.

TITVLVS XXXI.

I. VLPIANVS libro ſeptuageſimoſecundo ad Edictum.

PRætor ait: *Vtrubi*[x] *hic homo, quo de agitur, maiore*[y] *parte huiuſce anni fuit: quo minus is eũ ducat, vim fieri veto.* Hoc interdictũ de poſſeſſione rerũ mobilium locũ habet: ſed obtinuit, vim eius exæquatam fuiſſe vti poſſidetis ĩterdicto,[z] quod de rebus * ſoli[a] cõpetit: vt is & in hoc ĩterdicto vincat, qui nec vi, nec clam, nec precario, dum ſup hoc ab aduerſario inquietatur, poſſeſſionem habet.

DE MIGRANDO.

TITVLVS XXXII.

I. VLPIANVS libro ſeptuageſimotertio ad Edictum.

PRætor ait: *Si is homo, quo de agitur, nõ eſt ex his rebus de quibus inter te*[b] *& actorem*[c] *conuenit,*[d] *vt quæ in eam habitationẽ, qua de agitur, introducta, importata, ibi nata, factáve eſſent, ea pignori tibi pro mercede eius habitationis eſſent: ſiue ex his rebus eſſet ea merces tibi ſoluta, eóve nomine ſatisfactum eſt, aut per te ſtat*[e] *quo minus ſoluatur: ita quo minus ei qui eum pignoris nomine induxit, inde abducere liceat, vim fieri veto.* Hoc interdictũ proponitur inquilino, qui ſoluta pen-

A vis. verſi. vtrubi. & ver. hodie. &.ſ. de interdi. l. j. §. interdictorum quędã. &. C. e. l. j. Sed quare diuerſa nomina dãtur his ĩterdictis? Rñ. quia immobilia ꝓprie dicũtur poſſideri. dicitur enim poſſeſſio, quaſi pedũ poſitio. & eſt ar. ſ. de ac. poſ. l. j. in prin. merito ergo ibi dat vti poſ. quod ad mobilia aptari nõ poteſt: cum non poſſideant proprie: ſed apud aliquẽ ſunt. ſed abuſiue etiã mobilia dicuntur hodie poſſideri in vſu loquendi. Item quare reſeruauit hunc ti. & nõ poſuit. ſ. iuxta illum ti. vti poſſi? Rñ. quia tractatuꝰ erat de interdictis quibuſdam circa mobilia, vt ſuperioribus titu. ideo hũc titu. cũ illis reſeruauit.

B

y *Maiore.* hoc expone vt.j. de verbo. ſigni. * *Fa* l. maiore. *mo*

z *Interdicto.* datiui caſꝰ.
a *Rebus ſoli.* vt.ſ. vti poſſi. l. j. §. ij.

C

DE MIGRANDO, id eſt de recedendo.

PRætor ait.]*CASVS.* Ponitur edictum, cuiꝰ ſenſus eſt: Si domũ tuã cõduxi ſub certa pẽſione, & in eã induxi ſeruũ, & eũ volo extra domũ abducere: prętor ꝓhibet mihi fieri vim in tribus caſibus. Primus, ſi nõ erã obligatꝰ pro pẽſione: ſoluerã tamen penſionẽ. Secũdꝰ, ſi meo nomine tibi ſatisfactũeſt. Tertiꝰ ſi paratus erã ſoluere, & p te ſtabat. Poſtea loquitur Vlpianus, & dicit: hoc interdictum datur inquilino, nõ colono, ſubuenitur tamẽ colono extra ordinẽ. Itẽ vtile hoc interdictũ datur inquilino qui gratis habitabat, & ſi nondũ debebã penſionem ſoluere: quia nõ venerat tẽpus quo eã debebã ſoluere: & interim volo agere hoc interdicto vt poſſim extrahere res: nõ audior. Itẽ ſi cõducã domũ tuam pluribus annis: & ſoluta penſione vnius anni volo agere hoc interdicto, & abducere res quas adduxerã in domũ tuã, nõ audior: nec eſt vis quantũ ad hoc vt cõpetat mihi hoc interdictũ, ſiue res quas volo abducere, ſint meæ, ſiue nõ. Itẽ ſiue ſint obligatæ, ſiue nõ, pignoris tamẽ nomine erãt ibi. ſi autẽ pignoris nomine ibi ſint inductæ: adhuc habet locũ hoc interdictũ vt poſſint extrahi. Itẽ hoc interdictũ perpetuum eſt: & hæredibus & in hæredes datur. Itẽ datur hoc interdictũ pro rebus commodatis inquilino, vel depoſitis, quas in domũ conductã induxerat. & hoc dicit hæc. l. & ſeq. cũ gl. Frãc.

D

b *Inter te.* & locatorem domus.
c *Et actorẽ.* inquilinũ, qui agit hoc interdicto. aliàs auctorem.
d *Conuenit.* tacite, vel expreſſe. & facit. C. in quib' cau. pig. ta. contra. l. ſi non inducta. hoc autem intellige ſi portatur vt perpetuo ibi ſit: vt.ſ. de pign. l. debitor.
e *Per te ſtat.* facit. C. de vſur. l. acceptam. & ſupra de ope. nouun. l. prætor. §. deinde.

BIU Cujas

sione vult migrare. [a] nam colono nõ cõpetit. cui rei [b] etiã extra ordinem subueniri potest. ergo infrequens [c] est hoc interdictum. Si tamẽ gratuitam quis habitationẽ habeat, hoc interdictum vtile ei competet. ¶ Si pensio nondum debeatur, [d] ait Labeo interdictũ hoc cessare: nisi parat° sit eã pẽsionẽ [e] soluere. Proinde si semestrẽ soluit, [f] & semestris debeatur, [g] inutiliter interdicet: nisi soluerit & sequentis semestris: ita tamen, [h] si conuentio specialis facta est in conductione domus, vt non liceat ante finitũ annũ vel certum tempus migrare. Idẽ est & si quis in plures annos conduxerit, & nondum præterierit tempus. Nam cum in vniuersam conductionẽ pignora sunt obligata, consequens erit dicer. interdicto locum [nõ] fore, nisi liberata fuerint. ¶ Illud notandum est, prætorem hic non exegisse [i] vt in bonis fuerit cõductoris: nec vt esset pignori res [k] illata: sed si pignoris nomine inducta sit. Proinde etsi aliena sint, & sint talia quæ pignoris nomine teneri non potuerint, [l] pignoris tamen nomine introducta sint: interdicto huic* locus erit. Quod si nec pignoris nomine inducta sint: nec retineri [m] poterunt à locatore. ¶ Hoc interdictũ perpetuũ est: & in successores, & successoribus dabitur.

II. GAIVS libro vicesimosexto ad Edictum prouinciale.

HOc interdictũ inquilino etiam de his rebus quæ nõ ipsius sint, sed fortè commodatæ ei, vel locatæ, vel apud eum depositæ sunt: vtile [n] esse non dubitatur.

DE SALVIANO interdicto.

TITVLVS XXXIII.

I. IVLIANVS libro quadragesimonono Digestorum.

SI colon° ancillam in fundo pignoris nomine duxerit, & eam vẽdiderit: quod apud emptorẽ ex ea natum est, eius adprehendẽdi gratia vtile interdictum° reddi oportet. Si colonus res in fundum duorum pignoris nomine intulerit, ita vt vtrique in solidũ obligatæ essent: [p] singuli aduersus extraneum Saluiano interdicto rectè experientur: inter ipsos verò si reddatur hoc interdictum: [propter parẽ scilicet causam,] possidentis conditio melior erit. At si id actũ fuerit, vt pro partibus res obligaretur: vtilis actio & aduersus extraneos, [q] & inter ipsos dari debebit: per quã dimidias partes possessionis singuli adprehendent. Idem seruari conueniet & si colonus rem quã cum alio [colono] cõmunem habebat, pignoris nomine induxerit: scilicet vt [p] parte dimidia pignoris persecutio detur.

II. VLPIANVS libro septuagesimo ad Edictum.

IN Saluiano interdicto, si in fundum communem duorũ, pignora sint ab aliquo inuecta: possessor vincet: [r] & erit eis descendendum ad Seruianum [s] iudicium.

a *Migrare.* id est exire vel recedere cum rebus suis.

b *Cui rei.* scilicet in colono, non dico migranti, sed recedenti. vel dic in colono & inquilino. ad qđ est. ff. ne vis fiat ei. l. si quis missus. sic aliàs differẽtia est inter colonum & inquilinum: vt. C. locati. l. certi iuris. Accursius.

c *Infrequẽs.* id est valde frequens: cum & detur vtile colono etiã. sic. ff. de liberis & posthu. l. Gallus. §. ille. vel id est minus frequens: cum nunquã detur colono, & inquilino interdum non detur, sed extra ordinem subueniatur. Accursius.

d *Nondum debeatur.* quia tempus in conuẽtione expressum nondum præteriit.

e *Eam pensionem.* totã etiã futuri tẽporis.

f *Soluit.* ratione præteriti. non enim efficaciter pro futuro debetur, nisi elapso tempore. arg. ff. so. matrimo. l. diuortio. j. respõ. Azo.

g *Debeatur.* conuentionis iure: nõ quia tãto tẽpore sit vsus habitatione. Itẽ hoc intellige cũ cõduxit in singulis sex mensibus, secundũ Hugo. vel etiã dic quòd in annum: & tunc erit argumentum quòd in medio anni est soluẽda pẽsio. sic. C. de aduoca. diuer. iudi. l. per Iunc. §. sexcenti autem. Accursius.

h *Ita tamẽ.* ergo à cõtrario si hoc modo specialiter nõ est actũ, licet migrare etiam non soluta pensione futuri temporis. & sic est cõtra. ff. loca. l. si in lege. §. si domus. Solu. hic de necessaria migratione: ibi de voluntaria. Ir. vel solue vt ibi. vel hic sunt plures conductiones, scilicet singulis sex mensibus vel annis: ibi vna. & facit. ff. loca. l. domin° horreorũ. §. fi. & de damno infecto. l. vtique.

i *Non exegisse.* quantum ad hoc vt competat hoc interdictum.

k *Pignori res.* quia aliena.

l *Non potuerint.* veluti si res tales sunt quarum cõmercium est interdictum: vt homo liber.

m *Nec retineri.* competit enim & si non sint obligatæ, nec pignoris nomine inductæ: nec ex verbis edicti apparet: vt. ff. ea. l. in prin. & l. proxi.

n HOc interdictum. *Vtile.* id est efficax: vt. ff. l. j. in prin. vel proprie illud in reb° inquilini, licet nõ obligatis. & facit. ff. l. proxi. §. illud.

DE SALVIANO INTERDICTO.

Si colonus.] CASVS. Ego Franciscus locaui Titio fundum pro pensione certa in hunc fundũ induxit ancillã nomine pignoris, & eam vẽdidit, & peperit penes emptorem. dicitur quòd habeo hoc interdictum etiã ad partum recuperandum. Secundo dicit: si fundum duorum Titius cõduxit, & in solidum cuique res Titij in fundum adductæ sint obligatæ, dicitur quòd si tertius has res incipit possidere, quilibet istorum

A poterit agere in solidum hoc interdicto. si autem alter eorũ possidet, potior est possessor. si autẽ erat actum vt pro partibus cuique sint obligatæ, tunc quilibet eorũ in parte poterit agere hoc interdicto, & contra extraneum, & inter se. Idem est si habes rem communem cum aliquo colono, & tu meum fundum cõduxisti, & causa pignoris hanc rem induxisti. nã pro parte erit mihi obligata, & competit mihi hoc interdictũ. Vltimo dicit: conduxit Titius fundum duorũ, & induxit in eum fundũ res causa pignoris. si agatur hoc interdicto inter eos: obtinet possessor. si autẽ tertius possidet has res, agitur Seruiano iudicio. & hoc dicit hæc. l. & seq. Frã.


o *Vtile interdictũ.* apparet partũ apud emptorem natũ obligatũ esse: vt. ff. de pig. act. l. si conuenerit. ij. §. si fundus. Sed contra. ff. de pig. l. Paulus. §. j. Solu. ibi concepit apud emptorem, & peperit mater: hic nata tãtum: sed apud debitorẽ concepta. Alij dicũt, etiã hic nata apud debitorem. Item in eo quod dicit emptorẽ teneri: & sic datur contra extraneũ: vt hic. & ff. l. proxi. §. j. est contra. C. eo. l. j. vbi dicit nõ dari in extraneum: sed dic directũ non dari, vtile sic: vt hic, & ff. l. proxi. §. j. vel dic vt ibi. & quære vt ibi.

p *Essent.* quod in dubio præsumitur: vt. ff. eo. l. fi. Accursius.

q *Extraneos.* id est colonum qui est extraneus respectu creditorum. vel dic proprie: & hoc ne ob. C. e. l. j. quæ est contra. sed solu. ff. j. respon. l. j. Itẽ qđ dicit aduersus &c. scilicet in solidũ: & sic est occupantis cõditio melior. Idem in hypothecaria per omnia qđ in hoc interdicto: vt. ff. de pigno. l. si debitor. sed secus in quasi Seruiana: vt. ff. l. fi. in fi. Vel dic verius idem in quasi Seruiana: & illam expone vt ibi iam dices. & adde quod no. in l. illa, si debitor. supra de pigno. Item facit supra de Publi. l. siue. j. §. si duobus.

r IN Saluiano. *Possessor vincet.* Collige ergo quòd cum quis rem obligat duobus simpliciter: quòd in solidum cuilibet pro suo debito obliget: vt & supra de pigno. l. si fundus. §. si duo.

s *Ad Seruianum.* in quo id veniet, vt sit possidentis cõditio melior: vt supra de pigno. l. si debitor. & sic idem iuris est in hypothecaria & quasi Seruiana: & interdicto Saluiano: & ex quo in solidum res tenetur duobus, quòd potior sit occupantis conditio & possessoris. Sed secundum H. quare hic dicit: & erit descendendum, id est decurrendum ad Seruianam? Respon. quia interdictum cessabat cum contra extraneũ ageretur, vt hic erat: vt. C. eo. l. j. Sed quidam dicunt quòd quasi Seruiana differt in hoc ab hypothecaria, & interdicto: quasi in ista quasi Seruiana nec sit possidentis nec occupantis cõditio melior. & l. illã, si debitor. in hypothecaria tantũ, & non in quasi Seruiana intelligũt.


Exceptionū decuplex quadruplex diuisio.
I
2 Meræ negationis.
3 Actionis seu iuris,
4 Intentionis vel facti.
II
5 Ecclesiasticæ,
6 Mixtæ,
7 Seculares.
III
8 Dilatoriæ
9 Merè dilatoriæ, vt solutionis.
10 Declinatoriæ iudicij
11 Ratione iudicis,
12 Actoris,
13 Rei,
14 Syndici,
15 Procuratoris,
16 Rescripti,
17 Loci,
18 Temporis,
19 Libelli,
20 Fori,
21 Causæ.
22 Anomalæ, vt exceptio excommunicationis.
23 Mixtæ seu dubiæ,
24 Quasi peremptoriæ, quæ contra personas testium opponuntur.
25 Peremptoriæ
26 Personæ
27 Obligationis, quæ tollit
28 Vtramque. s. ciuilem & naturalem,
29 Naturalem tantum,
30 Ciuilem tantum,
31 Neutram.
32 Iudicij,
33 Pœnæ,
34 Accusationis.
IIII
35 Temporales, vt pactum de non petendo intra certum tempus.
36 Perpetuæ, vt doli, metus.
37 De quibus dubitatur, vt ne maritus conueniatur vltra quàm facere possit.
V
38 Personales
39 Inhærentes personæ per quam, vt
Delegato,
De exempto.
41 Reales
40 Aliæ, personæ contra quam, vt iudicis suspicio.
42 Concernentes rem de qua principaliter agitur, Vt petis beneficiū, & dico sublatū.
43 Aliæ quamlibet rem, Vt locum non tutum, remotum.
VI
44 Fauorabiles
Quæ non opposita nunquam elidit, Vt epistolæ diui Hadriani.
45 Quæ etiam non opposita elidit, vt exceptio pacti.
46 Perpetua, vt Velleiani.
47 Quæ non competit nisi expressè opponatur, Vt compensationis.
48 Odiosæ, Macedoniani, criminum.
49 Inductæ propter iuris rigorem, Vt rei iudicatæ.
50 Inductæ propter naturalem æquitatem, vt non numeratæ pecuniæ, & similes.
VII
51 Diuersæ,
52 Alternatiuæ,
53 Contrariæ.
VIII
54 Ciuiles.
55 Prætoriæ.
IX
56 Directæ,
57 Vtiles.
X
58 Modificatoriæ condemnationis, Vt de peculio.
59 Modificatoriæ executionis, Vt inuentarij confecti.
XI
60 Incidentes,
61 Emergentes.
XII
62 Ordinis,
63 Præposterationis.
XIII
64 Rationabiles, & non frustratoriæ,
65 Irrationabiles, & frustratoriæ.
XIIII
66 Generalis,
67 Obscura.

BIU Cujas

Nouissima & admodum frugifera Exceptionum diuisio, edita per disertum virum magistrum Petrum Rebuffum, de Monte Pessulano, iuris vtriusque doctorem, & supremæ curiæ Parisiensis aduocatum: ab auctore iam recens recognita & emendata.

QVia omnis de aliqua re institutio debet à definitione ꝓficisci: iuxta illud quod scripsit tuba Romani eloquij Cicero (qui hoc modo appellatur per glos. in l. j. de stud. libera. vr. Rom. lib. xj. C. primo officio. lib. & refert Bald. in proœ. feudo. col. iij. in fi. cum sequen. per text. & ibi Bal. in l. j. ff. de iust. & iu. & l. j. ff. si cer. peta. & Barba. in rubr. huius tituli, in clemé. i principio. & in rubri. de rescriptis. colum. j. & de constitutio. colũ. ij. & in rubri. de postulatio. præla. colum. ij. & Petrus de Ferra. in practi. in forma positionũ actoris. in verbo postquam, & Troilus Maluitius in tractatu de obligationibus. in primo dubio. docto. in. l. j. ff. de adquiréda possessione. Bonus de curtili in tractatu nobilitatis, in secunda parte. & docto. in. l. j. per illum text. ff. de testa. & l. prima. ff. de tutel. nam definitio est omnino substantia cuiuscunque significantis, secundum Barba. in rubri. de re iudic. in clemen.) Videamus ergo quid sit exceptio. Secũdo, quo iure inuenta sit. Tertio, ad typi declarationem accedamus. Ad primum igitur veniendo, cùm materia exceptionum sit multum necessaria, per text. in. §. alioquin. institu. eodem. & in authen. de restitutio. & ea quæ parit in vndecimo mense. colla. iiij. post principium, ibi, quadam exceptione necessaria. & frequens, & in iudiciis versatilis, & ideo amplectenda. l. legaui. ff. de libera. lega. cum similibus. & definitio est multum periculosa. l. omnis definitio. ff. de regu. iur. tamen per illas definitiones nihil mutatur in re: nec ex eis obolum lucraberis, secundum Ioan. Fab. in. §. ex non scripto. col. ij. institt. de iu. natu.

1 Igitur sic definitur exceptio per aliquos doctores. Exceptio est ius reo competens, ad eludendam excludendámve actoris intentionem. & hæc definitio comprehendit dilatorias & peremptorias: vt tenet dominus Anto. de Tremolis in additio. ad practi. de Bonacurso in principio. Ego vero insequor definitionem iurisconsulti (quia non possum inuenire meliorem) positam in. l. secunda. ff. eodem. Exceptio est actionis vel intétionis exclusio. hanc posuerunt fere omnes summistæ, Gofred. Azo, Hostien. & alij, & Barba. in rubri. huius tituli, in clemen. licet Angel. in rubri. institu. eodem, col. mihi. iiij. versi. capiamus primum. teneat quòd non est definitio, sed allusio. Standum est tamen verbis iurisconsulti: siue sit allusio, siue definitio. & communiter tenetur quòd sit definitio: & latius declarabitur in prima diuisione infra. Nota tamen quòd exceptio duobus modis sumitur: large, & stricte seu proprie. Large, pro omni defensione, exclusione, & replicatione: vt tenet glos. in. l. ij. ff. eodem. nam replicatio excludit: ergo exceptio large nuncupatur, per glos. in. l. fina. C. de eden. l. iurisgentium. §. fiue autem. ff. de pact. & l. nam postea. in principio. ff. de iureiurando. Stricte seu proprie capitur pro defensione quæ reo competit contra actionem actori competentem contra dictum reum: vt tenet gloss. & docto. in. d. l. ij. & Hostien. in summa huius tituli. §. j. Angel. in rubri. eiusdem tituli institu. col. mihi. v. canonistæ in rubri. de excep. Azo in summa. versi. est autem sciendum. Ad secundum, quo iure sit inuenta & videtur quòd iure diuino in paradiso terrestri. nam Adam de inobedientia à domino reprehensus cur pomum vetitum comedisset, actioni Dei exceptionem obiiciens, relationem criminis in vxorem vertit dicens: Quam mihi sociam dedisti: dedit mihi de ligno vitæ, & comedi. & Deus dixit ad mulierem: Quare hoc fecisti? quæ respondit: Serpens decepit me, & comedi. hęc habentur Genesis. iij. c. & in capi. serpens. de pœnitentia, distinctione. j. ita tenet Specula. in proœ. sui operis. versi. sane. Angel. in rubri. huius tituli. col. v. versi. veniamus ad secundum. Panor. tamen in. d. rubri. tenet quòd est de iure naturali: quia est defensio. nil allegat. possumus allegare textum in. l. si quidem. ibi, nulla defensio. & l. defensiones. C. eodem. c. cum inter. ibi, defensionis copia. eodem titulo. Sed defensio est de iure naturali. text. in clemen. pastoralis. §. cæterum. de re iudi. l. scientiam. §. qui cum aliter. & ibi Flo. ff. ad legem Aquil. ergo & exceptio. Alij vt Barto. in. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iur. & Ioan. Fab. in principio institu. de obligatio. col. secunda. quòd si de iure ciuili tenent: quia est actionis exclusio. d. l. secunda eodem titu. ff. sed actio est de iure ciuili. l. in commodato. §. sicut. ibi, actiones ciuiles. ff. commoda. Angel. & Iaſ. in. §. j. institu. de actio. ergo &c. aliàs sequeretur absurdum, quòd exceptio esset prius quàm actio: & sic exclusio, quàm res exclusa. late Geor. Natan in repe. clemen. sæpe. §. non sic. in ver. defensiones. de verbo. signifi. Iacobi. in. l. in probationibus. ff. de probatio. Ego dicerem quòd A exceptio quæ habet materiam de iure naturali, dicitur illo iure inuenta: & tunc dicitur habere materiam in hoc, ne innocens condemnetur, & indebite opprimatur. nam hoc respicit defensionem, quæ est de iure naturali, per. d. clemen. pastoralis. de re iudi. ita tenet Dec. in. d. rubri. numero. vj. & in. c. ad hæc. col. fina. de rescriptis. Si verò habet materiam præexistentem de iure ciuili: tunc est illo iure vt exceptio præscriptionis, non numeratæ pecuniæ, & similes, secundum Decium vbi supra. Possunt tamen omnes exceptiones dici de iure ciuili formalitate, & in modo & ordine excipiendi, & se defendendi. nam ius ciuile non admittit omnes exceptiones passim, nec omni tempore, sed certo modo & ordine: vt tenent Panor. & Dec. in. d. rubri. Sozi. in rubri. ff. eodé. ciuilistæ in. l. si quis. §. si is pro quo. ff. quod quisque iuris. canonistæ in. c. ex parte. in. ij. de offic. delega. Nec obstat quod dicebatur de iure diuino: quia ibi erat quædam defensio, quæ proprie nó est exceptio: per glossam singula. & communiter approbatam in capitulo primo de litis cõtesta. in. vj. sed improprie sic: vt respondent Feli. & Decius in rubri. & in dicto capi. ex parte. Barba. in rubri. de exceptio. in clemen. Nec etiam obstat quod dicebat Panormita. in dicta rubri. allegãdo Ciceroné primo officio. ibi, Principiò generi &c. quia intelligitur de defensione actuali seu manuali, ad quam natura omnia animalia inclinat: immo eis dedit certa instrumenta quibus ab aduersis se tuerentur: vt bubus cornua. l. j. §. cum arietes. ff. si quadrupes pauperiem feciſ. dica. l. bouem. in princip. ff. de ædil. edic. ita Feli. & ibi in addi. ad eum in. c. dilecti filij. eodem titu. & ideo conqueritur homo quare natura eum nudum produxit: vt habetur in Plinio in principio libri septimi de naturali historia. & omnibus animantibus dedit instrumenta: vt supra dixi. Non obstat quòd sit de iure ciuili: quia verum est in quantum excludit actionem, quæ est de iure ciuili: vt supra probaui: & etiam respectu formæ: sed respectu intentionis est de iure naturali: quia intentionis exclusio erat ante ius ciuile: sicut petitio erat ante actiones, quæ manu regia expediebantur. l. secunda in principio. ff. de origine iur. Dec. vbi supra. Floria. in. l. si seruus. numero. vij. ff. ad legem Aquil. Effectus ex ista quæstione resultantes vide per doctores in dicto ca. ex parte. & ꝑ Anto. de Burgos, in rubrica de emptio. & véditio. B

2 Prima ergo erit diuisio, quòd quędam exceptiones sunt meræ negationis, actionis seu iuris, intentionis vel facti. Meræ negationis est, quãdo actio actori non competebat, nec competierat. ideo si actor agat, & aliquid petat, reus potest negare: & hæc non est proprie exceptio: secũdum Sozi. in rubri. de exceptio. ff. & Alexander in additio. ad Barto. in. l. prima. ff. eodem. glos. in. l. nam postea. ff. de iureiuran. in principio. & cap. secundo de ordine cognitio. & quia nil ponit, ideo à reo non erit probanda: vt tenet Baldus in. l. peremptorias. C. sententiam rescindi nó posse. numero tricesimosexto. & in. l. si quidem. in principio. C. eodé. C Large tamen exceptio dici potest, secundum Dec. in rubri. numero tertio. vide Bartolum & alios in. l. si Titius. ff. de verborum obliga. & l. si pluribus. ff. de lega. j. & l. quotiens. §. si temporali. ff. de administra. tuto. Et hanc posui primam: quia in ius vocati sunt faciles ad negandum. l. item si vnus. §. finali. ff. de arbi. & prima responsio reorum est negatio: vt ocularitér videmus. §. fi. institu. de gradibus.

3 Aliæ sunt actionis seu iuris, & sunt quæ actionem præsupponunt: vt si Titius decé mihi promisit metu, & ago: habeo actionem ex stipulatu: tamen Titius habet exceptionem metus, quæ excludit actionem ex stipula. ideo in definitione supra fuit dictũ quòd est exclusio actionis: per textum in dicta. l. secunda. & regulariter exceptiones in scriptis non opponuntur, sed satis est quòd in actis per notariũ redigantur & scribantur: vt tenet Bartolus & alij in lege prima. ff. eodé. Flor. in. l. in exceptionibus. ff. de probationibus. l. j. no. vltimo. ff. de edendo. per Alexandrum & alios in. l. emptor. C. de præscriptione longi téporis. Bald. in. l. edita. col. xij. in. ij. repe. C. de eden. Dec. in cap quoniam. numero vigesimosexto, de probationibus. Aufre. in decisionibus capellæ Tolosanæ. quæstio. cx. Antoni. de Tremolis in addit. ad practi. Vberti de Bonacurso, in rubrica de perempto. exceptio. in versi. & subtiliter. & Lanfranc. in repetitione dicti capituli, quoniã. in ver. exceptiones. in fine. & Angel. col. mihi. xviij. in rubri. Iaſ. in. l. de die. in princ. col. iij. ff. qui satisda. cogantur. immo sufficit quòd proponatur factũ ex quo resultet exceptio: licet nó dicat, Excipio: secũdum Baldũ in dicta. l. prima. nisi in exceptione recusationis

BIU Cujas

cusationis & excommunicationis, quæ in scriptis debent proponi: vt tenet Philippus Francus in ca. appellatio. de appellatio. in sexto. & Feli. in rubrica, vide tamen Barba. allegátem textum in quibus debemus dicere, Excipio: vel, excipiendo dico. in capitulo cum causa. numero quarto, de officio delega. quod intelligit in doctis: secus in ignaris: quia sufficit factum narrare. vide textũ in capitulo dilecti filij. j. de appellationibus. Et ista est propriè exceptio, secundum Sozinum vbi supra & doctores in rubrica de exceptionibus. in decretalibus: per glossam in. l. qui se debere. ff. de condictione causa data. & in. l. in rebus. C. de iure dotium. & Alexander in additio. ad Barto. in dicta. l. secunda. & licet excludat actionem, non tamen tollit restitutionem in integrum, per glos. singu. in. l. in causæ. ij. ff. de minoribus. secundum Rauen. in alpha. in verbo, exceptio. & an ius excipiendi in singularem transeat successorem, vide doctor. in. l. ait prætor. ij. ff. de iureiur. & l. si tertius. §. si quis. de aqua pluuia arcenda.

4 Item aliæ sunt intentionis seu facti, quæ actionem non competere actori ostendunt: vt si solui tibi decem quæ debebam, sublata est actio. instit. quibus modis tollitur obligatio. in principio. Si iterum petis, excipiam, & excludam intentionem tuã: quia actionem non possum excludere, cum nulla sit. hoc declarant Paulus & Iason in. l. Titia. ff. de verborum obliga. Vel potest dici exceptio facti, quia sicut de facto agis: ita de facto excipio. glos. Barto. & alij in dicta. l. secunda. & in. l. obligationum fere. §. fina. ff. de actionibus & obligationibus. Barba. in rubrica eiusdem tituli. in clemẽ. & doctores in dicta rubrica in decreta. & Angel. col. mihi. v. Lanfran. in repet. ca. quoniã. in ver. exceptiones. de probationibus. glos. Ias. & alij in dicta. l. qui se debere. Antoni. de Tremolis in additio. ad practi. de Bonacurso. in principio. & in rubrica de peremptoria exceptione. versi. animaduertat igitur. vbi ponit octo species exceptionis intẽtionis, quas vide per te, non pono hic: sed in tractatu de exceptionibus ponam, & alia ample ibi inseram. Alio tamen modo appellatur exceptio iuris vel facti: vt per Baldũ in marga. in ver. exceptio. in. xxviij. quæstione. & Panor. in cap. pastoralis. numero vigesimosecundo, eodem tit. & in hac potest iudex absoluere reum eo etiam non petente, cum sit in iudicio agens sine actione: vt tenent Bartolus & Paulus in dicta. l. ij. licet Sozi. ibi & dicta rubrica aliter dicat: scilicet quòd postquam ponit, est vera exceptio. Feli. Dec. & communiter alij in dicta rubrica contrarium tenent, & legistæ vbi supra. Baldus in. l. peremptorias. C. sententiam rescindi non posse. Est tamen de stylo curiæ parlamenti, quòd licet reus sit paratus prædictas exceptiones probare, & se offerat: tenebitur tamen implere manum curiæ de tanto quantum petit actor: aliàs ad ipsas proponẽdas non admittitur: vt est modus loquendi, *que il garnisse la main, & empliſſe la main de la court*: vt habetur in stylo parlaméti in eodẽ titulo. in. §. & de stylo. & ibi ratio ponitur: quia debitores malitiosè & causa diffugij quandoque proponunt: vt res vel bona de quibus incontinenti posset fieri satisfactio, interim pendente dicta probatione possint elongare vel consumere: ideo hic dolus non debet eis patrocinari. c. sedes. &. c. ex tenore. de rescriptis. &. c. ex literis. de dolo & contumacia. cum similibus.

5 Secũda diuisio est, quòd quædam sunt ecclesiasticæ seu spirituales, mixtæ, & seculares. Ecclesiasticæ sunt, quæ coram iudice ecclesiastico probari debent: & de his iudex laicus non se intromittit: vt si iudex laicus detinet clericum in suis carceribus, potest excipi quòd est clericus: & coram iudice ecclesiastico remittetur: & ibi dicta exceptio probabitur, per tex. in cap. si iudex laicus. de senten. excommuni. in. vj. Miratur tamen. d. Benedic. in repeti. c. Raynutius. in ver. & vxorem. numero. ccccxl. de testa. quòd in regno Franciæ non obseruetur. & Guido papæ in suis decisio. q. cxxxviij. & do. Barth. de Chassa. in cõsuetu. Burgun. in rubri. *des iuſtices*. in. §. v. in glo. *s'il n'a grace*. numero. lviij. cum sequen. Et tales iudices hoc non obseruantes, non sunt tuti in foro conscientiæ, secundum eundem de Chassa. in rub. *des iuſtices*. ver. *& droictz d'icelles*. in numero. xlj. Nota tamen quòd licet curia parlamenti de tonsuræ proprietate nõ debeat cognoscere, tamẽ an vestis sit clericalis necne, cognoscere potest: quia hoc cognoscere, non est cognoscere de re spirituali, sed temporali: ergo cognoscit de pileo partito: & an vestis sit clericalis: & de caligis & aliis vestibus & indumentis: vt arresto fuit Parisiis decisum in quæstione per arresta. q. xlij. & in stylo parlaméti in quarta parte, arresto. clxxxiiij. &. clxxxvj. idẽ. d. Barthol. de Chassa. in consuetudinib. Burgũ. in rubri. *des iuſtices*. in. §. quinto. in glos. *s'il n'a grace*. numero. lix. versicu. decimo fallit. Idem in exceptione excommunicationis, per textum in ca. corripiantur. ibi, episcopale iudicium. xxiiij. q. iij. & Speculator in titu. de competen. iudi. aditio. §. j. in princi. potest etiam coram seculari iudice proponi: vt not. glo. singu. in. l. prima. C. de iuris & facti ignoran. & in ca. j. de excep. in. vj. & docto. in cap. intelleximus. de iudic. Hoc tamen non seruatur in curiis laicalibus huius regni, secundum Ioan. Fab. in. §. fina. instit. de cura. Sed vnde tantus abusus processerit, ignorat Guliel. Benedi. in repe. c. Raynutius. in verbo, mortuo. in. j. numero. cclxxxij. de testa. & Aufre. in decisio. capel. Tolosa. q. cxxxiij. &. clxxxix. & ibi decidit an excommunicatus possit monitionem de occultis impetrare. hanc consuetudinem reprobat subtilis Petrus de bella Perti. in. l. placet. C. de sacrosan. eccle. addit. ad Vber. de Bonacurso, in rubri. quibus modis examen iudi. ordi. declina. Angel. & Porc. in. §. j. instit. de capi. demi. & tex. de iure ciuili loquentes de excommunicatione, vide per Barba. in clemen. vnica. col. iij. eo. titu. & vltra eum tex. in. l. hi qui sanctam. de aposta. glo. in cap. vno. quo tempore miles inuestituram petere debeat. Executio tamen bene potest fieri aduersus monachum, & alium virum ecclesiasticum in sua temporalitate fructibus pendentibus, & in reditibus nondum receptis: vt dicit Ioannes Masuer. in rub. de executio. in ver. ité executio. Pau. cõs. cccxxxvij. primo quæritur. col. iiij. volu. j. & hoc vidi multotiens practicari: ideo bene no. Idem in exceptione vsurarum. capi. præterea. & per totum de vsur. quod intellige verum, si super iure contentio oriatur: secus si super facto: quia tũc iudex laicus erit competens, secundum Barto. Hercula. & alios in. l. Titia. ff. solu. matrimo. Bart. & alios in. l. quotiens. C. de iudi. Bar. in. l. ij. ff. de iurisdi. omnium iudi. Alexan. consi. ix. prestantissime. in. iiij. volumi. licet multi canones refragentur in clemẽ. dispendiosam. de iudi. Potest tamen iudex laicus excipienti statuere tempus intra quod se præsentet excipiens corã iudice ecclesiastico, non tamen quòd probet, secundum Vincentium in l. ij. numero sexto, de re iudicata. ff. vide Alexandrũ cõsilio. xcj. in secũdo volumine. Et an arbitrator possit de vsuris cognoscere: & quæ requirantur antequam iudex ecclesiasticus possit inhibere iudici seculari, vide per Alexandrum consi. ix. in quarto volumine. Idem in exceptione hæresis. ca. ad abolendam. & per totum de hæreticis. & cap. vt inquisitionis. de hæreticis, in sexto. Alias exceptiones vide per textum. & ibi no. in clemen. dispendiosam. de iudi. in cap. cum sit generale. de foro competen. & in locis supra allegatis. & an incidenter possit cognoscere, vide in cap. tuam. de ordi. cogni. & in speculo principũ. fo. xlv. cum seq. Purpura. in. l. ij. numero. lij. ff. de iurisdi. omnium iudi.

6 Mixtæ sunt, quæ tam coram seculari, quàm coram ecclesiastico iudice proponi & probari possunt: & de his tam vnus quàm alius cognoscit: vt exceptio sacrilegij. glo. in dicto cap. cum sit generale. Idem in exceptione iuramenti, vt obseruetur: quia tũc est mixti fori. de seculari patet in. c. licet mulieres. de iureiuran. in sexto. de ecclesiastico in ca. fina. de foro competen. eod. lib. idem tenet Alexander consilio. xxxix. numero tertio. in quarto volumine. idem Feli. in capi. ij. numero. xxviij. ver. tertia conclusio. de rescriptis. & melius per Alexan. consi. clj. in. vij. volumi. quod limitat Maleretus in tractatu de elec. fo. xxx. col. iij. vide Sozi. consi. cxix. præsupponitur. in. iiij. volumi. & Curtium consi. lxvj. super. Exceptio adulterij, est etiam mixti fori. de seculari patet in cap. cum sit. & ibi doctores de foro competen. & ibi vide alias. & in. l. quoties. C. de iudi. & in dicta. l. Titia. Idem quando agitur de reparatione ecclesiæ. nam & ecclesiasticus & secularis est competens: per textum in. l. hæreditas. ibi, principali vel pontificali. de petiti. hæredi. ff. & Benedic. in repe. cap. Raynutius. in ver. si absque. in secundo. numero. xxv. in substitutione fideicommissaria. de testamen. Alexand. consilio clxx. in. ij. volumi. & in stylo parlamenti in parte quarta, arresto. ccxxxvij. & ibi in additio. Notandum est tamen, quòd si laicus vulnerat clericum vel verberat, crimẽ est mixtum, secundum Ioan. Baptistam in repe. l. cunctos populos. col. xiij. de summa trinitate. C. & dicitur Christum crucifigere, qui sacerdotes persequitur. c. nulla. in fi. iij. q. j. Lucas de penna in. l. nihil. C. de pala. sacra. largitio. lib. xij.

7 Seculares, quæ ad cognitionem iudicis secularis spectant: & de his iudex ecclesiasticus non se intromittit, vt si agatur actione reali, & inter laicos (idem tamen in clericis) coram iudice ecclesiastico. nam potest excipi vt coram iudice laico agatur: per textũ in cap. quo iure. viij. distin. & cap. cum deuotionis. iuncta subscriptione quæ reginæ Galliæ dirigitur: & illa de possessione cognouit. & cap. sequen. ibi, & vestra regia dignitate. xij. q. ij. Et quicquid sit de iure, in Francia tamen obseruatur clericos in realibus conueniendos coram seculari ex consuetudine tanti tẽporis cuius memoria non est in contrarium, secũdum Ioan. Fab. in authen. statuimus. C. de episco. & cleri. & in. §. fi. institu. de satisda. Panor. in cap. qualiter. de iudi. Patruus meus Iaco. Rebuffi in. l. viros. de pala. sacra. largi. lib. xij. C. Aufre. in repe. cle. primæ de offi. ordi. col. lxxvj. in parua impressione. Idẽ tenet Benedic. in repe. cap. Raynutius. in ver. & vxorem. numero. ccccxxvj. de testa.

BIU Cujas

testa.& in magno cõsue.in rubri.*des cas qui peuuent toucher le Roy, & l'eueſque.* verſi.*ſi l'official.*& Ioan.Maſuer.in rub.de iudicibus. in principio.dominus meus & conciuis do. Nico.Boër.in conſue.Bitur.in.§.xxj.de iuriſdi.omnium iudi.& de hoc fuerũt prolata multa arreſta: vt habetur in ſtylo curiæ parlamenti in.iiij. parte,arreſto.xv.&.xxj.immo capitulum ſancti Maximini fuit in ducentis libris condemnatum,quia de actione reali cognouerat: vt habetur ibidem arreſto.clxxv. & in.q.per arreſta.q.xliiij. vbi Pariſiis fuit per ſupremã curiã pronuntiatũ anno.M.cccIxxxiiij. & idem.q.clxxix.arreſto vltimo.Iteꝫ de poſſeſſorio hoc in regno ſolus iudex ſecularis cognoſcit.c.cauſam.ij. qui filij ſint legiti. Guido papæ in deciſio.*del final.*q.j.Ioan.Feral.in tractatu de iuribus regni Franciæ in.xj.priuilegio.& in.d.ſtylo parla. arreſto clxxvj. Item de omni crimine priuilegiato: vt læſæ maieſtatis, falſæ monetæ,ſaluæ guardię,& portus armorũ,& aliis ſimilibus, ſecundum Benedic.vbi ſupra.numero.ccccxxxv.& ample Ioan. Feraldus in.d.tracta. de iuribus & priuilegiis regni Francorum per totum,maxime.xix. priuilegio vbi multa allegat. & Cigaul. in tracta.ſuo de bello Italico. in ca. regali. Errant tamen aliqui iudices ſeculares volentes quoſlibet clericos punire pro portu enſis,vel quorumlibet aliorum armorum, cum non committant crimen portus armorum: ſed in magno conſue. declaratur tunc committi illud crimen in rubri. *des droictz royaux.* verſi. *Item auront leſdictz baillifz & lieuxtenans & nõ autres,la congnoiſſance,punition,& correction des crimes de leſe maieſté,port d'armes notable, qui eſt à entendre quand ilz auront compaignie de gens garniz d'autres armes que d'eſpées,couſteaux,ou baſtons &c.* & in verſi.*item pluſieurs.*in rubri.*des gens non mariez.* & Feraldus, vbi ſupra,dicit tunc committi quando villa contra villam, dominus caſtri contra alium cum armis & coadunatione gentium:nõ tamen ſi duo ſe verberant:quod bene no.& de crimine priuilegiato vide in.q.per arreſta.q.clxxvij.arreſto.xj.& in ſtylo parlamẽ.in.vij. parte,rubri. de accuſa.ordina.x.Iacob.de bello viſu in repe.§.cõtrahentes.c. Romana.numero.cij. de foro competen.in.vj.d. Boër. in tract. de ſeditio.vj.præſupoſ.in fi.fo.xxv.Maleret.in.d.tracta.de elect. fol.xxvj.col.iij.Idem in petitione Laudimiorum, ſecundum do. Bar.de Chaſſa.in cõſue.Burgun.in rub.*des cenſes.*in.§.j. in glo.j. numero nono. & ſeq. idem dicentem in arreragiis: vt habetur in.q.per arreſta.q.l. ſed contrarium fuit dictum Toloſæ, vt in eius ſtylo continetur,arreſto.xlix.ideo concordat, quòd quando promiſsio arreragiorum interuenit, quia reus promiſit.d.arreragia ſoluere,tunc iudex eccleſiaſticus cognoſcit: & ita intellexerunt domini conſiliarij Toloſani & Pariſienſes: vt habetur in.q.per arreſta.q.lxxxviij. Secus ſi aliqua promiſsio non interuenerit:quia tũc ſolus ſecularis cognoſcit.& ita intelligitur.q.l. arreſtorum Pariſiis.hoc tenet Ioan. Maſuer.in rubri. de iudi.in prin.& caſus in quibus gentes regiæ cognoſcant cõtra clericos, ponit.d.Bar.de Chaſſa. in conſue. Burgun.in rub. *des iuſtices.*in glo.& *droictz d'icelles.*numero.cj.&.§.v.glo. *s'il n'a grace.* numero.viij.cum ſeq.& Aufre.in ſuo tracta. caſus in quibus iudex ſecularis &c.& an clericus poſsit banniri per ſecularem iudicem, Ioannes Galli vbi ſupra.q.lxvj. & tribus modis dicitur negotiũ ſeculare: vt tenet idem.d.Chaſſa.in rub. *des iuſtices.* in.§.vj.glo. *Meſtiers.*numero triceſimoſecundo. Idem ſi ſeruientes regij verberentur,vel oſtiarij parlamenti officiando: quia tunc curia ſuprema cognoſcit.& in materia prouiſionali, ſecundum Vincentium Cigault. in allegationibus ſuis, in ver. capitulum regale. quod ego intelligerem,quando eſſent ſeruientes curię ſupremę, vel oſtiarij,vel officiarij,vel executiones facerent pro eadem curia:aliàs ſecus per ſupradicta.

8 Tertia ſuccedit & principalior diuiſio, quòd exceptionum quædam ſunt dilatoriæ,quædã anomalæ mixtæ,quaſi peremptoriæ & peremptoriæ. Dilatoriæ ſunt,quæ actionẽ differunt.l.ij.§. fina.ff.eodem.& in.§.appellantur.& ibi doctores.inſtitu.eodem. & in duplici differentia reperiuntur:quia quædam ſunt merę dilatoriæ,quædam iudicij declinatoriæ.ita glo. in cap. ſi quis epiſcoporum.iij.q.vj. Petrus de Ferra. in practica ſua in forma reſponſionis rei conuenti.in ver.ſaluis aliis exceptionibus.

9 Dilatoria mera,eſt dilatoria ſolutionis: vt ſi feciſti mihi pactum de non petendo vſque ad certum tempus: ſi ante petis,habeo exceptionem per quam poſſum ſolutionem differre.l.iij.§. primo.ff.eodem.vel ſi ſim condemnatus in actione perſonali,& ante quatuor menſes conuenior: poſſum per exceptionem differre ſolutionem vſque ad quatuor menſes.l.ſecunda. &.l.debitoribus.ff.de re iudicata.& ibi doctores.l.ſecunda.C.de vſur.rei iudicatæ. cap. quod ad conſultationem. de re iudicata. idem in dote,quãdo in pecunia conſiſtit.l. vna.§.exactio.C.de rei vxor. actione. & Speculator eodem titu. §. nunc videndum. in principio.& quando ante tempus petitur, induciæ temporis reſtantis debent duplicari:per textum,& ibi eſt communis opinio doctorum in.§.ſed hodie.inſti.eo.doctores in.l.iuſtas.de iure fiſci. libro decimo.C.Vber.de Bonacurſo in rubri.quibus modis ſuo nomine agen.ciuiliter. & ibi in additio. ad eũ ponit quatuor limitationes in verbo,impediuntur. vide Aufre.in deciſio.capellæ Toloſa.q. cclxxix. & Præpo. in capitu. ex parte. in ſecundo. col.ij. de appel. Et iſtas quis debet proponere ante litem conteſtatam:ſed eas non tenetur probare,niſi intẽtione actoris fundata.l.exceptioné. & ibi doctores.C.de probationibus.l. ſi quidem.C.eodem. cap. primo de litis conteſtatione. in.vj.cap.cum venerabilis.ibi,idem nondum epiſcopi intentione fundata præpropere &c. de exceptionibus. quod intellige & declara vt per additionem ad Vbertum de Bonacurſo in rubri. de impedimen. & exceptio.ver.attẽde tamen.& ſi opponens exceptiones in harum probatione deficiat, poterit ſtatim in expenſis condemnari:per textum,& ibi doctores. maxime Philippus in ſecũda not. in cap.primo.verſi.ſi quis igitur.eodem titulo,in ſexto.Et ſi non ſint oppoſitæ in cauſa principali, in cauſa appellationis opponi poſſunt minime, ſecundum Feli. in capi.cum Ioannes. numero viceſimonono. de fide inſtrumento. niſi redderent iudicium retro nullum,ſecundum Philippum in cap. licet. col.ij. de appellationibus.in.vj.& aliis caſibus poſitis per Feli.in cap. ad audiẽtiam.in ſecundo. numero.xiij.verſi. omittens dilatoriam. de reſcrip. Quia pars litem conteſtando dicit ſe velle litigare, vel ſe velle præſumitur, cum nil dicat contra ingrediendo negotium: ſed dilatorias proponendo dicit ſe nolle litigare, ſaltem tacite, cum veniat ad iudicium differendum:& ſic ex propoſitione iſtarum poſt litem conteſtatam reſultaret quædam contrarietas. capitu. cum cauſam. & ibi not. de appellatio. merito tanquam ſibi contrarius non debet audiri:per text.in capi.ſolicitudinem. de appella.in.l. vbi repugnantia.ff. de regulis iuris.l.Titiæ.ff.de conditionibus & demonſtrationibus. Panor. in capi.exceptionem.numero decimo de exceptionibus. Limita tamen quod dicimus, videlicet quòd ante litem conteſtatam proponantur in nouem caſibus poſitis per Alexandrum in.l.ita demũ.C.de procuratoribus.& ibi Iaſ.multos alios addit.& Feli. in capitulo exceptionem. & ibi alij eodem titulo. Dominic. & Ioan. de turre cremata, in cap. ſi quis epiſcoporum. iij. quæſtio. vj. Anto. de Tremolis in additio. ad Vber. de Bonacurſo in rubrica de impedimen. & exceptionibus quæ contra reſcript. verſiculo, & quid ſi iudex. & Petrus de bella Petrica in ſuis quæſtionibus.q. xxvij. Alexander in.l. ſi mulier.ff. ſoluto matrimonio. Et ſi iudex denegauerit eas admittere, habet pars appellare: aliàs eas non poteſt amplius proponere, etiam ſi proteſtatio interuenerit,contra gloſ. in capitulo ex conqueſtione. de reſtitutio.ſpolia. quam reprobant Anto. de Butrio, Areti. & alij in capitulo, tam literis. de teſtibus. Domi.in capitulo, in primis.§. quia igitur. ſecunda.q.prima. Præpo.in capitulo, ex parte. in ſecundo. col.ij.de appellationibus. Si tamen contineret notoriam falſitatem,non eſſet per iudicem admittenda:per gloſ. & ibi doctores. & Philippus in capitulo,ſtatutum.in principio,in verbo, copia. de reſcriptis. Et breuiter nota, quòd omnis exceptio quæ non perpetuo,ſed ad tempus impedit,eſt dilatoria: vt tenet Bartolus in.l.iij.ff.eodem.& Nicolaus Milius in reper.in verbo,exceptio ordinis.Bartolus,Iaſ.& alij in.l. eum qui.§. qui ita ſtipulatur. in fine.ff.de verborum obligationibus.

Formam proponẽdi, vide per Speculatorem in titu.eodem.§. viſo.verſi.& nota quòd omnes dilatoriæ.

10 Aliæ ſunt declinatoriæ iudicij:& iſtæ etiam ſunt dilatoriæ, per gloſ.in.l.tertia.ff.eodem. & in.l.Pomponius.§. ratihabitionis.ff.de procuratoribus. Panor.in capi. paſtoralis. numero decimoquinto.& Feli.col.iiij.eodem titu. Domi. in capi. vt circa. in verbo, alioquin, de electionibus. in ſexto. Præpo. in capi. ſi duobus.col.v. & ſequen. & capitulo,interpoſita. de appellationibus.Et iſtæ debent proponi & probari ante litem cõteſtatam: quia natura earum(paucis exceptis) nõ eſt reddere iudicium inutile poſtquam eſt fundatum, ſecundum Baldum in.l.exceptionem. numero tertio.C. de probationibus. nec iudex poteſt eas reſeruare poſt litem conteſtatam, niſi de expreſſo conſenſu partium: quia iudiciarium ordinem non poteſt mutare, ſecundum Alexandrum,conſilio.clxxxij. columna ſecunda, in ſexto volumine.Areti.conſilio.lxxiij.colum.tertia. vide Aufre.in deciſ.capellæ Toloſanæ.q.clxxx.Et hæc eſt multiplex, vt in typo patet, & infra declarabitur.Cautela tamen eſt,ſi velis excludere aduerſarium ab opponendo iſtas, vt facias interrogari eum per iudicem,an velit litigare:& ſi reſpondeat quòd ſic, amplius non poterit declinatorias opponere.& hoc ſi ſciebat ſibi competere: vt tenet Cepol.in cautel.cxx.&.Cano. per illum textũ in cap. primo. de iudiciis. & Nicolaus Milius in verbo, exceptio declinatoria iuriſdictionis.Sed vt te defendas ab iſta cautela, conſtituas procuratorem ad reſpondendum ſaluis exceptionibus tuis: vel

proteſteris

proteſteris reſpõdere ſaluis exceptionibus. & hoc tenẽt doctores in capitulo primo de iudiciis. & ibi do. de ripa. Notãdũ eſt tamen, quòd ſi aliquis ſe ſubmittat parere mandatis curiæ, non poterit iudicium declinare, ſecundum Paulũ, & alios in. l. prima. ff. ſi quis in ius vocatus nõ ierit. & illa ſubmiſsio quam facit quotidie captus ſe ſubmittendo miſericordiæ curiæ, non valet, niſi fiat ei miſericordia: & ideo appellat, & omnia agit tanquam non eſſet ſubmiſſus, exceptis declinatoriis, per textum & ibi doctores in cap. ſane. de renuntiationibus. Corſet. in reper. in verb. verba iſta. Guido papæ in ſuis deciſio. quæſtio. cccxcv. & ibi vide de aliis ſubmiſsionibus. & in capi. veniens. ibi, ſe gratiæ capituli commiſiſſe. de renuntiationibus. & hæc declinatoria non habet locum coram principe. Bal. in. l. proximè. in fin. ff. de his quæ in teſta. delentur.

11 Prima competit ratione iudicis: & hoc tripliciter. Primo reſpectu amoris vbicunque veriſimile eſt ex coniecturis, quòd vna pars ſit magis dilecta quàm altera: & tunc iudex recuſatur: vt tenet Antonius de Butrio, in capi. poſtremo. & ibi Præpo. col. tertia. de appellationibus. & not. in capi. accedens. in ſecundo, vt lite non conteſtat. capitulo, ad hæc. de reſcriptis. capi. cum. R. & ibi doctores. de officio delega. vt ſi ſit pater, vel conſanguineus actoris. nam poterit iudicium declinare, per textum in. l. qui iuriſdictioni. de iuriſdictione omnium iudicum. ff. & ibi doctores. & hoc in. lxxv. caſibus poſitis per Præpoſitum in cap. poſtremo. de appellationibus. Secundo reſpectu odij, quando apparet quòd iudex alteram partem odio proſequitur. cap. cum ſuper. & ibi gloſ. & doctores. de officio delegati. Tertio ratione indifferenti, & non ratione odij, vel amicitiæ: ſed alia ratione, vt quia iudex eſt infamis, excommunicatus, furioſus. l. neque famoſis. C. de dignitatibus. lib. xij. etiam infamia facti. l. ij. ff. de ſenatoribus. doctores in capi. ſciſcitatus. de reſcriptis. & l. cũ lege. ff. de arbitris. l. quidam. de re iudicata. & l. cum prætor. ff. de iudi. & primus actus debet eſſe legitimatio iudicis, & prius in eum debet opponi, ſecundum Feli. in capi. inter. col. ſecunda & ſeq. de re iudicata. & Vbertus de Bonacurſo. in rubrica de recuſationibus, in verſiculo, & quanquam. & ibi in additio. ad eum. Philippus in cap. ſi contra vnum. & cap. iudex. de officio delega. in ſexto. Si tamen exceptio ſuggillat ſeu notat famam iudicis ſeu honorem, vt quia opponitur quòd eſt infamis, vel ſeruus: tunc ſuperior de illa cognoſcit, vel arbitri eliguntur, ſecundum Bartolum, Alexandrum, & alios in dicta. l. quidam. ff. de re iudicata. & Cano. in cap. cum ſuper. de officio delega. & in ca. ſuper literis. de reſcrip. & in cap. j. eo. titu. in ſexto. & in cap. ſi contra. & ibi Philippus in. ij. not. de officio delega. eod. lib. Nico. Milius in reper. in ver. exceptio excommunicationis contra &c. Hæ tamen non ſunt propriè exceptiones, per gloſ. ſingu. in. c. quoniam. in verbo, exceptiones. de probationibus. & ſecundum Feli. in rubri. eiuſdem titu. de excep. & ſequuntur docto. in. d. cap. quoniam. & addi. ad Vber. de Bonacurſo, in rubri. de impedimen. ſiue exceptio. col. iiij. licet aliqui intelligant in delegato, non in ordinario. ſed & alia quæ contra iudices poſſunt opponi, vide per Nepo. de monte Albano in libro qui fugitiuus nominatur. ca. exceptiones contra iudices. & Specu. in titu. de iudice delega. in. §. pen. & vltimo. & Angel. inſtitu. eodẽ. §. præterea. in. ij. col. viij. cum ſequen. Vber. de Bonacurſo in practica ſua, rubri. quibus modis examen ordinarij iudicis declinatur. Formam proponendi, vide per Specu. in titulo eo. §. viſo. ver. ſi vero contra. & Petrum de Ferraris in ſua practica, in forma libelli de declina. iuriſdi. alicuius iudic. per totam illam formam libelli, & Barto. & alios in. l. j. C. de teſtamen. & quando valeat proceſſus ſi non opponatur, vide plene Panor. Feli. & Deci. in capi. ſciſcitatus. de reſcriptis.

12 Aliæ competunt ratione actoris: vt ſi quis agit contra me, excipiam quòd eſt bonis ei interdictum ratione prodigalitatis. Item eſt demẽs, ſurdus, furioſus, fatuus, vel mulier luxurioſa: per text. in. §. præterea. verſi. item furioſi. inſti. qui. non eſt permiſſum facere teſtamẽ. l. j. §. fi. cũ. l. ſequen. ff. de poſtulan. l. cõſilio. ff. de curato. furio. & l. & mulieri. illo titu. & vide cautelam per quam poteris prohibere meretricem & mulierem luxurioſẽ viuentem teſtari, ſcilicet quòd ei bonis facias interdici. l. & mulieri. de cura. furio. ff. ponit Tho. Ferra. cautela. vj. & Benedic. in repet. c. Raynutius. in ver. mortuo. in primo numero. cccxj. de teſta. ponit de triplici prodigalitate. Alia quæ contra actores poſſunt opponi, vide per Vber. de Bonacurſo in practica ſua, rub. quibus modis ſuo no. agentes ciuiliter. per totum. & Spec. in ti. de actor. in. §. j. & Nepo. vbi ſupra, rub. de excep. contra actores. Angel. §. præterea. iam allegato.

13 Aliæ competunt ratione rei: vt quia legatus miſſus in legatione conuenitur. nam poteſt excipere, & iudicium declinare. l. ij. §. legatis. ff. de iudic. & aliis modis ibi poſitis per textum & doc. Quod intellige ſi illud priuilegium allegetur. aliàs non cõpetet. c. fi. ibi, q̃ ſi tunc allegaſſet. de foro compe. text. in. l. iiij. §. hoc autem iudicium. dẽ dam. infect. in cle. cauſam. de ele. c. j. de ſepul. in vj. Guido papæ in ſuis deciſio. q. ccxxj. & Alexan. conſ. xcvj. in iiij. volu. Ioan. Maria. vulgo Riminaldus. in. l. ij. numero v. de bono. poſſeſ. contra tab. C. Iaſ. in. l. vniuerſã. de preci. impera. offer. & in. l. ſcimus. de inoffi. teſta. Tho. Parpaliæ in repe. l. ſi quis maior. xij. no. de tranſact. Tenebuntur tamen tales conuenti promittere quòd coram ſuo iudice ſe præſentabunt. l. ij. §. ſed ſi dubitetur. ff. de iudi. Hodie tamen non competit hæc exceptio, ſi conueniantur in curia Romana: vt tenent do. de rota, deciſio cxviij. in antiquioribus. Alia quæ poſſunt opponi contra reum, vide per Spec. in ti. de reo. per totum. & Vber. in rub. qui. mo. exa. ord. iudi. ver. ratione rei. Poteſt etiam opponi mixta conſideratione: videlicet iudicis & actoris, vel iudicis & rei: per textum in. l. Iulianus ait ſi alter. ff. de iudic. & Vber. vbi ſupra ver. fi. ſed intendo cum ſuperioribus ſimplicibus comprehendere: licet mixtum ſub ſimplicibus regulariter non comprehendatur, per glo. & docto. in. l. ij. ff. de verbo. oblig. Ang. & Iaſ. in §. j. inſtit. de actio. Alberic. in tracta. ſtatu. in q. xxix. & xxxiij. in ſecunda parte. Alexand. conſi. cxvj. in ij. volu. & conſi. lxxxij. in iij. volu. & Ioan. de monte Ferrato. in repe. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. xx. & ibi Fortu. ff. de liber. & poſthu.

14 Aliæ competũt ratione ſyndici: vt ſi forte aliquis tanquam ſyndicus agit: in cuius conſtitutione non fuerunt inſerta legitimè nomina conſtituentium in inſtrumento: prout debet fieri. l. fina. & ibi Barto. & patruus meus Rebuffi, de vendend. reb. ciuita. lib. xj. C. Barto. in. l. fi. de præd. curiali. libro x. niſi eſſent tot conſtituentes, qui non poſſent in pelle pergameni deſcribi: quia tunc ſufficit quòd notarius apponat quod maior pars vel ſanior conſtituit, ſecundum Ioan. Fab. in. §. fina. inſtit. de cura. Alexand. conſi. j. in iiij. volu. Barto. in. l. j. de albo ſcribend. ff. Bald. in. l. j. de rebus eorum qui ſub tutel. vel cura ſunt. & in. l. ciuitas. ſi cer. peta. Lucas de penna. in. l. fina. C. de legatio. libro x. Oldra. conſil. c. in executione. Imol. in. c. quanto. de his quæ fiunt à præla. Barba. conſi. xviij. difficile. in iij. vol. Iaſ. in. l. placet. in. ij. lectu. numero. xv. C. de epiſco. & cleri. Item poteſt opponi, quòd eſt conſtitutus à concilio nõ congregato tuba, cornu, campana, vel nuncio ad hoc ſpecialiter deputato ex prioris commiſsione, vel ſuperioris regentis collegium vel vniuerſitatem. glo. & ibi doctores. in. l. ij. de decu. lib. x. & in. l. actuarios. de actua. lib. xij. C. vel opponitur quòd non eſt conſtitutus à duabus partibus vt oportet. l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſita. no. l. plane. de decre. ab ordi. faciend. & l. nominationum. de decurionib. lib. x. Alexand. conſil. ccx. in princip. in. vij. volu. Alias exceptiones quæ poſſunt opponi contra ſyndicos, actores & œconomos, vide per Nepo. vbi ſupra cap. contra procuratores, ſyndicos, actores, & œconomos. Vber. de Bonacurſo in practica ſua. in rub. de exceptio. opponendis ſyndi. vel actoribus. Specu. in titulo de ſyndico. Canoniſtas, in capitulo vno de ſyndico. Ange. in. §. præterea, ſæpius allegato. colum. xxiij. & do. Bartho. de Chaſſa. in conſue. Burgundiæ, in rubrica *des forestz*. §. vj. in fine.

15 Ratione procuratoris aliæ opponuntur: & iſtæ procuratoriæ vocantur. l. iij. §. procuratoriæ. ff. eo. §. præterea. ij. inſtitut. eo. & vij. modis poteſt opponi. Primo, reſpectu conſtituentis: quia à minore vigintiquinque annis eſt conſtitutus ſine curatore. l. neque. C. de procurato. Secundo, ratione eius qui conſtituitur: quia miles, ſurdus, mulier. l. filiuſſamilias. §. milites. & l. mutus. ff. de procuratoribus. Tertio, reſpectu actionis: vt quia eſt criminalis, in qua non poteſt procurator interuenire. l. penultima. §. ad crimen. ff. de publicis iud. l. ſeruum. §. publice. ff. de procuratoribus. quod eſt verum, quando reus non eſt captus, ſecus ſi detineatur in carceribus: quia tunc procuratorem conſtituit ad ſe defendendum: vt tenent Bar. & Imol. in dicto. §. ad crimen. & Philip. in cap. j. numero. vj. de iudic. in. vj. & domi. de Rota in deciſio. ccj. in nouis. & vide domi. Barth. de Chaſſa. in conſue. Burgundiæ. in rubrica *des droictz*, & cætera. in numero. xxij. §. v. gloſſa, *es droictz*. Itẽ poteſt procurator rei opponere exceptiones impedientes proceſſum: vt quòd libellus inquiſitionis non procedat: vel quòd iudex non poteſt inquirere vel actor accuſare, & ſimiles, ſecundum Bartol. in dicto. §. ad crimen. Alexan. in conſil. cxxxviij. col. fin. in. vj. volu. Hodie vero in regno Franciæ nullus admittitur ad accuſandum criminaliter: vt tenet dictus Benedic. in ver. & mortuo. in primo. numero. cc. de teſtamen. excepto procuratore regio ſecundum eum, qui eſt magnus magiſter: vt Ioan. Fab. atteſtatur in. §. fina. inſtitu. eodem. Quarto opponitur de cautione non præſtita: vt. l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procuratorib⁹. Quinto, ratione formæ: vt quia non eſt conſtitutus ad defendendum,

BIU Cujas

dum,sed agendum,secundum Specu.in titulo de procurato.§.ratione autem formæ.Sexto,ratione officij: vt si tutor vel curator contra pupillum vel adultum suum actiones susciṗiat,vel cessionem illarum: vel constituatur procurator. nam poterit opponi contra:vt in authen.vt hi qui obliga.se perhibẽt habe.res mino. in princi.col.vj.l.frater. & ibi no.ff.de condic. indeb.l.altius.ff. si seruitus vindicetur. Septimo,ratione causæ: vt si constituatur à masculo ad ætatis veniam impetrandam, vel ad actionem popularem:vel si est procurator generaliter constitutus, & in integrum restitutionem petat: vel velit intentare interdictum de liberis deducen. in quibus non sufficit mandatum habere generale.l.ij. de his qui veniam æta. impetra.C. &.l. ij. ff. de public. iudic.l.licet.C.de procura. hoc sequitur. Vber.de Bonacurso in sua practica.rubr.de exceptio.procur. per totum.& ibi vide alia quæ contra procuratores possunt opponi:& per Nepo.vbi.s.ca. exceptiones contra procuratores. Spec. in titulo de procuratoribus.Ang.in sæpe allegato.§.præterea.in secũdo.col.xvij.insti. eodem.glo.in ca.j.in verbo,absentia.de elec.in.vj.& ibi doctores.vide Alexan.in suis consiliis,consil.lxxij.in.iiij.volu.& consil.lxj.in.v.volu.Barba.consi.lxxvij.col.v.in volu.iij.

16 Aliæ competunt ratione rescripti: vt si quis impetrat rescriptum super obligatione antiqua, vel actione, quæ ante rescriptum competebat: possum contra rescriptum exceptionem opponere & dicitur dilatoria:quia licet rescriptum perimat,non tamen obligationem vel actionem antiquã. si vero ex rescripto actio oriretur,vt quando super beneficiis impetrantur rescripta: si exceptio contra rescriptum opponatur, dicitur peremptoria gratiæ:vt tenet Spec.in.§.dicto. versiculo, sed qro de exceptione.eodem titulo.& Hostien.in summa huius tituli.§. quæ sit exceptionum. versiculo, quædam contra rescriptum. Notandum est tamen, quòd contra rescriptum variis modis potest excipi. Primo,ratione falsi:vt ca.ad falsariorum.&.c.quàm graui.& per totum de crimine falsi. Secundo, ratione formæ: quia non est impetratum secundum formam vel stylum curiæ.nam in illo papa vocat episcopos filios,vel reges fratres: vel se ponit in singulari:vt ponitur in dicto capitulo.quã graui. Tertio,ratione impetrantis: vt quia seruus.l.j. C. de precib. imperat. offeren. vel excommunicatus.ca.j. de rescriptis. in.vj. Quarto, ratione eius contra quem impetratur: vt si impetratur contra priuilegiatum non faciendo mentionem de priuilegio. capitu. cum ordinem. & ibi doctores de rescrip.glo.in ca.j.illo titu.vel ille contra quẽ impetratur, erat mortuus.l. pen.ff. quæ sententiæ sine appellatione rescindan.Iaſ.in.l.eius. versi. quod si stipulatus. si certum peta.Quinto,ratione eius ad quem impetratur:vt quia impetratus non est in dignitate,iuxta textum in ca. statutum. de rescrip. in.vj. vel est excommunicatus. in ca.intelleximus. & ibi doc.de iudi.in.c.decernimus.de senten.excommuni.in.vj. Sexto, ratione taciturnitatis: quia defectum natalium tacuit: vt in titulo de fil.presbytero.vel aliud quo expresso literas non obtinuisset.ca. super literis.de rescri.vel non ita de leui.capi.postulasti.in fi.illo tit. Septimo potest opponi contra rescriptum ratione causæ: vt si est obtentum à principe seculari super decimis, vel contra. capitulo, licet. & ca.ex tenore. & ibi doc. de foro competen.Item causæ continentiam diuidit, contra.l.nulli.C. de iudi. & ca.primum de causa pos. Et ista continentia potest tripliciter opponi.Primo,ratione actionis: vt quia est generalis multa comprehendens capita:vt tutelæ,pro socio, negotiorum gestorum:vt dicit glo.& doc.in dicta.l.nulli.Secundo,ratione personarum:vt quia sunt plures socij,vel plures hæredes indiuisi.nam vnus coram vno iudice non poterit conueniri, & alius coram alio.l.j.&.ij.ff.de quib.rebus apud eũdem iudicem agatur.& habet locum ille titulus non solum in ciuilibus,sed etiam in criminalibus,secundum Ia.in.d.l.nulli. Et ideo vnam cautelam ponit Tho. Ferra. in cautela.x. & Hippol. de Marsiliis in sing. clxxx. & refert dominus Chassa.in consue.Burgun.in rubr.*des iustices.* in.§.v.in glo.*sil n'a grace.*numero.lxx.& Feli.ca.j.numero.vj.de præscrip. hoc plene ponit multa allegãdo & ordinatè more suo dominus meus & conciuis do.Nico.Boer.in consue.Bitur.in.§. x.de iurisdict.om.iudic. quòd si plures vulneraverunt vel interfecerunt vnum: si vnus illorum sit clericus,omnes iudici ecclesiastico sunt remittendi,ne causæ continentia diuidatur. & dicit dominus Chassa.vbi supra vidisse hanc cautelam in ducatu Mediolanensi obseruari in casu emergenti, & est cautela pro amico.vide Sozi.consil.xij.col.v.in.j.vol. Tertio, ratione subiecti: vt quando duo iudicia ad eundem finem tendũt:vt possessorium & petitorium. nam iudex possessionis facilius expediet petitorium quàm alius,secundum glo.& ibi Io.Ruger.in dicto ca.j.de cau.pos.& Vber.de Bonacurso in rubri.de impedimẽ. & excep. quæ contra rescrip. versi. vel quod &c. & ibi in addi. ad eum. Alia quæ contra rescriptum possunt opponi, ibi vide,& Nepo. vbi.s.in ca.j.Specu.in ti.de rescrip. præsenta. per totum.Ang.in prædicto.§.præterea.col.iiij.

17 Formam pronuntiandi super istis exceptionibus, vide per Specu.eo.tit.§.viso. versic.præfixo. ibi, forma interloquendi.& Vber.vbi supra.

18 Aliæ competunt ratione loci:vt si aliquo loco soluere promisit quis,& alibi conuenitur: poterit excipere de loco solutioni destinato: vt ibi conueniatur. capitulo vno &.l. vna de plus petitioni.§.plus.& ibi Iason plene insti.de actionibus.Nisi promittens in loco illo nollet se reperire, per textum & ibi no.ff.de eo quod certo loco.vel dicit se non posse cõueniri extra ressortum,aut regnum, vel locum non insignem. in cap. statutum. de rescriptis.in.vj.& Guido papæ quæstio.ccccxviij.Io.Fab.in.§. appellantur.col.iij.insti.eo. vel extra territorium & locum maiorum.in.l.fi.ff.de iurisdi.om. iudi.c.fi. de consti. in.vj.l.j.& ibi no.ff.de iudi. Vber.in rub.de impedimen. executio. & cau.nullita.ver.vij.si iudex.

19 Sunt & aliæ quæ competunt ratione temporis: vt si die feriato conueniar,de feriis excipere possum,& declinare iudicium ratione temporis feriati.l.j.& per totum.ff.&.C. de fer.& in decreta.illo titulo.vel si conueniar de nocte.ca.cõsuluit.de officio deleg.l.non minorem.C.de transact.& ibi Iaſ.vel potest excipi, quòd alio tempore tenetur,in ca.j.de plus petitio.& iura in proximæ cellulæ declaratione allegata:& primus qui ferias Latinas inuenit,fuit Tarquinius superbus:vt tenet dominus Ayma. Riualli.in histo.iur.ciuilis.lib.j. ca.fi. quod ego intelligerem ferias Latinas, quæ apud Romanos fuerunt. sed ferias in honorem dei introductas dicerẽ esse de iure diuino,per ea quæ habentur Gene.ij.c.in prin.& Exo.xx.ca.& ad Hebræos.iiij.ca. & ita Syluester de Prierio in sua summa, in ver. dominica. tenet. Quot sint genera feriarum,ponunt Azo & Hostiẽ.in summa de feriis.vide Vber.in rub. quibus modis suo no. ciuiliter agentes,in versi. item reiiciuntur actores.& ibi in additio.ad eum.Lanfran.in repe.c.quoniam.in verbo,dilationes, de proba. tex.glo. & doc.in cle.sæpe.in prin.de verb.signifi.Ange.de Clauasio in sua summa, in verbo,feriæ.& Specu.in titulo de feriis.quos vide.

20 Sunt & aliæ quæ competunt ratione libelli: vt si producas libellum ineptè formatum contra me, potero excipere, per tex. in.c.examinata.de iudi.& alia quę ponit Specu.in ti.de libel.cõceptio.§.iuxta propositionis ordinem. & Nepo.vbi supra.c.exceptiones cõtra libellũ.Lanfran.in repe.c.quoniã. in verbo,petitiones.de probatio.doc.in.c.j.& per totum de libel.oblatio.Et ista exceptio libelli inepti potest quandocũque opponi,per glo. sing.reputatam in ver.secundo,insti.de oblig.in prin.tex.pro illa glo.in.l.nisi finita.§.si adhuc.ff.de tutel.& ratio. distra.l.fin.in ver.nihil agit.ff.de liber.& posthu.& etiam post sententiam.secundum Ang.consi.clxxviij.&.cxcviij.quia reddit iudiciũ retro nullum,per text.in.l.si patronus libertam.ff. de iureiurando.l.licet.C.de procu.Ange.consi.clxvij. cum ibi non possit esse iudicium vbi non est fundamentum. in.c.cum Paulus.j.q.j.c. fin.de presbyter.non baptiza.l.egi.ff.de excep.rei iudic.Ita tenet Saly. in.l.exceptionem. numero.xiiij.de proba. Roma. consil. lxix.& Vber.de Bonacurso in.d.prac.sua,in rubri.quib. mo.suo no.ciuiliter agentes. versi.& generaliter.& ibi in addi.ad eum. Secus in exceptione libelli obscuri: quia hæc ante litem contestatam proponi debet:vt tenet Alex.in.l.j.no.j.ff.de eden. doc.in.l.edita.C.illo titulo.& Maria.in.c.secundo de libel.obla.Immo si ex libelli inspectione cõstat iudici libellum fore ineptum, tunc iudex ex officio potest reiicere, & dentibus lacerare.l.j.ff. de offi. assesso.& Innocen.in.c.j.de offi.vicar.refert Panor.in.c.cum inter.in fin.de cõsue.& idem Panor.in.c.j. numero.v.deposi.&.c. inter dilectos.numero.vij.de dona.c.fi. numero.x.de libel.obla. c.dilecti.numero.ij. de iudic.ca.si clericus. numero.iiij. de foro compe. Nota tamen quòd quando libellus est ineptus, seu non solennis,tunc nulla exceptio est pœnalis:& si reus tunc mẽtiatur se possidere,seu pro alio cõfitendo se possidere, cũ pro se possideat, siue aliter calumnietur, non punitur si libellus sit ineptus: quod est notandũ pro limitatione.l.fi.ff.de rei vindica. secundũ Alex.per illum tex.in.l.j.de his qui potentio.no.C. Roma.cõsi. ccccxij.&.cccccix.Alex.cõsi.clxxxvij.in.vj.vol. Feli.in.c.ex tenore.col.iij.ver. de rescripto. de rescrip. Barba.consi.lxij.illud. col.ij.in.j.volu.Alex.& Ia.in.d.l.si patronus. Hodie tamen propter ineptitudiné libelli,actionis,vel processus, aut omissam iudiciarij ordinis solẽnitatem,dum tamen ex petitione certa actio vel cõclusio elici possit,alia quàm per partes deducta & cõclusa sit,& ex propositis & probatis certa possit ferri sententia: iudices sententiam ferre non omittant,secũdum ordina.Philippi regis Francorum positam in stylo parlameti in.vij.parte,sub titulo de libelli oblatio. in ordina.ij.eam ponit Guliel. Benedic. in repe.ca.Raynutius.in verb.si absque.in secũdo.numero.xlix.de

testamen.

BIU Cujas

testamen.in substitutione fideicommissaria:& alia alleg.vide.

20 Ratione fori aliæ competunt: vt si absens de crimine accusetur,poterit eius procurator venire, & declinare iudicium & forum, allegando delictum in illo loco non esse perpetratum, vbi conuenitur eius dominus, per tex.in.l.seruum.§. publicè.ff. de procura.de cuius tex.intellectu vide Guido. papæ in suis deci.q.cccxxxviij.Sozi.in regula.cccxxij. in tracta. Fallen. Cepol. cautel.lxvj.& cix.&.cclij.Dec.in.l.in eo.§.nemo.ff.de regu.iur. & Albe.in.ij.parte statu.in.q.xxvij.&.cxxiij.Alex.consi.cxvj.in ij.vol.d. Bartho.de Chassa. in consuetu. Burgun. in rubric. *des droitz*.§.v.glo. *es droitz*.numero.xxvij. & idem si clericus coram seculari conueniatur,in auth. statuimus.C. de episco. & cleri.c. si diligenti.&.c.significasti. de foro competen. & Vber. de Bonacurso.in rubri.quib.mo. suo no.ciui.agen.versi.item non audiuntur. & ibi in addi. ad eum. & istam quis debet proponere ante litem contestatam, si sciat sibi competere. sed si ignorat, post sententiam auditur opponendo, per.l.fi.C.eo.tex.in.c.quicunque. in primo.xj.q.j. & Spec. in eo. titu.§. nunc videndum. versi.cæterum dilatoriæ. per text. in.c.at si clerici.de iudi. Feli. in.c.exceptionem.eo.titu.d.Bartho.de Chassa.in cõsuetu. Burgun.in rubri. *des iustices*.§.v. in glo. *s'il n'a grace*. numero. xlv. & quomodo perdantur,vide Ioan.Masuer. in rubri. istius tituli. versicu.item virtute.

21 Aliæ ratione causæ competunt: vt si super pluribus personalibus actionibus me conueniat aliquis coram iudicibus diuersis, potero secundum iudicium declinare ratione causæ in alio iudicio introductæ.c. ex tenore. de rescrip. &.c. dispendia. illo titulo in. vj. & idem si sum obligatus sub conditione, & ante conditionis euentum creditor me conueniat,vt per totum titulum de conditio. appos.i.c. vno de plus petitio.l.j.C. de rei vxo.actio. vel si iudex vult iudicare in causa in qua fuit aduocatus,vel in causa propria, vel de illa summa quæ iurisdictionem suam excedit.l.solet.&.l.prætor.ff. de iurisd.om.iudi. ne quis in sua causa iudicet.C.l. si idem. ff. de iurisdi. om. iudi. Vber. de Bonacurso.in rubri.qui.mo.examé ordina.iudi. declina.in versi. ratione causæ.

22 Anomalæ sunt, quæ normam aliarum non sequuntur: quia possunt & ante litem contestatam & post opponi, licet dilatoriæ sint: vt exceptio excommunicationis. in.c.j. de excep.in.vj. & in cle.vna.eo.titu.& in.c.exceptionem. eodem titu.in decretalibus. & idem tenet Petrus de Bella pertica in quæstio.xxvij. suarum quæstionum. Innocen.in.c. dudum.in.ij. col.j.de elect. & Feli. in.c. nonnulli.§.fin. de rescript. Vel dicuntur anomalæ non ex eo quòd dilatoriæ & peremptoriæ possunt opponi, sed ex eo quòd etiam in vim dilatoriæ possunt opponi in qualibet parte litis, secundum Cardina. in clemen. vna. in tertia quæstione allegata. Quando exceptio dicatur opponi in vim dilatoriæ, declarat Specu. in titu. eod.§. dicto. versi. hoc quoque notandum est. dicens tunc peremptoriam in vim dilatoriæ opponi, quando reus dicit, tu non potes esse iudex in hac causa: quia Titius aduersarius meus fecit mihi pactum de non petendo in perpetuum: vel mihi detulit iuramentum, & ego iurauí nil sibi debere. Dilatoria opponitur in vim peremptoriæ, quando quis dicit, non teneor dare tibi decem quæ petis: quia iudex coram quo me conuenis, est tuus amicus, vel rescriptum est surreptitium. tamen ista stare non possunt, cum habeant diuersos effectus: quia quod est dilatoriæ, scilicet differre, attribuunt peremptoriæ,quæ habet perimere,vel econtra: quod non debet esse, nec sic debent misceri, secundum Specu. vbi supra. Vel anomalæ possunt dici, quia possunt esse temporales & perpetuæ.l.iij.§. temporales.ff. eod. & ibi Albe. vide Hostien. in summa huius tituli.§. quæ sit.Angel.in rubric.colum.vij.Specu. in.§.j.versicu.anomalæ.&.§. nunc videndum. versicu. porro. & quia ista non vult sequi normam aliarum,ideo posui eam solam: vel quia excommunicatus nulli debet communicare.c.j.ibi,nullus eidem communicet.de iudi.ideo eam posui solam,ne aliis haberet communicare, & alios inficere. Item exceptio filiationis est anomala. Lucas de penna in.l.j. in fin.C.de dignita. libr.xij.

Formam opponendi,vide per Specu.vbi supra.§. viso.versic. sed quoniam. Alias exceptiones vide in stylo parlamen. in eodem titu.in.j.parte.§. de stylo. & in rubric. de adiornan. hære. mortuo.& resumptio.arramento per totum.& Petr.de Ferraris, in practi.sua in forma libelli rei conuenti.in verbo,saluis aliis.& doc.in.c.si quis episcoporum.iij.q.vj.in.§.j.

23 Mixtæ sunt, quæ alio modo dubiæ appellantur, vt si petas decem quæ tibi promisi sub conditione: dubium est an sit dilatoria,an peremptoria: quia si conditio eueniat, erit dilatoria: si non, erit peremptoria: in dubio tamen iudicatur peremptoria, per tex.in.l.sufficit.& ibi doct.ff. de condic. inde.Specu.eo.titulo.§.j.text.gloss.& ibi docto.in cap.fin. de rescrip.in.vj.&.in.c.

A si gratiosæ.illo titulo.& lib.Alexan.in.l.ij.§.si quis in iudicio.ff. si quis cautio. Consulit tamen idem Specu.in.§. dicto. versicu. quid de exceptione &c.quòd ante litem contestatam proponantur,& cautius.idem tenut Ioan.Fabri in.§.appellantur.in fin.institu.eod.& Vber.de Bonacurso, in prac. sua in rubrica de peremptо.exceptio.versicu.penult.incipien.est & exceptio. Vel exceptiones dicuntur mixtæ, quia habent causam mixtam: vt exceptiones iurisiurandi, transactionis, vel aliæ litis finitæ.l.fratris.C.de transactio. Et istæ exceptiones possunt opponi prout reo placuerit, vel ad impediendum processum, vel ad merita causæ, dummodo legitimo tempore opponantur: ideo mixtam causam habere dicuntur.l.eleganter.§.j.ff. de condictio.indebi. & ibi Barto. & alij.ideo eam in medio posui, cum sit mixta. Et quando dicatur opponi ad processum, dic si opponatur ante litem contestatam hoc modo: non potes agere contra me, quia non habes actionem: vel, non competit tibi aliquod ius agendi, vel simili modo, secundum Stepha.Aufre.in decisio. capel. Tolo.q.lxvij. Ad merita causæ hoc modo opponitur: nil debeo, quia solui: & ideo produco instrumentum solutionis. &

B hoc facit post litem contestatam. & tunc iudex discutiet iura vtriusque partis:& si reperiat exceptionem fore admissibilem,absoluet reum definitiuè. ita declarant Barto. & docto. in.l.nam postea.in princip. quam legunt cum.l.ait prætor.§.fi.ff.de iureiurando. Barto.in.d.l.eleganter.&.in.l. fin.ff. pro suo.&.l. cum quærebatur. iudicatum solui. Angelus in.§. æquè. col.pe.&.§. appellantur. col.xix.eod.titu. Lanfrancus in verbo, exceptiones.colum. mihi.iij.magnæ impressionis, de probatio. Alias exceptiones litis finitæ,vide per Maria.Sozi. & alios in.c.j.de litis contesta.& in.c.primo illo titulo in.vj. per Philip.xlv. & Alexan.in addi.ad Barto.in.l.vir bonus.ff. iudicatum solui. Angel. in.d.§.æquè.col.v. & sequen. Petr. de Ferra.in sua practica in forma respon.rei conuenti.in versicu.quo ad impediendum processum. Et sic exceptio triennalis possessoris valet, quòd in beneficialibus post triennium non possit quis inquietari, nec in possessorio, nec in petitorio, per regulam pragma. sanctio. & concordat. in rubrica de pacifi.posse.impedit litis ingressum in principio,seu processum: propter illud verbum, inquietari, seu molestari,secundum do.Bartho.de Chassa.in consuetu.Burgun. in rubrica, *des successions*.§.xiij. in glossa, *par benefice d'inuentaire*,

C in versicu. per hoc. & ibi ponit alias exceptiones. vide Barba. consi.lxij.col.xj.in.j.vol. & breuiter omnis exceptio peremptoria de qua liquido constat, impedit litis ingressum. Aleran. & Ias.in.l. nam & postea. in princip. &.§. sed & si quis.ff. de iureiuran.

24 Quasi peremptoria est, quæ contra personas testium opponitur, non dico definiendo, sed declarando: & in hac arbore solum declaro, non vero quòd ponam definitiones quidditatiuas,& ideo non turberis. & quatuor sunt quæ contra testes possunt obiici, crimen, infamia, suspicio, & macula manifesta,secundum Panor.in ca.j.not. tertio, eodem titulo. Et ideo dicitur quasi peremptoria, quia directè non perimit, sed per obliquum quia sublata probatione ius partis remanet inutile. ca. sæpe. de restitu.spoliatorum.l.duo sunt.ff.de testa.tute.ideo vsque adsententiam vel ad conclusionem in causa potest opponi, sicut aliæ peremptoriæ.l.ij.C. senten. rescin. non posse. ita eam appellat glo.in ca.j.eo.titu. & in.c.ex parte.de testi. licet glo. in.c.de testibus. illo titulo vocet eam peremptoriam. & Imo. in cle.constitutionem.numero.xxij. de ele. Et ista non potest dici dilatoria:quia iudicium non differt, nec potest regulari secundum re-

D gulas dilatoriarum,sed peremptoriarum.& si in causa principali non fuit opposita, in causa appellationis admittetur. glo. & ibi doc.in.c.ex parte. iam alleg.& in.d.c.de testibus.& doc.in auth. si dicatur.de testi.C.nisi pars malitiosè distulerit opponere.glo. & doc.in.c. cum.I. & A. de re iudic. & an si testis sit mortuus, possit cõtra eum opponi,vide glo.in.c.præsentata. in fi.de testi. & si talis opponens contra testes nõ probat crimen oppositum, tenetur actione iniuriarum. ita doc.in.c.fi. de iniu.secus si probet,quia fecit animo defendẽdi.Bar.Alexan.& Ia.in.l.fi.ff.quod quisque iur.Feli.in ca.j.eo.titu. De consuetudine tamen non tenetur,nec potest iniuriarum conueniri: vt tenet.d.meus & conciuis.d.Nico.Boer.in consi.posito post consuetu.Bitur.incipié. si quis animo iniuriandi.immo etiam si non probet: vt ibi dicit & Guido papæ in statuto,si quis per literas.in ver. communi æstimatione.col.xv. & sequitur.d.de Chassa. in consuetudi. Burgun.in rub. *des enfans de plusieurs lictz*.§.iiij.in glo.j.in fi.per glo. sing.in.l.quisquis.in ver. vtilitas.C.de postulan. secundum Guliel.de Ludo.in sing.lxxxvj.& maximè si protestatus fuerit,vt solet fieri,non opponere animo iniuriandi,secundum Io. Masuer. in prac.sua,rubri. de iniur. in versi.item si aliquis. licet Ant. de Tremo.in additi.ad Vber. de Bonacurso.in rubri.quibus mod. suo no.

BIU Cujas

suo no.ciuilit.agen.versicu.repelluntur quoque.in ver.erat no-
cens. dicat se vidisse testes in actione iniuriarum Tolo. agentes
reportasse sententiam pro ipsis, fortius dicit talem consuetudi-
nem non valere. contrarium tamen vidi sæpius in dicta ciuita-
te,& in curia Senescali Nemausi, habita prius protestatione : vt
supra dixi.Imò forti' dicit Aufre.in deci.capel. Tolo.q.ccccix.
quòd si aliquis in modum exceptionis opposuit crimen parti,
quod postea non potuit probare,non tenetur iniuriarum,si fue-
rit protestatus, & non fuerit pertinax in probando. quod bene
not. Tamen secundum leges nõ repellitur quis à testimonio per
obiectum criminis, nisi testis sit condemnatus, & infamis effe-
ctus. & hoc est etiam de stylo: vt habetur in stylo Parlamen. in
j.parte.in fin.rubri.sequitur aduisamentum.§.penulti.& ibi Au-
fre.in addi.quod secus est de iure canonico : quia sufficit si pro-
betur criminosus,per tex.in.c.testimonium.&.c. super eo.& ibi
not. de testi. & an si opponatur exceptio contra testes tempo-
re quo producuntur, debeat excipiens admitti : & si iudex no-
lit admittere, quid agendum sit,Panor.in.c. ex parte.& ibi Feli.
late de testi.

25 Peremptoriæ sunt, quæ rem de qua agitur,perimunt. ver-
ba sunt imperatoris in.§.appellantur. institu.eo. alias definitio-
nes ponunt docto. maxime Vber. in rubric. de perempto. ex-
ceptio.& Angel. in dicto.§.appellantur.sed eas vide:& illis visis
non inuenies meliorem. Et dicitur peremptoria, à perimen-
do: quia rem de qua agitur,perimit:vt in definitione habetur, sic
dicitur peremptorium, à perimendo. l. & tertium.ff. de iudic.
Congruentius tamen possent elisoriæ vocari, secundum Vber.
de Bonacurso. vbi supra, cum quædam sint quæ non perimant,
sed elidant. Sed ego defendendo & iurisconsul. & imperato-
rem, dicerem quòd immo melius dicitur peremptoria, & non
obstat quòd aliquando non perimat, sed elidat : quia illa elisio
potest largo modo accipi pro peremptione, & quantum ad ef-
fectum:vt no.doc.in.l.si vnus.§. pactus.ff. de pac.vel potest dici
peremptoria habitu, licet non semper perimat : vt not. doct.in
præf.ff. & institu.de matrimonio,& augusto.vel etiam dicitur
peremptoria respectu dilatoriæ.vel respon.hoc nomen esse im-
positum à iurisconsultis causa frequentioris vsus: quia frequen-
tius tollit quàm elidat,vt patet : ergo alium casum non excludit,
scilicet elisionem:vt not.glo.sing.reputata in cle.j.in ver.præsi-
dentes.de elec. secundum Barba.in.c. sedes. col.xviij. &.c.edo-
ceri.col.ij.de rescrip.& in cap.Raynaldus.col.xcvij. de testa. &
ibi alleg.aliàs vide. vel possumus respondere prout respon. glo.
in rubri.solu.matri.ff.& in.l.ij.C. de constitu.pecu.quod perti-
nacibus est relinquendum. Et ista peremptoria est quintuplex:
personæ,obligationis,iudicij,pœnæ,& accusationis. & vnaquę-
que infra declarabitur in suis cellulis.

26 Personæ peremptoria est, quæ personam perimit: vt si cõ-
stituatur religiosus procurator sine licentia sui abbatis. nam nõ
valet.in cle.religiosus.de procu. & si ille agit nomine procura-
torio, possum excipere contra eius personam,& perimere : quia
nec nunc, nec alio tempore sine licentia poterit : vt declarat I-
mol.in cle. constitutionem. numero.xxvj. de elect. licet Hosti.
in.c.nostra.de procurato. vocet eam quasi peremptoriam.Idem
si infamis,vel furiosus.l.cum prætor.ff.de iudi.

27 Peremptoriæ obligationis sunt in quadruplici differentia,
videlicet vtramque quædam tollit : quædam naturalem tantum,
quædam ciuilem tantum,& quædam neutram.

28 Exceptio quæ vtramque tollit, est quæ potius appellatur
facti seu intentionis quàm iuris:quam declarauit.ŝ.in.j.diuisione.
Specula.eo.titu.in.§.dicto.ver.& vt plenius.ponit exemplum,vt
si filiusfa.recipit pecuniam mutuo: recipiendo,naturaliter obli-
gatur:& scripturam faciendo, ciuiliter, per totum titulum in-
stitu.de liter. oblig. tamen si mutuans petat, exceptio Macedo-
niani poterit opponi,quæ vtramque tollet vel elidet, secundum
Angel.in rubri.eo.titu. col.xiiij.Iacobi.in.l.frater.col. vlti.ff.de
condic.indeb.

29 Alia perimit naturalem tantum, vt si quis me instituat hæ-
redem,& leget vltra dodrantem:ego hæres sum naturaliter obli-
gatus ad soluendum legata.in.c.j.de solutio. ciuiliter vero non,
cum possim deducere quartam per legem Falcidiam.ff. &.C. ad
l.Falc.si ergo legatarij ad integra legata me conueniant,ego ex-
cipiam quòd quartam volo detrahere per.l.Falc.& ista exceptio
tollet naturalem qua hæres tenetur ad soluendum integra lega-
ta:vt tenent Barto.Alexan.& Ias.in.l.j.ff.de condic.indebi. &.l.
cum quis.C.de iur.& fac.ignor.

30 Alia ciuilem tantum perimit : vt si debeam decem, & mihi
facias pactum de non petendo, illud pactum tollit naturalem.
ideo si petas, per exceptionem ciuilis tolletur, seu elidetur : vt
Specu.vbi.ŝ.ait.& Angel.in.d.rubri.ponit aliud exemplum, vi-
delicet in exceptione præscriptionis. vide Bart.in.l.fi.ff.rem rat.
habe.& ista exceptio præscriptionis non debet per iudicem sup-
pleri,nisi opponatur : vt tenet.d. Barth. de Chassa. in consuetu.
Burgun.in rubri. *des forestz.*§.viij.in fin.& Alexan. consi. ccxiij.
in.ij. vol. & consi.xcij.in.v. vol.& de hac materia præscriptio-
num,late vide Ioan.Francis.Bal.in trac. præscrip.in prima parte
& per totum, & in additio.ad Vber. in rubri. de perempto. ex-
ceptio.in ver. præscriptiones. Lucam de penna in.l. finali.C.de
censi.& perequa.lib.xj.

31 Alia neutram perimit,vt solutionis exceptio, secũdum Spe-
cu.vbi.ŝ.& Angel. in rubri.huius titu.& ibi ponit alia exempla.
Et regulariter istæ exceptiones peremptoriæ vsque ad senten-
tiam possunt opponi.c.exceptionem. eo.titu.l.peremptorias.C.
sen.rescin.non posse.Specu.in.§.dicto.Hostien.in.§.& quando.
in summa huius titu.Angel.in.§.appellãtur.insti.eo. & Lanfran.
in repe.c.quoniam.in ver.exceptiones.de probatio. doct.in cle.
sæpe.de ver. signi. Petrus de Ferrariis, in practica sua, in forma
respon.rei conuenti.in versi.saluis aliis exceptionibus. vel pos-
sunt opponi vsque ad conclusionem in causa, per text.in.c. cum
dilectus.de fid.instru.& Barba.in tracta.de præstan.cardin.in.v.
q.basilica.secundæ partis.ponit Bal.in.l.exceptionem.C.de pro-
batio.rationem, quia ordo priuationis est, quòd eam præcedat
habitus. nil allegat. potes adducere tex.in.l. decem.ff. de verb.
oblig.§.seruus. institu.de capi. demi. vnde quia omnis actus est
habitus, & omnis exceptio est priuatio : & iste ordo est secun-
dum naturam:ideo glo.in.c.de testibus. de testi.reputat stultum
illum qui probat peremptoriam donec aduersarius probauerit
suam intentionem: quia si aduersarius nihil probauit, non indi-
get reus aliqua exceptione.l. si quidem.C. eo. Consuetudo ta-
men seruat quòd omnes peremptorias oportet simul propone-
re:vt tenet Ioan.Masuer.in prac.sua,in rubri. de literis notis, &
notatis.in princip.

Formam opponẽdi vide per Specu.in eo.tit.§.viso.versi.fina.

32 Peremptoria iudicij est,quæ iudicium perimit quandocun-
que opponatur : vt tu non es nec vnquam fuisti procurator. se-
cus si dicatur,tu non potes esse procurator,quia miles vel fœmi-
na.quia hæc dilatoria est, per tex.in.l.licet.C. de procura. & ibi
doct.Ange.in.d.§.præterea.col.ij.Bal.in.l.peremptorias.iam al-
lega.vel non habes mandatum sufficiens, quia hæc dilatoria est:
ideo ante litem contestatam opponi debet.nam litis contestatio
supplet defectum dubij mandati:vt tenet Milius in reper.in ver.
exceptio ista,tu non &c.Secus si diceret,tu non habes mãdatum:
quia hæc quandocunque opponitur etiam post sententiam,quia
iudicium retro nullum reddit: vt asserit Alexan. consil.cxlvij.in
vj.vol. & dixi latius in cellula.ŝ. ratione procuratoris. & vide
Alexan. consi.xlij.in.iiij.vol. Vel pone exemplum, quia filiusfa.
non potest sine consensu patris stare in iudicio.l.fi.§. necessita-
te.C.de bon.quæ liber.si tamen contra me agat,& in fine iudicij
opponam quòd est filiusfa. & quòd non habuit consensum pa-
tris:illa exceptio iudicium perimit:ideo dicitur peremptoria iu-
dicij.notatur in.d.§.necessitate.De consuetudine tamen filiusfa.
in omni causa iniuriarum,& excessuum , & multo magis cũ agi-
tur criminaliter, admittitur agendo & defendendo etiã sine au-
ctoritate patris, secundum Ioan.Masuer. in rubric.de excep. in
ver.item similiter.ibi de consuetudine.nec etiã curia parlamen-
ti curat de patria potestate, nec propterea annullatur processus
in filio maiore,licet consensus patris non interuenerit : vt dicit
Guido papæ quæstio.liij.in deci.suis, & sequitur Guliel.Bene-
di.in repe.c.Raynutius.in ver.si absque.in.ij.in substitutione fi-
deicommissaria. numero.l. de testa. quod bene not. Nec etiam
curia parui sigilli Montispessulani exceptionem patriæ potesta-
tis admittit, nec propterea annullatur processus in.d.curia, licet
consensus patris non interuenerit,si filius est maior,cum tantum
in.d.curia admittantur tres exceptiones,videlicet solutionis,fal-
sitatis, & pacti de non petendo : vt tenet per expressum Guido
papæ vbi.ŝ.quæstio.ccccx. & habetur in stylo parla.in rubri. de
act.personal.§.item hæ. in prima parte.& de officio parui sigilli
Montispes. iudicis,videat iudex, & eius aduocati stylum curiæ
parla.in rubri. de offic.iudi.par. sigilli Montispes. & ordina.re-
gias in rubri. *du petit seel de Montpellier.* & idem fere stylus est in
curia conuentionũ Nemausi:vt ibidem vidi.contra tamen hunc
stylum vidi impetrare literas Cancellariæ, vt aliæ exceptiones
possint opponi:& tunc opponuntur.not. dominus meus & con-
ciuis do.Nico. Boer.in consue.Bitur.in.§.ij. de consue.iur. sta.
persona. dicit generalem consuetudinem regni Franciæ esse, vt
maior.xxv. annis sine auctoritate patris possit in iudicio stare,
cum sint prorsus absoluti,& non sint in potestate patrum: vt te-
net glo.sing.in.§. fi.insti.de patria potesta. fuit tamen contra il-
lam glo.latum arrestum in parla.Parisien. prout refert & sequi-
tur do.Bar.de Chassa.in consuetu.Burgun.in rubri. *des enfans de
plusieurs lictz.*§.iij.numero.xxj.

BIU Cujas

33 Peremptoria pœnæ est, si fiat concordia vel transactio in criminalibus. nam per illas pœna remittitur: vt no. doct. in.l. transigere.C.de transact.Bald.in tract.statu.in verb. concordia. in penul.q.vide glo.& doc.in.l.ij.ff.de senatus.Sylla. Ange.in.§. j.insti.eo. Vel pone exemplum in eo qui gratiam obtinuit à rege,prout notat plene.d.Bar.de Chassa.in cósue.Burgun. in rub. *des iustices.* in.§.v.in glo.*sil n'a grace.*& ibi ponit modum interinandi gratiam:& quando concedatur in die veneris sancta,quid operetur,ibi vide.

34 Alia est peremptoria accusationis, vt si me accusas de plagio,quia tuum seruum vendidi, & subtraxi, excipiam quòd erat meus: & hac exceptione accusatio tolletur. nam si sit meus,non potui in eo plagium committere,per tex.in.l.præses.C.ad.l.Fluuiam de plagia. & pone per text.in.l. quoniam Alexandrum.C. ad.l.Iul.de adul. Barba. hoc declarat in additio. ad Bal.in.c.j.§. naturales. in versi. nota si de feudo fuerit controuer. inter do. & agna. vasal. Vel pone exemplum in hoc titulo ad.l. Flauiam. quòd si aliquis surripiat filium Boemi vel alterius, vel Boemus hoc faciat,qui hoc sunt soliti facere, & vendat, tenetur.l.Flauia de plagiar.vt declarat Specu.in titulo de accusa.in.§.fin.in prin. in.iiij. parte dicens pœnam esse capitalem. Hodie tamen cardinales & alij magni domini donant famulos inuicem, & non incidunt in legem Flauiam: quod bene obseruatur in Francia. Bar.in lege.ff.ad.l. Flauiam de plagia.Barba. in rubri. de commoda.col.ij.

35 Quarta per ordinem succedit diuisio:quia quædam sunt tẽporales, perpetuæ,& de quibus dubitatur.& hæc probantur per tex.& no.in.l.iij.ff.eo.Temporales sunt,quæ non semper locum habent:sed eũitari possunt, & rem de qua agitur, non perimunt. text.in.§.appellantur.instit.eo.& in.d.l.iij.vt pactum de non petendo intra certum tempus. Nam si agatur ante tempus, erit excipiendum.nõ tamen perpetuo potest euitare quo minus soluat: vt dicit Hosti.in summa huius titu.in.§.quæ sit. & Spec.§.j.tex. & ibi Feli. & alij in.c.si autem. de rescrip. & latius declarabitur in sequen.idem in exceptione restitutionis,per tex.in.l.necnõ.§. exẽplo.ff.ex quib.cau.maio.l.nam postea.§ si minor.ff.de iureciu. l.fi.& per totum de tempo.in integ.resti.peten.Stepha.Aufre.in decisio.capel.Tolo.q.ccxxxviij.

36 Perpetuæ sunt,quæ semper locum habent,& euitari perpetuo possunt:& rem de qua agitur,perimunt.d.l.iij.&.d.§. appellantur.vt exceptio doli.nam si dolo induxisti me ad aliquid promittendum vel faciendum, & post promissionem agas, possum de dolo perpetuo excipere:etiam vsque ad mille annos: vt tenet Hosti.in.§.& quando. versi.item in ciuilibus.Specu.in.§.j.versi. est autem.eo.tit. & Vber. de Bonacur.in practi. sua, in rubri.de perempto.excep.in prin.& Azo in summa huius titu.versi.fina. & ideo perpetuæ dicuntur,quia si perpetuo agatur,perpetuo excipietur.Feli.in.d.c.si autem.& fere omnes peremptoriæ perpetuæ sunt: vt ait Spec.in eo.titu.§.viso. versi.item nota quòd fere. idem in pacto de non petendo.l. si vnus.§. pactus.ff. de pact. idem dic in pacto de non agendo.l. postquam liti.C. de pac. & Aufre.in decis.capel.Tolo.q.cclix. Hæc tamen cum sit declinatoria,ante litem contestatam debet opponi,& non post:vt tenet Philip. in cap.j. de litis contesta. in.vj. Et idem dic in pacto de quota litis. l. litem.C. de procura. non omitto pactum de non mouendo quæstionem, de quo per Innocen. in cap. cum venissent.de institut. & de pacto prorogatiuo.l.lecta. & ibi doct.ff.si cer.peta.in quibus omnibus pactis si agat qui mihi fecit pactum, semper potero excipere de pacto, nisi vt supra dixi secundum Bald.in Marga.in verb.exceptio.in.l.q.idem si aliquid cõtra leges perpetratum sit. nam si maritus reluctante vxore prædium alienauit dotale,& emptor postea agat, excipiet vxor alienationem esse contra leges. & idem si contra senatusconsulta, puta si mulier intercesserit,& conueniatur: & hoc excipiet esse contra senatusconsulta, puta contra senatuscon. Velleia.l.j. & per totum.ff.ad senatusconsultum Velleia.&.C.illo titu.& vide de hoc senatusconsulto per additio.ad Vber.in.d. rubric. de perempto. excep.& Ange.in.§.item.col.xij.cum sequen.institu.eo.Bald.in Marga.in ver.mulier.in vlti.quæsti.Pet.de bella Pertica in suis quæstionibus.quæsti.xxxiiij.

37 Aliæ sunt de quibus dubitatur, an sint temporales vel perpetuæ: vt exceptio, ne maritus conueniatur vltra quàm facere possit.l.maritum.ff.solu. matri.&.l.sunt. cum.ll.seq.ff.de re iud. nam dubium est, an perpetuo maritus erit pauper, an perueniet ad pinguiorem fortunam. nam si perpetuo sit pauper, perpetua erit.si perueniat ad diuitias,erit tẽporalis.ita declarat glo.in.d.l. iij.intellige tamen hanc exceptionem habere locum, nisi persona principalis contra quam opponitur, indigeat: quia tunc non habebit locum exceptio:quia charitas bene ordinata à seipso incipit.l.præses.C.de seruitu.& aqua.l. si quis.§. de alimentis.ff.de liber.agnoscen. in.c.qui vult ordinatè. de pœniten. distinct.iij. glo.in cap.si Romanorum.xix.dist. dicit absurdum esse aliis benefacere, & non sibi. gloss.in.c.nisi.de aucto.pallij. infit potius debere diligere me quàm alium. gloss. in cap. ex parte. in.ij.de cleric. non residen. & hanc opinionem tenet Roma. in repe.l.si vero.§.de viro.col.xxxvj.fallen.xxxix.ff.solu.matri.Et licet hæc exceptio possit opponi contra aliquas personas, nunquam tamẽ habebit locũ,si dictæ personæ quæ possunt eas exceptiones opponere, non præstiterint cautionem de soluendo ex integro si peruenerint ad pinguiorem fortunam, per text. in.l.vna.§. cum autem.C.de rei vxo.actio.ita Anto.de Tremolis, in additio. ad Vber.de Bonacurso, in rubric. de exceptio. & benefi.in versi.& cæteri. & ibi vide alias personas hoc priuilegium habentes. & in.d.l.sunt.cũ legibus seq. & ibi docto.idẽ in exceptione nõ numeratæ pecuniæ,& nõ numeratæ dotis: vt Hosti.canit in.§.quę sit.in ver.de quibusdã.eo.tit. Saly.in.l.exceptioné.numero.xxv. de proba.& idem Specu.vbi.ẽ.§.j.versicu.est quoque.&.§.dicto. versi. quid de exceptione. & an omnibus exceptionibus possit renuntiari, vide Pet.de bella Perti.q.clv.in suis quæstionib.

38 Quinta diuisio est, quòd quædam sunt personales, & quædam reales.personales sunt,quæ personæ cohærent,& personam vel eius qualitatem concernunt, & ad alios non transeunt.l.exceptiones quæ personæ.ff.eo. & hæ sunt duplices. quædam inhærent personæ per quam, aliæ personæ contra quam. vt tenet Io.And.in addi.ad Spec.in.§.j.eo.ti.in fin.

39 Exceptiones inhærentes personæ per quam,sunt istæ:de legato: vt si legatus missus ad aliquas partes ibi conueniatur, habet exceptionem suæ inhærentem personæ, per quam agentem repellet.l.ij.§.legatis.ff.de iudi.& ibi ponuntur alię personæ cõsimile priuilegium habentes.Idem si clericus coram seculari cõueniatur, cum iure prohibeatur.in.c. clericum nullus.xj.q.j.& cap.si diligenti.&.c.significasti.de foro compe. Idem dic si exẽptus coram non suo iudice conueniatur, nam per exceptionem actorem repellet à limine iudicij. & alia exẽpla videas per Spec. in titu.de reo.& Hosti.in summa huius titu.in.§.fi. versi. item est effectus.debent tamen supradictæ personę cauere de iudicio sisti coram eorum iudicibus:vt pulchre dicit tex.in.d.l.ij.§.sed si dubitetur.ff.de iudi.

40 Inhærentes personæ contra quam excipitur, sunt sequentes.primo,suspicio iudicis.nam si quis coram iudice suspecto me conueniat,contra eum excipiam.quæ exceptio inhæret personæ contra quam excipitur, cum durum sit coram eo litigare. in.c. cum inter.eo.titu.& causas suspicionis ponit gloss.in.c.causam, & ibi Hosti. in summa.in.§. quæ sint iustæ causæ. Aene.de Falco.in.c.causam. in.ij. de iudi. & latè Præpo. in.c. postremo de appel. Archidia. & alij in.c.ij. de appel. in.vj. Et an fideiussori competant, tex.in.d.l.exceptiones. Ang.Io.Fab.& alij in.§. fin. insti. de replica. Roma. sing. ccccccxxvij.d.de Ripa. in.c.j.numero.xxv.de iudi.Bal.in tract.statu.in ver.debitor.in.v.q. & in ver.excipere.ij.q.Petrus de bella Pertica in suis quęstionibus.q. cxxix.&.q.xxxvj.Petr.de Ferra.in practica sua,in forma respon. rei conuenti.in ver.saluis aliis.col.penul. & Vber. de Bonacurso,in pract.in rub.de exceptionibus & beneficiis, quæ post definitiuam sententiam opponuntur. versi. opponi autem possunt. & ibi in additio.ad eum.

41 Reales sunt, quæ rei adhærent, & radicem obligationis concernunt, & fideiussori competere possunt.l. exceptiones.§. rei. ff. eod. & sunt in duplici differentia. quædam rem ipsam de qua principaliter agitur, concernunt: quædam vero quamlibet rem.

42 Concernentes rem de qua agitur,sunt,si petis beneficium, & dico sublatum de ecclesia. in.c.cum accessissent. de constitu. vel dico tibi non deberi ex qualitate eius, quia forte curatum, & non attingis vicesimumquintum annum. iuxta notata in.c. cum in cunctis. per illum text. ad hoc expressum.§.inferiora. de elect.& ad omnem successorem trãsit:vt Ange. attestatur in rub. col.vij.versi.venio nunc ad quintum.ideo dicit Ange.cõsi.lviij. exceptionem rei iudicatæ esse realem.

43 Aliæ respiciunt,siue quamlibet rem concernunt, vt locum assignare non tutum, remotum, inhonestum, rescriptum vitiosum,libellum ineptè cõceptum. nam de qualibet re excipiã, siue fuerit ecclesiastica siue prophana, per text.in.c. ex parte.in.j. de appella.& ibi doc.in.c.venerabilibus.§.sed si ex causa.de senten. excom.in.vj.cle.pastoralis.de re iudica.in.l.de ætate. cum.l.seq. & ibi Alexand. qui legit illas leges cum.§. fin.l. recusare. ff. ad Trebel.Feli.in.c.cum.R.de offi.deleg.Car.& alij in cle. vna de fo.compe. Et istæ licet sint dilatoriæ, quia habent causam successiuam & multiplicatiuam,post litem cõtestatam possunt opponi:cum si de nouo citentur, de nouo grauantur. ideo prodest quo ad futuros actus, non quo ad præteritos: vt no. in.c. dilectus.

BIU Cujas

ctus.in.ij.de reſcrip.Nic.de Milis in reper.in ver.exceptio dilatoria habens cauſam &c. Iaſ.in.l. prætor.§. fin.col.vl.ff. de noui ope.nuntiatio.idem tenet.de Ripa in tract.de peſte.in.iij.parte.ij.partis.q.iiij.dicens, quòd licet quis comparuerit in loco peſtifero ſemel vel pluries, nõ tamẽ tenebitur ampliùs in illo loco comparere, etiam ſi promiſerit ſe ſiſtere in illo loco, per text. in.l.ij.§.fi.ff.ſi quis cautio.nec tenetur mittere procuratorem: vt ibidem not.doct. & Vber. de Bonacurſo, in practica ſua, rubri. quib.mo.citatio impune cõtemni poſsit.§.j. & per totam rubri. & Feli.in.c.accedens.in.ij.vt lite non conteſta.

44 Sexta diuiſio. Quædam ſunt fauorabiles, quædam odioſæ, & inductæ propter rigorem iuris, & inductæ propter naturalem æquitatem. Fauorabiles ſunt, quæ in merum fauorem ſunt principaliter introductæ, per tex.in.l.qui exceptionem. & ibi Barto. & Iaſ.ff.de condic.indebi.Bal.in.l.rogaſti.in prin.ſi cer.peta.Et tunc præſumitur inductum principaliter in fauorem, quando eſt inductum ob imbecillitatem: vt Velleiani exceptio, & aliæ multæ. Odioſum vero, quando eſt inductum propter dolum: vt in Macedoniano: ita tenet Bal.in.l.pe.C.de pac. Iaſ.in.d.l. qui exceptionem. & eſt quadruplex.prima, quæ non oppoſita nũquam elidit: vt exceptio epiſtolæ diui Hadriani. & tunc ſolutum non oppoſita exceptione nunquam repetitur, per caſum ſing. in.l.ſi teſtamento.§.quod ſi duo.ff.de fideiuſſo.§.ſi plures.inſtitu. de fideiuſſo. & hæ.ſ.Macedoniani & Velleiani in executione opponi poſſunt vt tenet Alberi.in.ij.parte ſtatuto.q.cxlviij.

45 Alia quæ non oppoſita, elidit quodammodo naturalẽ obligationem, & ſic ius agendi, vt pactum de non petendo: & tunc indebitè ſolutum repetitur.d.l.qui exceptionẽ. & Bal. in Marga. in ver.exceptio.in.xx.q.

46 Alia eſt fauorabilis & perpetua, vt eſt illa quæ ſimul naſcitur cum ipſo contractu: vt exceptio Velleiani: vt per totum titulum.ff.&.C.ad Velleia. & Angel.in.§.item. col.xij.inſtitu. eo. Pet.de bella Perti.q.xxxiiij. & Vber, plene in practi.ſua, in rub. de perempto.excep.in ver.exceptio Velleiani. & ibi in additionibus ad eum.

47 Alia quæ non competit, niſi expreſsè opponatur: vt exceptio compenſationis, de qua per Iaſ.in.d.l. qui exceptionem. Feli.in.c.ſuborta. de re iud.Alexand. conſil. cxlix.in.ij. volu.& conſil.lxj.in.iij.volu.& conſil. xciij. in.iiij.parte.&.lxxxvj. in.v. parte.& Vber.in practi.prædicta, in rub.quibus mod.ſuo nomine ciuiliter agẽtes.ver.præterea.in verb.pecuniariis. ibi in addi. ad eum plene. & an excommunicatus prædictam exceptionem opponere poſsit: quod non tenet Stepha. Aufre.in deciſ.capellæ Tolo.q.j.&.q.clxxj.&.q.cc. & hæc in executione, & poſt ſententiam poteſt opponi: vt infit Ang.conſi.cxxxij.& conſi.cclix.

48 Odioſæ ſunt, quæ principaliter in odium alicuius ſunt inductæ, per ea quæ dicit Bar. & Iaſ. in.d.l.qui per exceptionẽ. & ſunt hæ, Macedoniani, & ſimiles. Nam Macedoniani exceptio contra naturalem rationem in odium fœnerantium filiiſſam. eſt introducta: vt habetur per totum titulum.ff.&.C. ad Macedonia. quia vt filius ſolueret mutuum acceptum, ante diem patrios inquirebat in annos: vt dicit Ouid. & refert gloſſ.in.l.fin.C.de pact.& de hac ponit glo.in.§. item ſi. de excep. in inſtitu. Vber. in ſua iam allegata practica, in rub. de peremp. exceptio. & ibi vide in addi. Idem dic in exceptione criminum. in.c.accedens. de accu. Specu.in eod.titu.§.dicto.verſi. vtrum autem. Notandum eſt tamen quòd omnis exceptio poteſt ſui natura dici fauorabilis, cum ipſius mater ſit æquitas.l. qui æquitate. de dol. excep.inſtit.eo.in prin.Bar.in.l.j.de vaca.mune.ff. Azo in ſumma huius tit. Panor. in.c.cum inter.eo.tit. & Feli.in rub. Bald. in Marga.in verb.exceptio.q.xxxij. Angel. in col.vj.rub.e.titu. verſi.capiamus tertium.glo.ſing.in.l. venia. in ver. liberis.C.de in ius vocan. ſecundum Barba. in tract. de præſtantia cardinal. in.j.q.j.partis.numero.lxxiij.col.vl.

49 Aliæ inductæ ſunt ad rigorem iuris ſeruãdum: vt exceptio rei iudicatæ: vt per totum titulum de excep. rei iudic. & in cap. fin.de excep.in.vj.Pet.de Ferra.in prac.ſua, in forma reſponſio. rei conuenti. in ver. reſque iudicatæ. & Vber. de Bonacurſo.in rubri.de perempto. excep. in verſi. rei iudicatæ. ibi per addi.ad eum.& quatuor requiruntur in hac exceptione: videlicet quòd ſit eadem res, eadem cauſa petendi, idẽtitas perſonarum vere vel interpretatiuè.l. cum quæritur. cum duabus ſeq.ff. de excep. rei iudica. Item quòd fuerit à iudice competenti lata. doct. in.c.ſeculares.de foro compe.in.vj.&.c.fin. & ibi Philip. Fran.illo tit. vide Alexan.in.l.ſæpe. de re iudi. & in conſil. xciiij. in ſecundo volu.& in.l.qui Romæ.& ibi alios.ff.de verb.oblig. Et idem in exceptione litis pendentis.l.Iulianus.ff.de condic. indebi. & ibi doc.&.d.l.qui exceptionem. Angel.in.§.item ſi in iudicio.eo.tit. inſti.& illa tria quæ debent in ſententia concurrere, debent etiã in exceptione litis pendentis interuenire: vt tenet Philip.in.c.fi.

A eo.tit.in.vj. Quot modis dicatur lis pendere? dic quinque modis. Primo, per libelli oblationem.l.ij. &.iij. vt lite penden. C. Secundo, per appellationem.nil noua. appel. penden.ff. Tertio, per relationem ſeu conſultationẽ per iudicem ſuperiori factã.l. ex illo tẽpore.C. de appel. Quarto, per iudicis recuſationem.ea ſecundo requiris.&.c.cum ſpeciali.de appel.l. apertiſsimi.C. de iudi. Quinto, per in integrum poſtulationẽ reſtitutionis.l. vna. in integ.reſti.poſtula. ne quid no. fiat.C.& Pet. de Ferra.in pra. ſua.in ver.exceptionem litis pendentis.in forma reſpon. rei cõuen.Alex.cõſi.cv.in.iij.volu.&.xlij.in.iiij.volu. &.cxxxij.in eo. volu.& So.in conſil.xxxviij.in primo vol.Feli.in.c. exceptionẽ. numero.xlj.eo.tit. Intellige tamen exceptionem litis pendentis poſſe opponi ſi pendeat coram iudice competẽti. aliàs ſecus per tex.in cle.ij.vt lite penden. Philip.in.c.fin. eo.titu.in.vj. de exceptione compromiſsi pendentis, vide Alex.conſi.lxxj.in.v.parte.Iaſ.in.c.pecuniam.col.iij.ff.ſi cert.pet.

B 50 Sunt & aliæ inductæ propter naturalem æquitatem: vt exceptio doli: vt habetur per totum titulum de doli excep.ff.& Alexand.in.l.ſi quis cum aliter.ff.de verb. oblig. glo. magiſtra. & ſingu.in.l.qui ſe debere.ff.de condic.cau.data. & ibi Iaſ. ample. Aduerte tamen quòd hæc exceptio plebeio ſeu humili contra conſtitutum in dignitate non competit, per text. ſingu. in.l. non debet.ff.de dol.ſing.ſecundum Aret. in.§.j.col.xij. inſti.eo. ſecus dicerem in exceptione metus. vide Cepol. cautel. cvij. & clxj.& Petr.de Ferra. in pra. ſua, in forma reſponſionis rei conuenti.in ver.doli exceptione. Vber. de Bonacur. in ſua practica in rub.de peremptor.excepti.in verſi.peremptoriæ.& ibi in additio.ad eum per.d.Ant. de Tremolis, in verb. doli mali. Idem in exceptione non numeratæ pecuniæ, erroris, & ignorantiæ.l.j. & per totum de non numerata pecu.C.erroris.in cle.vna de ſequeſtra.poſſeſſ. & ibi Fran.in gloſſ.fin. Angel.d.§. appellantur. colum.xviij. & de hac exceptione non numeratæ pecuniæ, vide Feli.in cap.ſi cautio. de fide inſtru. Et poteſt opponi per eccleſiaſticas perſonas etiam poſt biennium, immo prælatus eccleſiæ huic renuntians, nõ præiudicat eccleſiæ, vt tenet princeps canoniſtarum Io.And.& alij poſt eum in.c.fi.de ſolu.Bal.in auth.hoc ius.C.de ſacroſan.eccle.Iaſ.in.l.cum quis.C.de iur.& fac. igno. Nico. Milius in reper.in ver.exceptio non nume. pecu. Angel. in conſi.ccxlv. colum.iij.in.ij.dubio. immò fortius dicit Ange. conſil. clvj. quòd ſi exceptio non numeratæ pecuniæ obiicitur contra illum qui dicit ſe numeraſſe pecuniam, perpetuò competit, & poteſt opponi: quia ei opponitur de dolo ſuo, in quo verſatur, cum ſcire debuerit pecuniam non numeraſſe, ex quo de ſua numeratione agitur, de qua non poteſt ignorantiam prætendere.l.ſi.pro ſuo.ff. licet ſecus eſſet ſi opponeretur contra aliũ, puta contra ſucceſſorem qui non numerauit: & hoc procedit de canonica æquitate, ſecundum eundem Angel. quem vide. idem dic in exceptione rei litigioſæ, tranſactionis, pietatis, vel malitiæ: vt tenet Hoſti.in ſumma.huius ti.§. quæ ſit. verſi.ſi. Formam opponendi ponit Spe.eo.tit.§.viſo.ver. ſuper exceptione.

C

D 51 Septima ſequitur diuiſio, quòd exceptionum quædam ſunt diuerſæ, alternatiuæ, & contrariæ. Diuerſæ ſunt, quando multa remedia propono: vt ſi petas à me domũ, excipiam quòd feciſti mihi pactum de non petendo: & res iudicata eſt, vel tranſacta. nam hoc facere quis minimè prohibetur per tex.in.l.contra maiores.C.de inoff.teſt.Bal.& Sali.in.l.ſi quidem.C.eo.& in.l.peremptorias.C.ſenten. reſcindi non poſſe. De conſuetudine tamẽ defenſio non poteſt in plures partes diuidi, & potiſsime quando ad vnum finem tendit, per.l.iam tamen.§.pe.ff. iudica. ſolui. & ideo ſi reus habeat plura remedia, aut plures exceptiones ad vnũ finem tendentes: illas ſimul tenetur proponere, & vna vice: aliàs non eſt audiendus ad aliquid de nouo proponendum: vt aſſerit Ioan.Maſ.in practica ſua parlamenti, eo.tit.verſ. de cõſuetudine.& ſeq.& idẽ ſeruatur in parlamento Tolo. vt habetur in ſtylo parla.§.fi.niſi in caſibus poſitis per Stepha. Aufre.in.d.§.fi.ibi videre licet.vide Io.de Selua, in trac. de benefic. in.iij.parte.q. xix.Hippol.in rubri.de probat.fo.xlij.col.iiij.

52 Alternatiuæ ſunt, per quas reus ſic excipit contra actorem: non potes agere contra me, quia es fur, aut falſarius, ſeruus, vel excommunicatus. & hæ exceptiones regulariter non admittuntur: quia alternatiua parit obſcuritatem. in.c. vt qui duas. de elec. in.vj. & obſcura exceptio debet reiici.l.j.§. Labeo.ff. de flu. quod fallit in tribus caſibus poſitis per Feli. in.c. tertio loco.col.iij.de proba. ibi, adulterinum &c. Io. And. & alij in regula, in alternatiuis. de regu. iur. in.vj. ſex ſpecies alternatiuarũ vide per Bar. & alios in.l.iij.ff.de eo quod cer.loco. Ioã.Fab. & cæteros in.§.huic.inſti.de act.&.d.Bart.de Chaſſa.in conſue. Burgun.in rub. *des mains mortes*.§.xxj.in glo.fin.no. doc.in.c.inter.de reſcrip.

53 Contrariæ dicuntur quando aliquis dicit excipiendo ſe non

BIU Cujas

habuisse,& soluisse,vel pactum de non petendo sibi esse factum: vel si reus accusetur de homicidio,potest negare se occidisse: & si conuincatur, potest allegare quòd ad suam defensionem fecit: vt dicit Io.And.in.c.nullus.de reg.iur.in.vj.in mercuria.Bar.in l.cum de indebito.ff.de proba. Barto. & alij in auth. contra qui propriam.C.de non nume.pecu. Alex.Iaſ.Hercul.& alij in.l.j.§. si quis simpliciter.ff. de verb. oblig.Bar. & alij in.l. nemo.ff.eo. ideo est dicendum,quòd exceptiones contrarias potest quis conditionaliter opponere:vt nego me habuisse, & casu quo probetur,dico me soluisse:vel aliud,per glo. in.c.cũ dilectus. de relig. do.gl.Panor.& alij in.c.auditis.de præscrip. Panor. & Feli.in.c. pastoralis.eo.tit. Bal.in.d.l.si quidem.C.eo.Specu.tamen in.d.§. viso.versi.quid si debitor.dicit alia via nos posse excipere:videlicet si aliquid petatur alicui,fas erit dicere, dubito. & si probet, potero allegare solutionem,vel aliam exceptionem, argumento text.quem allegat in.l.si debitor.ibi, neget aut dubitet.ff. de petitio.hære.facit tex.licet non adducat in.l.iusiurandum & ad pecunias.ibi,putat decessisse.ff.de iureiu. in.l.si quis inficiatus. ibi, procuratorem nó putaret.ff.depos. in.l.cum quo. ibi, dubito.ff. ad.l.Fal.l.fi.ibi,procliuior sum.ff.de condic.cau.data.&.l. fideicommissa.§. si quis illicite. ibi, procliuior.ff. de leg. iij. Stepha. Aufre.in decisio.capellæ Tolosanæ.q.xxj. Areti.consi.xcvj.Flo. in.d.l.cum de indebito. Petrus de Ferra. in practi. sua, in forma responsio.rei conuenti.in ver.contrarietaté.vide Dec.tres conclusiones ponentem,in.d.c.pastoralis.& quando sit licitum allegare contraria,Bal.ponit in.l.j.C.de fur. Præpos.in.c. dilecto. col.xx.de appel. Alex.consi.c.in.v.volu.additio.ad Vber.de Bonacur.in rub.quibus mo.suo no.ciuiliter agentes.§.similiter.

54 Restat octaua diuisio, quòd quædam sunt exceptiones ciuiles,quædã prætoriæ.hæc diuisio probatur in.§.alioquin. insti. eo.Ciuiles seu legales sunt,quæ à lege ciuili sunt introductæ: vt exceptio suspicionis.l. apertissimi.C. de iudic. Barba. in rubri. huius tit.in cle.ita tenet, & non obstant iura in contrarium adducenda,videlicet tex.in cap.quod suspecti.in fi.iij.quæst.v.cap. secundo requiris.in fi.de appel. quæ dicunt recusationem à iure naturali scaturire: quia ibi dicitur quodammodo, & sic improprie.c.secundo requiris,non loquitur de iure naturali communi omnibus animãtibus,sed de ratione naturali: quia licet cõmittatur iudici suspecto recusatione remota,poterit tamen bene iudicare,& sic nõ grauatur pars,quia poterit appellare:vt tenet Barba.in cap.ex parte.in.ij.de offi.delega.vel pone per totum titulũ vt prępo.no.imperato.colla.v.vt si producis instrumentum,excipio quòd in eo non est annus,dies,& consul,& imperator,per glo.in.l.j.in ver.editiones.ff.de eden. alias curiosus lector inuenire procuret,quas per discursum iuris inueniet.

55 Prætoriæ,quæ à prætore introductæ sunt: vt doli exceptio, & metus:per totum titulũ.ff.de dol.ma.metúsve exceptio.& aliæ per corpus iuris inueniuntur,quas per iuris cursum videre licet. nam plus laboriosum est quàm subtile eas cumulare.& in simili loquitur gloss.in rub.ff.de sol. & in rubri. de diuer. & tempo. præscriptio.& in.l.in honorariis.ff.de actio.& in.l.j.ff.solu. matrimo.cum similibus.

56 Sequitur diuisio nona.nam quædam directæ sunt,vtiles vero aliæ. Directæ sunt, quando verba.l. & mens conueniunt, seu concordant:vt si petebam totum fundum, & iudicatũ est contra me:si iterum volo petere,obstat exceptio directa. idem si petam partem:quia si iudicatũ est super toto,ergo super parte: per text. in.l.si quis cum totum.§.& generaliter.& per totam legem.ff.de excep.rei iudi. & idem si generaliter petebam redditionem administrationis tutelæ,& transegimus, vel ad centum fui cõdemnatus:si iterum petis,obstat exceptio directa: quia transactio est generalis super omnibus:& etiam verba cõueniunt.tex.in.l. sub prætextu.C. de transact. &.l.age. illo titulo.gloss.in.l. si quis id quod.ff.de iurisdict.omni.iudi.&.l.si iudex.ff.de mino.

57 Vtilis est,quando nec verba legis,nec mens conueniunt:sed ex mente legis extenditur: vel quando nihil dicunt verba, sed mens hoc habet. & de hac loquitur tex.in.l.licet.C. de iudi. vel quia subest eadem ratio.Cepola in tracta.de seruit.vrba.prędio. in cap.lxxxj.& vide glo.in.l.curatoris. & ibi docto.C. de nego. gest.l.j.&.l.actionis verbo.ff.de actio.& oblig.doc. in rubri.de rei vindi.ff.Feli.in.c.aduersario.eod.titu.

58 Decima diuisio. Quædam sunt modificatoriæ condemnationis:aliæ executionis.Modificatoriæ cõdemnationis sunt,quæ condemnationem moderantur:vt si contra patrem agatur ratione obligationis filij, poterit pater excipere, vt condemnetur eatenus quatenus est in peculio.& hæc exceptio condemnationem futuram modificabit,per tex.in.l.pe.quod cum eo.ff. & ibi Bart. & Bald.in.l.si dubitetur.§.fi.ff.de fideiusso.Bart.in.l.fin.C. quod cum eo.& Ioã.Fab.Pla.Ang.& Iaſ.in.§.actiones.insti. de actio. Item quando filius est emancipatus,non tenetur nisi inquantum facere potest.l.ij.ff.quod cum eo.l.si ex alio.C.eo.Cepol.cautel. xiiij.Iaſ.in.l.qui iurasse.§.j.ff. qui satisda. cog. Idem in tributoria.l.j.& per totũ.ff.de tributo.actio.§. introduxit. & ibi docto. instit.quod cum eo.idem de exceptione de in rem verso.l.j.cum toto tit.ff.de in rem verso.§.præterea.insti.quod cum eo.Et istę tépore peremptoriarum possunt opponi:quia quatenus minuũt, eatenus perimũt:vt tenet Bal.in.l.exceptionem.C. de probatio. vide Vber.de Bonacurso in rub.de impedimẽ.executio. & causæ nulli.per totam rubri.& ibi in addi.ad eum.

59 Modificatoriæ executionis sunt, quæ executionem modificant:vt si socius omnium bonorum contra alium socium agat,& sit condemnatus, potest exceptionem opponere, ne exigatur ab eo vltra quàm facere possit.l. maritum. cum legibus seq.ff.solu. ma.&.l.sunt.cũ.ll.seq.ff.de re iudi.Bart.& alij in.l. ex diuerso.§. fi.ff.solu.matri.sed fallit quando iudex assignauit terminum reo ad opponendum omnes exceptiones dilatorias,peremptorias,& anomalas.Bald.in.l.ab executione.col.vlt.C.quorum appel.nó recipiãtur. allegat Alex.in.d.l.ex diuerso.& Iason.in.l.j.col.pe. C.de iuris & fact.igno. Feli.in.c.pastoralis. col.iij. versi. limita secundo.de excep.idem in exceptione inuentarij confecti.l.fi.C. de iure delibe.&.§.hinc nobis.de hæredi.& Falc.colla.j.Et quia executionem moderantur: ideo post sentétiam possunt opponi. & de istis cognoscit executor.l.cum fideicommissum.ff. de confessis. & de quibus exceptionibus possit executor cognoscere,vide per Stepha. Aufre.in decis.capel.q.cccxliiij. Alex.Iaſ.& alios in.l.qui Romæ.§.fin.ff.de verb. obliga.Rauen.in alpha.in verbo,quis potest.Bartho.de Chassa. in consue. Burgun.in rub. *des succeßions*.§.xiij.in glo.j.Alexan.consil.xcv.in.iiij.volu. vide Vital.de Camba.in tracta.clausularũ,in clausula:nulla exceptione obstante.fol.xj.Salic.in.l.exceptioné.numero.xxiiij. de proba.C.Vber. de Bonacurso in rub. de excep. & benefi. quæ post defi.sen.oppo.& ibi in additio.ad eum. Idem in exceptione cõpensationis,& rei non traditæ: vt attestatur Feli. in ca.suborta. de re iud.& in ca.cum Ioannes.de fide instru.An exceptio pretij non soluti possit in executione opponi,ponit Specu.in eo.tit.§. dicto.versi.sed pone. & idem in titulo de executio. senten.§.hinc refert Nico.de Milis in reper.in verb.emptor.

60 Vndecima diuisio. Quædam sunt incidentes,quædã emergentes.Incidentes,quæ ante processum originem habuerunt: vt exceptio iurisiurandi, pacti, & aliæ ante motum processum cõpetentes.glo. & docto.in ca.j.de ordine cognitio.& an si exceptio ecclesiastica incidat coram seculari, possit talis iudex cognoscere,late ponit Feli.in ca.cum sit.col.penul.de fo.compe.

61 Emergentes,quæ in ipso negotio,id est in ipsa lite de nouo emergunt:vt si producis testes, excipio nõ esse admittendos.vel vis habere dilationem, dico non dandam. istud de nouo in lite emergit:ergo dicitur emergés,vt tenet Bar.& alij in.l.j. de ordi. iudicio.C.glo.& docto.in.l. quod iussit.ff. de re iudi. Panor.in c.ij.eo.tit.in fin. Feli.in.c.suborta.de re iudi. Imol.in cle.sæpe. numero. xxij. de verb. sig. Barto. in extra. ad reprimendum. in verb.summarie. Pet.de Ferra. in practica sua in forma excipien. contra positiones.in verbo,petens. & Bald. in.l. præscriptione. col.ix.C.si contra ius vel vtilit.public.

62 Duodecima diuisio.Quædã exceptiones sunt ordinis,quædam vero præposterationis.Exceptio ordinis est,quę ad ordinis obseruationem tendit:vt si pro aliquo fideiussi,& cõueniar:possum excipere quòd prius principalis excutiatur, per textum in auth.præsente.C.de fideiusso.& in.§.sed neq;.in auth. de fideiuss. col.j.& licet non fuerit opposita,valebit tamen processus: vt tenet Stepha.Aufre.in Deci.capel. Tolo.quæst.lxxxj. & licet pro aliquo iurauerim soluere, adhuc tamé exceptionem ordinis opponere possum:vt tenet Aufre.vbi.ẽ.q.cxxxix.& hæc est dilatoria. glo.in.l.iij.ff.eod. Cyn. in authen. præsente.C. de fideiuss. & in.l.exceptionem.& ibi Bal.C. de proba. & in.l. exceptiones.ff. eo.Ang.in.l.si mancipium.§.j.ff.de euic.Alexan.in consi. cxiij. in.vj.volu.& consi.xxix.in.vij. volu. Et ideo debet opponi ante litem contestatam, secundum Bart. & alios in.d.l.iij. & Guido. papæ in suis decisio. q. cccccclxx. nec in causa appellationis admittetur,si non est in causa principali opposita:vt tenet Alexan. consil.xxxiiij.in.iiij. volu. Pro intellectu tamen auth. præsente. vide & eius limitationes per Roma. in sing. cccccclxxv. & in consi.xciij.& cõsi.ccxj.& Sozi.in trac.fallen.regula. cxxxiij.Io. de Pla.in.l.j.de conuenien.fisci debito.lib.x.C.Fran.de Crema. sing.cxxxvj. Alex.in.l.etiam.§.fi.ff.solu.matri.& consi.clix.in.ij. volu.& consi.lxxxiiij.in.iij.volu.& consi.c.in.v.volu.Spec.in titulo de renuntiatio.& cõclu.§.j.versic.viso de &c.Vital.de Cãbanis in tracta.clausularum,folio.cccxxxix. in parua impressione. Albe.in tract.statutorum, in secũda parte.q.clxvj.& Benedi. in repe.c.Raynutius.in ver.si absque.in.ij.numero.lij. de substitutione fideicommissaria. de testa. Bar.de Chassa. in consuetud. Burgund.

BIU Cujas

Burgund. in rubr. *des rentes vendues à reachat.* §. ij. & in rubri. *des cenſes.* §. vj. in glo. *contre le tenementier.* in fi. & Anto. de Tremol. in addi. ad Vber. de Bonacurſo in rubri. qui. mo. exa. ordina. iud. declina. ver. idem puto. Item poteſt opponi, vt is qui recipit pecuniam, prius conueniatur, etiam ſi duo ſint obligati. Barba. pulchre in conſi. xliij. ſempiterna. col. iiij. & ſeq. in. ij. volu.

63 Aliæ ſunt præpoſterationis. & eſt duplex. Prima eſt vnius cauſæ ad aliam inter eaſdem perſonas, vt quando ageretur prius rei vindica. quàm communi diuidundo: vt habetur in. l. j. ff. communi diuidundo. vel ſi quis agat actione familiæ erciſcundæ, excipere poſſum quòd agit præpoſtere, cum non ſit hæres, nec hæreditatem poſſideat. & primo agendū eſt petitio hęredi. & poſtea familiæ erciſcundæ. l. ij. C. communi diuidun. l. ſi mancipium. §. j. ff. de euictio. l. præpoſteri. C. de teſta. & l. j. & ibi Flo. ff. famil. erciſcun. Bal. in. l. exceptionem. C. de probatio. l. vt debitum. & ibi Bar. in rub. de hæredi. actio. C. Alex. conſi. xlvj. in ſexta parte. Bal. in ſua diſputatione incipiente, accuſatus de vi turbatiua. col. iiij. verſi. ſexto. ſic Feli. in. c. cum dilecta. verſiculo, demum ad ornatū. de reſcript. Areti. in. c. qualiter. j. col. iij. de accuſa. tex. in. §. ſi quis ita. inſti. de inutili. ſtipula. Altera eſt exceptio præpoſterationis de vna perſona ad aliam, vt prius conueniatur debitor quàm poſſeſſor bonorum. authen. hoc debitor. C. de pigno. Curtius in. l. bona fides. col. ij. ff. depoſi. de hoc dic vt in ſupra proxima cellula dixi.

64 Decimatertia diuiſio. Quædam ſunt rationabiles, & non fruſtratoriæ: aliæ irrationabiles, & fruſtratoriæ ſeu friuolæ. Rationabiles ſunt, quæ à iure ſunt approbatę: vt ſi iudex ſit meus inimicus, & ego oppono exceptionem: vt. c. cum inter. de exceptio. vel aliæ quæ vere competunt per tex. in. l. ſi alius. §. beliſſime. cū ſequen. ff. quod vi aut clam. Bar. in extrauagan. ad reprimendum. in ver. ſummariè. Cardi. Imol. & Geor. Natā. in cle. ſæpe. in ver. dilationes. de verbo. ſigni. vel ſtabitur arbitrio iudicis, quando erunt rationabiles: vt tenet Barba. in ca. ex parte. in ſecundo. de offi. delega. numero. xvj. vide tex. in ca. ea quæ. c. lator. c. cum ſuper. de re iudi. & c. ſuper eo. quod metus cauſa. c. iij. de eo qui mittitur in poſſeſ. c. fi. de ſequeſt. poſſeſ. c. j. & c. conquerente. de reſtitutio. ſpolia. c. cum olim. de dol. & contuma. & c. ſi conſtiterit. & ca. ad petitionem. de accuſa. c. ſtuduiſti. de offi. lega. c. iij. de offi. ordina. c. notum. cum ſimilibus. ij. q. j.

65 Irrationabiles ſeu fruſtratoriæ ſunt, quæ iudicium potius fruſtrantur & differunt, quàm veritatem concernant: vt recuſatio iudicis eo quia aduocatus alterius partis eſt familiaris illius. vel exceptio excommunicationis opponitur contra reum ſe defendentem contra. c. cum inter. & ibi docto. de excep. Quod intellige niſi excommunicatus potuiſſet abſolutionem petere, & non curauit: quia tunc videtur excōmunicationem contemnere: ideo nō poterit etiam ſe in iudicio defendere. & hoc eſt dictum ſingulare Ioan. Calde. in repe. ca. ab excommunicato. col. xiij. in parua impreſsione. de reſcrip. refert & ſequitur Barba. in rub. de reſcrip. col. vij. numero. liiij. Et breuiter dicas quòd omnis exceptio dicitur fruſtratoria & irrationabilis, quæ cauſa ſubterfugij proponitur. Sed oro vt nullas fruſtratoriè & friuolè proponas, ne animam tuam damnes, & dæmonibus commendes: vt dicit Vber. de Bonacurſo in practica ſua. in rub. de recuſatio. in principio. dicens quòd omnis exceptio aut eſt fruſtratoria, & friuola: aut vera, & legitima: & huic adhęreas ſicut Bononienſes Carrocio: vt dicit gloſſ. in. l. omnis definitio. ff. de regulis iuris. Quid dicatur fruſtratorium, vide glo. in. l. merito. ff. de vi & vi armata. & in clemen. ſæpe. de verbo. ſignifica.

66 Decimaquarta & vltima pro nūc diuiſio eſt, quia quædam generalis dicitur, quædam obſcura. Generalis eſt, quando generaliter contra aliquem excipitur, puta eſſe inimicum, & non exprimitur ex qua cauſa, ſecūdum Baldum in. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus. vel quòd eſt infamis, & cauſa infamiæ non ſpecificatur vt debet fieri, per tex. ſingu. in. c. præſentium. in. §. teſtes. ibi, facta ſigillatim ſpecificatione. de teſtibus. in. vj. & tenet Marc. Anto. Baueri. in. §. ſed cum aliquis. col. ij. inſti. de teſta. Bar. in. l. iij. §. lege Iulia. ff. de teſti. & in. l. j. C. de teſta. idem dicit Bauer. vbi. ſ. ſi aliquis allegauerit excipiendo damnum eſſe ſibi datum: quia non debet audiri, niſi in ſpecie exprimat quomodo eſt ſibi datum. glo. in. l. cum Stichus. ff. de ſolutio. Et iſta exceptio generalis non releuat parte opponente. l. fin. C. de anna. exceptio. Bar. & alij in. l. j. ff. de condic. ob turpem cauſam. Bal. in. l. edita. in repeti. Peruſina. col. ix. C. de edēdo. docto. in. c. paſtoralis. eodem titulo. & docto. in. c. dudum, de deci. textus in. l. ſcire oportet. §. ſcire. ff. de excuſa. tuto. Alexand. conſil. clxxxj. numero. ij. in. vj. volu. Angel. in conſilio. lxj. text. in. l. quidquid. ff. communia prædiorum. Limita tamen excipientem generaliter non eſſe audiendum niſi probaret in ſpecie & ſigillatim crimen oppoſitum, vel illud quod oppoſuit, per glo. in. l. j. §. ſi quis argētum. ff. depoſiti. & Bauer. vbi. ſ. Et quid operetur illa clauſula quā practicantes ponunt in libello poſt exceptiones aliquas oppoſitas, ſpecialiter videlicet & generaliter oppono omnes exceptiones mihi competentes: vide per doctores in. d. c. paſtoralis. & Bald. & alios in. l. ſcire. §. ſufficit. ff. de excuſatio. tuto. Alexan. & alios in. l. Titiæ textores. ff. de leg. j. vide Feli. in. c. ſedes. col. ij. verſic. clauſula generalis. de reſcrip. & ibi alios doct. & non dicitur diſpoſitio generalis, quando totum genus non comprehendit, ſed verificatur in vna ſpecie ſub genere comprehenſa, per tex. in. l. ſi hæres. ff. de optio. lega. in. c. ex parte. in primo. de offi. delega. Bar. in. l. ſi domus. ff. de lega. j. Feli. in ca. paſtoralis. §. fi. in principio. de reſcrip. & ibi hoc tenent alij doctores.

67 Obſcura eſt, quæ non eſt intelligibilis. l. ij. ff. de his quę pro non ſcrip. haben. l. ita fidei. ff. de iure fiſci. l. aut qui aliter. §. ſi quis. ibi, obſcure. ff. quod vi aut clam. Vel aliquid dicitur obſcurum, quando multipliciter poteſt intelligi: vt tenet Alex. conſil. ccxxxviij. in. vj. volu. per iura ſupra allegata. & l. quotiens in ſtipulationibus. ff. de verb. obligatio. vt ſi quis excipiat contra teſtes, quòd non ſunt omni exceptione maiores. nam non valet: quia, ſunt, denotat tempus præſens. l. cum ſtipulamur. & l. ſi à colono. ff. de verborum obligatio. & l. ſi quis ita. ff. de auro & argen. lega. & poterit eſſe quòd tempore iuramenti teſtes erant omni exceptione maiores: vt tenet Angel. in cōſilio primo. Iaſ. in. d. l. Titiæ. & illud tempus debet attendi, ſecundum Alberic. in tracta. ſtatuto. in quarta parte. q. lxxj. & Angel. vbi ſupra. & Specula. in titulo de inſtrumen. editio. in. §. videndum reſtat. verſi. item non exhibeas. Alexand. conſil. cl. in. v. volu. Stepha. Aufre. in ſtylo parla. in prima parte rubri. ſequitur aduiſamentum. §. pe. in additio. Et hæc exceptio dubia ſeu obſcura, quæ poteſt concludere, & non concludere: debet per iudicem admitti, cum poſtea in proceſſu poſsit declarari. glo. in. c. ex inſinuatione. de procura. Anto. in. c. in literis. de reſtitu. ſpolia. Nico. de Milis in reper. in verbo, exceptio licet debeat. Feli. in rub. huius tituli. Vber. de Bonacurſo in rub. quib. mod. ſuo no. ciuiliter agen. §. & generaliter. Aduertendum eſt tamen, quòd ſi iudex dubitat an debeat admittere exceptionem, vel non: poteſt eam admittere ſi & inquantum de iure: vt dicit glo. & ſequuntur ibi docto. in ca. cum contingat. de offi. deleg. vide Roma. cōſil. ccccj. & Præpo. in. c. ſæpe. col. iiij. de appel. Corſe. in ſing. in ver. iudex. in. iiij. Aliæ ſunt præiudiciales, de quibus per Bar. & alios in. l. j. C. de ordi. iudicio. Iaſ. & alios. §. præiudiciales. inſti. de actio. Bar. in. l. generaliter. & l. fundum. ff. eodem. Bal. in ſæpius allega. l. exceptionem. Canoniſ. in. c. ij. de ordine cognitio. glo. in. l. j. §. j. ff. de rei vindica. in. l. per minorem. ff. de iudi. Bald. in marga. in ver. exceptio. quæſt. lvij. Ang. in rubri. huius tituli. col. ij. Præpoſi. in cap. ſuper eod. col. j. l. j. de appel. Aufre. in deciſ. capel. Tolo. q. xxix. Multæque aliæ ſunt exceptiones & infinitæ: vt dicit text. in. §. alioquin. ibi, multis variiſque. inſti. eo. quia quot ſunt modi agendi, tot ſunt modi excipiēdi: vt atteſtatur Angel. in rub. col. vj. in fine. cum ſeq. Et alias multas poſuiſſem, quas in tractatu exceptionum reſeruo, vbi latius dicam. his tamen intellectis, aliæ facillime intelligentur. In quibus omnibus ſi quoddam rācidiculum protulero, correctioni melius ſentientis ſubiicio: vt in ſimili loquitur text. in. l. Claudius. in fin. ff. qui potio. in pigno. habean. vt emendet charitatiuo calamo: vt dicit Ioan. Fab. in. §. item is. inſti. quibus mo. re contrahi. obliga. Si bene dixero, attribuatur deo omnipotēti, qui in trinitate perfecta viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

BIU Cujas

DE EXCEPTIONIBVS, PRAESCRIPTIONIBVS, & præiudiciis.

Quid sit exceptio, & vnde dicatur: quæ sit earum diuisio: quibus & quando earum detur auxilium, & de præiudicialibus excep. vbi locũ habeant, dicitur ff. eo. l.1. & 2. & l. si post. & l. fundũ. & instit. de actio. §. præiudiciales. Itẽ de præiudicialib⁹ actionibus, secundum Acc. ADDITIO. Continuat Bar. sic: Dictum est ff. de pluribus partibus iuris, & de actionib⁹, & ff. qui. de interdi. quæ sunt arma actoris. sequitur de exceptionibus, quæ sunt arma rei. & quia nomen exceptionis est generale, & quædã sunt ꝓscriptiones, & quædã exceptiones ꝓiudiciales: ideo subiicit de ꝓiudicialibus.

Digestorũ

seu Pandectarum Liber quadragesimusquartus.

DE EXCEPTIONIBVS, præscriptionibus, & præiudiciis.[a]

TITVLVS I.

Sicut actor tenetur probare suã intentionem: ita reus suã exceptionẽ. Pau. de Cast.

I. VLPIANVS libro quarto ad Edictum.

AGere etiam is videtur,[b] qui exceptione[c] vtitur. Nã re⁹ in exceptiõe actor est.[d]

Exceptio est actionis exclusio: sed replicatio est exclusio exceptionis. Item exceptio datur reo: replicatio datur actori, tamẽ etiã replicatio dicitur exceptio. Pau.

II. IDEM libro septuagesimoquarto ad Edictum.

EXceptio[e] dicta est quasi q̃dam exclusio: quæ interponi * actioni cuiusque rei solet ad excludendum * id quod in intentionem[f] condemnationémve[g] deductũ est. ℣ Replicationes[h] nihil aliud sunt, quàm exceptiones: & à parte actoris veniunt. quæ quidem ideo necessariẽ sunt, vt exceptiones excludãt. Semper enim replicatio idcirco obiicitur, vt exceptionẽ oppugnet. ℣ Illud tenẽdum est, omnem exceptionẽ vel replicationem exclusoriã esse. Exceptio actorem excludit,[i] replicatio reum: sed & contra replicationem solet dari triplicatio: & contra triplicationem rursus [quadruplicatio:] & deinceps multiplicantur nomina dum aut reus aut actor obiicit.

Nota distinctionem duplicem: quia quædam exceptiones sunt dilatoriæ: quædam peremptoriæ. Item dilatoriæ quædã sunt dilatoriæ iudicii: quia quædã differunt iudicium: vt sunt illæ quæ opponuntur cõtra personas in iudicio consistentes: puta cõtra procuratorem, quòd non est procurator. vel legitime constitutus: vel quòd non potest esse. vel contra actorem: puta quòd est excommunicatus, vel bannitus. vel cõtra iudicem quòd non habet iurisdictionem. & ista exceptio dicitur declinatoria, quæ debet ante alias proponi. Pau.

℣ Sanè solemus dicere quasdam exceptiões esse dilatorias, quasdam peremptorias: vt puta dilatoria est exceptio, quæ differt actionẽ: veluti ℣ curatoria exceptio dilatoria est. Nã qui dicit nõ licere[k] procuratorio nomine agi: non prorsus litem inficiatur, sed personam euitat.

III. GAIVS libro primo ad Edictum prouinciale.

EXceptiones[l] † aut perpetuę & peremptoriæ sunt: aut temporales & dilatoriæ. Perpetuæ atq; peremptoriæ sunt, quę semper[m] locũ habent, nec euitari possunt: qualis est doli mali, & rei iudicatæ: & siquid contra leges[n] senatúsve consultũ[o] factum esse dicetur. Item pacti cõuenti perpetui, id est ne omnino pecunia petatur. Temporales atque dilatoriæ sunt, quæ non semper locum habent, sed euitari possunt: qualis est pacti conuenti temporalis, id est ne fortè intra quinquennium ageretur. Procuratoriæ[p] quoque exceptiones dilatoriæ sunt: quę [non semper locum habẽt, sed interdum] euitari possunt.[q]

Taurelli⁹, opponi legendũ censet, quãquã flo. interop poni legatur

Flo. cludendũ. forte eludendũ pro elidẽdũ

a *Præiudiciis.* præiudiciũ dicitur siue præiudicialis actio, siue ꝓiudicialis exceptio, secundum Io.

AGere etiã.] CASVS. Inexceptionibus, qui eas opponit, actoris partib⁹ fungitur: quia debet eas probare. & large intellige exce. vt cõprehẽdat replicat. & duplicat. Itẽ reus excipiẽdo fungitur partib⁹ actoris: quia debet probare exceptionẽ. Fran. Acc.

b *Videtur.* tũ quia factum ponit, vt actor, ex quo petit absolui: tũ quia onere probationis grauatur: vt. ff. de proba. l. in exceptionibus. Dic ergo, agere &c. id est actoris officium exercere. non autem est actor: vt. ff. de verb. signifi. l. verbum oportebit. §. actionis. quæ est contra. Cũ vero non ponit, sed positum negat, vt in exce. de nõ nu. pe. non probat: vt. C. de nõ nu. pe. l. si ex cautione. idẽ & si sit pro eo ꝓsumptio, quæ transfert onus in actorem: vt. C. de pac. l. ij. Accursius.

c *Exceptione.* ponitur nomẽ exceptionis pro omni exceptione, & duplicatione, & replicatione: vt &. ff. eo. l. ij. §. j. & insti. de repli. §. j Sed certe de his exceptionibus quæ actori competunt, non est dubium: sed de his quæ reo cõpetunt, dubium est. & ideo supponit: nam reus &c. quasi dubium remouendo. & nam, ponitur pro certe. Nam si redderet rationem: idem esset positum, & id quod pro ratione poneretur. quod esse non debet.

d *Actor est.* non prius tamen de calũnia iurat quàm actor: vt. C. de iura. calum. l. ij. §. j. & ff. de iudi. l. in tribus. Accursius.

EXceptio.] CASVS. Exceptio est exclusio eius quod petitur: siue petatur aliquid ex forma actionis, vt regulariter hic fit, siue ex forma condemnationis: vt cum agitur contra filium condemnatum ex causa mutui: & ipse excipiat de Macedoniano. Secundo dicit quid sit replicatio. Tertio dicit, exceptio & replicatio exclusoriæ sunt. Quarto dicit de natura except. & replicat. & duplicat. & triplicat. & de similibus. Quinto dicit, quędam exce. sunt dilatoriæ: vt tu non potes esse procu. vt quia miles vel fœmina, vel quia qui te fecit, nõ potuit: vt quia minor erat. & quædam sunt peremptoriæ: & de his plenius habebis in. l. seq. Fran.

e *Exceptio.* stricte accipe, cum statim de replicatione subiicitur, & de aliis: licet quidã large hic accipiãt: arg. j. eo. §. illud. Ac.

f *Intentionem.* quæ intẽtio vel ipso iure tenet, & tũc dicitur exceptio actionis. vel ipso iure non tenet: & tunc dicitur exceptio intentionis: vt hic innuit. & hoc est quod dicunt exceptio facti.

g *Condemnationémve.* hoc in casibus: vt. ff. ad Maced. l. tametsi. & de re iudi. l. Nesennius. §. fi. & ff. de fideiuss. l. si fideiussores. §. idem respon. & C. de iu. & fac. igno. l. j. vt &. ff. so. ma. l. ex diuerso. §. fin. aliàs nõ: vt. C. sentẽ. rescin. non posse. l. peremptorias. Potest etiam dici intẽtionem, scilicet facti: condemnationem, id est quando tenet cõdẽnatio de iure: & tũc dic condemnationem, scilicet faciendã: id est dicere, condemnationis petitionem. sic. ff. de admi. tu. l. j. & secundum hoc non dicitur aliquid de his quę post sententiam opponuntur. Accursius.

h *Replicationes.* replicationes ab exceptionib. eaten⁹ differre dicimus, ꝙ replicationes quandoque vltra biennium non extẽduntur vt. ff. de pec. quæsitũ. §. in dolo. exceptiones autem vltra biẽnium finem temporis præfinitione extendũtur: vt. ff. de excep. doli. l. pure. §. fi.

i *Excludit.* excludit enim exceptio actionem: replicatio vero exceptionem. ad quod est insti. e. in prin. & de replica. in prin. & C. a. l. non exceptionibus.

k *Non licere.* hoc expone vt. ff. l. proxi.

EXceptiones.] CASVS. Excep. quædam sunt perpetuæ & peremptoriæ: quædam temporales & dilatoriæ. & de omnibus dat exempla. Fran.

l *Exceptiones.* generalius accipit hic quàm supra proxi. §.

m *Semper.* id est in quacũque parte iudicij opponi possunt. Ac

n *Contra leges.* vt Iuliam fundi dotalis: vt insti. quibus alie. li. in prin. Azo.

o *Consultum.* Velleianum: vt. C. ad Velleia. l. ij. Accursius.

p *Procuratoriæ.* vel quia dicitur aduersarium non posse dari vel fieri procuratorem: vel quia non est: vt supra de proba. l. in exceptionibus. §. sed & si procuratoria. & supra de damno infec. l. inter. ij. §. alieno. versi. cauere. & facit. ff. l. proxi. in fi. Accur.

q *Possunt.* Item exceptiones fori: vt. C. e. l. fi. Item vt repellatur qui non satisdat rem ra. haberi, vel iudicatum solui: vt supra de procurato. Pompo. §. rati. Sed de quibusdam dubitatur sint temporales an etiam perpetuæ ratione futuri facti, vel accidẽtiæ: vt supra de condictio. indebi. l. sufficit. Item de ea qua quis dõatur in quantum facere potest: quam Io. dixit peremptoriam: quia nõ multum refert totum perimatur, an non totũ. Item pro eo quòd post litem contesta. potest opponi. sed secundum Hug. eadem ratione posset dici non peremptoria: quia etiam post sententiam opponitur. vnde dicit eam temporalem: quia & si soluatur, repeti non potest: vt supra de condic. indebi. l. nam & maritus. quod fieret

BIU Cujas

fieret si esset perpetua, cũ sit fauorabilis: vt. ff. de cõdictio. indebi. l. qui exceptione. Item quia potest ad meliorẽ fortunã peruenire ipse, vel hæres eius, vel hæres hæredis: nec enim est verisimile ꝙ omnes eius successores sint egeni. argu. C. arb. tute. si defunctus. Item dubitatur de excep. non nume. pecu. ité dotis, & quia quidã dicunt anomalas: quod non est verum quo ad hoc vt sint temporales, vel perpetuæ. nã prima est temporalis, scilicet xxx. dierum, vel biẽnij: vt. C. de nõ nume. pecu. l. in cõtractibus. in prin. §. j. & in dote idẽ, ꝙ est tẽporalis: vt. C. de dote cau. nõ nu. l. fi. & auth. ibi posita. sed quo ad onus probandi potest dici anomala, cũ non sequatur regulã aliarum exceptionũ: vt no. ff. eo. l. j. Ité dubitatur de illa quã opponit fideiussor, vt primo cõueniatur reus: & quam opponit extraneus possessor, vt primo agatur personali: vt in auth. de fideiuss. §. j. & §. sed neque. col. j. Sed dic anomalas. nã potest esse ꝙ erũt temporales. Item & ꝙ perpetuæ, si ab illis satisfiat: vt in dicto corpore authẽticorum §. j. & hoc respectu dicimus opponi post lit. contest. &c. ad instar peremptoriarũ: vt. C. sentẽ. rescin. non pos. l. peremptorias. & facit supra. l. proxi. & instit. eo. §. appellãtur. &. C. eo. l. si pactum. Accur.

Cum quæritur an agens sit effectus locupletior: inspicitur tẽpus litis contestatæ. Paul.

IIII. PAVLVS libro vicesimo ad Edictum.

IN pupillo cui soluta est debita pecunia sine tutoris auctoritate, si quęratur an doli exceptione summoueri debeat: illud tempus inspicitur, an pecuniam vel ex ea aliquid [aliud] habeat, quo petit. [a]

V. IDEM libro octauodecimo ad Edictum.

B IS qui dicit se iurasse, potest & aliis exceptionibus vti cum exceptione iurisiurandi, vel aliis solis. [b] Pluribus enim defensionibus vti permittitur. [c]

Contra legatarium petentem rem legatã à tertio possessore, potest excipi de dolo defuncti. Paul. de Castro.

VI. IDEM libro septuagesimo primo ad Edictum.

SI rem [d] legatam petat legatarius: vt de dolo testatoris excipitur. Nã sicut hæres qui in vniuersum ius succedit, summouetur exceptione: ita & legatarius debet summoueri, quasi vnius rei successor.

Exceptiones meræ personales non transeunt in fideiussorem: secus in meræ realibus, & etiam in mixtis, in quibus habetur respectus ad personam & etiam læsionem: vt est exceptio Velleiani vel Macedoniani, & illa quæ competit minori circumuento. Paul. de Cast.

VII. IDEM libro tertio ad Plautium.

2 EXceptiones quæ personæ cuiusque cohærent, non trãseunt ad alios: veluti ea [e] quã socius habet exceptionẽ [in id] quod facere possit, vel parens, patronúsve: non cõpetit fideiussori. [f] Sic mariti fideiussor post solutum matrimoniũ [g] datus, in solidum dotis nomine cõdẽnatur. [f] Rei autẽ cohærentes exceptiones, etiã fideiussoribꝰ cõpetũt: vt rei iudicatæ [h], doli mali, iurisiurãdi, quod metus causa factũ est. Igitur & si reus pactus sit in rem: omnimodo [i] cõpetit exceptio fideiussori. [k] Intercessionis [l] quoq; exceptio, itẽ qđ libertatis onerandæ causa petitur: [m] etiam fideiussori cõpetit. Idẽ dicitur [n] & si pro filiofamilias [o] cõtra senatusconsultũ quis fideiusserit, aut pro minore vigintiquinq; annis circũscripto. [p] Quòd si deceptꝰ [q] nõ sit in re: tũc nec ipse antè habet auxiliũ, quàm restitutus fuerit: nec fideiussori danda est exceptio.

Ista lex procedit, secundum omnes, quãdo exceptiones non sunt inter se contrariæ, sed possunt se adinuicem compati, puta exceptio pacti. Paul.

VIII. IDEM libro quartodecimo ad Plautium.

C NEmo prohibetur pluribus exceptionibus vti, quamuis diuersæ [r] sunt.

Qui excipit, non videtur confiteri quod actor proponit in libello. Franciscus.

IX. MARCELLVS libro tertio Digestorum.

NOn vtiq; existimatur confiteri de intentione aduersarij * quo [s] cum agitur, qui [t] * exceptione vtitur.

Sententia lata contra vnum, non præiudicat alteri: cui si succedit ille contra quem lata est, potest ea non obstante prosequi hæreditariam causam. Paulus.

---

a *Quo petit.* facit infra de excep. do. l. apud. §. si quis pupillo. & instit. qui. alie. li. §. at ex contrario. versic. sin autem. Sed cõtra. ff. de peti. hæredi. l. si à domino vel à patre. §. penul. Solu. aliud ibi: cum nec meru facilitaris debeat ius suum incõcussum relinquere: nec debeat teneri nisi in quantum locupletior est. vel verius vtrunque inspiciatur: vt ibi. Item quandoque sufficit si non est pauperior: vt infra de solu. l. in pupillo. & facit supra de negot. gest. l. litis. & de condic. inde. l. interdum. Accur.

IS qui. CASVS. Exceptio iurisiurandi cum aliis except. potest opponi: vt si iuraui me non debere tibi. x. te deferẽte, item fecisti mihi pactum de non petendo: has duas possum obiicere. & alia exempla possunt dari. Fran. Accur.

b *Vel aliis solis.* scilicet potest vti. Accursius.

c *Permittitur.* vt infra eod. l. nemo. & infra de reg. iur. l. nemo ex iis. Sed arg. contra. ff. de iudi. l. sed & si susceperit. in prin. & supra de leg. commis. l. si per emptorem.* &. ff. de trib. l. quod in hærede. §. eligere.

d *Item rem.* Pone casum vt. j. de doli excep. l. apud. §. si quis autem. & contrarium quod ibi est de. l. an vitium. quæ est. j. de diuer. & temp. præscrip. & hic dicere potes. & facit supra de adquiren. posses. l. Pomponius. §. sed & legatario. & de Pub. in rem ac. l. eum qui. §. in hac. & distingue hoc vt dixi. j. de reg. iur. l. quod ipsis. Accursius.

E *Exceptiones.* CASVS. Exceptiones quæ cohærent personæ, non transeunt ad alios: vt ecce patronus, & parens, & socius, & maritus habent except. vt non teneantur nisi in quantũ facere possunt. hæc exceptio non cõpetit fideiussoribus eorum. illæ autem except. quæ cohærent rei, bene dantur fideiussoribus: vt est excep. doli mali, rei iudicatæ, iurisiurãdi, qđ metus causa. Ité pacti de non petendo. Item exceptio quæ cõpetit mulieri intercedẽti, datur & eius fideiussori. Item exceptio Macedoniani quæ datur filiofami. datur & eius fideiussori. Item exceptio quæ datur minori læso dolo aduersarij, competit & eius fideiussori. Fran. Accur.

e *Veluti ea.* ſ. exceptio quam. Accursius.

f *Non competit fideiussori.* scilicet si conueniatur quasi fideiussor, non quasi defensor: vt supra pro socio. l. verum. in prin. &. §. j.

g *Post solutum matrimonium.* nã ante prohibitũ est fideiussoré nomine dotis dari: vt. C. ne fideiuss. do. den. l. j. & facit supra de re iudica. sed hoc ita. &. l. si cum.

h *Rei iudicatæ.* Sed nonne in his casibus reus remanet naturaliter obligatus? ergo fideiussor non erit liberatus: vt. j. de fideiuss. l. vbicũque. sed intellige eam vt ibi nota. Acc.

i *Omnimodo.* interdũ aliter: vt supra de pac. l. quod dictum. & de libe. lega. l. iiij. §. j.

k *Fideiussori.* facit. j. de reg. iur. l. in omnibus. & infra de fideiuss. l. ex persona. & infra de cẽsi. l. forma. §. quã quam. &. C. eo. tit. l. defensiones. sed fideiussoris ad fideiussoré nõ datur: vt. j. de fideiussoribus. l. amissi. §. j.

l *Intercessionis.* veluti si mulier intercedens dederit fideiussorem: vt. ff. ad Vell. l. si mulier contra senatusc. §. j.

m *Petitur.* vt. j. quarum re. ac. non datur. l. j. §. quę onerãdæ. Ac.

n *Idem dicitur.* scilicet vt possit vti exce. indulta in integ. rest. dolo aduersarij interueniẽte in circũscriptione: secus si sui facilitate: vt supra de mino. in causæ. j. in gl. in necẽ. &. C. de fideiuss. mi. l. ij. quæ sunt contra. & facit. ff. de procu. l. minor. Accur.

o *Pro filiefamilias.* vt. ff. ad Mace. l. sed si pater. §. non solum.

p *Circunscripto.* dolo aduersarij: vt dixi. Accursius.

q *Deceptus.* scilicet dolo aduersarij: sed sui facilitate. Accur.

r NEmo. *Diuersæ.* & etiam contrariæ, secundũ Io. vt quia soluisse, & se tutum præscriptione diceret: vt &. ff. eo. is qui. &. j. de reg. iur. l. nemo ex his. in princi. sed aliud in actionibus: vt ea. l. nemo. §. quotiens. Accursius.

s *NOn vtique. Quo,* reus supple, quo cum &c.

t *Qui.* reus: quia non cogitur statim probare: vt. C. de probatio. l. exceptionem. nam ponit eam sub conditione, id est si actor fundauerit intẽtionem suam: vt. C. de excep. si quidem. vel ponitur nomen exceptionis pro qualibet defensione contra intẽtionem: vt opponitur pactum tẽporale et si vere deberet: quod tamen negat. & facit. ff. fami. erc. l. qui familiæ. &. C. de præscrip. long. temp. l. emptor. &. j. de regu. iur. l. qui tacet. vel dic loqui in excep. non nume. pecu. & similibus.

Flo. ad-uersarius

Flo. quia

Modestinus.]CASVS. Res inter alios acta, aliis non præiudicat. hinc est quòd si petij à te fundum, & succubui: tandé succesi Titio: & tanquam hæres eius hunc fundū à te peto: non obstat mihi except. quasi alia persona nunc sim in hac causa. Frā.

a *Modestinus respondit.* aliàs incipit, res inter alios &c. R.

b *Nō obest.* vt &.ff.de re iudi. sæpe. in prin. & C. res iter alios acta. l. iter. &. C. qb⁹ res iud. nō nocet. l.j. &. ij. Acc.

c *Nec si is.* duo hæredes creditoris: quorum vnus agēdo p̄ sua parte, succubuit. Iteꝫ vnus de duobus reis stipulādi, agendo succubuit. Sed quid si tecum rei vindic. egi nomine meo, vel agendo, vel defendendo: & pronūtiatum est rem tuā esse: deinde succesi Titio, qui agere posset except. non obstante: nūquid ergo hæreditariā causam p̄agendo nocebit mihi exceptio? Respon. nō: per. l. istam. Iteꝫ quid si egi nomine eius cuius erat, cū tamē mandatū non haberem: nunc cū ei succesi, volo agere ex meo? Respon. secūdū quosdā obstat mihi exceptio. Accursius.

d *Ei.* scilicet socio puta, vel cohæredi.

e *Excepit.* quia ex alia causa agit: & ideo nō ob. excep. vt. j. tit. j. l. & an eadem. secundū quosdam. immo persona alia videtur: vt ea. l. & eo. titu. de excep. rei iudi. l. si is. §. si te. Acc.

X. MODESTINVS libro duodecimo Responsorum.

MOdestin⁹ respōdit: [a] Res inter alios iudicata, aliis non obest. [b] Nec si is [c] contra quem iudicatum est, hęres extiterit ei [d] cōtra quem nihil pronuntiatum est: hæreditariam ei litem inferenti præscribi ex ea sententia posse, quam proprio nomine disceptās, antequā hæres extiterit, excepit. [e]

Qui per errorem approbat instrumenta falsa, vel sententiam latam ipsorum prætextu: non prohibetur de falso accusare, & sententiam petere rescindi per in integrum restitutionem. Paulus.

XI. IDEM libro tertiodecimo Responsorum.

QVi adgnitis [f] instrumentis quasi vera essent, soluit post sententiam iudicis: quæro, si postea cognita rei veritate, & repertis falsis instrumentis, accusare velit, [g] & probare falsa esse instrumenta ex quibus conueniebatur, cum instrumentis subscripserat [h] ex p̄cepto [i] siue interlocutione iudicis: an præscriptio ei opponi possit, cum & principalibus cōstitutionibus [k] manifestè caueatur, etsi res iudicata esset ex falsis instrumentis, si postea falsa inueniātur, nec rei iudicatę præscriptionē [l] opponi. Modestinus respōdit, ob hoc quòd per errorē solutio facta est, vel cautio de soluēdo interposita proponitur ex his instrumētis quæ nunc falsa dicūtur: præscriptioni [m] locum non esse.

In præiudicialibus actionibus, vel exceptionibus, ille habet necesse probare qui asserit. Paulus.

XII. VLPIANVS libro trigesimooctauo ad Edictum.

GEneraliter [n] in præiudiciis is actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id quod intendit. [o]

Post finitum iudicium vniuersale non prohibentur moueri singularia iudicia, vel inter eosdem, vel inter alios. Pau.

XIII. IVLIANVS libro quinquagesimo Digestorum.

SI post litem [p] de hæreditate contestatam res singulæ petantur: [q] placet non obstare exceptionem [r] *quod præiudiciū hæreditati nō fiat.* Futuri enim iudicij, [s] non facti [t] noīe huiusmodi exceptiones cōparatæ sunt.

Si pater agit ex contractu filii: potest sibi obiici exceptio de facto eiusdem filii. Pau.

Qui adgnitis.]CASVS. Cōuictus ex falsis instrumētis quæ confessaui esse vera: si conueniar ex sentētia, possum obiicere exce. quia ex falsis instrumētis cōuictus sum. & hoc cōtinetur principaliter cōsti. nec p̄scriptio mihi obstat: vt dicas: sentētia lata est. nā nō valet talis præscriptio siue allegatio. Frā.

f *Qui adgnitis.* id est non reprobatis. Accursius.

g *Velit.* de falso. idem si ciuiliter de falso velit agere, secūdum Io. vt &. C. de transactio. l. si ex falsis. licet ex hac. l. & ex ea quæ est in. C. de fide instru. l. ij. §. fi. contrariū innuatur, scilicet quòd non possit agi ciuiliter donec viuit delinquens qui possit criminaliter accusari: quod plene dixi. C. de fi. instru. l. fi.

h *Subscripserat.* confitendo esse vera.

i *Ex præcepto.* vtrunque pro eodem. s. pro interlocutoria. vel dic pro præcepto in definitione sententiæ appositō.

k *Constitutionibus.* vt. C. de proba. l. cum precibus. &. C. si ex fal. instru. l. j.

l *Præscriptionem.* id est exceptionem, reo absoluto ex falso instru. idem & econtra reo damnato. nam actor non excipit si reus repetat quod soluit per condictionem sine causa: vt. C. si ex fal. instru. l. j. &. l. pe. & hoc petita [a] prius in integ. resti. vt supra de re iudi. l. diuus. licet hic innuat ipso iure. Accursius.

a Bal. in. l. querelā. C. de fal. Imo. & Alex. in l. diuꝰ. ff. de re iudi. istā gl. reputant sing. ad hoc quod replicatio, seu exceptio falsi, & quòd sentētia lata fuit propter falsas ꝓbationes,

m *Præscriptioni.* aut dicet præscriptioni locum nō esse, scilicet falsorum instrumentorum: vt sic scilicet teneatur stare instrumento, licet falso. & hoc non placet: quia esset contra. ff. de re iud. l. diuus. aut dicet præscriptioni locum non esse, scilicet rei iudi. quo minus etiam solutum repetat. & hoc placet. & tunc est contra. C. de fide instru. l. fi. §. fi. sol. ibi à prin. sciuerat instrumēta falsa reus, & scripta fuerat quæstio falsi: & tandem expectauit. hic autem credidit vera: vt in prin. huius. l. dic ergo exceptioni locum non esse: sed potius repetitioni si soluit. Accur.

n GEneraliter. In præiudicialibus actionibus ille probare debet qui intendit: puta si quis proclamat de seruitutis possessione in libertatem, ipse probare debet se liberum: & econtra si petatur de possessione libertatis in seruitutem, dominus onere probationis fungitur, secundum R. vt. ff. de lib. cau. liberis. §. fin.

o *Intendit.* id est asserit, siue agēdo, siue excipiēdo, vt dixi casum. intendit enim agendo vincere reū. item excipiendo intendit removere actorē à petitione sua. secus autē si excipiens nō intēdat, sed negat intentionē actoris: vt no. supra eo. l. j.

p *Si post litem.* Quidā ponunt casum: si vendo possideo hæreditatē, & spes est vt mihi moueatur peti. hęr. vel mota est per lit. cōtest. & aliquis alius, vel etiā vniuersalis petitor, velit me conuenire ante sentētiā pro legato, vel alia personali vel reali: possum eum remouere exceptione ne fiat iudiciū peti. hęred. vt. C. de pe. hær. l. fi. in prin. &. ff. de pe. hæ. si quis libertatem. post sentētiā autem latā in pet. hæ. nō ob. illi exceptio: vt hic, & secundū hoc intelligas post litē de hereditate cōtestatam & terminatā. & secūdum hanc positionem dicit corrigi hodie hāc legē per. l. fin. §. j. ij. &. iij. C. de pe. hæ. vbi nec ante sententiā obstat hodie exceptio. vel si velis tueri hanc positionem: dic q̄ ibi loquitur quando cōuenitur ex cōtractibus defuncti depositi, vel cōmodati, vel pro legatis: hic rei vind. vel aliter hic petitor hæreditatis agebat aliqua singulari: ibi extraneus agebat cōtra possessorē vel petitorē hereditatis. sed Io. aliter ponit huius. l. casum. scilicet si ego possideo hereditatem, & ante litē contestatam mecū de hæreditate, velim cōuenire debitores hæreditarios, vel possessorē rei hæreditariæ: non possum: ne fiat præiudicium petitioni hæreditatis. Post litē autē contestatam non obstat mihi exceptio illa. nam postea potero conuenire debitores illius, siue possessores, si actio est peritura tempore. Item si negligā hoc facere: actor qui me cōuenit peti. hæ. poterit prædictos cōuenire: vt &. ff. de pe. hæ. l. si bonæ fidei. &. l. diuus Pius. econtra si tractes de eis cōueniendis, scilicet possessoribus hær. tunc loquitur. C. de pe. hæ. l. fin. per totum. & no. quòd in duobus differunt hæ positiones casuū. Primo enim cōuenitur possessor, secundo agit. Item primo demum post sentētiam, secundo post litem contestatam. & secundum vtrūque non obstat. ff. de pe. hæ. si quis libertatem. §. ita demū. quę signatur cōtra. Pro prima positione est. j. eo. l. fundum. Accursius.

q *Petantur.* per extraneos, vel per vniuersalem petitorem hæreditatis agentem contra possessorem hæreditatis rei vindicatione, vel alia singulari personali vel reali actione, secundū primum casum. Vel econtra petantur per possessorem vel petitorem hæreditatis agentem contra extraneos reali vel personali, secundum alium. Accursius.

r *Non obstare exceptionem.* obst. tamē exceptio rei iudi. si ex eadem causa res singulas peteret ex qua hæreditatem petit: secus si ex alia: vt. j. tit. j. l. si quis. §. fi. &. l. Iulianus. secundum illam sentētiam quando lis finita erat.

s *Iudicii.* id est sententiæ ferendæ secundum primū casum. vel, id est litis contestandæ, secundum Io.

t *Non facti.* scilicet sententiæ latæ, secundum primum casum, vel litis contest. secundum Io.

Filiusfamilias.]CASVS. Filiusfām. seruum peculiarē vēdidit Titio pro. x. & stipulatus est pretium dari. tandem quia erat vitiosus,

vitiosus,redditus est filio:& postea decessit hic seruus.pater huius filij vult petere prædicta.x.à Titio.dicitur quòd repellitur excep.in factum.Franciscus.

a *Redhibitus.* ipsi filio etiam extra ius.Accursius.

b *Exceptionem.* nam & eũ repetere posset si soluisset:vt.ff.de ædil.edic.l.quod si nolit. §.in factũ.multo fortiꝰ excipit si nó soluit.Ac.

c *Qui redhibitus est.* hoc ita, si redhibendus erat,aliter nó:vt.C. de pac.l.filius. Accursius.

Duersus.] CASVS. ADetuli tibi iramentũ:& iurasti te nõ debere mihi.x.nũc adhuc ago cõtra te ad illa.x.tu excipis de iuramento.ego replico ꝙ dolo iurasti:& sic falsum.dicitur quòd non audior.Franciscus.

d *Replicatio.* ei qui detulit, vel eius successori.cæterum creditori in cuius fraudem dicitur delatum, datur: vt supra de iureiu.l.nã posteà.§. sed & si quis. Accursius.

e *Non debet.* eo solo quòd periuriũ cõmisit.

f *Ne de iureiurando.* iuste nécne iuratũ sit: sed hoc solũ,an iuratũ sit:nisi in casib⁹ in quibus quęritur iuste nécne iuratum sit: vt.ff.de iureiur.admonendi. & j. de crimine stellio.l. fi.&.C.de iureiuran.l. fi.& facit.ff. de iureiur. in litem.l.fi. & de dolo.l.quòd si deferente.

Vndum Titianum.] CASVS. Petebam à te fundũ Titianum: hac causa pẽdente peto à te viam mihi deberi per fundum tuum Sempronianum ad istũ Titianũ.dicitur quòd non audior:ne per hãc secundam causam fiat præiudicium primę.seu ecõtra,vt in.l. seq. & quæ ratio sit diuersitatis,dicitur in glo.l.seq.quæ glo.incipit, id est res.& hoc dicit hæc.l.& seq.Franciscus.

g *Controuersia est.* ergo superius eo.titu.in.l.si post .intelligendum est post litem contest. & finitam,secundum quosdam.

h *Præiudicium.* qualecunque.

i *Non fiat.* id est non fieri debeat.

k *Viam.* hoc exceptionem recipit.ff.de serui.l.ei qui pignori.

l *Meum.* & ideo si succubui in petitione fundi,remouebor à petitione viæ.sed si ante viam &c.

m *Sed si ante.Titianum.* scilicet iudicio iam cœpto in via.

n *Corpora sunt.* id est res.nam nulla seruitus est corporea. Item videtur hæc mala ratio.nam idem videtur posse signari in superiori casu:sed alia est ratio diuersitatis,quia in isto casu per secundam quæstionem non potest fieri pręiudicium primæ quæstioni:quia maior res vertitur in prima quàm in secunda:cum ex prima fiat præiudicium ad secundam:sed non econtra.sed in superiori casu econtra:& ideo fieret pręiudicium priori per posteriorẽ:vt.j.eo.l.rei.&.ff.de iud.l.per minorem.Item alia ratione, quia in primo casu si pronũtietur mihi viam deberi,præsumitur qualitercũque quòd fundus sit meus:alioquin via mihi nõ debetur.sed in isto licet ꝓnuntietur meus fundꝰ,non ꝓsumitur debita via.sed certe ambæ istæ rationes ad idẽ tendunt. Sed oppo. si primo petij viã,& postea fundũ:& succũbam in fundo:nõne fit mihi prędiciũ in via? Rñ.nó reo,sed vtilitas fit reo:& rei fauore

XIIII. ALFENVS VARVS libro secundo Digestorum.

FIliusfamilias peculiarẽ seruum vendidit,& pretiũ stipulatus est.is homo redhibitꝰ,a & postea mortuus est: & pater eius pecuniam ab emptore petebat,quam filius stipulatus erat. Placuit æquum esse, in factum exceptionẽ b eũ obiicere, *quòd pecunia ob hominem illum expromissa est, qui redhibitus est.* c

Contra exceptionem iurisiurandi nõ admittitur replicatio de periurio. Pau.

XV. IVLIANVS libro quarto ad Vrseium Ferocem.

ADuersus exceptionem iurisiurandi replicatio d doli mali non debet e dari:cùm prętor id agere debeat,ne de iureiurando f cuiusquam quæratur.

Quando duo iudicia sic se habent quòd absolutoria lata in primo, parit exceptionẽ rei iudicatæ in secundo:& condẽnatoria lata in secundo, parit reo præiudicium in primo: concursus non admittitur.aliàs secus. hoc dicit cum duabus.ll. seq. Bartolus.

XVI. AFRICANVS libro nono Quæstionum.

FVndum Titianũ posides: de cuius ꝓprietate inter me & te controuersia est:g & dico præterea viam ad eum per fundum Sempronianum, quẽ tuũ esse constat, deberi. Si [à te] viã petam:exceptionẽ, *quod præiudicium* h *prædio non fiat,* i vtilem tibi fore putaui: * videlicet ꝙ non aliter viam k mihi deberi probaturus sim, quàm[si] prius probauerim fundum Titianum meum l esse.

A hoc dicitur.& ff.ꝑ.de ser.vrb.ꝓdi.l.iij.§.qui habet.&.j.e.l. fũdi.

o *Restitutionum.* i.ipsæ restitutiones, quia altera ꝓ patientiã, altera per corporalẽ traditionem: vt.ff.de serui.vrb. prædi.l.j.§.fi. Vel dic ꝙ ex alia causa.nã fundꝰ vt meus, seruitꝰ vt debita: vt no. C.de vsufru.l.corruptionẽ. Quid ergo si simul intẽtet vtrãque? Respõdeo,primo fundũ debes petere:cũ altera sit iudicialis. ar. C.de adul.l. quoniam.

p *Non nocebit.* exceptio.s.hæc,quòd præiudicium petitioni vię non fiat. * Flo.petat

XVII. PAVLVS libro septuagesimo ad Edictum.

SEd si antè viam, deinde fundum Titianũ m petã:* quia & diuersa corpora sunt, n & causæ restitutionum o dispares: non nocebit exceptio. p

XVIII. AFRICANVS libro nono Quæstionum.

FVndi quem tu propriũ tuũ esse dicis,partẽ q à te peto:& B volo simul iudicio quoq; communi diuidũdo agere sub eodẽ iudice. Itẽ si eius fundi quẽ tu possideas,& ego propriũ meũ r esse dicã,fructus condicere tibi velim: quęsitũ est, s an exceptio *quòd præiudiciũ fundo, partíve eius non fiat,* obstet,an denegãda sit. Et vtrubique putat interuenire prætorem debere,nec permittere petitori,priusquam de ꝓprietate constet, t huiusmodi u iudiciis experiri. x

XIX. MARCIANVS libro tertiodecimo Institutionum.

OMnes exceptiones y quæ reo cõpetunt, fideiussori C quoq; etiã iuito reo cõpetũt. z

XX. PAVLVS libro singulari de Conceptione formularum.

EXceptiones opponunt aut quia factũ sit quod fieri oportuit:aut quia factũ sit,quod fieri non oportuit:aut quia factũ non sit,quod fieri debuerat. a Quia factũ est quod fieri oportuit:datur exceptio b rei venditæ & traditæ, c & rei iudicatę. d Quia factũ est qđ fieri non oportuit:datur exceptio

Respõdeo,primo fundũ debes petere:cũ altera sit ꝓiudicialis. ar. C.de adul.l. quoniam.

Vndi.] CASVS. Cũ peterẽ à te partem certã fundi qué tu tuũ totũ dicebas:hac causa pendẽte volo agere cõmuni diui.non audior. Itẽ si à te petam totum fundũ:& hac causa pẽdẽte petã eius fructꝰ ꝓ condictionem: dicitur quòd nõ audior. Fran.

q *Partẽ.* ꝓ indiuiso.

r *Propriũ meum.* prius petij fundũ totum rei vindi.nunc per condictionem fructus peto.

s *Quæsitum est.* in superiori casu.

t *Cõstet.* & sic obtineã. & sic facit contra nos: quia & si non obtineã, deberé agere Publiciana,& sic cõmuni diui. & sicut denegatur cõmuni diui.vt hic:sic etiã denegabitur Publiciana.sed dic ꝙ hic volebam agere communi diui. ex eadẽ causa:dicẽs me directè dominũ ꝓparte.& plene dic vt no.ff.de eui.l.minor.& facit.l.venditor.&.l. si mãcipiũ.eo.tit.&.ff.fami.er.l.j.&.l.fũdꝰ. Ac.

u *Huiusmodi.* i.cõmuni diuidũdo vel cõdictione.Sed nõne quotidie fit cõtra in fructib⁹? Respõ. hic primitꝰ principaliter petũtur, quod non licet:sed vt accessoriæ.Ac.

x *Experiri.* quæstiones istæ, & quæ fiunt.ff.e.l.fundum.cõtingentes sunt.& hoc est quod dicitur.ff.de iudi.l.per minorem.Io.

y *Omnes exceptiones.* cohęrentes rei:& integro statu rei:vt.C. e.l.defensiones.&.C.de non nu.pe.l. tam mandatori. Et D not.ꝙ hæc est huius.l.sententia,ꝙ siqua exceptio cõpetit reo, eadẽ & fideiussori datur:fideiussor etiã inuito reo eam opponat. sub hoc enim prætextu,quia lex aliud sonare videtur quàm velit,& magistri & scholares sæpe decipiũtur.& secundũ hoc non obstat.ff.eo.l.exceptiones.&.C.de non nu.pe.l.si cui.&.ff. de doma.l.si fideiussor.&.ff.de li.le.l.si quis reũ.&.j.de fideiuss.l.ex ꝓsona.&.l.si testamento.&.l.si stipulatus.

z *Cõpetunt.* reo manẽte in integro statu:vt.C.e.defensiones. Ac.

Exceptiones.] CASVS. Exceptio competit ob id quod factũ est & fieri debuit:vt si vendis mihi rẽ & tradis. Itẽ excep.rei iudicatæ,quando à me eam petis,repello te per except.quandoque ob id quòd est factum quod fieri nõ debuit:vt doli mali excep.quandoque ob id quod nõ est factum,quod dic vt in glo.ff.

a *Quod fieri debuerat.* potest adiici quartus modus, quia non fit quod fieri non oportet:quod potes habere per multa exempla, vt in omni exceptione,intentionis maxime:vt.ff.eo.l.ij.Ac.

b *Exceptio.* puta rei quam vendidisti mihi,dominus non erat postea factus dominus eius vindices. Accursius.

c *Et traditæ.* vt.ff.de excep.rei vendi.l.j. Accursius.

d *Iudicatæ.* quia iudicatum est pro reo qui ius habebat.idem

ecõtra si contra eum,& soluit:vt.j.tit.j.l.si quis cum totũ.§.plane.si autẽ est dãnatus,& non soluit:non habet locũ exceptio hęc.

a *Quia*.veluti si patronum in ius vocauit.

b *Possessionis*.veluti si emancipatus à debitore hæreditario petat nondum petita bonorum possesone,repellitur except. non petitæ bo.poss. & no. quòd improprie ponitur hæc excep.cum nõ data bo.pos.nulla sit actio contra hæreditarium debitoré.vel dic quòd fuit petita bo. pos. & ita agnita:vnde cõpetit act.sed obstat exceptio,quia data non fuit à prætore viuo, secundum Io.sed hodie forte nõ obstat: vt.C.qui admit.ad bo. pos.l.fi.Item in bonorum possessoria hæreditatis pe. potest poni quæ non competit nõ habita bo.pos.vel etiã rei vind.contra singularem possessorem rei hæreditariæ.

* *Flo.conditio*

* *Flo. exceptio,quasi*

Rei maioris.]*CASVS*. Si moui litem contra te: & hac pendente moueam tibi aliam litem,quæ in totum tangit primã: obiicitur mihi exceptio quasi hæc causa præiudicaret primę:quod esse nõ debet:de quo da exemplum.ff.eo.l. fundum.&.l.fundi.idem si in aliquo tangeret primam:vt quando moui quæstionem hęredi.interim volo agere contra debitores hæredit. petendo debita tanquã hęres.nam per hoc fieret præiudicium primæ:quod esse non debet.Fran.Accursius.

c *Vel tota*.de tota pone exemplum.ff.e. fundũ.&.l.fundi. De parte,vt quando ante lit.contest.in peti.hære. agit petitor cõtra debitores hæreditarios:vt dixi.ff.e. si post.alia exempla da quæ no.ff.de iud.l.per minorem. Accursius.

doli mali. Quia[a] non factũ est quod fieri debuit,vt bonorum possessionis[b] non datæ.

XXI. NERATIVS libro quarto Membranarum.

REi maioris pecuniæ pręiudicium fieri videtur, cum ea quæstio in iudicium deducitur,quę vel tota,[c] vel ex aliqua parte communis est quæstioni de re maiori.

XXII. PAVLVS libro singulari de variis Lectionibus.

EXceptio est cõtradictio,[d]* quæ modo eximit[e] reum damnatione:modo minuit[f] dãnationem. Replicatio[g] est cõtraria exceptioni,* quasi exceptionis exceptio.

XXIII. LABEO libro sexto Pithanôn à Paulo epitomatorum.

PAul'[h] [ait:] Si quis statuã in municipio ea mente posuit, vt ea municipij esset:& eam petere vult:excludi eum oportet præscriptione in factum data.

XXIIII. HERMOGENIANVS libro sexto Iuris epitomarum.

FIliusfamilias[i] exceptionem iurisiurandi patri quærit,[k] si eũ dare nõ oportere iurauerit.

DE EXCEPTIONE REI iudicatæ.

TITVLVS II.

Sententia lata contra vnum super vna re,non parit exceptionem rei iudicatæ contra alteris super alia re.hoc primo.nec etiã contra eundem & super eadem re, si causa propter quam fuit lata,cessat.hoc secundo. si vero non cessat, tunc bene parit contra eundem,& etiam contra alium qui reputatur eadem persona,si iterum agat pro eadem re, & ex eadem causa:licet intentet actionem diuersam.Pau.

I. VLPIANVS libro secundo ad Edictum.

CVm res inter alios iudicatę,nullum aliis præiudicium[l] faciant:ex eo testamento vbi libertas data est vel legatum,*agi potest,[m] licet ruptum,[n] vel irritum,[o] aut nõ iustum[p] dicatur testamẽtum:nec si superatus fuerit legatarius,prę iudicium[q] libertati fit.

II. IDEM libro tertiodecimo ad Edictum.

QVi cum hærede eius egit[r] qui filium præterierat,& exceptione summotus est, *At* si non[s] in ea causa sint tabulæ testamenti, vt contra eas[t] bonorum possessio dari possit:*[u] omittente[x] emãcipato filio[y] bonorum possesionem,non iniquè restituetur[z] vt agat cũ hęrede.& ita Iulianus libro quarto Digestorum scripsit.

III. IDEM libro quintodecimo ad Edictum.

IVlian' libro tertio Digestorum respondit, exceptionem rei iudicatæ obstare quotiens eadem quæstio inter easdẽ per-

DE EXCEPTIONE REI IVDICATAE.

Cui detur, victori inquam, & non victo:& quando:hic recita distin.quã habes.j.eo. si mater.§.2.ad quos transeat:vt.j.eo. si à te.§. Iul. & .l.itẽ.&.l.si mater.§.hoc iure.&.l.si cum testamento.§.fi. supple per similitudinẽ pacti quod est.ff.de pac.l.& hæredi.§.fi.&.l.fideiussoris.& C.si vn⁹ ex plurib.l.t.& ff.de inoffi. testa. posthum⁹.§.si quis. et.j.de adul. l.denuntiasse.§.quæritur. inter quos.j.eo.l. si mater §.hoc iure.in fi.&.§.si egero.&.§.fi.&.j.e.d. exceptio rei iudi. &.l. iudicatæ.l.respon.&.§.fi.& ff.de re iudi.l. sæpe.&.ff. de inoffi.testa.l.Papi.§.si ex causa.& de sta.homogenuũ.& de libe.ag.l.t. in fi.&.l.si vero.alias sue cõtra.secundũ Io.Ac.

* *Flo.*

CVm res.]*CASVS*.In quodã testamento[o] inter cætera quæ erant relicta,erant legata & libertates. Tandẽ vnus ex legatariis petiit legatũ,& succubuit:quia testamentũ inuentum fuit nõ valere:vt quia ruptũ agnatione posthumi,vel irritũ.queritur an hoc præiudicat seruis quibus relictæ sunt libertates? Et dicitur quòd non:quia res inter alios acta,aliis nõ præiudicat.Fran.Ac.

l *Præiudicium*.vt.ff.titu.j. Modestin⁹. nisi in casib⁹ quos dic vt not. C. quibus res iu. non noc.l.j. & facit.ff.de trãsac.l.iij.in pri.Azo.

m *Potest*.ad libertatẽ, vel legatum.Ac.

n *Ruptum*.agnatione posthumi.

o *Irritum*.capi. demi. Accursius.

p *Non iustum*.i. non solenne.ad quæ facit.j.ad.l.Cor.de fal.l.si quis legatum.Ac.

q *Præiudicium*.plenũ:sed qualequale.arg.ff.de re iudi.l.sępe.Sed contra.ff.de inoffic.testa.Papinianus.§.si ex causa.Solu.vt ibi.nã ibi rumpit quod est:hic declarat.& sic hic contra nullum præiudicat.Item contra.ff.de pign.l.iij.in prin.Solu.vt ibi.Ac.

QVi cum hærede.]*CASVS*. Pater filium emancipatum prę teriit,& extraneum instituit, & reliquit legatum Titio. Titio,cum vellet petere legatum, opposita fuit excep.quòd emancipatus contra tab.agebat,& postea volebat agere peti.hære.& sic succubuit Titius. Tandem emancipatus omisit contra tab.dicitur quòd ipse Titius restituitur in integ.vt posit adhuc petere legatum.Fran.Accursius.

r *Qui cum hærede eius egit*.petẽdo legatũ,sed secus in creditore habet:vt.ff.ad Treb.l.cũ hæreditas ex Treb. hodie idẽ in legatariis:vt in cõtrario.C.de pet.hære.l.fi.lex tñ alia etiã in legatariis idẽ dicit:vt.ff.si cui plus quàm per.l. Fal.l.hæc autẽ.§.j. Azo.

s *Si non*.verba exceptionis.Accursius.

t *Eas*.emancipato præterito. Accursius.

u *Possit*.quia fieret præiudicium peti.hære. quam est propositurus qui petit contra tabulas?

x *Omittente*.vel expresse,vel tacitè,per temporis cursum.Ac.

y *Filio*.cum enim emancipati mentionem facit:an idẽ in suo præterito? Respon. tunc ab initio ipso iure testamentum esset nullum,nec tractu tẽporis conualesceret:vt insti.de exhær.lib.in prin. Sed de æquiate[a] conualesceret vtiliter,si ille su⁹ filius nihil auocare vellet:vt.ff.de iniusto test.l.filio.&.l.posthumus. Itẽ dic hic bonorum pos.edictalem.nam decretalem repudiare non potest:vt.ff.de succes.edic.l.j.§.decretalis.

z *Restituetur*.per in integ.restitu. vt no.ff. de transactio.l.iij. §.j.

* *Ausidius*.

BIU Cujas

§.j.& facit.ĭ.de ac.& ob.l.qui cum hærede.&.s̈.de cõtra tab.si p̃teritus.&.s̈.de bo.lib.quãdiu.&.ĭ.de iure fis.l.apud.Ac.

Vlianus.]CASVS. Exceptio rei iudicatæ habet locum quando eadem quæstio iterum inter easdem p̃sonas mouetur. hinc est quòd si singulas res petij rei vindi.& succubui,postea easdem volo petere vt hære.ex eadem causa vt prius: certe repellor except. rei iudi. idem econtra. Secundo dicit in.l.seq. quòd excep.rei iudicatæ comprehendit omnes p̃sonas quæ p̃sunt rem deducere in iudicium. quod exponẽ vtí glo.Accur.quæ incipit:cum habeãt legitimam &c. Hinc est quòd si tutor nomine pupilli egit,& succubuit:obstabit excep.pupillo agere volenti. itẽ si ꝓcurator egit & succubuit:obstabit excep. domino agere volenti ad idem. Tertio dicit: Si ad eandem rem agat qui priꝰ egerat,& succubuerat:licet alia act. nunc agat, obstabit ei except. rei iudi. & ponitur exemplum:vt ecce tenebaris mihi ad.x. acti.mandati.postea tu venisti ad gerenda negotia mea: & non exegi à te ista.x.cùm vellem agere cõtra te,ꝑmisisti mihi iudicio sisti.forte quia immobilia non p̃sidebas,egi contra te act.mandati,& succubui.postea volo agere act. negotiorum gestorum,vel certi condictione ad eadem.x.obstabit mihi exceptio.& hoc dicit hæc lex, & duæ seq.Franciscus.

a *Petitis.*rei vindi.

b *Petat.*ex eadem causa,non postea superueniente.& facit.s̈.de pac.l.si vnus.§.item si pactus.&.ĭ.e.si quis in totum.§.fin.&.s̈.de peti.hære.l.postquam.&.s̈.de contra tabu.l.si post.§.illud.

c *Rei iudicatæ.Solent.* cum habeant legitimam administrationem publicam,vel priuatam. publicam, vt tutor vel curator.priuatam,vt procurator.& ideo si victus fuerit tutor,curator,procurator:exceptio obstat pupillo adulto,& ei qui procuratorem dedit:& econtra.Cęterum si coniuncta persona agat, quæ potest sine mandato agere:vt.s̈.de procu.l.sed & hæ. si hæc persona vincatur, non obstat exceptio domino:nisi habeat ratum:vt.ĭ.iudi. solu.l.iij.§.j.& hoc in actore & eius parte potest habere locum.Item ex parte rei potest locũ habere:quia ad defendendum omnes admittũtur oblata cautione iudi.sol. quo casu si sententia feratur pro eo qui se obtulit defensioni,proderit exceptio reo si ab eo petatur.non autem noceret ei,nisi esset tutor vel curator:vt.ĭ.e.si mater.§.hoc iure. & fa.ĭ. rem ra. ha.si sine.&.j.de lit.l.j.in fi.

d *De eadem. Actione.* dummodo causa petendi eadem sit quæ ab initio,id est priori iudicio.Accursius.

e *Acturus.*& egit,aliàs non obstaret rei iudi.exceptio,nisi egisset,& sententia lata esset.Accursius.

f *Negotiorũ gestorũ.* pone ꝙ tenebatur actione mãdati ad.x.postea illa deuoluta sunt in actione neg.gest.puta quia à se nõ exegit cũ ipsius absentis gereret negotium sine mandato postea:vt.s̈.de neg.gest.l.diuortio.&.s̈.man.l. si remunerandi.§. apud Iul. &.l. si negotia.& facit.s̈.de act.emp.l.nõ est nouum. & de iureiur.l. duobus.§.exceptio.&.C.de eden.l.edita.& instit.de act.§. siquis aliud.&.ĭ.eo.l.cum quæritur.Azo.

Singulis.]CASVS.Si plures act.cõpetũt ad idẽ:sufficit vnã intẽtari:& reddit mirabilis ratio in litera:vt cũ habeo rei vin. & cõdic.furti.cõtra furem ad rẽ subreptã,sufficit vnã intẽtari.& idẽ in similibus.& de his dic plene vt in glo.hic positis. Fran.

g *Singulis controuersiis.*vnã controuersiã dicit vnã causam,id est factũ illud ex quo actio nascit:de quo cũ semel actũ fuerit,quãuis actiõe & occasione aliarũ actionũ,nõ debet iterum quæri de eodẽ,saluo si plus est in secũda:vt.ĭ.vi bo.rap.l.j. Itẽ eo saluo, si nõ fuit omnes causas p̃secutus,cũ actio esset generalis:vt.C. de iudi.l.ij.& secũdũ hoc potest poni casus per has.ll.vt.ĭ.de act. & obli.l.plura.& de pec.l.hinc quæritur.j.rñ.&.s̈.de noxa.act.l. in delictis.§.fi.No.etiã ꝙ non licet plures simul proponere:vt hic &.ĭ. de regu.iur.l. nemo ex.§.quotiens. nisi in casu:vt.s̈.quorũ le.l. j.§.quod ait prætor. & facit.ĭ.de verb.sign. si qua pœna.Itẽ no.ex eo quod subiicit de infinitate vitãda.ad quod est s̈.de dã.infe.l.si finita. in prin.Itẽ no.de consuetudine.sic.s̈.de pub. l.si publicanꝰ.§.fi.Ac.

Actiones plures simul proponere licet.

de eadem re experiatur, etsi diuerso genere actionis quàm instituit,videtur de eadẽ re agere.

VI. PAVLVS libro septuagesimo ad Edictum.

SIngulis cõtrouersiis[g] singulas actiões,[h] vnũq; iudicati finem sufficere,[i] probabili ratione placuit:ne aliter mod' litium multiplicatus summam atque inexplicabilẽ[k] faciat difficultatẽ,maximè si diuersa ꝑnũtiarent.[l] Parere ergo exceptionem rei iudicatæ, frequẽs[m] est.

Qui petit totum & succumbit, obstat exceptio rei iudicatæ, si postea vult petere partem ex eadem causa:secus si ex diuersa. Paulus.

VII. VLPIANVS libro septuagesimoquinto ad Edictum.

SI quis cum totũ petisset,partem petat:exceptio rei iudicatę nocet.nã pars in toto est.[n] eadem enim res accipitur & si pars petatur eius quod totum petitum est.nec interest,vtrum in corpore hoc quæratur,an in quãtitate,vel in iure.[o]

h *Actiones.* id est vnam actionem ex multis ad idem competentibus.

i *Sufficere.* & excipi de re iudi.licet alia actione agatur.

k *Inexplicabilem.* per hoc non remouet quin liceat plures actiones protestari:& per alteram protestamur quod petimus.verum si proposita vna pronuntiatum sit contra me:obstabit exceptio si alia agam act.ex eadẽ causa.aliter dicentibus inexplicabilis esset litiũ finis. & hoc secundũ quosdã.sed de hoc dic vt no.s̈.de trib.l. quod in hærede.§.eligere.

l *Pronuntiarentur.*nunc pro actore,nunc pro reo.

m *Frequens.*id est consuetum est.

Si quis cum totum.]CASVS.Petij rem totam,& succubui,nũc peto partem eiusdem rei ex eadem causa.dicitur quòd obstabit except.rei iudi.nec est vis siue id quod petij consistat in corpore,siue in quantitate,siue in iure. & de hoc vltimo da exemplum vt habes in glossa domini mei Accursij,quæ incipit: vt in vsufruct.&c. & in litera subiicitur exemplum de corpore:vt si petij totum fundum rei vindi.& succubui:postea volo petere partem eiusdem fundi pro diuiso,vt à fossato supra:vel pro indiuiso,vt partem dimidiam,vel tertiam:obstabit mihi exceptio. Idem si petij duas res,& succubui:postea vnam ex his tantũ volo petere ex eadem causa,obstabit mihi excep. Postea dicit,petij fundũ,& succubui:postea volo petere arbores excisas de fundo prædicto:vel si petij domum & succubui,nunc volo petere tigna vel lapides ex eadem causa. vel petij nauem & succubui: postea volo petere tabulas eiusdem nauis.vel si petij ancillam quam dicebam prægnantem,& lite pendente concepit & peperit,& succubui:postea volo petere partum eius. quæritur an in omnibus istis casibus obstet excep.rei iudi? Et dicitur quòd fere in omnibus istis casibus obstat excep. & bene dixi,fere:quia in casu illo vbi petij insulam, & succubui:& postea volo petere lapides vel tigna domo destructa:dicitur quòd non obstat except.& redditur notabilis ratio in litera.idem est in fructibus fundi,vel partu ancillæ. nam petito fundo vel ancilla,si succubui, bene possum petere partum eius vel fructus:nisi in petitione fundi vel ancillæ obtinuerim, & restitutus mihi fuit fundus vel ancilla cum æstimatione fructuum vel partus.nam amodo fructus non possum petere.In fine regula traditur notabilis in litera.& hoc dicit hæc lex & seq.Fran.

n *In toto est.*vt.ĭ.de reg.iur.l.in toto & pars.

o *In iure.*vt in vsufru.vt si petij totius fundi vsumfru.& postea partis:nam diuisionem recipit:vt not.supra de vsufru.l.v.in cæteris seruitutibus secus,quia indiuiduæ sunt:vt supra ad leg.Fal. l.j.§.si vsusfru.licet quidam etiam in eis ponant casum:vt si petij viam, & postea peto iter:quod nihil est,quia tunc aliud peto,cum aliud sit via,& aliud iter:vt.s̈.de seruitu.vrba. prædio.l. j.&.ĭ.eo.l.si mater.§.si quis iter. Item potest poni in hæreditate, quæ est ius: vt.ĭ.§.fi.&.s̈.de pact. si vnus.§. antepenul. Item potest poni si primo petij fundum,postea vsumfru. causalem.se-

cus

cus autem si formalem: vt.ĵ.eo.si cum testamento.§.si fundum.& facit.s̄.de leg.ij.cum filius.§. dominus. Item facit ad.l.s̄.de dam. infect. dies.§. si intra. & infra de verbo. oblig.l.qui vsumfru.& infra eo. egi. &.ĵ.de verbo.sig.l.recte dicimus.§.fi. &.l.appellatione rei.&.l.pupillus.§.fi.est argumentum contrarium.

a *Proinde.* exemplum de corpore.

b *Certum locū.* non habita mentione partis.

c *Nam nocebit.* vt & ĵ.eo. si cum testamento.§.ij.

d *Excisas.* arg.contra s̄.de pig. act. si conuenerit.ij.§.si quis.

e *Lapides.* ex eadem causa qua petiit fundū. aliud si ex alia: vt.ĵ. ꝓxi.§.& facit.s̄.de pac.l. si vnus.§.antepe.

f *Si ancillam prægnātem.* id est quam dicebat prægnanté, sed nō erat. Accursius.

g *Id quæritur.* ex eadem causa.

h *Fere.* quare dicit fere, statim subiicit: sed in cæmentis &c.

i *Petit.* & succubuit.

k *Aliud petere.* hic est contra.s̄. proxi.§. Sol. vt ibi. Item contra.s̄. de pac.l. si vnus.§. antepe. Sol. vt ibi.

l *Non vtique.* semper, sed quandoque. Acc.

m *Cæmēta.* scilicet per cōsequentiā, licet hoc frequenter contingit, scilicet quòd cuius est domus,& cæmenta.

n *Separata.* nisi iā duplum consecutus fuerit per act. de tigno iuncto.

o *Vindicare.* vt &.s̄. de acqui.re.do. adeo.§.cū in suo. & insti. de rerū diui.§.cum in suo.

p *Non nocebit.* si habes sine non, plana est, & tūc consonat.s̄. proxi. §. item si quis fundum. & de pac. si vnus.§.antepe. Si vero habeas, non nocebit, vt habent fere omnes communiter, tūc cōcordat quod s̄. dixi de cæmentis: & secundum vtrūque dicendum absolutū. Potest tertio legi prout habes non, scilicet quòd reus fuit condemnatus & in matre: & sic non habet excep. vt.ĵ. eo.l.euidēter. & bene tunc continuatur, plane &c. sed secundum mediam positionem est contra. C. de li.cau.l.fi. Sol. hic dominij inter duos, ibi liberalis causa agitur: vt ibi diximus. vel hic alia ex causa petiit, ibi ex eadem causa qua contra matrem. & facit.s̄. de vsufr.l.partum. Sed & in hoc quòd lite pendente ex re petita prouenit: potest dici quòd si per se potest peti, nō obsit exceptio rei iudi. aliàs sic: vt. C. de iudi. l.j.&. C. depositi. l.iiij. & facit.s̄. de rei vin. l. ex diuerso.*§.j.

* & ex diuerso.

q *Partus.* nominatiui casus. Accursius.

r *Venerunt.* hic dicit quando possessor condemnatus est.

s *Æstimatique.* que ꝓ vel: & supple æstimatio eorū prestita est.

t *Obiiciendā.* ĵ.eo.l. euidenter. contra. Sol. Bene dicimus condēnato proficere exceptionem, si tamen soluit, vel soluere paratus est: sed à tali prodesse liberet nos dominus. Vel dic, obiicitur exceptio in eo in quo videtur absolutus à re, scilicet cum præstitit æstimationem, cum sit emptio: vt.s̄.pro emptore.l.iij.&.s̄.de rei vindi.l.eius rei. Item contra.s̄.de lib.ho. exhi.l.iij.§.penul.solu.

o *Abruptum.* id eſt ſubreptũ à liberto ipſi patrono, vel econtra ipſi liberto ereptũ per ſtip. patroni. & ad hoc. ſ. quæ in frau. cred. l. quæ autẽ. §. ſimili. & l. fin. circa prin. Item idem intelligo, ſecũdum Azo. ſi non fieret lucrum: ſed male adminiſtrauit dolo vel culpa: arg. ſ. de neg. geſt. l. eum actũ. & l. at qui. & fa. ſ. de manu. teſta. l. ſeruum. & C. de libe. cau. l. fi. & C. an ſeruus ex ſuo facto. l. promiſſæ. Sed quæ erat dubitatio? Reſpon. ſecũdum Io. & quia cauſa onerandæ libertatis, & quia ſicut de neg. geſt. non tenetur, ita nec de ſtip. ſuper eo interpoſita. venit ergo in hãc ſtipulationem quamtum eum ex bona fide præſtare oportet. & hoc videtur promittere: vt & aliàs. ſ. loca. l. quæro. circa princi.

p *Non poſſum.* vt & C. de ope. liber. l. ſi quam. in fi. Accurſius.

q *Belliſime.* id eſt pulchre. & bene differẽtia aſſignatur: ſed certe immo non bene aperit. dic ergo: aut ſtipulatur aliquid ſimpliciter patronus incontinenti vel ex interuallo: annuum vel menſtruum vel ſemel præſtandum: & tunc poteſt peti quaſi donum, vel munus, vel opera. Si autẽ non ſimpliciter, nec animo exigẽdi ſimplici-

Hal. abreptum

† *iſte. §. facit in ar. ad id quod no. in proœmio prag. ſanc. gl. ſup verbo, Karolꝰ, citra mediũ dũ loquitur de poſſeſſione violẽta.*

IVſiurandum.] *CASVS.* Iuſiurandum habet ſimilitudinem cum ſententia. nam qui defert iuſiurandum aduerſario, facit eum iudicem in cauſa ſua. Secundo dicit: pupillus detulit iuſiurandum aduerſario: & iurauit ſe non debere. ſi agat pupillus tutore auctore ad illa decem, nõ obſtat ei exceptio iuriſiurandi, niſi illud iuſiurãdum detuliſſet tutore auctore. Tertio dicit: cum peterem à te fundum quem poſsides, & dicis te emiſſe à Titio domino fundi: & tale pactum tecum feci quòd diſcedam à petitione fundi ſi Titius iuret ſuum fundum tibi vendidiſſe & tradidiſſe: ſi hoc iurat Titius, & petã amodo à te fundum, opponitur mihi exceptio. Quarto dicit: aut fideiuſſor meus de ſe tãtum iurauit ſe non eſſe obligatum, id eſt non fideiuſſiſſe: & hoc non prodeſt mihi. ſi autem iurauit pecuniam non fuiſſe numeratam, vel iurauit ſolutam fuiſſe: tunc prodeſt mihi: & dabitur mihi exceptio ex iuramento eius. [*SI MANVMISERO.*] Stichus ſeruus meus geſsit negotia mea, & male. eum manumiſi. poſtea ſtipulatus ſum ab eo mihi dari tãtum in quantum teneretur ſi liber exiſteus geſsiſſet bona mea prædicto modo. dicitur quòd ex hac promiſsione tenetur: nec videor cauſa libertatis onerandæ prædicta ſtipulatus, cũ velim eũ lucrari de meo. [*QVAE ONERANDAE.*] Quæ ſtipulatur patronus à liberto cauſa libertatis onerandæ, non poteſt petere: vt ſi promiſit libertus patrono dare. x. pro qualibet vice qua eum offendet, & ſic propter hoc libertus ſemper ſit in metu, & quicquid mali facit ſibi patronus, ſuſtineat libertus. & hoc eſt verum quando iuxta manumiſsionem patronus ſtipuletur prædicta, vel ſimilia pacta fiant. ſi autem ex interuallo, id eſt dudũ poſt manumiſsionem prædicta ſtipuletur patronus à liberto, bene tenetur libertus: cum ſponte videatur promiſiſſe: niſi nimia patroni reuerẽtia ductus vel metu hoc promiſit. nã & hoc caſu habet libertus exceptionem. [*SI ONERANDAE.*] Cum manumitterẽ Stichum, feci ſecum tale pactum ſtipula. vallatum: vt quandocũque ipſe libertus offenderet in aliquo me patronũ: ſim ſocius eius in bonis ſuis, id eſt bona ſua ſint mihi & ſibi cõmunia. dicitur quòd ſi agam contra eum ex prædicta conuentione ad bona ſua com-

BIU Cujas

simpliciter, sed si patronum in aliquo offenderit: tunc demũ exigat, non aliàs: tunc dicitur causa libertatis onerandæ imponi: vt hic subiicit, &.j.eo.l.fi.in fi. hoc tamen distincto: quia si incontinenti hoc modo stipuletur, præsumitur satis causa onerãdæ libertatis promissum. si autẽ ex interuallo promittitur, eodem modo imputet sibi libertus, nisi ꝓbet quòd nimia reuerẽtia & amore quẽ habuerat in patronũ, sic promisit, vt hic subiicit: & ita ex eo quod ex interuallo fit, transfertur onus probandi in libertum. Ac.

a *Subiectus.* scilicet patrono. Accursius.

†*Id est, imminens*

b *Incontinenti.* i. tẽpore quo manumittitur.

c *Liberto.* promittenti prædicto modo.

d *Eum.* scilicet libertum. Accursius.

e *Metu solo.* aliter accipitur hic metꝰ quàm C. de transac. l. interpositas. & not.

*a Bal. in l. j. C. de bo. ma. in vlt. & Alexã. hic in apost. ad Bar. istam glo. sing. reputarũt ad hoc quòd si lentium ꝓpter patris reuerẽtiam interueniẽs, cẽsetur traditio: & nimia reuerẽtia & metus æquiparantur. sed gloss. secũdũ eos est nimis restricta: quia nõ magis loquitur in patre vel filio, quàm ĩ aliis quos timere ꝑtet. Bolog. *Fl. sed &*

[a] hic aruit quòd mulier quæ rem suam vendidit vel hypothecauit si renũtiauit metu vel reuerentia, quòd possit reuocare. Idem de clerico qui metu & reuerentia episcopi renũtiauit prębendæ, licet non interueniat corporis cruciatus. Accursius.

f *Libertatis.* puta si in aliquo me offenderis, ero socius tibi in bonis tuis, id est mihi & tibi sint cõmunia: vt argu. j. de bo. lib. l. j. §. fin. vel dic, erimus socij te ponente centum in societate: & ego ponam tantundem: cum hoc patrono expediebat, quia libertus bene scit negociari.

g *Pro socio.* ad cõmunicanda bona, secundum primũ casum: vel ad conferendum secũdum alium, cum offenderit in aliquo libertus patronũ: sic enim agitur pro socio: vt no. ff. communi diui. l. j. Ac.

imponũtur [liberto] vt si libertus patronum offenderit, petãtur ab eo, semperque sit metu exactionis ei subiectus: [a] propter quem metum quoduis sustineat patrono præcipiente. In summa, si incontinenti [b] impositum quid sit liberto [c] quod †ἐπεωρᾳμένον† onerat eius libertatem: dicendum est exceptioni locum facere. Sed si post interuallum, habet quidem dubitationem: quia nemo eum [d] cogebat hoc promittere. sed idem erit probandum & hic, tamen causa cognita, si liquidò appareat libertũ metu solo [e] vel nimia patrono reuerentia ita se subiecisse, vt vel pœnali quadã stipulatione se subiiceret. ℣ Si [onerandæ] libertatis [f] causa societatem libertus cum patrono coierit, & patronus cum liberto pro socio [g] agat: an hæc exceptio sit necessaria? Et puto ipso iure tutum esse libertum [h] aduersus exactionẽ patroni. ℣ Exceptiones onerandæ libertatis causa, sicut & cæteras [i] [exceptiones] fideiussori non esse denegandas, sciendum est: nec ei [k] quidem qui rogatu liberti reus factus [l] est: sed nec * ipsi liberto, [m] siue procurator ad defendendum à reo [n] datus fuerit, siue hæres ei [o] extiterit. [p] Cùm enim propositum sit prætori, in huiusmodi obligationib⁹ reo [q] succurrere: nõ seruaturum propositũ suum, nisi fideiussorem quoq;, & eũ qui rogatu liberti reus factus fuerit, [r] aduersus patronũ defenderit. Etenim parui refert, protinus libertus patrono cogatur dare: an per interpositã fideiussoris vel rei [f] personam. ℣ Siue autem ipsi patrono sit promissum, siue alij voluntate patroni: onerãdæ libertatis causa videtur factum: & ideo hæc exceptio locũ habebit. [t] Quòd si patronus libertum [u] suum [protinus] delegauerit creditori: an aduersus creditorem cui delegatus promisit libertatis onerandæ causa, exceptione ista vti possit, videam⁹. Et Casius existimasse Vrseium refert, creditorem quidẽ minimè esse summouẽdum exceptione, quia suum recepit: veruntamen libertum [à] patrono posse cõdicere, si non transigẽdæ controuersiæ gratia id fecit. [x] ℣ Item si libertus [y] debitorem suum patrono delegauerit, nulla exceptione summouẽdus est patronus: [z] sed libertus à patrono per condictionem [a] hoc repetet. ℣ Hęc exceptio non tãtum ipsi liberto, verùm successoribus [b] quoque liberti danda est: & versa vice hæredem [c] patroni summouẽdum, si hęc persequatur, sciendum est.

h *Libertum.* quia contractus est bonæ fidei: sed in contractibus stricti iuris vt in stipulatione obligatur, sed excep. habet: vt. ff. §. quæ onerãdæ. &. j. proxi. §. & facit. ff. de ope. lib. l. Labeo ait. Ac.

i *Cæteras.* rei cohærentes: vt. ff. de excep. l. exceptiones. §. j. &. C. de excep. l. defensiones. & ad Velle. l. mulierem.

k *Nec ei.* scilicet denegandas. Accursius.

l *Reus factus est.* transferendo in se obligationem vel totam, vel eius partem: qui dicitur expromissor: vt. ff. de dolo. l. & eleganter. §. seruus. Accursius.

m *Liberto.* scilicet non esse denegandas.

n *A reo.* id est expromissore. Accursius.

o *Hæres ei.* scilicet expromissori.

p *Extiterit.* libertus.

q *Reo.* id est liberto. Accursius.

r *Factus fuerit.* transferendo in se obligationem: vt. ff. dixi.

s *Vel rei.* qui rogatu liberti principaliter se obligauit: vt. C. de vsu. rei iudi. l. fina. §. fina. &. ff. de pac. l. quod dictum. Accursius.

t *Habebit.* ff. de condic. indebi. si non sortem. §. libertus. contra. Solu. ibi debebantur patrono siue officiales, siue artificiales. hic non cum effectu.

u *Libertum.* facit. ff. tit. j. l. pure. §. si eum. & quod ibi not.

x *Id fecit.* id est quod promiserat creditori patroni.

y *Ité si libertus.* cõuersus casus ad superiorẽ: sed tamẽ idẽ iuris est.

z *Patronus.* sed cur secus in fideiussore & expromissore: vt. ff. ea. l. §. exceptiones. qui excipiunt: vt ibi. sed hic debitor delegatus nõ excipit: quia huius nõ interest, cũ cuicũque soluat, liberatur. at illi aliàs non tenentur, & interest eorum potiꝰ nõ soluere quàm solutum patrono à liberto repetere: vt. j. de fideiuss. l. si stipulatꝰ esses. in principio.

a *Per condictionem.* sine causa, vel certi: vt argu. ff. si cer. pet. l. fi & me.

b *Successoribus.* in vniuersum ius: secus in singulari: vt. ff. j. respõ.

c *Hæredem.* secus in successore singulari: vt ff. ea. l. §. siue autem. in fine.

SI filiofamilias. IVLIANVS. Filius iurauit deferẽte aduersario patris, patrem non debere. x. quæ ab eo petebãtur. dicitur quòd hæc exceptio prodest patri. [*SI IN ALEA.*] Pone casum vt in glos. quæ incipit, puta &c. [*SI SERVVS.*] Seruus promisit mihi decem vt eum manumittam: & manumisi. & liber factus, eadem decẽ mihi promisit. Dicitur quòd tenetur. nec videtur libertatis onerãdæ causa ꝓmisisse. tũc enim videtur promissum causa libertatis onerandæ, quando aliquid stipulatur patronus non animo exigẽdi, sed vt libertus eum timeat, & obtẽperet ei. Franciscus Accursius.

d *Exceptio.* vt. ff. de excep. l. fi. & ff. de iureiuran. l. quanto magis. Quid autem econtra si pater iurat filium dare non oportere? Respõ. forte datur exceptio filio. arg. j. de verb. obl. l. quodcũque. §. si quis ita. secundum H. immo sine forte, vt. ff. de iureiur. l. qui iurasse. §. si pater. Accursius.

e *Si in alea.* Intelligo aleam esse ludum. sunt enim quidam cõcessi: vt. ff. de alea. l. antepe. & pe. & fi. vnde cum nõ committitur iuribus fortunæ: non habet locum quod hic dicitur de venditione secundum H. Item & cum committitur, & non est prohibitum, vt ad vnum caponem: non habet similiter locum. & facit. ff. de proba. l. in exceptionibus. in fin. Accursius.

f *Vendam.* puta si vicero, vendas mihi fundum Titianum: & si viceris, vendam Sempronianum pro decem tibi. vel ipsam rem tibi vendidi: & precium lusi, vel ipsum æstimatam lusi. vel dic venturo filio principis, cum putarem ab eo proiici in vulgus, vendidisti mihi quasi in aleam fortunæ illud quod eras acceptarus: & quod postea accepisti, mihi dedisti: & est euictum: non teneris. argu. ff. de contrahen. emp. l. nec emptio. & de act. emp. l. ex empto. *§. fi. ibi, quemadmodum &c. Vel secundum R. vendo ego ludens, & precium mihi ludenti soluis: quod perdo. de euic. non teneor: sicut nec tu vsucapis: vt. ff. pro empto. l. si quis cum sciret. & intelligebat etiam in ludo permisso.

g *Vt ludam.* ipsam rẽ: vel æstimationẽ, vel inæstimatã: & intelligo hoc casu quando inæstimatã etiã in ludo permisso secũdũ R.

Non esset.

BIU Cujas

a *Non esset.* maxime. Accursius.

b *Spondeat.* idem si non spopondisset. nam hoc casu etiam ex promissione in seruitute facta tenetur: vt. C. an seruus ex suo facto. l. iij. quod est speciale contra regulam primæ. l. in eo. titu. & facit. ſ. de libe. cau. l. fina.

c *Alioquin iniquū est.* No. sic supra de actio. empt. l. ex empto. * ibidem. & ſ. de condic. cau. da. l. si pecuniā. §. quod si distracturus. Accursius.

d *Non exigat.* pure, & non expectata conditione: vt hic fuit. & facit. ſ. eo. l. j. §. quæ onerandæ. & quod ibi no.

DE LITIGIOSIS.

Quia & hæc est exceptio: ideo iste titulus hic ponitur post alias exceptiones.

Litigiosam.] CASVS. Eoipso quòd denuntio Titio ne Stichum seruum quem possidet vendat: licet postea vēdat, nō fit res illa litigiosa. Secūdo dicit, primus petebat à secundo Stichum seruum, & lis est de hoc contestata. emi istum Stichum à quodā Titio. c. est mihi traditus: & postea eū desij possidere: nūc eū petere volo à possessore. Dicitur quòd non obstat mihi exceptio litigiosi. & redditur ratio in litera. Tertio dicit: emi Stichum ab eo cū cuius tutore vel curatore vel procuratore agebatur ad illū Stichum: & est mihi traditus ille Stichus. & postea desij possidere eū. dicitur quòd si volo petere illum Stichū, repellar excep. litigiosi, si sciens litigiosum eum emi. Fran.

e *Denunciatio.* facta fuit vēditori: vt hic, & C. eo. l. j. in fi. idem si emptoti: vt. C. de rescin. vend. l. si maior. Sed an inducat malam fidem? Respon. sic, si cœperit habere malam fidem, aliàs non: vt supra de mino. l. tutor. & ſ. quod fal. tut. auctо. l. si id inquit. & secundum hoc intelligitur. C. de rei vindi. l. si fundum. In casu forte præsumitur mala fides: vt supra quæ in frau. credi. l. ait prętor. §. ita demum.

f *Sit lis contestata.* hodie non est opus contestatione: vt in auth. de liti. in princi. col. viij. nisi personali actione forte: vt. C. eo. l. ij.

g *Exceptioni.* exceptionē patitur qui rem litigiosam emit: quia si cecidit à possessione, & petit eā ab aliquo: obstat exceptio rei litigiosæ. & fa. ſ. quæ res pig. ob. poſſ. l. j. §. eam rem.

h *Quia.* aliàs quòd, id est quia.

i *Iungant.* forte etiam simulatè. argu. ſ. de transac. l. cum hi. §. transactionis. versi. si cum lis. Accursius.

k *Non poterant.* id est difficile erat. Et nota hic quòd vitium litigiosi non afficit rem. aliàs noceret cuilibet, vt furti vitium. Ac.

l *Cum ipso.* minore: vel domino, vel furioso. Accursius.

m *Pertinere.* emi ergo ab eo cum cuius tutore vel curatore vel procu. agebatur. repellar exceptione si sciēs emi rem litigiosam: v. j. l. proxi. & agam nunc contra aliquem possidentem: & sic est in rem, ex parte opponentis, hæc exceptio: sicut exceptio doli: vt ſ. de dol. excep. l. ij. §. j.

ptor. ℣ Si seruus promittat domino pecuniam vt manumittatur, cùm aliàs non esset [a] manumissurus dominus: eamque liber factus spondeat: [b] dicitur non obstare exceptionem patrono, si eam petat. nō enim onerādæ libertatis causa hæc pecunia promissa est: alioquin iniquum est [c] dominum & seruo carere, & pretio eius. Totiens ergo onerandæ libertatis causa pecunia videtur promitti, quotiens sua spōte dominus manumisit, & propterea velit libertum pecuniam promittere, vt non exigat [d] eam, sed vt libertus eum timeat, & obtēperet ei.

DE LITIGIOSIS.
TITVLVS VI.

I. VLPIANVS libro septuagesimosexto ad Edictum.

LItigiosam rem nō facit denuntiatio [e] quæ impediēdę vēditionis causa fit.

Lis duorum primi & secundi non facit rem litigiosam: quæ venditur ab eo qui litem pro ea re non patiebatur. hoc dicit.

℣ Si inter Primum & Secūdum sit lis contestata, [f] & ego à Tertio emero, qui nullam controuersiā patiebatur: videamus an exceptioni [g] locus sit. Et putem subueniendum mihi: quia is qui mihi vendidit, nullam litem habuit: & quia [h] * fieri potest vt duo in necē eius litem inter se iungant, [i] qui cum ipso litigare nō poterāt. [k] Si tamē cū procuratore, tutore, curatoréve alicuius iudiciū acceptum sit: cōsequens erit dicere, quasi cum ipso [l] litigetur, ita ad eum * exceptionem pertinere. [m]

Ad hoc vt rès fiat litigiosa: inspicitur scientia siue ignorantia eius qui emit, & non eius cui acquiritur. hoc dicit.

II. IDEM libro sexto Fideicommissorum.

SI seruus cum emerit [n] sciuit: ignorauit autē dominus, vel contra: videndum est, cuius potius spectanda sit scientia. Et magis est vt scientia inspicienda sit eius qui comparauit, non eius cui adquiritur: & ideo pœna litigiosi [o] competit: sic tamen, si non mandatu domini emit. nam si mandatu, [p] etiam si sciuit seruus, dominus autem ignorauit, scientia non nocet. & ita Iulianus in re litigiosa scribit.

Patitur pœnam dupli, qui rem litigiosam consecrat, vel dedicari facit. Item æquum est eum cōmodum percipere pœnæ cōmissæ, qui damnum sustinuit. h. d.

III. GAIVS libro sexto ad legem duodecim tabularum.

REm de qua controuersia est, prohibemur in sacrum dedicare: alioquin dupli pœnam [q] patimur: nec immerito: [r] ne liceat eo modo duriorē aduersarij conditionem facere. [s] Sed duplum vtrum fisco, an aduersario præstandum sit, nihil exprimitur. Fortassis autem magis aduersario [præstandum sit:] vt id veluti solatiū habeat pro eo quòd potentiori aduersario traditus est. [t]

Rem de qua.] CASVS. Si de re aliqua est tibi mota lis à me, & tu eam dedices, teneris in duplum. nam iniquum esset per te fieri duriorem mihi aduersarium sine pœna. & hoc duplum mihi dabitur. & redditur ratio. Franciscus Ac.

q *Pœnam.* non inuenio in alio casu pœnam statutam, nisi quæ statuitur hodie. C. eo. l. fi. quæ est contra.

r *Nec immerito.* scilicet statuimus pœnam dupli: vt sic terreantur homines à talibus. Sed quæritur, an fiat religiosa? Respon. non, si aliena erat: & hoc innuit in fine huius. l. sicut nec religiosam facit quis rem alienam: vt institu. de rerum diui. §. religiosam.

s *Facere.* fit deterior si fiat religiosa, vel si fiat sacra, quantum in eo est: si etiam adiungeretur ædibus, cum esset tignum: vt supra de rei vindi. l. in rem. j. §. tignum. Item si fiat alienatio in potentiorem. argumen. supra si ex noxa. cau. l. j. §. j. non tamen hic dupli pœna locum habet, nisi in casu quem hæc lex ponit. Acc.

t *Traditus est.* scilicet actor. Accursius.

DE OBLIGATIONIBVS ET actionibus.

Obligationes.] CASVS. Obligationes quædam nascuntur ex contractu: quædam ex maleficio: quædā ex variis figuris causarū. quod vltimū expone vt in glo. hic posita, quæ incipit, quæri consueuit &c. Secundo dicit cp oblig. quæ nascuntur ex contractu, quædam fiunt re: quædam verbis: quædam literis: quædam consensu. De obliga. quæ fiunt re, dat quatuor

tuor exemplaſcilicet in mutuo,item in commodato,item in depoſito,item in pignore quod datur creditori: nam eſt obligatus ad rem reddendã ſoluto debito.Sequitur de obliga.quæ fit verbis:& primo qualiter fiat. nã fit ex interrogatione & reſpõſione, cum quid dari fieríve nobis ſtipulamur:& quandoque quis obligatur ſuo nomine:quãdoq; alieno,& iſte vocatur fideiuſſor.Poſtea dicit quòd cũ ſtipulor aliquid dari quod dari non poteſt,vt liberum hominem,vel rem ſacram: non valet ſtipulatio. Item ſi rem meã ſtipulor mihi dari. idẽ ſi ſub impoſsibili cõdi. ſtipulor: nã non valet ſtipulatio. Item furioſus non poteſt ſtipulari vel promittere.item puer qui eſt talis ætatis vt non intelligat quid agat: non poteſt ſtipulari vel ꝓmittere, niſi ſit talis ætatis vt poſsit loqui, & habeat aliquẽ intellectum. item mutus,itẽ ſurdus non poſſunt ſtipulari vel promittere.& redditur ratio in litera. Sequitur de oblig.quæ fiũt conſenſu: vt eſt venditio, locatio, & ſimiles: & ideo dicũtur conſenſu, quia non eſt opus ſcriptura,neque literis,neque verbis. hinc eſt ꝙ inter abſentes poſſunt fieri.item in eis veniũt ea de quibus non eſt actum: vt vſuræ ex mora:& alia de quibus dic vt in glo.&.h.d.hæc.l. & ſeq.Fran.Accur.

a *Iure*. ſubaudi ſcilicet.Accurſius.

b *Figuris*. Quæri cõſueuit, quæ ſunt iſtæ obligationes q̃ oriũtur ex variis figuris cauſarum? Reſpon.quidam, illæ quæ ſunt ex quaſi contractu, & ex quaſi maleficio: & talem dicũt condictionem furtiuam :ſcilicet ex quaſi contractu, & ex quaſi maleficio:& ſecundum hoc ſunt tantum tria membra. Alij dicunt,vt H.hoc eſſe dictum propter condictionem furtiuam, quæ habet inſignia contractuũ & maleficiorum,non tamen eſt ex maleficio,quia datur in hæredem:vt inſti.de obli.quæ ex delic.in fin. Item non ex contractu: quia non daretur in quantum eſt locupletatum peculium tantũ, ſed in ſolidum quatenus peculium in ſolidum pateretur : vt.ſ.de pecu.l.iij.§.ex furtiua cauſa.& ſecundum H. dic.ſ. ex contractu, ſcilicet vel quaſi.Item ex maleficio,ſupple vel quaſi: vt ſit argumentatio à ſufficienti partium enumeratione : & ſecundum hoc ſunt quinque membra. Vel intelligendum eſt de obligationibus quæ non ſunt iure.ſ.ordinario: ſed magis proprio quodam iure, id eſt extraordinario ſeparato à contractu vel quaſi:& maleficio vel quaſi: vt actiones quæ dantur loco interdictorum : vt in interdicto quod vi aut clam : & eo caſu cum datur contra eum qui non fecit,ſed ratum habet: vel de noxa. quibus conuenitur dominus ex delicto ſerui:vel de pauperie: vel de act. quod me.cau. quæ datur contra bonæ fidei poſſeſſorem,& in ſimilibus.de vtilibus autẽ dico per prætores dari, non oriri ex contractu ex quo directa, vel alio facto ex quo datur directa : vt ex albo prætoris corrupto. nam cum quis vendit actionem ſuam : emptori datur vtilis,non naſcitur.vel dic,datur vtilis non ex illa véditione, ſed potius ex ipſo veteri cõtractu:not.C.de leg.l. ex legato. De act. in rem dic quòd non naſcitur ex obligatione: vt inſti.de act.§.j. vnde nec propriè dicitur actio:vt.j.eo.l. actio. Item ſtipulationes prætoriæ & interdicta non ſunt propriè actiones: vt.j.eo.l. actionis verbo. De actionibus quæ oriuntur ex pactis inconti-

Quæ ſunt obligatiões quæ oriuntur ex variis figuris cauſarum.

DE OBLIGATIONIBVS & actionibus.

TITVLVS VII.

Hæc lex multum artificialiter procedit per diuiſiones obligationum. & diuiditur cum duabus.ll.ſeq. & principio quartæ in ſex partes. In prima ponit primam diuiſionem obligationum. In ſecunda ſubdiuiſionem.In tertia declarat quomodo contrahitur obligatio re. In quarta, quomodo contrahitur verbis. Quinto,quomodo conſenſu. Sexto ponit & declarat quomodo contrahitur obligatio ex maleficiis. ſecunda ibi, obligationes.tertia ibi,re contrahitur.quarta ibi, verbis autem. quinta in.l.ſeq. ſexta in princi.l. quartæ vſque ad.§. ſi quis abſentis.& textus eſt planus.

1. GAIVS libro ſecundo Aureorum.

OBligationes aut ex cõtractu naſcũtur, aut ex maleficio, aut proprio quodam iure[a] ex variis cauſarũ figuris. [b] ℣ Obligationes ex contractu, [c] aut re cõtrahuntur, aut verbis,aut conſenſu. [d] Re contrahitur [e] obligatio,[veluti]mutui datione. Mutui autem datio cõſiſtit in his rebus quę põdere,numero,menſuráve[f] conſtant:veluti vino,oleo,frumento, pecunia numerata : quas res in hoc damus,[g] vt fiãt accipiẽtis, poſtea alias recepturi eiuſdẽ generis & qualitatis. Is quoque cui rem aliquam commodamus, re nobis obligatur : ſed is de ea ipſa re[h] quam acceperit, reſtituenda tenetur. & ille[i] quidem qui mutuum accepit: ſi quolibet caſu quod accepit, amiſerit: nihilo minus obligatus permanet. [k] Is verò qui vtendũ accepit: ſi maiore caſu[l], cui humana infirmitas reſiſtere nõ poteſt, veluti incendio, ruina, naufragio, rem quam accepit, amiſerit:ſecurus eſt.aliàs tamen exactiſsimam diligẽtiam[m] cuſtodiendæ rei prę̃ſtare compellitur : nec ſufficit ei eandem diligentiam adhibere, quam ſuis rebus adhibet, ſi alius diligentior cuſtodire potuerit. Sed & in maioribus[n] caſibus ſi culpa eius interueniat,[o] tenetur:veluti ſi quaſi amicos ad cœnam inuitaturus , argentum quod in eam rem vtendum acceperit, peregrè proficiſcens ſecũ portare voluerit, & id aut naufragio, aut prædonum hoſtiúmve incurſũ amiſerit. Is quoq;[p] apud quem rem aliquam deponimus, re nobis tenetur:[q] qui & ipſe de ea re quã acceperit, reſtituẽda tenetur. Sed is etiam ſi negligenter rem cuſtoditam amiſerit, ſecurus eſt. Quia enim non ſua gratia accepit, ſed eius à quo accepit : in eo ſolo tenetur, ſi quid dolo perierit. negligentiæ verò nomine ideo non tenetur, quia qui negligenti amico rem cuſtodiendam committit,de ſe queri[r] debet.magnam tamẽ negligentiã[ſ] placuit in doli crimine cadere. Creditor quoq; qui pignus accepit,re tenetur:[t] qui & ipſe de ea ipſa re quã accepit,reſtituenda tenetur. ℣ Verbis[u] [autem] obligatio contrahitur ex interrogatione & reſponſu : cũ quid dari fieríve nobis ſtipulamur.

nenti appoſitis: dicunt quidam quòd ſunt ex variis figuris cauſarũ: ſed poſſunt dici ex cõtractu, cum ſint obligatoria talia pacta vel conuentiones. Nam[a] & ipſum pactũ eſt contractus.Accur.

c *Obligationes ex contractu.* impropriè poni tur: vt.j.de verb.ſigni. l.Labeo.Accur.

d *Conſenſu*. quartum membrum, ſcilicet literis,non ponitur:quia iure ciuili fuit introductus:& ſic per has leges incognitę vel quę non eſt frequens. vel dic ꝙ ſub hoc verbo, ſcilicet verbis, continetur. nam verborum obligatio aliàs enũtiatiuorum, id eſt ſine literis : aliàs in ſcriptis. ſed inſtitu.eo. ponitur hoc membrũ.Accur.

e *Re contrahitur*. hæc & ſequentia expone vt inſti. qui. mo. re contrahi.ob.per totum. & caue tibi: quia hic non ponit de indebito inter obligationes ex cõtractu:licet in inſt.ponat : ſed inter eas quæ ſunt ex quaſi cõtractu vt.j.eo.l.ex maleficiis. §.is quoque.Accur.

f *Menſuráve*. de his dixi.ſ. ſi certum petatur.l.ij.§.j.Accur.

g *Damus*.ex propoſito. tamen ſæpe eaſdem res recipimus etiam ignorantes.Accur.

h *Ipſa re*. in hoc differt à mutuo: & dic vt inſti.eo.§.ij.Accur.

i *Et ille*. ſecunda differentia.

k *Permanet*. vt &.C. ſi certum peta.l.incendium.præterquã traiectitia: vt.ſ.de nau.fœ.l.in nautica. ſed hoc non eſt ex natura mutui, ſed pacti : vt.ſ.de nau.fœ.l.j. Item excipe.ſ.titu.iij.l.ſi opera. Accur.

l *Si maiore caſu*. id eſt fortuito. Accurſius.

m *Diligentiam*. hoc diſtingue vt.ſ. commo.l. ſi vt certo.§. interdum.& facit lex,in rebus.

n *In maioribus*. ſcilicet fortuitis.Accurſius.

o *Interueniat*. ſcilicet caſus.

p *Is quoque*. dic vt inſtitu.eo.§.præterea.

q *Tenetur*. niſi ita poſita ſit vt certa quantitas reddatur:tunc egreditur ſuos terminos:vt.ſ.depoſi.l.Lucius.

r *Queri*. id eſt ſibi imputare debet : vt inſti.eo.§.penul.Accur.

ſ *Negligentiam*.id eſt latam culpã:vt.ſ.depoſiti.l.quod Nerua. & facit.ſ.ad Trebel.l. mulier.§. ſed enim.&.ſ.de ſuſpe.tu.l. impuberibus.§.j.&.j.de verborũ ſign.l.magna. ſed in caſibus tenẽtur de fortuito caſu,quod dic vt.ſ.depoſiti.l.j.§.ſæpe euenit.Ac.

t *Tenetur*. quo ad pignora:ſed quo ad hypothecariam ſecus.nã illa contrahitur ſolo conſenſu:vt.ſ.de pign.act.l.j. & de hoc dic vt nota.inſti.qui.mo.re contrahi.oblig.§.fin.Accur.

u *Verbis*. hucuſque de his quæ re contrahũtur:nunc de his quę verbis.quod dic vt inſti.de verbo.oblig.in prin.

Vocatur.

BIU Cujas

Sed aut proprio nomine quisque obligatur, aut alieno. Qui autem alieno nomine obligatur, fideiussor vocatur. [a] & plerumque ab eo quē proprio nomine obligamus, alios accipimus qui eadē obligatione [b] teneantur: dum curamus vt quod in obligationē deduximus, tuti [o] nobis debeatur. ℣ Si id quod dari stipulemur, [c] tale sit, vt dari non possit: [d] palam est naturali ratione inutilem [e] esse stipulationem: veluti si de homine libero, vel iam mortuo, vel ædibus deustis, facta sit stipulatio inter eos qui ignorauerint [f] eum hominem liberum esse, vel mortuum esse, vel ædes deustas esse. Idem iuris est si quis locū sacrum aut religiosum dari sibi stipulatus fuerit. Nec minus inutilis est stipulatio, si quis rē suam, ignorans suam esse, stipulatus fuerit. Item sub impossibili conditione [g] factam stipulationem constat inutilem esse. ℣ Furiosum, siue stipuletur, siue promittat: nihil agere natura [h] manifestum est. Huic proximus est, qui eius ætatis est, vt nondum intelligat [i] quid agatur. sed quo [k] ad hunc benignius acceptum est. Nam qui loqui potest, creditur [l] & stipulari & promittere rectè posse. [m] ℣ Mutum [n] nihil pertinere ad obligationem verborum, natura manifestum est. Sed & de surdo idem dicitur: quia etiā [o] si loqui possit, [p] siue promittat, verba stipulantis exaudire debet: siue stipuletur, debet exaudire verba promittentis. Vnde apparet, non de eo [surdo] nos loqui qui tardius exaudit: sed qui omnino non exaudit.

a *Vocatur.* largissime acceptus, etiam pro expromissore quādo liberatur reus, accipitur: quia fidem suam ponit pro alio. stricte aliter: vt institu. de fideiuss. & dic vt ibi. Accursius.

b *Obligatione.* quantum ad rem quæ vna est: & quia vna solutio vtrāque tollit, alia est tamē vnius, & alia est alterius obligatio: & sic quo ad formam diuersæ sunt, vt in duobus reis promittendi: vt. j. de duobus reis. l. iij. §. fina. Accur.

c *Stipulemur.* aliàs stipuletur, passiue.

d *Non possit.* vel quia nō est, nec esse potest: vt chimæra. vel quia stipulator non habet cōmercium propter religionis diuersitatem, vt Iudeus mancipij Christiani. vel ratione delicti, vt hæreticus: quibus casibus inutilis est stipulatio. aliter si promissor non habet rei commercium, stipulator habet: vt. j. titu. j. l. multum.

e *Inutilē esse.* indiget enim stipulatio naturali & ciuili ratione.

f *Ignorauerint.* per qd videbatur valere: sicut emptio liberi hominis valet inter ignorantes: vt. ŝ. de contrah. empt. l. qui officij. §. j. & l. liberi. & l. domum. & j. tit. j. l. nemo. & insti. de inuti. stip. §. si impossibilis. Accur.

g *Conditione.* natura scilicet vel iure. quod dic vt instit. de inuti. stipu. §. si impossibilis. Accursius.

h *Natura.* quia consentire impeditur.

i *Intelligat.* scilicet plenissimè. Accur.

k *Quo.* id est quantum. Accursius.

l *Creditur.* dummodo aliqué sensum habeat: & non sit infans: vt infra tit. j. l. j. & l. mulier. nisi in casu: vt. j. rem pup. sal. fo. l. seruum. & de his duobus dixi instit. de inuti. stip. §. furiosus. & §. pupillus. & facit. ŝ. qui. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. plane interdū. & j. tit. j. l. fin. §. j. Accursius.

m *Posse.* tutore auctore, vt opus est. Accursius.

n *Mutum.* de hoc dic vt insti. de inuti. stip. §. mutum. Accur.

o *Qui etiam.* scilicet surdus.

p *Possit.* quod quandoque contingit, quādoque non: vt. C. qui test. face. pos. l. discretis.

q *Consensu.* dic vt institu. de obli. ex consensu. Accur.

r *Ideo autem.* prima ratio.

s *Proprietas.* id est qualitas. Accursius.

t *Consentire.* id est simul & præsentialiter sentire. secus si dicam, vellem rem meam vēdere ei qui est absens. quo audito ille dicat quòd vellet emere vel velit. nam semper cum dicit lex inter absentes contrahi: subiicit, per nuntium vel epistolam. Item q dicit obligationem verbis contrahi: non ideo dicit, quòd non exigatur consensus: sed quia non sufficit. at in his quæ consensu cōtrahuntur: sufficit, & non exigitur verborum solennitas: vt. j. l. proxi. §. pe. & §. fi. Item not. a distinctionem ex vi nominis. nam vbi distincta sunt nomina, vt emptor & venditor, nascuntur duę actiones, & vtraque directa. Idem est vbi idem nomen est, vt socius. porro vbi nomē à nomine descendit, vt mandatarius à mādatore: duæ sunt actiones: vna directa, & alia contraria.

u *Item in his contractibus.* secunda ratio. Accursius.

x *Præstare oportet.* non de eo solo quod dictū est: vt ecce de vsuris ex mora: & circa partus & fructus. sed in stipu. aliud est: vt institu. de obli. ex consensu. in fi. Accursius.

est no. & singu. not. quòd aliquando actiones dirę nascātur ex vtra que parte. Bolog.

II. IDEM libro tertio Institutionum.

CONsensu [q] fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis. Ideo autem [r] istis modis cōsensu dicimus obligationem cōtrahi, quia neque verborum neque scripturæ vlla proprietas [s] desideratur: sed sufficit eos qui negotia gerunt, consentire. [t] Vnde inter absentes quoque talia negotia cōtrahuntur: veluti per epistolā vel per nuntium. Item in his cōtractibus [u] alter alteri obligatur de eo qd alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet. [x]

III. PAVLVS libro secundo Institutionum.

OBligationum substantia [y] non in eo consistit, vt aliquod corpus nostrum, aut seruitutem nostram faciat: sed vt alium nobis obstringat ad dandum aliquid, vel faciendum, vel præstandum. ℣ Non satis autem est dantis esse nummos, & fieri accipientis, vt obligatio nascatur: [z] sed etiam hoc animo dari & accipi, [a] vt obligatio constituatur. Itaque si quis pecuniam suam donādi causa dederit mihi: quāquam & donantis fuerit, & mea fiat, tamen non obligabor [b] ei: quia non hoc inter nos actum est [c]. ℣ Verborū quoque obligatio cōstat, si inter cōtrahentes id agatur. [d] Nec enim si per iocū puta, vel demōstrandi intellectus [e] causa ego tibi dixero, *spondes?* & tu responderis, *spondeo*: nascetur obligatio.

y *Obligationū substantia.* id est esse & natura proficiscens ex contractu vel quasi: nisi stipulatio sit inita cū ecclesia: quo casu trāsfertur dominium ex obliga. vt. C. de sacrosan. eccle. l. fi. secus si obligatio oriatur ex maleficio: vt. ŝ. de publica. l. commissa. Idem est in tacitis fideicommissis, id est tacite relictis nō capacibus: vt. j. de iure fis. l. imperator. & facit. C. de pactis. l. traditionibus. Accursius.

z *Nascatur.* ex mutuo. Accursius.

a *Accipi.* supple oportet. Accursius.

b *Obligabor ei.* ciuiliter, sed naturaliter ad antidora: vt. ŝ. de pet. hære. l. sed & si lege. §. consuluit. Accursius.

c *Actum est.* vt. ŝ. si certum pet. l. non omnis. & l. si ego. Accur.

d *Id agatur.* facit ad hoc & superius. ŝ. de contrahen. empt. l. nuda. & j. de accepti. l. an inutilis. & j. de iniur. l. illud. & supra de pactis. l. j. §. fi. & de alie. iu. l. quia redhibito. & ŝ. de arbi. dié. §. penul. & supra de præscriptis verb. l. si tibi rem. & j. de furtis. l. si quid fur. Accursius.

e *Intellectus.* id est si velim demonstrare quomodo fiat verborum obligatio: & ideo dicam hæc verba. Accur.

EX maleficiis.] CASVS. Sequitur videre de obliga. ex maleficio: & certe oriuntur ex furto, ex rapina, ex iniuria, & ex similibus. [*SI QVIS ABSENTIS.*] Nunc vult dicere de obli. ex quasi contractu. & ecce, si gessi negotia aliena: si quidem cum mandato, oritur obligatio ex contractu, ex quo nascitur actio mandati. si sine mandato: oritur obligatio ex quasi contractu,

tractu,ex quo nascitur actio nego.gest. & redditur ratio in litera.Item actio tutelæ est ex quasi contractu: & competit pupillo contra tutorem in eo quod de suo tutor soluerat.Item hæres dicitur obligatus ex quasi contractu ad soluenda legata legatariis. Item is qui indebitum accepit, dicitur obligatus ex quasi contractu ad reddẽdum ea act. puta certi condic. generali qua tenet accipiens mutuum. [*SI IVDEX.*] Nunc dicit de obliga. ex quasi maleficio. itẽ is ex cuius cœnaculo,siue suo, siue cõducto, siue gratis habitauerit, est deiectum vel effusum aliquid, ita quòd alicui transeunti nocuit: tenetur ex quasi maleficio. Item is qui habet aliquid positum supra locum quà vulgo iter fit, quod si caderet,posset alicui nocere:tenetur ex quasi maleficio. hinc est quòd si filius seorsum à patre habitauerit: & ex domo in qua habitauerit, aliquid est deiectum, vel aliquid teneat appensum cuius casus posset nocere: tenetur ipse filius ex quasi maleficio: nõ pater eius.Itẽ exercitor nauis,aut cauponæ,aut stabuli, tenetur ex quasi maleficio de damno quod dederunt in mercibus mercatorum & hospitantium nautæ,vel alij quorum opera vtitur in naui, caupona, vel stabulo. & redditur ratio in litera.Franciscus.

*Flo.maleficio

a *Ex maleficiis.*de cõtractibus ad maleficia transit.

b *Ex damno.* nisi per imperitiã damnũ fiat: vt cum medicus male secuit per imperitiam: quia tunc est obligatio ex quasi maleficio. sed certe dicas nasci ex maleficio,vt hic: secus in iudice qui per imprudentiam male iudicauit: quia tũc est obligatio ex quasi maleficio: vt.ĩ.ea.l.§.si iudex. Ac.

*Vulg. obligationes

*Medicꝰ ob imperitiam ex maleficio obligatur.

*Fl. magis

c *Consistunt.* Sed nõne iniuria fit verbis & literis: vt.ĩ. de iniur.l.j. §.j? Respon. licet literis vel verbis maleficium cõmittatur:nihilo minus re contrahi dicitur. sed si fiat contractus verbis,non tamen fit re: & sic de cæteris.& facit insti.de oblig.ex deli.in prin.& dic vt ibi. Accursius.

Maleficium quatuor modis committitur.

d *Maleficio.* quod quatuor modis committitur: scilicet facto, dicto,consilio,& scriptura: & ista quatuor genera septem modis distinguuntur: scilicet causa, persona,loco, tempore, qualitate, quantitate,euentu:vt.ĩ.de pœnis.l.aut facta. Accur.

e *Si quis absentis.* transit nunc ad quasi cõtractus.& dic vt insti. de obli.quæ ex quasi contra.nascun. Accursius.

f *Placuit.* scilicet prudentibus.

g *Quibus.* scilicet actionibus.

h *De eo quod.* scilicet natura huius actionis inspecta. Accur.

i *Neque ex maleficio.* supple vel quasi: alioquin ab insufficienti partium enumeratione male argumentaretur.

k *Neque vllum maleficium.* immo videtur quòd sic:vt.ĩ.de regulis iur.l. culpa.ij.sed ibi in alio casu loquitur: puta in eo quo loquitur constitutio,cum quærebatur.

l *Ignorans.* No.ignorantem non obligari:vt.C.de tabula.l.generali. lib. x. Itẽ ex eo quod subiicit,no. qꝫ ignorãs non delinquit: quod intellige,nihil omnino à se gesto.& ita nulla est oppositio: alioquin contra: vt.ĩ.ad legẽ Cor. de sica.l. iij. §.j. &.l.iiij. &.ĩ. de le. & senatuc.l.j. in prin.

IIII. GAIVS libro tertio Rerum cottidianarum siue Aureorum.

EX maleficiis [a] ** nascuntur obligationes:veluti ex furto,ex damno, [b] ex rapina,ex iniuria: quæ omnia vnius generis sunt. nam hæ re tantùm consistunt, [c] id est ipso maleficio: [d] cùm alioquin ex cõtractu obligationes non tantũ re consistãt, sed etiam verbis,& consensu.

Hic incipit iurisconsul. mixtim tractare de generibus omnium obligationum. & iste.§. tractat de actione negotiorum gestorum: sequens autem de actione tutelæ.§. is quoque.de condictione indebiti.§. si iudex. de contractibus ex quasi maleficio, vsque ad fin.l.hoc dicit.

V. IDEM libro tertio Aureorum.

SI quis absentis [e] negotia gesserit:si quidem ex mandatu, palam est ex cõtractu nasci inter eos actiones mandati, quibus inuicẽ experiri possunt de eo quod alterum alteri ex bona fide præstare oportet. Si verò sine mandatu, placuit [f] quidem sanè eos inuicem obligari:eóque nomine ꝓditæ sunt actiones quas appellamus negotiorum gestorum: quibus [g] æquè inuicem experiri possunt de eo quod [h] ex bona fide alterum alteri præstare oportet: sed neque ex cõtractu, neque ex maleficio [i] [hæ] actiones*nascuntur. Neque enim is qui gesit, cum absente creditur ante cõtraxisse: neque vllum maleficium [k] est, sine mãdatu suscipere negotiorum administrationem.Longè minus* is cuius negotia gesta sunt, ignorans [l] aut contraxisse, aut deliquisse intelligi potest: sed vtilitatis causa receptum est inuicẽ eos obligari. Ideo autem id ita receptũ est, quia plerũque homines eo animo peregrè proficiscuntur, quasi statim rediturí: nec ob id vlli curam negotiorum suorum mandant: deinde nouis causis interuenientibus, ex necessitate diutius absunt: quorum negotia deperire [m] iniquum erat: quæ sanè deperirent, si vel is qui obtulisset se negotiis gerũdis, nullã habiturus esset actionem de eo quod vtiliter de suo impendisset:vel is cuius [negotia]gesta essent, aduersus eũ qui inuasisset [n] negotia eius, nullo iure agere posset. [o] ℣ Tutelæ quoque iudicio qui tenẽtur:nõ propriè ex contractu obligati intelliguntur.Nullum enim negotium inter tutorẽ & pupillũ contrahitur: sed quia sanè non ex maleficio [p] tenẽtur, quasi ex cõtractu teneri videtur. & hoc autem casu mutuæ sunt actiones.Non tantùm enim pupillus cum tutore, sed & contrà tutor cum pupillo habet actionem,si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam [q] creditori ei [r] obligauerit. [s] ℣ Hæres quoque qui legatũ debet: neque ex contractu,neque ex maleficio [t] obligatus esse intelligitur. [u] Nã neque cum defuncto, neq; cum hærede contraxisse quicquam legatarius intelligitur. [x] maleficium autem nullum in ea re esse, plus quàm manifestum est. ℣ Is quoque qui non debitum accipit per errorem soluentis [y], * obligatur quidem quasi ex mutui datione:& eadẽ actione tenetur qua debitores creditoribus : sed non potest intelligi is qui ex ea causa tenetur, [z] ex contractu obligatus esse. Qui enim soluit per errorem : magis distrahendæ [a] obligationis animo, quàm contrahẽdæ dare videtur. ℣ Si iudex [b] litem suã fecerit, non propriè [c] facit instit.eod.§.hæres.& quod ibi not.Accursius.

*Flo.maleficio

*Vulg. obligationes

*Medicꝰ ob imperitiam ex maleficio obligatur.

*Fl. magis

*Maleficium quatuor modis committitur.

m *Deperire.*ius constitui ita vt depereat. & facit.ĩ.de cõtra. act. tut.l.j.in prin.

n *Qui inuasisset.* alias iuasisset: alias inuasset.

o *Posset.* per hoc ergo quod agere potest, seruatur ne pereat quæ negligẽter administrata perirent. non autem dico quòd per hoc agere potest, inuitetur aliquis ad gerendum, sed terretur.& facit supra de nego. gest.l.ij. Accursius.

p *Nõ ex maleficio.* supple, vel quasi ex maleficio : vt & instit.eo.§. tutores.& dic plene vt ibi. sed illud est forte in actione de rationibus distrahendis: quia ex dolo tutoris plerũque competit: vt.ĩ. de tute.& ratio.distra.l.ij. in prin.&.§.fin. Sed actio ex testamẽto qui. doque datur in dupli pro legato relicto venerabili loco: vt insti. eod.§. fin. & tamen est ex quasi cõtractu: vt.ĩ. proxi.§.

q *Rem suam.* scilicet tutoris.

r *Eius.*ſ. pupilli.

ſ *Obligauerit.* scilicet tutor.

t *Neque ex maleficio.* vel quasi.

u *Intelligitur.* ergo ex quasi cõtractu. hoc tamen argumentum fallit in tacita stipu. vt.ĩ. de adopt. l. his verbis. Item in vtili: vt.C.de act. & obli.l. nominibus.quæ datiuæ nõ natiuæ dici debent:vt dixi.ĩ.eo.l.j.in princi. &

x *Intelligitur.* hic est cõtra.ĩ.quibus ex cau.in pos.ea.l.apud Iulianum.in fin.Sol.ibi videtur contrahere:sed non contrahit.Ac.

y *Soluentibus.* datiuus:vel subaudi à,& est ablatiuus.

z *Tenetur.* in genere,scilicet condictione: vna tamen denominatur ex mutuo:alia indebiti. vel dic ea,scilicet certi condictione generali, quæ ad omnia certa datur.

a *Distrahendæ.*sed tamen tacita obligatio inter eos nascitur extra id quod agitur:vt.ĩ.commoda.l.ſi is qui.§. ſi liberto. Et adde quod no.institu.quibus mo. re contrahi.obli.§.j. & de oblig.ex quasi contractu.§.fin.

b *Si iudex.* incipit de his quæ sunt ex quasi maleficio.Accur.

c *Non propriè.* non est enim tale rei vitium.Accursius.

Neque

a *Neque ex contractu.* vel quasi.
b *Peccasse.* aliàs deliquisse. vere peccauit: quia imperitia culpæ annumeratur. quare ergo nõ ex maleficio tenetur, vt in Aquilia? Respondeo speciale in iudice: aliud in Aquilia. Accur.
c *Teneri.* in quantũ maiori iudici æquũ videtur. si dolo, tũc in solidũ: vt insti. de obl. ex quasi deli. in prin. & ibi no. & facit. ff. de iud. l. si filiꝰ. & ff. de extraor. cogni. l. fi. & C. de pac. l. fi. Sed cõtra. C. de arbi. authẽ. decernit ius. Solu. ibi speciale: quia ibi fuit iuratũ, qđ lex non vult. Itẽ facit. C. de pœna iu. l. j. & ij.
d *Vel cõducto.* facit. ff. de his qui deie. vel effu. §. pe. & inst. de obli. ex quasi delict. §. pen. & quod ibi no.
e *Quod potest.* facile: non aliã secundũ Io.
f *Si filiusfam.* quia est quasi maleficium: & sic nõ cõtractus vel quasi.
g *Neq; de peculio.* quia non est contractus vel quasi: vt. ff. de his qui deie. l. j. §. cum seruus. & dic vt ibi. Accur.
h *Dandã esse.* quia sic nulla nomine filij dat: vt insti. de noxa. §. fi.
i *Agẽdũ.* & eo dãnato tenetur pater actiõe in factũ de peculio: vt ff. de noxa. l. quotiẽs. & l. seq. in seruo aũt seorsum habitãte dic vt. d. §. cum seruus. Et notãt hic quidã tria specialia quæ in vero maleficio locũ nõ habẽt. Primũ, qđ præstat vnus quasi maleficorum, liberat alium: vt. ff. de his qui deie. l. iij. Itẽ quòd agit vnus quasi maleficorũ solues, cõtra eũ qui vere deliquit: vt. ff. de his qui deiec. l. si vero. §. cum autem. Tertium, quia non datur noxaliter: quod est falsum: vt. ff. de his qui deiec. l. j. §. si seruus. & de hoc dixi in. §. cũ seruus. & facit. ff. de his qui deiec. l. si vero. §. prætor ait.
k *Item exercitor.* hoc expone vt. ff. de exerci. l. j. §. exercitorem.
l *Quorũ opera nauem.* Not. duplicé actioné nasci ex illo edicto, & in naui deposita: hæc hæredi & in hæredẽ dat. secũda in duplũ cum quis cõqueritur de dãno dato in rebus ab aliis, vel furto: & de hac hic loquitur. & facit insti. eod. §. pe. & quod ibi not. Accur.
m *Neque ex contractu.* vel quasi. & facit. ff. nau. caupo. stabu. l. debet. & l. & ita. Accursius.
n *In omnibus. Actionibus.* scilicet personalibus. Accursius.
o *Obligationẽ.* nec ipso iure, nec per exceptionẽ: sed eo finito finit per exceptionẽ, nõ ipso iure: vt. ff. e. l. obligationũ fere. §. placet. Sed cõtra. ff. de vsucapio. l. in vsucapionibꝰ. &. ff. de diuer. & tẽp. præscri. l. pe. in prin. Sol. hic in redhibitoria & quãto minoris in factũ vel similibꝰ paruo tẽpore durauerunt. Vel verius dic vt ibi, secũdũ Io. Vel potest dici q vltimus dies cõpletur: vt intelligamus cõpletum quãdo inchoatus est: sicut in vsucapionibꝰ dicitur. & sic erit idẽ quod in vsucapio. quod non placet. Sed secundũ hoc quod dicimus q debebit hic cõpleri vltimus dies, sic opponitur: dies à media nocte incipit: vt. ff. de feriis. l. more. Sed pone præscriptionem tẽporalem incepisse tertia hora diei naturalis: nũquid eadẽ hora erit cõpleta præscriptio? Respon. non: sed diem illũ totum cõpleri oportet. Sed secundum hoc quanto minoris plus anno durat: & idem in aliis? Respõ. sic. minus enim durare non possunt: plus sic. anno ergo durat, quãdo recte in capite diei naturalis fuit cõtractũ. Vel dic non sic accipi vltimum

ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex contractu[a] obligatus est, & vtiq; peccasse[b] aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quasi ex maleficio teneri.[c] ¶ Is quoque ex cuius cœnaculo vel ꝓprio ipsius, vel conducto,[d] vel in quo gratis habitabat, deiectũ effusúmve aliquid est, ita vt alicui noceret: quasi ex maleficio teneri videtur. Ideo autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerũque ob alterius culpam tenetur, aut serui, aut liberi. Cui similis est is qui ea parte qua vulgo iter fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest,[e] si ceciderit, alicui nocere. Ideo si filiusfamilias[f] seorsum à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectum effusúmve sit: siue quid positum suspensúmve habuerit, cuius casus periculosus est: Iuliano placuit, in patrem neque de peculio[g] neque noxalem dandam esse[h] actionem: sed cum ipso filio agendum.[i] ¶ Item exercitor[k] nauis, aut cauponæ, aut stabuli, de dãno aut furto quod in naue, aut caupona, aut stabulo factũ sit, quasi ex maleficio teneri videtur: si modò ipsius nullum est maleficium, sed alicuius eorum quorum opera nauẽ,[l] aut cauponam, aut stabulũ exerceret. cùm enim neq; ex contractu[m] sit aduersus eum constituta hęc actio, & aliquatenus culpæ reus sit,† quòd opera malorum hominum vteretur: ideo quasi ex maleficio teneri videtur.

Actio temporalis non extinguitur, nisi finito toto vltimo die. Fran.

VI. PAVLVS lib. quarto ad Sabinũ.

B IN omnibus temporalibus actionibus,[n] nisi nouissimus totus dies compleatur, nõ finit obligationem.[o]

Filius dum est in potestate, non potest agere contra patrem. Fran. Accur.

VII. POMPONIVS libro quintodecimo ad Sabinum.

ACtiones aduersus patrẽ filio pstari[p] non possunt, dũ in potestate[q] eius est filius.

VIII. IDEM libro sextodecimo ad Sabinum.

SVb hac cõditione, *si volam*,[r] nulla fit obligatio. Pro non dicto enim est, quod dare, nisi velis, cogi non possis.[s] nã nec[t] C hæres promissoris eius qui nũquã dare voluerit, tenetur: quia hæc conditio in ipsum promissorem nunquam extitit.[u]

Filiofam. nulla competit actio: nisi quatuor quæ sunt in litera. Fran.

IX. PAVLVS lib. nono ad Sabinũ.

FIliusfamilias suo nomine[x] nullã actionẽ habet, nisi iniuriarum, & quod vi aut clam,[y] D

A diem: sed ex horis. xxiiij. & sic quacũque hora fiat contractus, sufficit in eandem horam reduci: vt in ætate: vt. ff. de minori. l. denique. §. minorem. & facit. ff. de verbo. signifi. l. anniculus. Accur.

P ACtiones. *Præstari.* id est cõpetere. Vel dic præstari. i. cedi ab aliquo. hoc autẽ fallit in castrẽsi vel quasi peculio: vt. ff. de iud. l. lis nulla. & dic vt ibi. Itẽ in casu: vt. ff. ad Trebelli. l. imperator. & in auth. vt liceat ma. & auiæ. in prin. colla. j. & nisi in hęreditate fratris & sororis. Accur.

q *Dũ in potestate eius.* sed si fuerit emancipatus, venia petita agit: vt. C. de in ius voc. l. fi. Accursius.

† *Si enĩ innocentes, vt inquit Cic. act. 4. in Verrẽ, haberi volumus, nõ solũ nos abstinẽtes, sed etiã nostros comites pstare debemus.*

SVb hac.] CASVS. Promisi tibi. x. dare si volam. non teneor, nec hæres meus. Fran. Accursius.

r *Si volã.* ego stipulator, secũdũ quosdã. vel dic, ego ꝓmissor: & sic bene consonat litera q sequitur: licet sit mutatio personarum.

s *Nõ possis.* facit. j. de verbo. sig. l. debitor.

velocius nauigauit:certe immediate quàm Ephesum peruenerit, est obligatus soluere.& reddit pulchram rationem: quia non est opus aliqua coniectura in his quæ certa sunt.cũ ergo ibi est,certũ est quòd soluere debet quod promisit illic soluere. [ITEM QUI INSVLAM.] Promisi tibi ædificare insulam, nó per me solũ, sed adhibitis operariis. Quærit hic, qualem diligentiã debeo adhibere in ædificanda insula? Respondetur, quòd mediũ tenuere beati. non enim teneor vndique adducere & cum labore acquirere fabros. Nec iterum tam paucos adhibere, vt negligés videri possim: sed est mo dus adhibẽdus diligẽtis patrisfamilias. Et si insula non inchoetur: debet tantùm æstimari interuallum illius temporis. & si forte tẽpus totum præterierit quo insula ædificari debuit: si reus ædificet postea, & actoris non interfit: poterit liberari ædificando.[ILLVD INSPICIENDVM.] Iste.§. habet prolixum tex.ideo gl. super verbo,teneatur,eum summat breuiter:quã vide. [SI AB EO.] Stipulatus sum à te certo pretio mihi librũ scribi.tu vero scribere nescis:potes tamen per aliũ facere scribi. quæritur, vtrum stipulatio valeat? Respon. quòd sic : qa quod per te nó potes facere,fac per alium.[CVM QVIS.] Stipulat⁹ sum à te hoc modo : si Titius rẽ faeram vel publicam vẽdiderit : centum promittis? vtrum hæc stipulatio valeat?Respõdetur quòd non: quia habetur quasi sub impossibili cõditione sit concepta. nam nõ potest de iure talis res vẽdi: nec sufficit ꝙ conditio sit possibilis de facto:sed oportet ꝙ sit possibilis de iure,vt stipulatio valeat.vsq; ibi:nec ad rẽ pertinet.respondet tacitæ obiectioni:quia quis posset dicere: res sacra potest fieri prophana, & sic vendi:& ideo conditio potest fieri possibilis. sed respõdetur quòd illud nõ obstat:quia in stipulationibus respicimus id quod nunc possibile est:non quod in futurum.h.d. iste elegans.§. [SI VT ALIQVID.] Pone casum vt posui.ẽ.eo.l. cum quid. [PRAETEREA.]Dicit iste.§.quòd non possumus stipulari dari aliquid, ita vt vni hæredi tantum quæratur, sed omnibus acquiri debet.sed bene possumus stipulari aliquid facere, vt vni tantum hæredi quæratur.h.d.vide glo.Franciscus.

Flo. aliud acceperit,

†Tu dic esse secus in venditione quæ non vitiatur quãuis dissensus circa accessoria cõtractus interueniat:vt.l. si in emptione.ẽ.de cõtrahẽ.emp. stipulatio vero sic : vt hic:& in.l. inter stipulantem.§. si stichũ.ẽ. e.

a *Continuus.*id est contiguus.
b *Comminus.*id est statim,nõ diuertendo ad alia: vt. ẽ.eo.l.j.§.j. &.j.titu.j.duos.in fi.&.j.de sol.l.ratum.Accursius.
c *Aliud.*scilicet negotium.
d *Nihil proderit.*ad hoc vt valeat:quia non valebit.
e *Erit.*fa.ẽ.eo.l. inter stipulan.§.j. &.l. stipulatio ista.§. alteri. versi.in stipulationibus. &.l.si id quod aurum.& supra titu.j.l.in omnibus.& de contrahen.emp.l.in venditionibus.
f *Cum ita stipulatus sum.* Romæ cõstitutus vnà cum promissore.

CXXXVII. VENVLEIVS libro primo Stipulationum.

COntinuus [a] actus stipulãtis & promittentis esse debet, vt tamen aliquod momentum naturæ interuenire possit: & cõminus [b] responderi stipulãti oportet.cæterum si post interrogationẽ aliud [c]*agere cœperit,nihil ꝓderit, [d] quãuis eadem die spopondisset.

Dissensus inter stipulatorem & promissorem circa rem, vitiat stipulationem. Pau.

℣Si hominem stipulatus sim, & ego de alio sensero , tu de alio: nihil acti erit. [e] nam stipulatio ex vtriusque [partis] consensu perficitur.†

Si solutio in certum locum confertur:stipulatio habet diem qua eò poterit commode peruenirι:& vbi est certum,coniecturæ non est locus. Bartolus.

℣Cum ita stipulatus sum, [f] *Ephesi dari* inest tempus.quod autem accipi debeat,quæritur. Et magis est vt totam eam rem ad iudicem, id est ad virũ bonum remittamus: [g] qui ęstimet quãto tempore diligens paterfamilias conficere [h] possit [i] quod facturũ se promiserit, vt qui Ephesi daturum se spoponderit:neque duplomate, [k] dieb⁹ ac noctib⁹, & omni tempestate contempta, iter continuare cogatur, neque tam delicatè [l] progredi debeat, vt reprehẽsione dign⁹ appareat, sed habita ratione temporis, [m] ætatis , sexus , valetudinis : cum id agat,vt maturè perueniat, id est eo tempore quo plerique eiusdem conditionis [n] homines solẽt peruenire:eoque trãsacto, quamuis Romæ remãserit, nec possit Ephesi pecuniam dare, nihilo minus ei rectè condicetur, [o] vel quia ꝑ ipsum steterit quo minus Ephesi daret: [p] vel quoniam per alium Ephesi possit dare : vel quia vbique [q] potest soluere. Nã [r] & quod in diẽ debetur, ante solui potest, licet [ante]peti non potest. Quòd si duplomate [f] vsus,aut felici nauigatione, maturius quàm quisquam [t] peruenerit [u] Ephesum, cõfestim obligatus [x] est: quia in eo † quod tempore atque facto finitum est, nullus [y] est cõiecturæ locus.

Quãto tempore opus possit ædificari, iudicis arbitrio committitur. Item si non inchoatur : ad particulare interesse stipulatio committitur . Item post moram admittitur purgatio.Bartolus.

℣Item qui insulam fieri spopõdit, non vtique conquisitis vndique fabris, & plurimis operis adhibitis festinare debet: [z] nec rursus vno [a]*aut altero contẽtus esse: sed modus adhibendus est [b] secundum rationẽ diligentis ædificatoris, & temporũ, locorumque. Itẽ si nõ inchoetur opus,id tãtũ æstimetur, [c] quod in illo interuallo effici potuit: transactoque tempore quo insulam consummare oportuerit, si postea ædificetur, liberetur reus: [d] sicut liberatur qui se daturum spopondit, si quandoque tradit.

Difficultas non impedit diũ obligationis cedere & venire : secus si est impossibilitas. Bartolus.

℣Illud inspiciendum est,an qui centum dari promisit,cõfestim teneatur: [e] an vero cesset obligatio donec pecuniam conferre [f] possit.Quid ergo [g] si neque

g *Remittamus.*vt &.ẽ.eo.l.interdum.& de ac.emp.l.fi.
h *Conficere.*id est facere.
i *Possit.*inspecta possibilitate eundi,non alia:vt.j.ea.l.§.illud.
k *Duplomate.* [a] id est,vt in duplo vadat quàm alius.vel,id est duplicato itinere.vel, id est celeritate. sed circa iudicia certum est tẽpus : vt supra. si quis cau.l.j.& forte hoc idẽ considerabitur hic, secundum Ir.
l *Delicatè.* ad quod est.ẽ.de pig.ac.l.si seruus. Accursius.
m *Temporis.*ætas vel hyems:serenum vel lutosum. ad quæ fac.ẽ. si quis cau.l.ij.§. si non quod dixim⁹.& de admi. tut.l. tutor qui re. §.j. [b]
n *Conditionis.* cursoriæ,vel alterius.
o *Condicetur.* scilicet Romæ : vt & supra de eo quod certo loco.l. j. & de constit.pec.l. si duo.§.j.
p *Daret.*& non dedit.
q *Vbique potest.*immo contra. ẽ. de eo quod certo loco. l. is qui. Sol. hic volente stipulatore : vel dic vt ibi.
r *Nam.* à simili. nam nec hic ante diẽ:nec.ẽ. antequam ad locũ possit venire : sed vterque ante potest soluere. ad quod est.j. de solu. qđ in diem. & .ẽ. eo.l. qui hoc anno.&.ẽ.eo.l. liber homo.ij.§.decẽ.fecus in Treb. rest.vt.ẽ. ad Treb.l.si sed ãte. & sec⁹ in alio: vt.ẽ. de le. ij.l.si ita relictus.§.Pegasius. & de ann.le. eũ. al.Iauolenus incipit.
s *Duplomate.*id est duplicato itinere: vel nauigatiõe vel celeritate.
t *Quàm quisquã.*id est quàm aliquis alius.
u *Peruenerit.* scilicet promissor.
x *Obligatus est.* cũ effectu.
y *Nullus.* aliàs nulli⁹: aliàs nulli. Et no.hinc sumitur qđ dicitur: In incertis,nõ certis, locus est coniecturis.sic est in auth.de rest.& ea quæ pa.§.fi. col. iiij.&.ẽ.ad.l.Fal.l.tres partes.*est pro vtraq; parte: scilicet quòd sit locus cõiecturis: vel nõ sit locus in rebus certis.Itẽ pro hoc.ẽ. de leg.iij. ille aut ille. & de auro & argento leg. pediculis.§. argento.j.de iniur.l.sed si vnius.§.filiosa.in fi.&.ẽ. de dolo.l.arbitrio.§.non tamen.
z *Festinare debet.*cum id dictum est,ne per se solum faceret. Ac.
a *Vno.*aliàs vtroque:id est duobus.
b *Adhibẽdus est.* hic collige generale: Vitatur amaritudo, vt ex cõtrariis efficiatur tẽperamentũ.sic.ẽ.§.proxi.&.ẽ. si qus cau.l.ij.
c *Id tãtũ æstimetur.*hoc facit ad id qđ no.ẽ.eo.stipulationes.§.fi.
d *Reus.*si stipulatoris non interfuit:vt supra.l.si ita quis.§.j.diximus in fi.vel nisi lis conteſt.sit:vt supra eo.l.si insulam. Acc.
e *Teneatur.*quod verum est:vt in fi.§.tu dic breuiter mentẽ siue intellectum istius.§.siue decem quæ nõ habeo, siue Stichum qui sit alibi,promittam:teneor non obstante difficultate.
f *Conferre.*id est congregare & soluere.
g *Quid ergo.*dices eum teneri.

domi habeat, neque inueniat creditorem? [a] Sed hęc [b] recedũt ab impedimento naturali, [c] & respiciunt ad facultatem [d] dandi. Est autem facultas, personæ commodũ incommodumq́; [e] non rerum [f] quæ promittuntur: & alioquin [g] si quis Stichũ dari spopõderit, quæramus [h] vbi sit Stichus: vt* sic non multum referre videatur: Epheſi daturũ [i] se, an quod Epheſi [k] sit, cum ipse [l] Romæ sit, dare spondeat. [m] nã hoc [n] quoque ad facultatẽ [o] dandi pertinet: quia [&] in pecunia & in Sticho illud commune est, quòd ꝓmissor in præsentia dare non potest. [p] Et generaliter causa difficultatis ad incommodum promissoris, nõ ad impedimentum stipulatoris pertinet: ne incipiat dici, [q] eum quoque dare non posse, [r] qui alienum seruum quẽ dominus non vendat, dare promiserit.

Possum stipulari ab eo qui nõ potest facere illud quod per aliũ est factibile. Bar.

℣ Si ab eo stipulatus sim qui efficere non possit, cum alio possibile sit: [s] iure factam obligationem Sabinus scribit.

Non sufficit de facto fieri ad pœnæ cõmissionem. Bartolus.

℣ Cum quis [t] sub conditione stipulatus sit, si rem sacram aut religiosã Titius [u] vẽdiderit, [x] vel forum aut basilicã, & huiusmodi res quæ publicis vsibus in perpetuum relictæ sint, [y] vbi omnino conditio iure impleri non potest, †&* si velit facere, ei non liceat: nullius momenti fore stipulationem, perinde* ac si ea cõditio quæ natura [z] impossibilis est, [a] inserta esset. Nec ad rem pertinet quòd ius [b] mutari potest: & id quod nunc impossibile est, postea [sit] possibile fieri. Nõ enim secundum futuri temporis ius, sed secundũ [c] præsẽtis [d] æstimari debet stipulatio.

Quando præcedit cõuentio affirmatiua, stipulatio pœnalis debet concipi negatiuè: & econuerso si præcedit conuentio negatiua, debet concipi affirmatiuè. Paulus.

℣ Si vt aliquid fiat stipulemur: & vsitatius & elegãtius esse Labeo ait, sic subiici pœnam, *si ita factum non erit*. At cum quid ne fiat, stipulemur, tũc hoc modo, *si aduersus ea factum erit*. [e] Et cum alia fieri, alia non fieri, coniunctè stipulamur, sic comprehendendum: *si non feceris, si quid aduersus ea feceris*. [f]

In dandis non potest quis vni ex hæredibus promittere sicut in faciendis. Bar.

℣ Præterea sciendum est, quod dari stipulemur, nõ posse [per] nos vni ex hæredib⁹ adquiri, [g] sed necesse esse omnib⁹ adquiri. At cũ quid fieri stipulemur: etiam vnius [h] personam rectè comprehendi. [i]

Promissio facta in nundinis, intelligitur de vltima die nundinarum. Bartolus.

CXXXVIII. IDEM libro quarto Stipulationum.

EVm qui certarum nundinarum [k] diebus dari stipulemur, primo die [nũdinarum] petere posse Sabinus ait: Proculus autem & cæteri diuersæ scholæ auctores, quamdiu vel exiguum tempus ex nundinarũ spatio supereſſet, petipossе exiſtimant. sed ego cũ Proculo [l] sentio.

Qui habet electionem à lege: potest quãdocunque variare. Bartolus.

℣ Cum purè [m] stipulat⁹ sum illorũ prælego: vt. ĵ. de stip. seruo. ꝓpinde. §. fi. sed certe immo videtur hoc nõ valere: vt. ŝ. e. l. qđ dicitur. quæ est cõtra. Sol. ibi stipulatur vt fili⁹ faciat: vt in exemplis hic positis: hic vt ei fiat. Vel aliud quãdo filio, vt ibi fuit. aliud quãdo hæredi, secundũ Ot. Ac.

a *Creditorem.* rem impoſsibilẽ promiſiſſe videtur.
b *Sed hæc.* vnde tractamus scilicet, quando nec pecuniam domi habet, nec creditorem inuenit.
c *Naturali.* est impedimentum naturæ: vt hippocentaurum dari. est iuris: vt in re sacra.
d *Facultatem.* subaudi vel difficultatem.
e *Incommodumq́.* scilicet personæ: est difficultas supple. & ita inspecta persona dicis aliquid facile vel difficile: & in vtroque valet stipulatio: scilicet siue sit facultas, siue difficultas: vt. ĵ. in. fi. §.
f *Non verũ.* scilicet habendi impoſsibilitas.
g *Alioquin.* id est, si ita impediat difficultas vt impoſsibilitas: quod quidam dicebant.
h *Quæremus.* secundũ eorum sententiam.
i *Daturum.* quem cõstat habere diem: vt. ŝ. ea. l. §. cum ita.
k *Epheſi sit.* id est rẽ quæ sit Epheſi, promittit Romæ soluere, vbi ipse promissor sit: vt dicit.
l *Ipse.* ſ. promissor.
m *Spondeat.* simpliciter, nõ adiecto Epheſi nomine. Accurſius.
n *Nam hoc.* quando est res ꝓmiſſa Epheſi.
o *Ad facultatem.* vel difficultatem. q. d. non ad impoſsibilitatem.
p *Non potest.* difficultate, non impedimento naturali reſistẽte. & ita in vtroque casu videtur differri obligatio: sed falsum est: quia illa: promitto Stichum Epheſi, Romæ constitutus: habet diem. sed hæc, promitto Stichũ Romæ, qui est Epheſi, Romę cõstitut⁹: nõ habet dilationẽ: vt subiicit: & generaliter &c. vt supra eo. l. ij. §. ex quo quidem. verſi. sed non facit &c. sed fallit in casu: vt supra ad. l. Rho. de iactu. l. fi. §. pe. quæ est contra. Item in iudiciis: vt. ŝ. si quis cau. l. ij. & per totum tit. Accurſius.
q *Ne incipiat dici.* aliud ostendit hic inconueniens ex prædicto falso accidere si quis dicat difficultatem impedire stipulationẽ.
r *Non posse.* & propter hoc non obligari: cum tamẽ obligetur: licet habere non possit.
ſ *Possibile sit.* vt si stipulatus sim codicem mihi scribi ab eo qui scribere neſcit. Item no. potest, qui per aliũ potest. & est ar. pro filio aduocati vt in feudũ succedat si per aliũ possit seruire. Ac.
t *Cum quis.* patronus eccleſiæ.
u *Titius.* prælatus.
x *Vendiderit.* de iure. de facto enim si cogitaſſet, posſet valere. & dic quòd stipulator volebat eam vendi: quia stipulator erat patronus illius eccleſiæ: & fuit stipulatus à prælato.
y *Relictæ sint.* quæ non possunt alienari niſi per principem ſtantem ius, quod quaſi impoſsibile reputatur, quod per ſolum principem fit: vt supra de leg. j. apud Iulianum. §. finali. Accur.
z *Natura.* nam non interest siue de natura, siue de iure impoſsibilitas sit. R.

A
a *Impoſsibilis est.* de iure.
b *Quòd ius.* aliàs quamuis.
c *Sed secundum.* scilicet ius. Accurſius.
d *Præsentis.* scilicet temporis quo fit stipulatio.
e *Erit.* scilicet promittis tantum nomine pœnæ? Accurſius.
f *Ea feceris.* ſa. inſtit. eo. §. fi. & ŝ. eo. l. cum quid. Accurſius.
g *Adquiri.* immo in dãdo potest aliquibus, ita q̃ nõ omnibus ꝓuideri: vt &. C. de excep. l. j. ſol. vt ibi. Item cõtra. ŝ. de pac. l. auus. sed illud est in eo pacto quod fit ad exce. & licet ĩ eo pacto ita versetur vtilitas singulorũ quibus ꝓuideri posſit: tamẽ nõ aliis quib⁹ nõ voluit auus prouidere, cõſuluit: hic de eo qđ interponitur ad act. puta vt aliquid detur alicui hæredũ, secundum Io. vel melius: immo idẽ dicã in ſtipulatione de dãdo facto pacto ad exceptionẽ: cũ ratio diuersitatis reddi nõ posſit: vt. ŝ. eo. l. à Titio. & quod hic dicit nõ acquiri, verũ est iure mero: sed tamẽ obſtat excep. his qui cõtra volũtatẽ defuncti petũt: vt. ŝ. de his qui. vt indi. l. cũ quidã. Similiter dicã trãſire ad omnes excep. ibi, sed nõ efficaciter. & hoc est quod hic dicit exceptiõe cõ. vel act. fami. erciſcun. præcipiet, id est habebit ante partẽ ſi defunctus durauit in eadem voluntate: vt. C. fami. erciſc. filiæ. vt ibi: licet prima facie omnibus quæratur: vt hic.
h *Vnius.* hęredis. & est ratio: quia cũ dari ſtipulor, omnium hæredũ ſemper interest. sed in faciendo secus: vt ſi ſtipulor domũ fieri, demõſtrato loco: & illũ locũ alij prælego: iam non intererit niſi eius cui prælegatus est, secundũ Io. vel ſtipulor ſeruitutẽ fũdo, quẽ vni
i *Rectè comprehendi.* puta domum fieri. Accurſius.

EVm qui certarũ.] CASVS. Promiſiſti mihi cẽtũ aureos ſoluere in nũdinis Ferrariẽſibus, quæ durãt per mẽſem: volui à te petere iſta. c. in principio vel in medio nũdinarũ: an posſim? Sabinus dicebat q̃ ſic, ſed Venulei⁹ cõtra, & Proculus: q̃. ſ. nõ poſſint peti niſi finitis nundinis. [CVM PVRE.] Si quis est pure ſtipulatus illud aut illud, quod ipſe volet: licebit promiſſori mutare voluntatẽ quotienſcunq; volet. h. d. vide ambas gl. Frã. Ac.
k *Nundinarum.* puta Vercellenſium vel Ferrarienſium. Accur.
l *Proculo.* cũ quo est. ŝ. e. l. qui hoc anno. ſed ꝓ Sabino erat mẽs contrahentiũ, quaſi pecuniam voluerit expendere in nũdinis: & ſic nõ intellexit finem expectare. quid autẽ ſi hoc vterque ſenſit? Reſpon. ſeruaretur forte: ar. ŝ. ſi cer. peta. l. cum quid. Accurſius.
m *Cum purè.* non adiecto vtrum voluerit, id est ſimpliciter: & ſic est

BIU Cujas

sic est rei electio:vt.ſ.de iure do.plerumque.in fi.

a *Quotiens.*etiam post sententiam,secundum Io. nō solum post lit.contestationem:licet Hu.dicat vsque ad lit.contesta.tantum: vt.ſ.eo.l.si quis ita stipulatus.sic ergo secundū Ioā.in ipsa executione sententiæ si fuit damnatus ad hoc vel illud:poterit variare.

†*De isto verbo quotiēs, vltra Bar. hic ego adduco bonā glo. in.c.* I. §.*taliter. in verbo, quotiens, de col la. in prag. sanc.*

Quid ergo si executor exequitur in vno: & tunc ille alium eligat: & cū iudex electū dari mandet, iterum varietur:qualiter fiet executio?Respon.æstimabitur quanti potest valere actio illa, & in tantam æstimationem fiet executio captis pignoribus:non autem in altero seruorum. & licet iudex debeat curare dare certam sententiam,vt institu. de actio.§. curare.hic nō potest pl⁹: vt hic,& insti.de offic. iudi.in prin.& facit supra de act.emp.l.si sterilis.§. fi. & supra eo.l. qui ex pluribus. in fin. Accursius.

b *Expressæ.* in stipulatore: vt si stipulatus sum illud aut illud, vtrum volam: quo casu distingue: an dixi,volam: vel, voluero: vt supra.l. si quis sti. aliàs nisi alterum eorum dixerit,nō habet electionem: sed reus: vt.ſ. de iure do. plerumque. in fi. Sed in ꝓmissore aut tacite habet electionē: & tunc generaliter licet mutare voluntatem: vt dictum est.secus in expressa:quo casu refert an dixit,quē volam:an, quem voluero:vt plene dixi in stipulatore.Vel plenius dic,refert inter taciam & expressam:& inter expressas refert vtrum sic,quem voles: vel,volueris:vt primo varies quandocunque voles:sicut in tacita.In secundo non varies postquam elegeris. vt argu.supra eo.l. si quis stipulatus.Vel tertio dicas:aut dixi,volueris:& tunc quod dixi.aut,quod voles: & tunc vsque ad litem contestatam, & non vltra.Argu.supra de eo quod cer.loc.l.iij.§.quare.versi.& generaliter. aut simpliciter,& tunc etiam post sententiam. & sic distinguitur inter tacitum mandatum & expressum. nam vbi mandato meo expresso stipulatus es aliquid tibi dari:recte tibi soluitur etiam me inuito. at vbi mandatum inest tacitum: vt si stipulatus sum mihi aut tibi dari: non recte tibi soluitur si denunciauero vt non soluatur:vt infra de sol.l.si quis stipulatus fuerit decem in melle.&.l.aliud.sic in sententia arbitri differt tempus expressum ab eo quod inest: vt supra de arb.l.si cum dies.§.fina. & l.sequen.&.l.Celsus.In legato non est vis voles vel volueris: vt de leg.j.huiusmodi.§.Stichum.& de legatis.iij.l. fideicōmissa.& de optione legata.l.apud.in fine.Accursius.

Eligens in stipulatione an & quādo possit variare: & quid in aliis contrarijs.

c *Inest.*tacite:vt.ſ.de iure dot. plerumque.in fi.& de cōtrahen. empt.l.pe.& instit.de ac.§.huic.Accursius.

Cum ex causa.]CASVS.Vendidi tibi fundum Tusculanum: & promisi de euictione.morior relictis pluribus hęredibus. post hoc fundus iste est à te euictus . Tu vis conuenire vnum ex hæredibus meis pro euictione.certe non potes: sed omnes debes conuenire:& omnes debent respondere pro euictione.& si vnus eorum non responderit, nihil prodest cæteris quòd respondent: quia in solidum est hæc euictio defendenda : cuius natura est indiuisibilis. tamen licet omnes cogantur defendere, vnusquisque pro parte sua soluere tenetur.Francis.Accursius.

d *Intendimus.*puta denūciare venditori,vel eius hæredibus.Ac.

e *Conueniendi.*denunciandi.

f *Subsistere.*scilicet in solidum.q.d. non poterit aliquis eorum suam tantum partem defendere.

g *Cæteris subsistere.* pro eorū partibus,scilicet quo ad hoc vt recte videatur defendere.

h *Natura est.* in hoc vt non sufficiat ab vno defendi : vel ideo quia partem non emisset.

lud aut illud dari : licebit tibi quotiens[a] †voles,mutare voluntatē in eo quod præstaturus sis: quia diuersa causa est voluntatis expressę,[b] & ei⁹ quæ inest.[c]

In causa euictionis si pro parte non defendatur:pœna in solidum cōmittitur. Bar.

CXXXIX. IDEM libro sexto Stipulationum.

CVm ex causa duplæ stipulationis aliquid intendimus,[d] vēditoris hæredes in solidū omnes conueniendi[e] sunt, omnesque debēt subsistere:[f] & quolibet eorum defugiēte, cæteris subsistere[g] nihil prodest: quia in solidum defendenda est venditio, cuius indiuisa natura est[h].Sed cum[i] vno defugiente omnes[k] defugisse videantur, ideoque omnes teneantur:vnicuique[l] pro parte hæreditaria præstatio incumbit.[m]

Tot dicuntur stipulationes, quot præcesserunt conuentiones distinctæ: & si distinguuntur per duplicem dictionem geminatā: tot censentur stipulationes quot tēpora. Bar.

CXL. PAVLVS libro tertio ad Neratium.

i *Sed cum.*id est quamuis.

k *Omnes.*licet suas partes defendere voluerit,non absentium.

l *Vnicuique.*supple tamen.

m *Incumbit.* omnes quidem tenentur : sed non omnes exiguntur.B.vt.ſ.de euict.l.si rem quam.§.j.Accursius.

PLuribus rebus præpositis[n] ita stipulatio facta est: *ea omnia quæ supra scripta sunt,dari?* ꝓpi⁹ est vt tot stipulationes quot res sint. ℣ De hac stipulatione, *annua bima trima die id argētum*[o] *quaque die* P *dari?* apud veteres variatū fuit. Paulus. Sed verius & hic tres esse trium summarum[q] stipulationes.

B *Dispositio non perfecta & non consummata vitiatur etiam si ad eum casum deuenit à quo nō potuit inchoari: secus in dispositione perfecta. Bartolus.*

℣ Etsi placeat extingui obligationem,si in eum casum inciderit à quo incipere non potest:[r] non tamen hoc in omnibus verū est.Ecce,[s] stipulari viā, iter, actum ad fundū cōmunem, socius nō potest:& tamen si is qui stipulat⁹[t] fuerat, duos hæredes reliquerit, non extinguitur stipulatio.Et per partē dominorū seruitus adquiri non potest,adquisita[u] tamen confirmatur:[x]*

C & propter partem dominij hoc

Pluribus rebus.]Planum est principiū: similiter &.§. sequens planus est.[ET SI.] Vetus est regula iuris: quotiens stipulatio incidit in eum casum à quo incipere non potest, extinguitur. Exemplum sicut cum stipulor seruum viuum. nam si seruus moritur, stipulatio extinguitur: quia peruenit in eum casum à quo incipere nō potuit:puta quia nō possum stipulari hominem mortuum.sed hęc regula fallit, vt in tribus exemplis sequentibus.Primo in hoc quia socius fundi communis non potest stipulari viam ad fundum cōmunem:si tamen stipuletur,& relinquat duos hæredes, stipulatio nō extinguitur. istud exemplum, vt dicit glo. est ineptum: sed ipsa declarat etiam obscure: pace domini Accursij dixerī. Alia duo exempla vide per teipsum.Fran.Accursius.

n *Præpositis.* scilicet

nominatim in præfatione: vt supra eo.l.Titia.§.fi. & sic non est contra.ſ.de dona.cau.mor.l.senatus.§. fina. Vel solue vt ibi.Sed quæ est vtilitas , inquirere an sit vna vel plures hic vel inferiori.§? Respon. olim erat , quia mixta vna specie vel summa quæ non erat in stipulatione,non fit nouatio:vt.ſ.l.scire debemus.& ibi notaui.

o *Argentum.*certum pondus:ne sit contra.ſ.eo.l. ita stipulatus. &.l.triticum.

p *Die.*scilicet anni.

q *Summarum.*forte male:vt.ſ. de dona.cau.mor.senatus.§.fi. & ſ.eo.l.si Stichum.§.j. vel distingue an nominentur anni , vt hic: an generaliter dicat,singulis annis:vt ibi.arg.ſ.eo. quod dicitur. j.vel dic vt no.d.l.si Stichum.

r *Non potest.*veluti Sticho mortuo qui viuus promissus erat.R. vel re priuata facta sacra sine facto suo:vt supra eo.l. inter stipulantem.§.sacram.& not.hoc generale. sic.ſ.eo.l. existimo.& de his quæ pro non script.haben.l. si in metallum. sic econtra.ſ. de stat.ho.Paulus.

D s *Ecce.*ponit tria exempla in quibus fallit dicta regula.

t *Stipulatus.* inconueniens videtur exemplum.nec enim res videtur peruenisse ad eum casum à quo incipere non posit. nam vnicuique hæredum obligatus est promissor in solidum ad præstandam viam:vt.ſ.eo.l.ij. & ambobus ita stipulantibus, scilicet in solidum, teneret stipulatio. ergo quod dicit obligationē peruenisse ad eum casum &c.dic, scilicet per vnicam stipulationem alicuius hæredum.nam ad hoc vt ab eis inciperet obligatio, necesse esset omnes stipulari , vel omnibus viam cedi : vt supra de seruit.ru.prædio.l.si vnus.& communia prædio.l.fi. Item & aliàs fallit instit.de leg.§.ex contrario.

u *Adquisita.*& iam constituta.Accursius.

x *Confirmatur.*id est firma remanet. sic.ſ.de ser. rusti. prædio.l. vnus.in fi.& habes idem.ſ. de ser.l.pro parte. sed videtur & hoc incompetens exemplum. nā cum de obligatione sit locutus quæ peruenit ad eū casum à quo incipere non potest:hic non de obligatione exemplificat,sed de seruitute.& potest vtique dici quòd de seruitute ponendo exemplum , retulit se ad generale promissum,scilicet rem extingui si peruenit ad eum casum à quo incipere non valet : quasi non de sola obligatione hoc promisisset. Vel dic subtilius. nam cum seruitus sit res incorporalis, & ideo

non

BIU Cujas

non proprie sit eius traditio vel possessio, sed vsus eius pro traditione habeatur, vt. ff. de ser. l. fi. ideo promissor licet iam cōstituerit eam, non tamen est adhuc ipso iure liberatus: sed præstare tenetur patientiam eundi. vnde & cauere debet per eum nō fieri quo minus eat: vt. ff. de actio. emp. datio. §. si iter. hinc est quòd ex empto tenetur qui seruitutē in vendēdo fundo retinuit, si illa tempore amissa sit: vt supra de contrahē. empt. in vēdēdo. cum itaque nō sit ipso iure liberatus constitutor, sed ad præstandam patiētiam adhuc teneatur: vt no. C. de vsufru. l. corruptionē. merito de seruitute ponendo, recte videtur exēplificare de obligatione quæ ad eū casum peruenit à quo nō potest incipere, nec tamen extinguitur. vel dic quòd gratia similitudinis dicit.

a *Si pars.* etiā pro indiuiso. nam pro diuiso etiā ab initio potest cō stitui: vt. ff. de ser. l. pro parte. &. l. ad certā. & l. vt pomum. §. j. Acc.

b *Cœperit.* alienatione.

Si seruus.] CASVS. Filius meus vel seruus meus stipulatur à Titio hoc modo: Titi promittis mihi dare rē illam aut illam, vtram ego volā? ille promittit. quæritur, cuius est electio: patris vel domini, an filij vel serui? Respondetur quòd est filij vel serui stipulantis: & nō patris vel domini. cætera sunt clara vsque ad. §. pupillus.

[PVPILLVS.] Pupillus postquā fari potest, sibi potest stipulari. obligari autem nō potest si est in patris potestate: etiam si pater auctorizet obligationē suā. pubes vero, id est maior. xiiij. annis obligari potest ac si paterfamil. esset. [SI ITA.] Interrogauit te hoc modo: Promittis mihi aut Titio. x? tu respondisti, promitto tibi. x. an recte responderis vt obligatio contrahatur? Respō. quòd sic: quia mihi soli obligatio quæritur, licet Titio recte solui possit. [SI INTER EOS.] Eramus Parisius tu & ego: ego stipulatus sum à te hoc modo: promittis mihi hodie Lugduni. c. aureos? an talis stipulatio sit vtilis? Videtur quòd non: quia est impossibilis. Quomodo enim posset promissor hodie pmittere Parisius, & hodie soluere Lugduni, cum longe hæ duę ciuitates abinuicem distent? Sed respōdetur quòd hæc stipulatio potest esse vtilis. Ponamus enim q̄ in mēse Maij nos eramus Lugduni. ego dixi institori meo: Titius & ego secunda die Iulij Parisius erimus: & ea die stipulabor ab eo cētum aureos: & ideo illos pete ab institore suo qui est Lugduni. similiter Titius pmissor dixit factori siue institori suo quòd die secūda Iulij esset Parisius mihi promissurus: & quòd solueret ipsa die institori meo Lugduni. Et cū essemus ea die Parisius: sum ab eo stipulatus sic: Promittis mihi hodie dare centū Lugduni? certe hoc modo stipulatio valet. [CVM MIHI.] Iste. §. pulcherrimus quinque principaliter dicit. primo dicit quòd si ego stipulor à te, & volo in stipulatione adiungere personam Titij: quòd possum facere: dummodo eādē rem stipuler mihi & Titio: veluti mihi aut Titio hominem dare spondes? Non autem possum mihi vnā rem, & Titio alteram stipulari: sicut, promittis mihi dare. c. aut Titio fundum? quòd si ita stipulatus sum à te: soluendo rem aliā Titio non liberaris ipso iure: sed bene per exceptionem. vsque ibi. [TEMPORA VERO DIVERSA.] Dicit quòd licet (vt proxime dictum est) non possim diuersas res mihi aut Titio

A euenit, si pars [a] prædij seruientis, vel cui seruitur, alterius domini esse cœperit. [b]

Facultas eligēdi cohæret personæ. Bar.

CXLI. GAIVS libro secundo de verborum obligationibus.

SI seruus aut filiusfamilias ita stipulatus sit: *illam rem aut illam, vtram ego velim*: nō pater dominúsve, sed filius seruúsve destinare [c] de alterutra debet. [d] Extranei quoq; persona si cō-

B prehensa fuerit, veluti hoc modo: *vtram earum Titius* [e] *elegerit*: non aliter stipulator alterutrius petendæ facultatē habet, quàm si Titius elegerit.

Vbi est ætatis defectus: patris auctoritas non sufficit ad obligandum. Bartolus.

¶ Pupillus [f] licet ex quo fari cœperit, rectè stipulari potest: tamen si in parentis potestate est, ne auctore quidem patre obligatur: pubes verò qui in potestate est, perinde * ac si paterfamilias, obligari solet. [g] Quod autē in pupillo [h] dicimus, idem & in filiofamilias †impubere dicēdū est. ¶ Si ita fuero stipulat⁹,

C *mihi aut Titio*: & tu mihi daturum te spondeas: secūdum omnium opinionem, ad interrogatum te respondere. quia cōstat mihi soli adquiri [i] obligationem, Titio autem dumtaxat rectè soluitur. [k]

Angustia temporis vitiat stipulationem, nisi in loco destinato præsentia procuratoris interueniat. Bartolus.

¶ Si inter [l] eos qui Romæ sunt, talis fiat stipulatio: *hodie Carthagine dare spondes*? quidam putant non semper videri impossibilem causam stipulationis * contineri: quia possit cōtingere vt tam stipulator quàm promissor ante aliquod tempus suo quisque dispensatori notum fecerit in eum diem futurā stipulationem: ac demandasset promissor quidem suo dispēsatori vt daret, stipulator autē suo [dispensatori] vt acciperet. quòd si ita factum fuerit, poterit valere stipulatio.

Diuersitas rerum, temporum, qualitatum vel conditionum adiecta facto extranei in stipulatione vtili, non vitiat, nec ob eiusdem factum valida stipulatio impeditur. hoc dicit vsque in fi. Bartolus.

¶ Cum mihi aut Titio stipulor [dari:] dicitur aliā quidem rem in personam meam, aliā in Titij designari non posse: [m] veluti mihi decem, aut Titio hominem. si verò Titio ea res soluta sit quæ in eius persona designata fuerit: licet ipso iure non liberetur pmissor, per exceptionem [n] tamē defendi possit. Tēpora verò diuersa designari posse, veluti, *mihi kalendis Ianuariis*, Titio stipulari: tamen possum vnam rem diuersis temporibus mihi aut Titio stipulari: veluti, promittis mihi dare centum mēse Ianuarij: aut Titio mēse Februarij? & possum pro Titio citerius tempus apponere, pro me vlterius. exempla sunt in textu vsque ibi: [SED RVRSVS.] Vbi dicit quòd possum mihi pure, Titio autem sub conditione stipulari: sicut, promittis mihi dare idibus Ianuariis, aut Titio si nauis ex Asia venerit? textus clarus est vsque ibi: [EX HIS OMNIBVS.] Vbi ponit conclusionē suam: dicens quòd licet adiectio personæ tertiæ facta in stipulatione sit quandoque inutilis: nō eo minus valet stipulatio in nostra persona: quia vtile per inutile non vitiatur. Frāc. Accursius.

† *Docentes hic dicunt istū text. singu. & vnicū ad hoc, quòd impossibile simpliciter potest deduci in obligationē si hominis permissione deducitur ad possibilitatē. Bol. *Flo. stipulationi*

c *Destinare.* id est eligere. Accursius.

d *De alterutro debet.* quia personalis est electio: vt. ff. eo. l. si ita stipulatus fuero. in prin. & quæ facti sunt, non transeunt ad dominū: vt. ff. de cōdi. & demō. l. qui hæredi. & ff. de adi. leg. l. legatū nulli. &. j. de solu. Stichum. §. vsumfru. & ff. de vul. substi. l. qui liberis. §. fi. & ff. eo. l. si quis arbitratu. & ff. pro socio. l. si seruus societatem. & l. verum. §. sed si hic. versi. patri. Accursius.

e *Titius.* nam & hæc personalis est: vt supra eo. l. si quis arbitratu. secus in legato: vt. C. cōmunia de leg. l. fi. §. sed & si quis. vbi reducitur ad arbitrium boni viri. & sic etiā soluitur supra de lega. j. l. Iulianus. nam & ibi in legato. Accursius.

f *Pupillus.* sed impubes. non autem repetas pupillus: ne sit contra. j. de verb. signifi. l. pupillus. Vel dic quòd improprie accipitur hic pupillus: vt &. C. de iur. delib. si infanti. §. fi. & ff. de pecu. l. quam Tuberonis. §. pupillum. Ratio autem est, quia tutor ad hoc datur, vt eo auctore obligetur: sed non patria potestas, cum etiam sexagenarius sit in potestate: nec tamen eget auctoritate in contrahendo. Item tutorem potest conuenire, non patrem, licet male gerat. & facit instit. de inuti. stipu. §. pupillus. & supra eo. l. mulier. Accursius.

D g *Solet.* excepto Mace. & voto: vt. ff. ad Macedo. per totū. &. j. de pollici. l. si quis rem. §. voto. & supra titu. j. l. filiusfamilias.

h *In pupillo.* id est filio masculo.

i *Adquiri.* & sic ad totam obligationem est responsum. secus si Stichum aut Pamphilum stipulor, & tu Stichum promittis: quia ibi ad obligationem vterque ponitur: vt. ff. eo. l. si duo rei. &. l. inter stipulantem. §. item si ego. Accursius.

k *Soluitur.* si in responsione fuerit insertus. vel forte sufficit in interrogatione.

l *Si inter eos.* facit insti. eo. §. loca. & ff. de eo quod cer. lo. l. ij. §. si quis ita. sed legatum non vitiat angustia temporis: vt. ff. de lega. j. l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. Accursius.

m *Nō posse.* vt ipso iure liberet soluēdo adiecto rē ei designatā.

n *Per exceptionem.* aliàs ipso iure, si eadem sit res: vt instit. de inuti. stipu. §. si quis alij. Sed nonne qui soluit aliud pro alio creditori volenti, ipso iure liberatur? Respon. sic: sed nō sic qui alij. sed & aliàs ratihabitio cōparatur mandato: non tamen mandatur mandati actio, sed nego. gest. Item & dolus pro possessione est: sed nō directe, sed vtiliter tenetur: & sic duo videntur paria: non tamen sunt per omnia. & facit. ff. de actio. & oblig. l. obligatio-

BIU Cujas

num fere.§.pe.Item contra.ſ. de ope.liber. ſeruus patroni. &.l. nihil.&.l.quia.ſed ſpeciale in operis. Accurſius.

a *Quo caſu.* veluti ſi anterior dies collata eſt in perſonã Titij.

b *Non dederis.* & ſi dederis, non liberaberis: immo nõ incidis in obligationem: vt ſupra eo.l.decem.& ſic intelligitur.ĵ.de ſolu.l. qui res.§. qui ſtipulatur.& facit infra de ſolu.qui hominem.§.ſtipulatus.

c *Tractari poteſt.* ſcilicet q̃ non valet obligatio ſupradicta.

d *Perſona adiecta.* & mea ſub conditione.

e *Ex hoc.* ſcilicet q̃ dictum eſt non poſſe ſolui adiecto niſi in perſonã ſtipulantis cõſiſtat ſtipulatio. Ac.

f *Perſona.* ſcilicet Titij. Accur.

g *Defecerit.* ſcilicet conditio.

h *Ex his omnibus.* & quia alterius perſona non adiicitur ad obligationem, ſed ad ſolutionem: & quia ſi Titij conditio defecerit, nec ipſi poterit ſolui.

Vulg. niſi à me

i *Non rectè adiiciatur.* quia mortuus. ad quod eſt ſupra de vſur.l.placuit.

DE DVOBVS reis ſtipulandi & promittendi.

Quia in ſtipula. de quibus dixit.ſ.ti.1. plures interueniunt quandoque: ideo de hoc dicit: vt inſti. eo.in prin.& quod dicit, duobus: idem ſi plures: vt & inſti.eo.§.duo.

Qui ſtipulatur.] CASVS. In riſcon. more ſapientis philoſophi, ne procedamus per ignota, tractaturus de duobus reis, definit quid ſit reus ſtipulandi, & quid reus promittendi: dicens quòd reus ſtipulãdi, eſt qui ſtipulatur: reus promittendi, eſt qui promittit. Frã. Ac.

k *Qui ſtipulatur, reus.* à re quę in ſtipulationẽ deducitur, nõ à reatu. ſed alij à re, id eſt veritate. alij à re, id eſt cõtractu quo obligatur. alij à re, id eſt firmitate, ideo quia efficaciter ſtipulatur, & efficaciter tenetur. ſic in Virgilio: voti reus, id eſt qa erat voto aſtrictꝰ. & ſic verbũ reꝰ firmitatẽ ſignificat. Ac.

Cvm duo.] CASVS. Titius & Seius ſtipulati ſunt à Sempronio centum aureos. Sempronius ſoluit vni eorũ totam ſummam: an ſit liberatus ab alio etiam? Reſpõ. quòd ſic. Item Titius ſtipulatus eſt à Mæuio & Seio centum aureos: vtrũ poſſit à quolibet eorum totam ſummam exigere? poſtea ibi, ideoque. facit concluſionem ſuam: dicens quòd per petitionem factum ab vno reorum debendi & acceptilationem tota obligatio reſoluitur. Franciſcus Accurſius.

l *In ſolidum debetur.* cum hoc actũ eſt tacite vel expreſſe vt duo rei ſtipulandi ſint in ſolidum: vt.ĵ.eo.reos. in fi.& ſic etiam intelligitur.ĵ.l.proxi.§.j.& inſti.eo.§.pe. ſed hodie ſecus: vt in authẽ. de duobus reis promit. in princip.col.vij.

m *Petitione.* accipe hæc duo actiue & paſſiue: vt & cætera verbalia nomina. nã ſiue vnus petat, vel accepto ferat: præiudicat aliis. ſiue ecõtra ab vno petatur, vel ei accepto feratur: pficit aliis. Ad primum, ſcilicet ad petitionem prout paſſiue ponitur, concor.ſ. de euic. ſi per imprudentiam.§.fi. ſed eſt contra. C. de fide-

aut Titio kalendis Februariis? immo etiam citeriorem diẽ in Titij perſonã conferri poſſe: veluti, mihi kalẽdis Februariis, [aut] Titio kalendis Ianuariis [dare ſpondes?] quo caſu[a] talem eſſe ſtipulationẽ intelligemus, *ſi Titio kalendis Ianuariis nõ dederis,*[b] *mihi Kalendis Februariis dare ſpõdes?* Sed rurſus mihi quidem purè, aut Titio ſub conditione ſtipulari poſſum. Contra vero ſi mihi ſub conditione [ſtipuler,] aut Titio purè: inutilis erit tota ſtipulatio: niſi in meam perſonam conditio extiterit: ſcilicet quia niſi quod ad me* vim acceperit obligatio, adiectio nihil poteſt valere. Hoc tamẽ ita demum tractari poteſt,[c] ſi euidẽter apparet purè Titij perſona adiecta.[d] alioquin cum ita ſtipulor: *ſi nauis ex Africa venerit, mihi aut Titio dari ſpondes?* Titij quoque perſona ſub eadem conditione adiici videtur. Ex hoc[e] apparet, ſi diuerſa conditio in meam perſonam, diuerſa in Titij poſita ſit, nec in meã perſonam extiterit cõditio: totam ſtipulationem nullius momenti futurã. extante verò mea conditione: ſi quidẽ Titij quoque conditio extiterit, poterit vel Titio, [vel mihi] ſolui. ſi vero in illius perſona[f] defecerit:[g] quaſi non adiectus habebitur. Ex his omnibus[h] apparet, licet alterius perſona non rectè adiiciatur:[i] nõ ideo minus in noſtra perſona vtiliter procedere ſtipulationem.

DE DVOBVS REIS* ſtipulandi & promittendi.

TITVLVS II.

I. MODESTINVS libro ſecundo Regularum.

QVi ſtipulatur, reꝰ[k] ſtipulãdi dicitur.† qui promittit, reus promittẽdi habẽt.

Hæc actio idem facit, vt videantur cõſtitui duo rei debendi & credẽdi. & vnius petitione & acceptilatione tollitur obligatio. Bartolus.

II. IAVOLENVS libro tertio ex Plautio.

CVm duo eandem pecuniã aut promiſerunt aut ſtipulati ſunt: ipſo iure & ſingulis in ſolidum debetur,[l] & ſinguli [in ſolidum] debent: ideoque petitione[m] [&] acceptilatione vnius, tota ſoluitur obligatio.

Licet prius contrahitur obligatio vnius, poſtea obligatio alterius: non vitiatur conſtitutio duorum reorum: & fruſtra timetur nouatio. Bartolus.

III. VLPIANVS libro quadrageſimo ſeptimo ad Sabinum.

IN duobus reis promittendi fruſtra timetur nouatio. nam licet ante prior reſponderit, poſterior etſi ex interuallo accipiatur, conſequens eſt dicere, priſtinam obligationem durare, & ſequentem accedere:[n] & parui refert, ſimul ſpõdeant, an ſeparatim[o] promittãt: cum hoc actum[p] inter eos ſit, vt duo rei conſtituantur, neque vlla nouatio fiat.

Poteſt à quolibet correorũ in ſolidũ peti: & etiã p parte: & vna ſolutio ſufficit. Bar.

VBi duo† rei facti ſunt: poteſt vel ab vno eorum ſolidum peti.[q] Hoc eſt enim duorũ reorũ, an ſimul reſpondeant, an ſeparatim: dummodo actum ſit vt fiant duo rei promittendi. [VBI DVO REI.] Vidimus ſupra quid ſint duo rei ſtipulandi: & quid duo rei promittendi. nunc quæritur quomodo exigi poſſunt. Et reſpõdetur quòd ab vno quoque poteſt tota ſumma peti: & vnus reus promittendi poteſt totam ſummam petere. Item poſſunt etiam partes peti à ſingulis reis: & ſinguli rei promittendi poſſunt partes petere. & ponit ſimilitudinem ibi, quẽadmodum. nam ſicut à reo poteſt tota ſumma peti, vel à fideiuſſore poteſt tota ſumma peti: quia eſt vna obligatio, ergo etiam vna ſumma: & ſi vnus reus ſoluat, alter liberatur. aut ſi vnus reus ſtipulandi exigat totam ſummam: alter nihil poterit petere. Franciſcus.

A iuſ.l.fi.§.idẽque.&.ſ.depoſi.l.j.§.ſi apud. Sol. hic petiit lit.cõteſt. arg.ĵ.eo. ex duobus. In contrariis autem petiit extra iudicium. vel hic cum effectu: arg.illius.§.ſi apud.& arg.ĵ.de fideiuſ.l.cum is qui & reum. vel hic petiit animo nouandi: vt.ĵ.de noua.ſi rẽ.§. ſi duo.&.ſ.de in rem verſo.ſi pro patre.ij.reſpon. Item facit.ĵ.de noua.ſi rem.§.ſi duo.& ad id quod ſubiicit de *Pe acceptilatione, con- bus cor.ĵ.de accep.l.& per ſiu iuſiurandum.§.fi. &.l. ſi ex pluribus. Sed contra.ſ.de pac.ſi vnus. in princi. Solu. hic ſocij: ibi non. Vel ſolue vt † ibi. Item arg.contra.ſ. de operis noui nun.de tio pupillo. in fi.&.l. quia bro in re. in princip. ſeſt.§. de in.l. de pupillo. ſ Item tra facit.ſ.de pactis. idem. qui & ſupra de iureiuran. Lat duobus. Itẽ aliud quàm mod in accept. eſt ſi ponas arg creditorem ſucceſſiſſe ſed vni ex duobus reis de- quos bendi. nam non extin- re. de guitur obligatio alte- tur. riuſ: vt in arg.contra.j. *Fl de fideiuſ.l. Vranius. li debe verſi. ſed cum duo. Ac- curſius.

IN duobus reis.] CASVS. Volebam mihi cõſtituere duos reos promittendi, Titium ſcilicet & Mæuiũ. primo ſtipulatꝰ ſum à Titio. c. aureos. poſtea ex interuallo iterum ſum à Mæuio ſtipulatus eãdem ſummam. feci cõueniri Titium vt mihi ſolueret iſta. c. quireſpondit quòd non tenebatur mihi ſoluere: quia facta fuiſſet nouatio: eo quòd ſtipulatus fueram eandẽ ſummam poſtea à Mæuio. quæritur quid iuris? Reſpondetur quòd Titius tenetur ſoluere: nec poteſt allegare q̃ facta fuerit nouatio: † quia in duobus reis promittendi non fit aliqua nouatio: licet primo ab vno ſtipuler, poſtea ab alio. nã non eſt vis

n *Accedere.* Nam nec iſto iure fit nouatio: niſi hoc agatur expreſſe, vel tacite: vt hic, &.ĵ.de noua.l.omnes. hodie expreſſe: vt C. de noua.l.fina. Accurſius.

o *Separatim.* contra inſtitu.eo. in princip. ſed ibi in reis ſtipu. hic promittendi. vel hic vocat interuallum modicum, quod pro nõ interuallo habetur: vt.ĵ.eo.l.duos.§.fi.& quod dicit, ſimul: ſcilicet vno vocũ contextu. & adde q̃ no.ĵ.eo.ſi ex duob⁹. in prin.

p *Actum.* vt.ĵ.eo.l.reos. in fi. Accurſius.

q *Peti.* vt &. C. eo.l.j.&.ſ.l.proxi. Accurſius.

Peti.

BIU Cujas

a *Peti.* scilicet solidum. sed hodie per authen. determinatur de duobus reis promittendi.

b *Dubium est.* lic. ſ. de lega. j. ſi ex toto. §. j. &. j. de fideiuſ. l. inter. ij. §. duo rei. in fi. §. &. ſ. de pecu. & ancillarum. §. illud. &. ſ. commo. l. in cómodato. §. duabus. Sed arg. contra. j. iu. ſolu. l. iam tamen. §. penul. *ADDITIO.* Dic ſecúdũ Bart. quòd ibi loquitur in cóuen. & actor ſcindere volébat. hic loquitur in creditore volẽte diuidere, ſecundũ Dy.

c *Areo.* audi Io. quia duo rei videntur fideiubere propter hãc ſimilitudinem. ſed dicas audio. nam pro me eſt, cum nil ſit idem ei cui eſt ſimile. & hoc dic vt no. ſ. ad Velleia. l. vir vxori. in fi. Accur.

d *Cũ vna.* imo plures obli. & actiones, quot rei: vt j. eo. eandẽ. in fi. & l. ſi reus. &. j. de fideiuſ. l. generaliter. & inſti. e. §. ex huius. ſol. dic plures in eſſentia, vt in cõtrariis: ſed vna propter vnum debitum & vnã ſolutioné: vt hic. arg. ſ. de condit. & demon. l. hęc ſcriptura. & facit. j. de ſolu. qui homiaem. §. j. in fi. §. Ac.

e *Contingat.* arg. contra. ſ. de interroga. act. l. qui ſeruũ. circa prin.

Duo rei.] *CASVS.* Duo rei promittendi poſſunt reſpondere: ſpõdemus vel promittimus: aut ſpondeo vel promitto: quia non refert quomodo reſpondeant, dummodo ad interrogata reſpondeant. Fran.

f *Duo.* facit inſtit. eo. in prin. &. §. j. Accurſius.

g *Spondetis.* ſcilicet tu & tu. Accurſius.

Nemo eſt.] *CASVS.* Sicuti poſſunt fieri duo rei ſtipulandi eiuſdem ſummæ vel rei: ita poſſunt fieri duo rei ſtipulandi vel promittendi eiuſdem operę. Exemplum: volebam ædificare domũ, vel pingere aulam: poſſum à Titio & à Mæuio ſtipulari hanc domum mihi ædificari, vel aulam pingi. Vel pone econtra quòd Titius & Mæuius ſtipulentur à Seio domum ſibi ædificari: vel aliquid aliud fieri. Vide glo. quæ bene declarat has operarum ſtipulationes. Fran. Accurſius.

h *Neſciat.* id eſt ſcire non debeat. Accurſius.

i *Alienas.* aliàs, vel alienas. & ponitur vel pro etiam.

k *Promitti poſſe.* id eſt, operam vel operas quas promiſit vnus, poteſt alius promittere: vt ſint duo rei debendi eiuſdem operæ vel earundem operarũ. Vt enim ſi Titius Stichum promittit, & Seius eundem Stichum: vt ſic ſint duo rei debendi: idem Stichus eſt in obligatione vtriuſque: & eúdem hominem videntur promittere: & ſi vno ſoluente alter liberatur: nec tamẽ ſolutio vnius eſt ſolutio alterius: ſic in. x. operis pictoriis. Nam eædem ſunt in obligatione vtriuſque: & eaſdem videntur promittere: & vno ſoluente ambo liberantur: nec tamen præſtatio operæ facta ab vno, eſt præſtatio quæ erat facienda ab alio. In hoc tamen differunt: quia in Sticho eſſentialiter vna res debetur: in opera duæ: quia quilibet de ſua actione ſeu actu intelligit: ſed fictio operatur propter omnimodam ſimilitudinem vt eædem videantur: & hoc ſi ſint æqualiter periti: aliàs non videntur eædem: ſed diuerſæ ſolutione tamen vnius vterque liberatur: quia hoc agitur ſaltem tacite: aliàs ſecus: vt. j. de ſolu. l. inter artifices. quæ eſt contra. patet ergo principium legis loqui in duobus reis: ſubſequenter in reo & fideiuſſore. Tertio ad reos redit: & concipias ſtipulationem vt in fideiuſ. ſtatim dicam. Accurſius.

l *Adhiberi.* non quòd dicat fideiuſſor, promitto quòd ille dabit: nam ſic promitteret factum alienũ: quod nõ valet: vt. ſ. ti. j. l. ſtipulatio iſta. in prin. Item nec quòd dicat promitto quòd faciã quòd ille dabit. nã ſic aliud promitteret fideiuſſor, & aliud reus principalis: quod eſſe non debet: vt. j. de fideiuſ. l. Græce. §. ſi quis vt vnuſquiſque eorum in ſolidum ſit obligatus, poſsítque ab alterutro peti. a & partes autem à ſingulis peti poſſe, nequaquã dubium eſt: b quẽadmodum & à reo c & fideiuſſore petere poſſumus. vtique enim cùm vna d ſit obligatio, vna & ſumma eſt: vt ſiue vnus ſoluat, omnes liberentur: ſiue [vni] ſoluatur ab altero, liberatio contingat. e

Siue vnica voce reſpondeatur, ſiue pluribus: non vitiatur conſtitutio duorum reorum. Bartolus.

IIII. POMPONIVS libro viceſimoquarto ad Sabinum.

DVo f rei promittendi, ſiue ita interrogati, *ſpondetis?* g reſpondeant, *ſpondeo*: aut, *ſpondemus*: ſiue ita interrogati, *ſpondes?* reſpondeant, *ſpondemus*: rectè obligantur.

Obligationi perſonarum poteſt accedere fideiuſſor: & in ea actiue & paſsiue poſſunt duo rei conſtitui. Bart.

V. IVLIANVS libro viceſimoſecundo Digeſtorum.

NEmo h eſt qui neſciat h alienas i operas promitti poſſe, k & fideiuſſorem adhiberi l in ea obligatione. & ideo m nihil prohibet duos reos ſtipulãdi cõſtitui, vel promittẽdi: ſicuti ſi ab eodem fabro duo rei ſtipulandi eaſdem operas n ſtipulentur. & ex cõtrario duo fabri eiuſdem peritiæ eaſdem operas promittere intelligũtur, & duo rei promittendi fieri.

Ex duobus interrogatis vel interrogantibus, qui reſpondet obligatur: & cui reſpõdetur, quæritur obligatio: & ab vno tantum ex correis poteſt accipi fideiuſſor. Bar.

VI. IDEM libro quinquageſimoſecundo Digeſtorum.

DVos reos promittendi facturus, ſi vtrumque interrogauero, o ſed alter dumtaxat reſponderit: verius puto eum qui reſpõderit, obligari. neque enim ſub conditione interrogatio in vtriuſque perſona fit, vt ita demũ obligetur, p ſi alter quoque reſponderit. Duobus autem reis cõſtitutis, quin liberum ſit ſtipulatori vel ab vtroque vel ab altero dũtaxat fideiuſſorem accipere: non dubito.

m *Et ideo.* pro M. cõtra Io. in eo quod no. ſ. ad Velle. vir vxori. in fi. ſed Io. dicit ideo nõ eſſe omnino idem: vel licet in hoc ſit ſimilitudo, nõ ſequitur propter hoc quòd in omnibus. Accurſius.

n *Eaſdem operas.* Sed quomodo ſunt eædẽ à duobus debitæ: cum nec eiuſdem hominis opera poſsit eſſe eadem: vt ſupra de cõdi. indeb. l. ſi non ſortẽ. §. libertus. & de præſcript. verb. ſi operas. quæ ſunt contra? Sol. hic in genere: & ſic incertas promittunt, ibi certas: inter quas certas & incertas multæ ſunt differentiæ: vt not. in. d. §. libertus. Vel verius dicuntur eædem propter omnimodam ſimilitudinem, & ſic fictione iuris. Argu. C. de contrahen. ſtipu. l. veteris. ſed in ſui eſſentia diuerſæ ſunt quo ad præſtationem: & ſic cautè dicit eiuſdem peritiæ. nam ſecus ſi vnus peritus, & alter imperitus: quia tunc etiam iuris artificio non ſunt eædem, ſed diuerſarum operarum eſſent promiſſores: vno tamen ſoluẽte alter liberatur. Vel ſecundum M. eaſdem, id eſt conſimiles. ideo autem ius fingit hic eſſe eaſdem: quia actum eſt vt etiam ab alio poſsint præſtari. aliàs ſecus: vt in contrario. j. de ſolu. inter artifices. Et eſt hæc ratio optima. nam & vbi indebitę ſolutæ ſunt: ſiue certas, ſiue incertas putauerit ſe debere: non poſſunt eædem repeti: vt in. ll. contrariis: quia non egit hoc ſoluens vt ab alio ſoluerentur. & ideo eſt alia, quia ab alio vel ab eodem alio tempore præſtanda. hic autem vna: quia actum fuit: & propter ſimilitudinem peritiæ eædẽ intelliguntur fictione iuris. Accurſius.

Operæ ſiue certæ, ſiue incertæ, repeti nõ poſſunt, vbi & quando indebitæ ſunt ſolutæ. & ratioquare.

Duos reos.] *CASVS.* Volebam mihi conſtituere duos reos promittẽdi: Titium ſcilicet & Mæuium. Interrogaui: Titi & Mæui promittitis mihi. c? ſi reſpõdent ambo ad interrogatũ: ambo obligabuntur. Sed ponamus quòd ſolus Titius reſpõdeat: certe ſolus Titius obligabitur, non Mæuius. ſed videbatur quòd nec Titius obligaretur: quia videtur iſtæ ſtipulationes duorum reorum fieri ſub conditione, ſi ſcilicet alter etiam reſpondeat, & non vnus ſolus. Sed reſpondetur quòd non eſt ita: immo qui reſponderit, ille obligabitur, non autem alter qui non reſpõderit. Itẽ poſſum ab vno reo promittendi fideiuſſorẽ petere, ab altero non: quia forte vni melius confido quàm alteri. Item ſi duo rei ſtipulandi interrogent Titium an centum promittat, & Titius vni ſoli reſpõdeat: illi ſoli obligabitur. [*DVO REI.*] Sicut in ſtipulationibus aliis modicum interuallum tẽporis, vel actus nõ contrarius ſtipulationi nõ vitiat ſtipulationem: ita ſimiliter nec in duobus reis promittendi ſi vnus nunc reſpondeat, poſt modicum tempus alter. Textus abinde planus eſt. Fran. Accur.

o *Interrogauero.* ſubaudi, & ipſi reſponderint. Accur.

p *Obligetur.* qui reſpondet. & eſt ad hoc. ſ. de adquir. poſ. quod meo. §.

meo.§ si furioso.&.C.de condi.ob cau.si repetendi.Sed arg.cõtra.ẽ.de ope.noui nun.stipulatio.§.habet. Accursius.

a *Sed si à duobus.* conuersum casum ad prin.huius.l.ponit.Acc.

b *Ratio.* id est discreta inspectio, vt prolixum impediat, modicum non. Accursius.

c *Modicum.* licet autem tempus prolixum possit impedire:modicũ tamen &c.& ad hoc supra de verbo.obliga. l.j.§. qui præsens. &.l. continuus. in princip. & de vi & vi arm.l.iij. §. cum igitur. & infra de adul.quod ait.& supra de testa.hęredes.§. finali. & supra ad leg. Falcid. l.j §. item si ita legatum. ibi, & quod dixi incontinenti. sed contra supra eod. l. in duobus. circa princip. Solu.vt ibi. Accursius.

ADDITIO. Dic secundum Barto. quòd inter interrogationem & responsionem eiusdem, actus contrarius, vel longum interuallum, impedit constitutionem, vt hic:sed longum interuallum inter obligationem vnius & alterius non vitiat.

a Bar.hic dicit hanc glo.mẽti tenendam & sing.adhoc, quòd si te interrogẽ: promittis mihi c.ducatos. & dico,facias hoc scribere. & postea respõdes promitto.valet stipulatio: & censetur facta non ex interuallo, sed incontinenti: prout requiritur per.l.i.ẽ.de verbo.obliga.& l.cõtinuus.e.ti. Bolog.

Sed si à duobus[a] reis stipulandi interrogatus, respõdisset vni se spondere:ei soli tenetur.

Modicum interuallum constitutionẽ reorum non vitiat: nec actus medius constitutioni reorum non contrarius. Bart.

¶ Duo rei sine dubio ita constitui possunt, vt & temporis ratio[b] habeatur intra quod vterque respondeat. Modicum[c] tamen interuallum tẽporis, itẽ modicus actus, qui modò contrarius obligationi non sit, nihil impedit quo minus duo rei sint. Fideiussor quoque interrogatus[d] inter duorum reorum responsa, si responderit: potest videri non impedire obligationem reorum: quia nec lõgum spatium interponitur, nec is actus qui contrarius[e] sit obligationi.

Disparitas qualitatis quæ speratur reduci ad paritatem: non vitiat constitutionem correorum. Bartolus.

VII. FLORENTINVS libro octauo Institutionum.

EX duobus reis promittendi, alius in diẽ vel sub conditione[f] obligari potest. nec enim impedimento erit dies, aut conditio, quo minus ab eo qui purè obligatus est, petatur.

Si in vnius persona non consistit obligatio: alter tenetur in solidum si tanquam duo rei se obligant. aliàs in virilem. Bart.

VIII. VLPIANVS libro primo Responsorum.

HIs verbis, *&cáque præstari stipulanti tibi spopõdimus*: interesse quid inter contrahentes actũ sit.nã si duo rei facti sint:[h] eum qui absens fuerit, nõ teneri:[i] præsentem autem in solidũ esse obligatum:aut si minus,[k] in partem fore obstrictum.

Re, verbis, consensu, testamento, possunt constitui duo rei. Bart.

IX. VLPIANVS libro vicesimoseptimo Quæstionum.

EAndem rem apud duos pariter deposui, vtriusque fidem in solidum secutus: vel eãdem rem duobus similiter cõmodaui. fiunt duo rei promittendi:[l] quia non tantum verbis stipulationis, sed & cęteris[fiũt] contractibus,[m] veluti emptione, venditione, locatione,[n] cõductione, depositio, commodato,[o] testamẽto: vtputa si pluribus hæredibus institutis testator dixit: *Titius & Mæuius Sempronio decem dato.*[q]

Imparitas culpæ, ab initio vitiat cõstitutionẽ duorũ reorũ secus si ex postfacto. Bar.

¶ Sed si quis in deponẽdo penes duos, paciscat vt ab altero culpa[r] quoq; prẽstaretur:verius est non esse duos reos à quibus impar susceptа est obligatio.[f]

Facti sint. quo ad propositum.nam vnus non tenetur:vt subiicit. Accursius.

i *Non teneri.* vt &.ẽ.titu.j.l.j.in prin.

k *Si minus.* id est si non sit actum vt sint duo rei debendi. & facit.j.eo.l.reos.§.cum tabulis.& nõ est cõtra infra eo. si id quod. vbi imparitas impedit: quia & hic impedit vt non sint duo rei,sed vnus reus.

Andem rem.] CASVS. Textus iste vsque ad.§. sed si quis. satis planus est. abinde vsque ad.l.seq.pone sic casum. Deposui rem apud duos: Titium scilicet & Mæuium. certum est quòd in depósito depositarius tenetur tantum de dolo & lata culpa. nunc ego pactus sum cum Titio quòd ipse etiam culpã leuem præstaret si deposita interiret. certe hic nõ sunt duo rei: quia obligatio est impar in eorum persona: cum vnus strictius sit obligatus quàm alter. Si autem ab initio sum pactus cũ ambobus vt mihi de leui culpa ambo tenerẽtur: postmodũ vni eorũ puta Titio remitto culpam,ita vt tantum de dolo teneatur:propter hãc secundam pactionẽ non mutatur prima, ita vt Mæuius liberetur à culpæ præstatione quę ab initio fuit promissa.post facit conclusionẽ sum ibi:quare &c.si isti depositarij sunt socij, & interceſsit communis culpa in depósito: pactum factum cum vno de culpa remissa, proderit alteri. [CVM DVOS.] Titius erat Mediolani, Mæuius autem Florentiæ:vendidi eis ambobus per nuntium vel epistolam certas merces vsque ad summam mille aureorum: quia mihi promiserunt se soluturos illa mille Capuæ.hic quæritur,qualis ratio debeat haberi istorum duorum emptorum: quia quando quis promittit certo loco soluere, est habenda ratio quòd illuc possit peruenire.cum ergo vnus sit Mediolani:longius distat à Capua quàm ille qui est Florẽtiæ.habebitur ergo ratio vtriusque diuersimodè: secundum quod vnus longius est, alter vero propius. Fran. Accursius.

l *Promittendi.* large accipe, id est debendi: vt & verbum credendi:vt &.ẽ.si cer.peta.l.j.sed hodie secus:quia non tenentur in solidũ:seu non fiunt duo rei debẽdi:nisi hoc agatur: vt in authẽ. de duo.reis.in prin.col.vij.& facit ad primũ.ẽ.depo.l.j.§.si apud. ad secundum.ẽ.commo.si vt certo.§.fin. Accursius.

m *Contractibus.* supple fiunt duo rei promittendi,secundum M.

n *Locatione.* vt &.ẽ.loca.ité quæritur.§.duo.&.l.cũ apparebit.

o *Commodato.* & mandato, etiam si hoc non agatur expressim, secũdum quosdam:vt.ẽ.manda.l.creditor.§.duobus.& facit.ẽ.de consti.pec.si duo.& de insti.habebat.§.si duo.

p *Mæuius.* scilicet hæres.

q *Danto.* vtriusque fidem in solidum secutus: vt in princ.legis dixit.& sic non est contra.j.eo.siue.

r *Culpa.* leuis:de qua sine pacto non tenetur:vt.ẽ.depos.l.j.§.si conueniat.&.§.si quis seruum.in fin.

s *Est obligatio.* pura. Sed contra.ẽ.eo.ex duobus. Solu.vt ibi.& eodem modo solue quod est insti.eo.§.fi. Sed qualiter hęc imparitas vitiat,& non illa quãdo vnus pure, & alter in diem vel sub conditione? Respon. quantum ad conditionem non est quæstio, cum nec interim sit obligatus. quãtum ad diem dic idem quo ad effectum:

BIU Cujas

effectum: sed hic vterque pure & efficaciter tenetur. Item quãdo vnus pure, alius in diẽ vel sub cõditione: nullus extraneus actus assumitur: sed ab initio sic obligatur. & illa est natura cõtractus, quòd sic fieri possit. at quando culpa promittitur: extra naturam contractus hoc fit. Item secundũ R. ille qui in diem vel sub conditione promisit, aduenientе die vel conditione pure tenetur vt alius, & sic omnino est par: quæ paritas hic nõ separat. Io. & per hoc etiã patet ratio diuersitatis inter legem illã, ex duobus. &. j. eo. l. si id quod. Accur.

Non idem probandum est cum duo quoque [a][rei] culpam promisissent, si alteri postea pacto culpa remissa sit: quia posterior conuentio quæ in alterius persona intercessit, statũ & naturã obligationis quæ duos initio reos fecit, mutare non potest. quare si socij sint, [b] & cõmunis culpa intercesit: etiã alteri pactũ cũ altero factũ proderit. [c]

Disparitas locorum non impedit constitutionem reorum. Bar.

VCum duos reos promittendi facerem, [d] & ex diuersis locis Capuæ pecuniã dari stipulatus sim: ex persona cuiusque ratio proprij tẽporis [e] habebitur. nã & si maximè [f] parẽ causam suscipiunt: nihilo minus in cuiusque persona propria [g] singulorum consistit obligatio.

Correus non socius opponit compensationẽ de eo quod alteri correo debetur. Accur.

x. IDEM libro trigesimo septimo Quæstionum.

SI duo rei promittendi socij non sint: nõ proderit alteri [h] quòd stipulator alteri reo pecuniam debeat.

Duo rei possunt inuicẽ fideiubere: & potest actor actionem diuidere quo ad quantitatem: & quo ad petendi modum. Bar.

XI. IDEM libro vndecimo Responsorum.

REos promittẽdi [i] vice mutua fideiussores non inutiliter accipi [k] conuenit. reus itaque stipulandi, actionem suam diuidere [l] si velit (neque enim diuidere cogendus est) poterit eũdem vt principalem reum [m] [conuenire.] Item [eum] qui fideiussor [n] pro altero extitit, in partes conuenire [potest:] [o] nõ secus ac si duos promittendi reos diuisis actionibus [p] conueniret.

Plures intelliguntur in dubio viriliter obligari, & viriliter stipulari, nisi aliud actum sit. Bartolus.

VCum tabulis [q] esset comprehensum, illum & illum centum aureos stipulatos: neque adiectum, ita vt duo rei stipulandi essent: virilem partem singuli stipulati videbantur. [r] Et econtrario, cum ita cautum inueniretur: *tot aureos rectè dari stipulatus est Iulius Carpus: spopondimus ego Antoninus Achilleus & Cornelius Dius*: partes viriles deberi [dixi:] quia non fuerat adiectum, [s] singulos in solidũ spopondisse, ita vt duo rei promittendi fierent.

Interuallum inter interrogationem & responsionem impedit respondentem obligari. Bartolus.

a *Quoq.* id est æqualiter. sed certe idem in hoc videbatur quod in superiori: vt in arg. cõtra. ff. de in rem verso. si pro patre. §. versum. & de condi. inde. sufficit. &. j. de fideius. si à reo. §. sub diuersis. sed ille quo ad suos cõtractus.

b *Sint.* ergo non videntur fideiubere nisi sint socij: vt hic. & arg. ff. proxi. respon. quia si remittitur vni culpa, & ille esset principalis: minus quàm correus teneretur.

c *Proderit.* facit. ff. de pac. idem. & de arb. si duo. & ff. de lib. leg. l. iiij. §. nunc de effectu. & l. si is qui duos. &. j. rem ra. ha. si quis. Acc.

d *Faceret.* isti facti sunt non verbis, cũ inter absentes: sed aliis contractibus per nuntium, vel per epistolã. Et quod infra dicit, stipulat? sit, dic. i. dari cõuenit. & promittẽdi. i. debẽdi: vel etiã in stipulatione poni potest. sed tunc est contra. ff. eo. l. duos. §. fin. sed certe & hic potest fieri incontinenti, si ego hic, & seruus meus Mutinæ eadem decem à diuersis stipulamur: cum de hoc eum fecerim certum. arg. ff. titu. j. l. fin. §. si inter. vel etiam egomet. nec videtur contrarius actus si ad illum locum vadam ad stipulandũ: dum alia extranea interim nõ faciam: vt dicimus in eo qui incõtinenti possessionem recuperat: vt. ff. de vi & vi arm. l. iij. §. cum igitur. & pro hoc facit. ff. eo. l. in duobus. in prin. Accur.

e *Proprii temporis.* quo potuerit illuc venire: cũ vnus plus quàm alius distet: vt. ff. de verb. oblig. interdum. &. j. de fideius. si testamento. §. fi. sic & quandoque vnus pure, & alter sub conditione vel in diem promisit. nec est hic imparitas quæ vitiet, cum aduenientе die vtriusque tacite intellecto efficaciter & æqualiter ambo teneantur.

f *Maxime.* quia maxime videbatur ad id quod dixerat remouendum. tale maxime est. C. quod me. cau. l. iij. &. j. de capti. l. in bello. §. medio. versi. sed captiui.

g *Persona propria.* ea tamen dicitur communis: vt infra de solu. qui hominem. §. j. & vna, ex eo quòd vna solutio vtrũque liberat: vt supra eo. in duobus. §. fin. quæ sunt contra.

SI duo rei.]*CASVS.* Titius & Seius promiserunt mihi summam centum aureorum. ego debebam Titio summam. l. aureorum. petij à Seio. c. mihi promissa. Seius vult cõpensare. l. quę ego debeo Titio. an possit? Distinguitur vtrũ isti duo rei sint socij, vel nõ. si sunt socij, Seius poterit cõpensare: aliàs nõ. Frã. Ac.

h *Alteri.* vt scilicet compensare possit, cum alius sit: vt. C. de compen. l. eius. secus autem in fideiussore: vt. ff. de compen. l. si quid. & sic apparet istos non videri fideiubere inuicem inter se. secus si essent socij: vt in pacto prodesset vni factum pactum etiã alteri: vt. ff. de pactis. l. idem. & facit. ff. l. proxi. §. penul. & quod ibi de hoc dixi. Accursius.

Eos promittendi.]*CASVS.* In. l. ista glo. ponit casum vsque ad. §. cum tabulis. [*CVM TABVLIS.*] Textus procedit per terminos ponendo casum: & in summa hoc vult dicere. duo rei stipulandi aut promittendi non fiunt nisi hoc expresse dicatur. Franciscus Accursius.

i *Reos promittendi.*]*CASVS.* Duo rei promittẽdi videntur fideiubere: scilicet si socij sunt: vel si est actũ non aliàs secũdum Io. vt no. supra ad Velleia. l. vir vxori. in fin. pro parte ergo tenetur vnusquisque vt principalis: & pro parte vt fideiussor. poterit itaque creditor actionẽ suam diuidere: scilicet vt vnũquenque pro parte cõueniat tanquã reos. non enim cogẽdus est: sed eundem in totum potest cõuenire: in dimidia scilicet vt reum principalem: in alia vt fideiussorem. & ad hoc C. de fideiuss. tuto. l. j. & idẽ in duobus reis. Accursius.

Casum ponit.

Rei duo promittendi fideiubere videtur si sunt socii: vel si actũ est inter eos.

k *Accipi.* à iure, si socij sunt. vel accipi à creditore, cum est actum. M. etiam in non sociis, & si hoc nõ est actum: dicit idem.

l *Diuidere.* conueniẽdo vtrũque in dimidia vt principalẽ. vel conueniẽdo vtrũque vt fideiussorem alterius: cũ iure isto fideiussor possit iure conueniri ante reum: vt. C. de fideius. l. iure nostro. non autẽ dicas quòd vnum vt principalem, alium vt fideiussorẽ conueniat, & exigat in solidum: quia in quo vnus est principalis, in eodem alius est fideiussor: & sic bis idem exigeretur.

m *Reum.* scilicet in dimidia.

n *Qui fideiussor.* de eodem dicit, qui pro parte vt reus principalis, & pro parte vt fideiussor conuenitur. vel dic quòd vnum de reis conuenit vt fideiussorem alterius. arg. ff. eo. l. duos. §. duobus. & secundum hoc erit exemplum quando diuidit: sed superiori expositione quando non diuidit.

o *Potest.* & sic solidum habebit ab vno.

p *Diuersis actionibus.* id est contra diuersos intentatis. vna tamẽ est actio: vt supra eo. l. in duobus. in fi. & facit infra de fideius. inter eos. §. duo. & supra eo. l. in duobus. §. vbi. Accursius.

q *Cum in tabulis.* quibus scripta est stipulatio.

r *Videbantur.* hoc verũ in diuiduis: secus in indiuiduis: sed per ius authen. idem in vtroque casu.

r *Videbantur.* nisi aliis indiciis contra probetur. nõ tamen scriptura repugnat.

s *Adiectum.* expresse, vel tacite: sed hodie expresse. & sic addit authen. de duobus reis. vel dic quòd in hoc non addit: quia & olim erat necesse exprimi. sed in hoc quia etiam si exprimitur: hodie tamen non in solidum, si sunt soluendo & præsentes, sed in partes cõueniuntur. hoc ergo hic dicit, quòd si instrumẽtum contineat eos sic obligatos, præsumitur viriliter. & ad hoc. ff. de re iudic. l. Paulus. &. C. si plures vna sententia. l. j. & de lega. j. l. si quis testamento Titio. & de lega. ij. si pluribus. Accur.

Plures si sunt in vno instrumento obligatorio descripti, an præsumantur viriliter obligati: & an in solidum possint conueniri: an vero in partes.

SI ex duobus.]*CASVS.* Volebã mihi cõstituere duos reos promittẽdi, Titiũ & Sẽproniũ. interrogaui hodie Titiũ: promittis mihi. c? ille promittit. cras interrogo Semproniũ: & ipse etiã mihi promittit. Dicitur hic q? nõ sunt duo rei stipulãdi: nec Sẽpronius obligatur qui postera die respõdit. nã stipulator ad alios actus discesserat: licet postea reuersus fuerit. [*SI A TITIO.*] Stipulatus sum à Titio libero homine & Pãphilo pupillo. c. aureos. certum est quòd pupillus sine tutoris auctoritate nõ potest obligari.

obligari.an ergo duo rei promittendi fiant? Respond.quòd sic: sed Titius solus erit obligatus.Item si stipulat⁹ sum à Titio pupillo & Sticho seruo: dominus quidem serui conuenitur in solidũ pro seruo suo actione de peculio ac si Stichus liber fuisset.Fr.

a *Si ex duobus.* simul interrogatis.M.

b *Hodie.* ex conuentione nuda præcedenti.Azo. vel tacite:quia hodie interrogatur.

* *vul.alter ab altero.*

c *Ab altero.* id est sine altero.ab enim separationem notat.

d *Postera.* id est die postea sequenti. dicitur enim,posterus, postera,posterum.

e *Respõderit.* ideo quia non statim post interrogationem respõdit: vt supra titu.j.l.j.§.qui præsens.&.l.continuꝰ. in principio. Sed quid si hodie vnum interrogo, & respõdet:cras alium de eadem re,& hoc acto vt sint duo rei debendi? Videtur quòd teneantur,vt supra eo.l. in duobus. in principio. &.l. eãdem. in fine. Econtra quòd non teneantur:vt hic, & supra eo.duos. in fi. Sed an vt fideiussor? Respondeo,non: quia contrarium agebatur, scilicet vt esset reus, non fideiussor:& sic potest quod non vult: & quod vult,non potest: vt.C.si quis alteri vel sibi.l.multum.Azo.sed dic vt infra eo. titu. si id quod. in fine nota.

XII. VENVLEIVS libro secundo Stipulationum.

SI ex duobus[a] qui promissuri sint, hodie[b] alter,* alter[c] postera[d] die responderit,[e] promitto:non esse duos reos:ac ne obligatum quidem intelligi eum qui postera die respõderit:cum actor ad alia negotia discesserit:vel promissor, licet peractis illis rebus responderit.

Disparitas in obligationis substantia non impedit duorum reorum constitutionem.Bartolus.

⁋Si à Titio & pupillo sine tutoris auctoritate[f] stipulat⁹ fuero eadem decem,vel à seruo,[g] & quasi[h] duos reos promittendi constitui:[i] obligatũ Titium solũ Iulianus scribit:quãquam si seruus spoponderit,[k] in actione de peculio eadem obseruari debent,ac si liber fuisset.[l]

Duæ obligationes paris potentiæ inuicem non tollunt se: sed maius potens tollit minus potens.Bartolus.

XIII. IDEM libro tertio Stipulationum.

f *Auctoritate.* nec etiam est locupletior: aliàs teneretur etiam ciuiliter:vt.ſ.de auctor.tu.l.v.§.pupillus.

g *A seruo.* non gerente negotium peculij:nec etiam fideiubet. & sic naturaliter tenetur.

h *Quasi.* cum reuera non sit.

i *Constituí.* quantum ad destinationem. Azo.& est verbum infinitiui passiui.

k *Spoponderit.* non tamen animo donandi.tunc enim de peculio cessaret actio. & secundum hoc puncta ibi,spoponderit. vel post dictionem,peculio,puncta. & dic,in actione de peculio,id est in aliquem actum pertinentem ad peculium. & quod subiicit,seruari debẽt,scilicet in actione de peculio.& sic in idem recidit. Vel dic quòd spopondit extra peculium:& tamen dominus tenetur de peculio:quia non videtur fideiubere. tunc enim secus esset:nam etiam de peculio non teneretur dominus:vt.ſ.de peculio. licet.§.si filius. & secundum hoc est arg. hic quòd non videantur inuicem fideiubere duo rei:vt.ſ.ad Velleia.vir vxori. in fine. Accursius.

l *Fuisset.* vt in solidum conueniantur si tantum est in peculio. M.sicut liber homo in solidum conueniretur.erunt ergo duo rei promittendi seruus & Titiꝰ:quamuis ab altero in solidum,id est à Titio:à domino vero nomine serui peculio tenus sit consecuturus.nec propterea est dicẽda dispar obligatio:quoniam æqualiter quo ad partem tenetur quilibet naturaliter:quamuis persecutio est dispar:sicut & aliàs dicitur æqualis quamuis dilatio sit impar:vt &.ſ.eo.l.eandem.§.fina.&.l.ex duobus.

Si reus promittendi.]CASVS. Stipulatus sum à Titio & Mæuio.c.ducatos:& sic sunt duo rei. moritur Titius:cui Mæuius correus suus est hæres dicitur hic quòd Mæuius sustinet duas obligationes in se principales:vnam propter se,alteram propter Titium. Sed videtur quòd extinguatur vna istarum.nam cũ fideiussor succedit reo principali,aut reus principalis fideiussori: obligatio fideiussoria extinguitur:& remanet principalis. ergo hic à simili fieri debet. Sed respon.quòd non est idem: quia hic sunt duæ principales obligationes:& vna non perimitur per alteram:sicuti contingit in obligationibus accessoriis & principalibus.Idẽ est & si reus stipulandi alteri reo hæres extiterit.P.Ac.

m *Si reus.* aut obligationes sunt pares,aut impares. si pares,& vnus alteri succedat:vtputa reus debendi reo alteri:vtraque remanet.si impares,vt si reus fideiussori vel econtra succedat:remanet principalis,& accessoria tollitur.

SI reus[m] promittendi alteri* reo[n] hæres extiterit: duas obligationes eum sustinere[o] dicendum est. Nam vbi quidem aliqua* [p] differentia obligationum esse posit, vt in fideiussore & reo principali: constat alterã ab altera perimi.[q] Cum verò duæ eiusdẽ potestatis sunt:non potest[r] reperiri* alteram potius quàm alteram consummari.ideóque & si reus stipulandi hęres extiterit:[s] duas species obligationis eum sustinere.[t]

XIIII. PAVLVS libro secundo Manualium.

ET stipulationum[u] prætoriarum[x] duo rei[y] fieri possunt.

Disparitas rei debitæ vel causæ debendi, impedit duorum reorum constitutionem. Bartolus.

XV. GAIVS libro secundo de Verborum Obligationibus.

SI id quod ego & Titius stipulamur,in singulis ꝑsonis[z] propriũ[a] intelligatur:nõ poterimus duo rei stipulãdi[b] constituí: veluti cum vsumfructum[c],

n *Alteri reo.* i.correo.

o *Sustinere.* quia in solidum suo nomine qui supereſt tenetur,& in solidum nomine morientis: vt.ſ.de actio. empt.l. nõ est nouum.

* *Fla.*

p *Aliqua.* aliàs altera.

q *Perimi.* puta accessoriã per principalem: vt &.j. titu.ij. hæres.§. quòd si stipulator.versi.quòd si idem.&.l.Lucius.&.l.Vranius.ij.respon.Accursius.

* *Fla.*

r *Non potest.* & ideo vtraque remanet,siue sint ambæ principales, siue ambæ accessoriæ vt & infra titu.ij.l. generaliter.&.l.si reus.& l.hæres.§.non est.

s *Extiterit.* scilicet alteri reo stipulandi.M.

t *Sustinere.* exacto tamen ex vna,vtraq; tollitur:& vtroque casu. & quę sit vtilitas quòd vtraque remanet, habes.j.de solu. si duo.& facit.ſ.de actio. empt. l.non est.& de separat. l.debitor.

t *Sustinere.* quia potest solidum debitum ex persona hæredis petere,& solidum ex persona decedentis.Ac.

ET *stipulationum.*]CASVS. Tu & Titius ædificabatis in solo meo.nũtiaui vobis opus nouum.vos ambo ꝓmisistis mihi quòd si appareret male ædificatum, quòd opus destrueretis, nunquid estis facti duo rei promittendi? Respon. quòd sic.nam & prætoriarum stipulationum possunt fieri duo rei stipulandi & promittendi.Franciscus Accursius.

u *Et stipulationum.* vt dam.infe.& similiũ,quas habes.j.de præto.stipu.l.j.Accursius.

x *Prætoriarum.* q.d.nedum conuentionalium.

y *Duorei.* debendi,non stipulandi: cum tantum proprium interesse veniat:vt.j.rem ra.habe.si procurator. & argu.j.l. proxi.

ADDITIO. Dic istud esse verum nisi certa quantitas exprimatur:quia tunc possunt duo rei constitui,secundum Bar.hic.

SI *id quod.*]CASVS. Glo.ponit casum quæ est super verbo,cũ vsufructu.vsque ad.§.idéque.[IDEM QVE.]Titiꝰ & Seius stipulati sunt à Sépronio.x.& Stichum seruũ qui erat Titij. certe hic non possunt esse duo rei stipulandi.nã Seio possunt deberi.x.aut Stichus: Titio vero tantũ.x. quia nemo potest ré suã sibi dari stipulari.cũ igitur Stichus sit ipsius Titij: nõ potest eũ stipulari.Et hoc est verum intantũ quòd si Sépronius Titio vel Seio soluerit.x.vel Seio Stichũ, nihilo minꝰ manet obligatus alteri.post hæc corrigit istud vltimũ dictũ,& dicit quòd si Sépronius soluerit.x.vni eorum,quòd ab altero liberatur.Fran.Ac.

z *In singulis personis.* id est singulariter in persona vnius nostrũ intelligitur.

a *Proprium.* id est proprietas inseparabilis:& non in alteriꝰ:vt quia talis res est quæ vni tantum nostrum acquiri potest.

b *Stipulandi.* vt vtrique in solidũ debeatur tanquam principali.

c *Cum vsumfructum.* puta duo stipulamur vsumfr. formalẽ fundi mei à Titio:& sic mihi non potest quæri,cum res mea nõ potest mihi seruire:vt.ſ.si vsusfr.pe.l.vti frui. & est sic quãdo nos duo stipulamur rem quæ vnius est nostrũ, dari: secus si tradi:vt.j.tit. j.l.item si seruus:vel pone[a] secundo,quòd duo stipulãtur à Titio in solidum vsumfru.eiusdem fundi qui erat Titij: & sic non poterit in solidum acquiri.sed an pro parte acquiritur, dubiũ est secundum Io. quod non erit dubium si ponas nos ab initio pro partibus expresse stipulatos,cum diuisionẽ hæc seruitꝰ reci-

piat:

BIU Cujas

piat:vt.ſ.ad.l.Falcid.l.j.§.ſi vſusfru.vt ergo vna nupta duobus, ita nec vſusfru.duorum poteſt eſſe in ſolidum in eadē re:vel deberi duobus:vt hic dicitur.

a *Nomine*, pro ea quæ eſt,vel futura eſt vxor alicuius noſtrum. nam dos ſine matrimonio eſſe non poteſt: vt. C. de donat.ante nupt.l. fin. nec deberi niſi contrahenti matrimoniū,ſcilicet vt principali creditori: & ſic nō duobus, cum duobus nupta eſſe non poſsit: vt infra titu.j.l. item ſi alter.licet tanquam procurator nomine viri alius poſsit eandem dotem ſtipulari: vt ſupra de iure. do.l.ſi mulier. & ita demum contracto matrimonio debetur: vt ſupra de iure do.ſtipulationem. Accurſius.

b *Idem ait.* vt nō poſſint fieri duo rei ſtipulandi in ſolidum.

c *Qui.* ſcilicet Stichus.

d *Debeantur.* & ſic ꝓprium eſt in Seio vt ei tantū alternatiua quæſita ſit ſtipulatio: ſed alteri adquiſita eſt in decem, vt hic dicit, debeantur.& infra ſubiicit,obligat⁹ manet &c. & caue quòd tam in primo caſu legis, quàm hoc ſecundo eſt imparitas in re quæ in ſtipulationem deducitur:cum plus vni quàm alteri quæratur,vel vni ſoli. & eſt ſic.ſ.eo.l. eandem.§. ſed & ſi quis.ſecus ſi æqualitas, vt dixi.ſ.eo.l. ex duobus. Et ſic etiam non obſtat ſupra eo. ſi ex duobus .§. fin. quia non fuit ibi rei imparitas, immo æqualitas vſquequo durat peculium.vel ibi perſona promittentis facit imparitatem rei:hic perſona ſtipulantis,vel ſaltem vtriuſque. Accurſius.

e *Maneat.* ſtricto iure. nam ſi Titio.x. ſoluit, remanet obligatus Seio in Stichum vel.x. Item ſi ſoluit Seio Stichum vel x.remanet obligatus Titio in.x.nam ex quo non ſunt duo rei ſtipulandi, imparitate impediente: ſolutione vni facta, non liberatur ipſo iure ab vtroque. ex quo enim non ſunt eiuſdem rei ſtipulationes,ergo diuerſarum:& ſic alia.x. Titio,& alia.x. vel Stichus debentur Seio. ſed hoc eſt contra mentem ſtipulantium. & ideo de æquitate dic, quòd ſi.x. vni ſoluit quæ communiter vtrique debebat:ab vtroque liberetur per except. ſed ſi eſſent duo rei, tunc ipſo iure : vt ſupra eo.l.ij. Sed quid ſi Seio Stichum ſoluit:nunquid à Titio de.x.liberatur?hoc non aperit: ſed poteſt dici idem. nam quæ æquitas eſt vt decem vni ſolutis,ab vtroque liberetur, ſcilicet contrahentium voluntas:hæc eadem eſt ſoluto Sticho Seio : quia hæc fuit voluntas vt ſemel alterum eorum alteri ſolueretur. Item ſi Seio Stichum ſoluat, conſtat eum liberari ab eodem Seio de decem : ergo & à Titio:cum de eiſdem decem de æquitate ſentiat.Ideo autem de Sticho nō repetit, quia dicit decē ſolui alteri: quod dici non poterat de Sticho vt alteri cuiquam eorum ſoluendo,ab altero liberetur. nam non vtrique, ſed alteri tantum poterat ſolui.non enim ad ſolutionem tantum Titio [a] faciendam de Sticho eſt appoſitus Titius:immo ad obligationem:quæ obligatio cum non poſsit ei quæri,nec ſolui poterit ei:vt.ſ.de verb.obli.l.ſi duo rei. Accurſius.

f *Ab altero.* not. quòd ad hoc vt duo rei ſint ſtipulandi, oportet quòd ſtipulentur rem talem quæ vtrique acquiri poſſit.Azo.

g *Liberetur.* de æquitate. Accurſius.

Ex duobus.]*CASVS.* Titius & Mæuius ſtipulati ſunt à Sempronio.c. de iure ita eſt quòd vni ſoluendo reus ab altero liberatur. ſed ponamus quòd Titius petit, & litem eſt conteſtatus contra Sempronium. poſt hoc iſte Sempronius offert pecuniam Mæuio. an liberetur à Titio? Reſpond. quòd non: quia Titius præuenit litem conteſtando. Franciſcus Accurſius.

aut dotis nomine [a] dari ſtipulemur:idque & Iulianus ſcribit. Idem ait [b] et ſi Titius & Seius decem, aut Stichum qui [c] Titij ſit,ſtipulati fuerint: non videri eos duos reos ſtipulandi: cum Titio decem tantum,Seio Stichus aut decem debeantur. [d] quæ ſententia eò pertinet, vt quamuis vel huic vel illi decem ſoluerit,vel Seio Stichum: nihilo minus alteri obligatus maneat. [e] ſed dicendum eſt,vt ſi decem alteri * ſoluerit,ab altero [f] liberetur. [g]

Vnus ex reis credendi lite conteſtata perimit ius alterius. Bartolus.

XVI. IDEM libro tertio de Verborum Obligationibus.

EX duobus reis ſtipulandi ſi ſemel vnus egerit: [h] alteri promiſſor offerendo [i] pecuniā, nihil agit. [k]

Videntur hæredes in dubio grauari pro portionibus hæreditariis. Bartolus.

h *Egerit.* litem conteſtando &c. ſic & infra de fideiuſſ. ſi reus. &.ſ.eo.l.ij.&.ſ. de procura.l.pluribus.&.j. de ſolu.ſi quis ſtipulatus fuerit.x.in melle.&.ſ. de conſti.pec.idem eſt.ij. Idē eſt in acceptila.& iureiur.ab vno delato:vt infra de accept.l.& per iuſiurandum.§.fin. & ſupra de iureiuran.l. duobus. ſecus in pacto: vt in argu.contra.ſ. de pac. ſi vnus.j. reſpon. vel ibi ſecūdum Azo. forte erant ſocij: hic non. vel ſecundo hic egit vnus,&ſuccubuit: vt ar.ſupra de arbit. ſi duo. vel obtinuit,& exegit,arg. ſupra de pec. l.quotiēs.§.ſi creditor. Accurſius.

i *Offerendo.* & ſoluendo.

k *Nihil agit.* quantū ad liberationem.

XVII. PAVLVS libro octauo ad Plautium.

SIue à certis perſonis hæredum nominatim legatū eſſet,ſiue ab omnibus [l] excepto aliquo: Atilicinus,Sabinus,[&] Caſsius,pro hæreditariis [m] partibus totum eos legatum debituros aiunt: quia hæreditas eos obligat. Idem eſt cum omnes hæredes nominantur.

Factum vnius ex reis debendi, nocet alteri. Bartolus.

XVIII. POMPONIVS libro quinto ex Plautio.

EX duobus [n] reis eiuſdem Stichi ꝓmittendi factis, alteri⁹ factū alteri quoq; nocet. [o]

Si perſona vni⁹ ex reis debēdi ab obligatiōe eximitur, alter remanēs nō liberatur: & poteſt illi obligationi fideiuſſor cedere. Bar.

XIX. IDEM libro trigeſimo ſeptimo ad Quintum Mucium.

CVm duo eādē pecuniā debent:ſi vnus capitis deminutione exēpt⁹ eſt obligatiō e [p], hæreditariis tenerentur. Accurſius.

l *Ab omnibus.* ſcilicet legatum eſſet.

m *Pro hæreditariis.* prout ad primum refertur,eſt contra.ſ. de legat.j.ſi ex toto.§.j.vbi in totum dicit eos teneri. Solu.voluntas teſtatoris hoc facit vt ſint plures rei in ſolidum,vel non:vt quia ibi hoc expreſsit,hic non. vel ibi verbum,dato,bis legitur:vt ſit perfecta conſtructio.& ideo quis in ſolidum tenetur: ſicut econtra cuique debetur ſolidum ſi taliter pluribus eſſet legatum:vt. C. de cadu. tollen.l.j.§. ſi vero non omnes. & ſupra de legat.iij.l.coniunctim.ſecundum Azo. & eiſdem modis ſolue vt & ſupra eo.l. eandem.in fin.j.reſpon. vel dic quòd in.l. ſi ex toto. dixit teſtator, ab illo vel ab illo:hic vero copulatiue. Item adhuc oppo. ad primum dictum : quia non pro hæreditariis,nec in ſolidum, ſed quòd viriliter debeant,videtur:vt ſupra de lega.j.turpia.§.fina.&.l.ſi hæredes nominatim.quæ ſunt contra.Solu.ſecundum Io.ibi propriis nominibus damnauit hæredes:hic appellatiuis: puta duos hæredes quos modo nominaui. argu.infra titu.j.l. ſi communis ſeruus ita. & ſupra ad Trebel.l. nonnunquam. Accurſius.

n *Ex duobus.*]*CASVS.* Tu & ego promiſimus Stichū Caio. tu illū Stichū occidiſti. an nihilo minus ego tenear mortuo Sticho? Reſpon. quod ſi : quia factum tuum mihi nocet. hoc verum dicit glo. ſi ſumus ſocij: aliàs non. Fran.

o *Nocet.* ſi ſocij ſunt:aliàs non,ſecundum M. & Io. & ſic non eſt contra ſupra de vſu.l.mora. in fin. quæ eſt contra. Alij vt P. dicunt [b] quòd hic mora fuit in faciendo:quia ſeruū promiſſum occidit. ibi in non faciendo. cui ob.C.eo.l.fin.vbi de interpellatione dicit quòd nocet:ſed ibi cum executione. Tertij, quòd interuenit hic factum:quia agnouit debitum:vt.d.l.fin.C.eo.nō autem mora. Quarti, quòd hic fideiuſſerat vnus pro altero. ibi non.

Vm duo eādem.]*CASVS.* Pulchra lex:& caſus eius talis eſt: Tu & ego promiſimus.x. Titio.contigit quòd tu propter aliquod delictum captus es & deportatus.tu es liberatus ab obligatione.ſed an ego liberer? Reſpon. quòd non. videbatur contra:quia ſi ſoluiſſes,& eſſes liberatus:ego etiam liberatus eſſem. Sed hoc non obſtat:quia aliud eſt per ſolutionem debiti liberari,quàm per aliquem alium modum eximi ab obligatione. poſtea concludit dicens ex his quæ dixit,quòd ſi aliquis ſit obligatus, & fideiuſſorem dederit:licet ſibi interdictum ſit aqua & igni,nihilo minus fideiuſſor eius manet obligatus. Fran.

p *Obligatione.* quia deportatus eſt: vt in fin.l. idem ſi maximam capitis demi.eſſet paſſus,vt alter non liberetur : & idem ſi minimam:

b Et male: & ideo dic quòd hic ſunt ſocii: ibi non, ſecundum Bart.

minimam: vt supra de capi. demi.l.ij.§.hi.

a *Alter.* correus.

b *Non liberatur.* per deportationem: & dic ciuiliter, secundum M. vel omnino: vt.ĭ.de fideiuss.si debitori.ij.

c *Obligatione.* naturali. Azo. vel dic etiam ciuili, scilicet in altero.

d *Tenetur.* pro altero correo qui remanserat obligatus. & sic soluitur contra.ĭ.titu. j.si debitori. vel sol. vt ibi in glo.j.ad fi.& sa. ĭ.de sol.l.fi.

† *De aqua & igni interdictione pulchre Bu. s.de dona. inter vi. & vxo.l. pen.* * *Flo. alicuius*

DE STIPVLATIONE seruorum.

TITVLVS III.

1. IVLIANVS libro quinquagesimosecundo Digestorum.

CVm seruus [c] stipulatur: nihil interest, [f] sibi, an domino, an verò sine alterutra† eorum adiectione dari stipuletur.

Stipulatio inutilis non tollit domino rei vindicationem. Bartolus.

¶ Si seruus tuus qui mihi bona fide seruiebat, peculium habuerit quod ad te pertineat: [g] & ego ex eo pecuniam Titio credidero: nummi tui manebũt. [h] stipulando autem mihi seruus eandem pecuniam, nihil aget. [i] vindicando [k] ergo eam pecuniã [ab eo] tu consequi poteris.

Stipulatio facta vni, non tollit certi condictionem ex mutuo alteri adquisitã. Bar.

† *Alterutri⁹.*

Vm seru⁹.] CAS. Sum⁹ in tractatu de stipulatiõe seruorũ. quæritur ergo à domino Iuliano, quomodo cõcipiũtur stipulationes seruorum? & respõdet quòd nõ refert an seruus cõcipiat verba stipulationis in sua persona: vt dicendo, Mæui promittis mihi centũ aureos? an vero cõcipiãtur in persona domini sui: vt dicendo, Mæui promittis domino meo centũ? an vero sine expressione psonæ domini aut suæ stipuletur: sicut, promittis dare. c? quia omnibus his casibus quæritur domino per seruũ. [*SI SERVVS.*] Seruus meus Stichus bona fide tibi seruiebat: quia credebas tuũ esse: similiter & ipse credebat se esse tuum. hic Stichus habebat peculium forte quingentorum aureorum. tu mutuasti Titio ex isto peculio. c. aureos. isti aurei remanebũt mei: nec seruus stipulando tibi, eos tibi adquiret. ego vero potero hãc pecuniam mutuã vindicare à Titio. [*SI SERVVS COMMVNIS.*] Tu & ego habebamus Pamphilum seruum communem. hic seruus habebat peculium quod ad te pertinebat. ex quo seruus noster pecuniam alicui mutuauit: dicitur hic quòd hæc pecunia tibi adquiritur, licet seruus noster nominatim mihi eam stipulatus fuerit: nec propter hanc stipulationem debitor liberabitur à te: tamen vterque nostrum habet actionem ad hanc pecuniam. ego quidem ex stipulatu: quia seruus mihi stipulatus est. tu vero habes actionem, quia pecunia tua est. verumtamen si ego petam à debitore hanc pecuniam, ipse poterit me repellere doli mali exceptione. [*QVOD MEVS SERVVS.*] Habebam duos seruos, Stichum & Pãphilum. Stichus stipulatus est à Titio centum dari Pamphilo seruo meo. ista stipulatio valet: & mihi quæritur actio. Item seruus iste meus Stichus stipulatur seruo Titij centum dare. certe ista stipulatio non valet: nec Titio actio quæritur ex stipulatu. [*COMMVNIS SERVVS.*] Tu & ego habemus seruum communem, Stichum scilicet. iste Stichus sustinet vicem duorum seruorum: intantum quòd si seruus meus stipuletur aliquid huic seruo communi Sticho: hæc Stipulatio perinde habenda est, ac si seruus meus esset stipulatus seruo meo & tuo, nõ isti communi, sed aliis qui non sunt communes nobis, sed cuique nostrum proprij. diceret ergo aliqus, ergo ista stipulatio facta seruo cõmuni, est pro parte vtilis, & pro parte inutilis: sicut superiori. §. traditũ est. Sed respon. quòd nõ est inutilis pro parte, immo totum adquiritur mihi: quia seruus communis est talis naturæ, quòd quando per ipsum vni domino potest adquiri, alteri non potest: perinde habeatur ac si seruus esset vnius solius domini cui acquiritur. [*SI FRVCTVARIVS.*] Habeo vsumfruc. in seruo Sticho, cuius proprietas est Titij. à Lomio vicino iste Stichus stipulatur mihi vel proprietario Titio. c. aureos. quæritur, an proprietarius petere possit? Distinguitur: aut stipulatus est ex re fructuarij: & nõ potest proprietarius petere, aut stipulatur ex alia re: & tunc proprietarius petere potest. Sed & si promissor soluat fructuario, liberabitur. [*CVM SERVVS.*] Textus ponit casum in terminis: quem vide. Fran. Acc.

c *Cum seruus.* proprius, non cõmunis: vel in quo quis habet ius.

f *Nihil interest.* ſ. regulariter. nã semper dño quęrit: vt.ĭ.eo. siue mihi. & sic.s.de verb. oblig. stipulatio ista. §. si quis ita stipu. hoc tamẽ fallit quãdo se stipulatur: vt.j.eo.l.ij.&.l. si seru⁹ cõmunis Mæuij. §.j. itẽ in stipulatione operarũ: vt.ĭ. eo.l. antepen. itẽ in alio: vt.ĭ. eo. si seruus communis Mæuij. §.ij. itẽ in quarto: vt insti. eo. §. sed cũ factũ. sed in procuratore distinguit Ioan. vtrum dño: & non valet, nisi sua interſit: [a] sicut & si cuilibet alij stipuletur, tũc de an sibi stipuletur: licet gle. ex nomine domini: & tũc mãdatarius acquirit vtilẽ domino & regulariter in casib⁹ quos no. inſt. ſing. de inuti. ſtipu. §. ei vero qui. ſecus in tutore & curatore & actore municipũ. nam vtiles quærunt cuicũque stipulentur: vt.s.de cõſti. pec. l. eũ. §. Iulianus. & §. ſi actori. Accurſius.

a *Seruit.*

g *Pertineat.* ex aduentitia causa proueniens. Io. quo ad me. q.d. non ex re mea, vel opera serui quæsitum.

h *Manebunt.* nec est mutuum nisi reconcilietur modis consuetis. Io. non tamen stipulatione: vt subiicit.

i *Nihil aget.* quia non ex re mea, vel opera sua: vt.s. de acquir. re. do. acquiritur. §. nõ solũ. & facit. s. de vſufru. ſed & ſi quis. *§. † *Labeo* quæſtionis. ſed cõtra. ĭ.e. ſi vſufructuarij. in fi. ſed ibi expones. Itẽ contra. C. ſi cer. pet. l. ij. vbi ſtipu. r: conciliat mutuũ: ſed idem qui numerauit, ſibi ſtipulatus est.

k *Vindicando.* rei vindicatione, ſi extat. ſi conſumpta eſt, tu cõdicis ſecundum quoſdam. ſed tutius immo ego: vt.s. ſi cer. pet. nã & ſi fur. Accurſius.

l *Ad te solũ.* quod quãdoque cõtingit: vt.s. de pecu. l. quis ergo.

m *Dedevit.* nomine tuo. aliàs acquirit vtriq; licet per cõdictionẽ ſine cauſa, vel alia actione reddatur: vt.ĭ.e.l. ſi ex re. §.j.&.l. pen.

n *Non liberabit.* quia conditionem tuam deteriorem non potuit facere.

o *Exceptione.* ne bis idem exigatur. ſed certe immo magis ego ſtipulator debeo admitti: vt.ĭ. de noua. l. ſi ita. §. fi.&.l. ſeq. quæ ſunt contra. ſed ibi qui numerabat, ſtipulatur ſibi. vbi diſtinguitur: incontinenti, vel ex interuallo. hic alterius nomine numerat, & alteri ſtipulatur: & alteri, non ſibi numeranti.

p *Stipulatur.* ab extraneo.

q *Stipuletur.* ſeruus meus, repete. Azo.

r *Vt altera.* prima: vt.ĭ.eo. ſiue. Accurſius.

ſ *Altera.* ſcilicet ſecunda: vt.ĭ.eo. ſeruus alienus. &.s. titu.ij. ſtipulatio iſta. §. alteri.

t *Communis seruus.* ſub. quo ad quid, & quo ad quid nõ: vt in hoc §. patet. ſed in libero vix hoc inuenitur: vt.s. de pact. l. ſi plures, quæ eſt ar. contra. reperitur tamẽ quandoque: vt.s. de adop. l.iij. &.iiij. *ADDITIO.* Pro ſolu. diſtingue ſecundũ Bar. ſic, q; quãdoque habetur reſpectus ad ſubſtantiam perſonæ: & tunc tantũ poteſt ſuſtinere perſonam vnius: vt.l. ſi plures. s. de pac. aut habetur reſpectus ad officium: & tunc aut ſunt officia repugnantia: & non poteſt vicem plurium perſonarum ſuſtinere, vt.l. hi qui. s. de poſtu. &.l. quiſquis. C. eo. titu. &.l. nemo. C. de aſſeſ. aut non ſunt officia repugnantia: & poteſt: vt.l.iij. s. de adop.

u *Stipulatus fuerit.* ab extraneo. Accurſius.

Mõ

a *Mei serui.* & hæc est vtilis: vt. ſ. proxi.
b *Tui serui.* & hæc est inutilis: vt. ſ. proxi. §.
c *Neque tamen.* licet quo ad prædicta vicen duorum sustineat: non tamen quo ad omnia: vt subiicit.
d *Facultatem.* not. ergo regulã hanc: vt hic, &. j. eo. l. proinde. §. fi. & l. seq. & ſ. de auct. tu. si seruus communis. Sed contra. huic. §. in. l. proinde. §. si seruus. in prin. j. e. Sol. hic ab extraneo: ibi ab vno dominorum stipulatur.
e *Aut proprietario.* alternatine. nam nominatim etiam ex re fructuarij potest proprietario stipulari: vt. j. eo. seruũ fructuarium. licet reddatur per condictio. sine causa: vt. j. eo. l. pen.
f *Ex re fructuarii.* idẽ si ex opera, cũ operæ ex re esse videantur: vt ſ. de acquiren. re. do. l. qui bona. in prin.
g *Inutilis est stipulatio.* propter incertitudinẽ: & omnino vt. j. eo. l. item si seruus. §. fin. & quatuor seq. & j. de sol. qui res. §. si seruus. Alij dicunt inutilem in psona proprietarij: sed quantum ad vsumfru. tenet: vt probatur per finem huius. §. & in totum tenet. sed tunc cõtra sunt dictæ. ll. j. eo. Sol. ibi non ex re domini alicuius: hic ex re fructuarij.
h *Adquirere non potuisset.* aliàs est non potuisset: & tunc plana. aliàs deest non: & tunc potuisset, scilicet aliàs: nõ autem hoc casu: vel potuisset, id est possibile est, scilicet si nominatim ex re fructuarij stipularetur proprietario: vt. d. l. j. eo. seruum fructuarium. sed si esset aliunde stipulatus proprietarius, peteret: vt subiicit, &. j. eodem. l. si ex re. Accursius.
i *Si aliunde.* quod non esset ex re fructuarij.
k *Soluisset.* scilicet quod aliunde est stipulatus. & sic ad proximũ dictum refertur, in quo est quasi adiect⁹: vt &. j. e. si ex re. vel dic quo ad primum. & sic colliges primo casu quòd tenuit stipu. quo ad fructuarium: vt modo notaui.
l *Vterque.* Sed quare prima non quæritur vtrique sicut secunda? Respondeo: quia secunda videretur acquiri tantum Titio, quia descendit ex prima. econtra quòd tantum Mæuio: vtputa nominato. sic ergo nec mihi nec tibi, sed diuiditur de rigore.
m *Poterit.* vnus ad decem, & alter ad viginti. & hoc de stricto iure: secus de æquitate: vt subiicit.
n *Exceptione.* non autem ipso iure. & hoc ideo, quia in persona dominorum conceptæ fuerunt stipul. alioquin ipso iure prior esset nouata: vt in contrario. ſ. de act. & oblig. obligationum fere. §. fi. quia seruus non habet ius nouandi, cũ domini conditionẽ deteriorem faceret: vt. j. de regu. iur. l. melior.
o *Seruus communis. Non potest.* dicendo vni dominorum, promittis me mihi? sed si promittis me alij domino, valet. dicet quis: & hoc est tale quale si sibiipsi se stipuletur. nam partẽ serui quam habet dominus cui stipulatur, adquirit sibi, & adiungit sibi partem promittentis, & per eum alteri domino. perinde ergo est ac si sibi dixisset. Respon. non est verum: immo immediate pars acquirentis acquirit obligationem partis promittentis. &. h. d. quod ergo dici non potest, scilicet vt acquiratur vni domino ab altero: nec etiam ab extraneo stipulando se sibi: est ratio naturalis & ciuilis. prima, quia impossibile est vt aliquid possit dari

ceptæ fuissent, altera in personam mei serui, [a] altera in personam tui serui. [b] neque [tamen c] existimare debemus partem dimidiam tantũ mihi adquiri, [alteram] partem nullius esse momenti: quia persona serui communis eius conditionis est, vt in eo quod alter ex dominis potest adquirere, alter non potest, perinde habeatur ac si eius solius esset, cui adquirendi facultatem [d] habeat.

Alternatiua inter personas, quibus æqualiter potest quæri: vitiat stipulationem. sed si alteri tantum quæri potest: alius habebitur vt adiectus. Bartolus.

¶ Si fructuarius seruus stipulat⁹ esset fructuario aut proprietario: [e] si quidem ex re fructuarij [f] stipulatus esset, inutilis est stipulatio: [g] quia vtrique ex re fructuarij actionẽ adquirere [h] [non] potuisset. sed si aliunde* [i] stipulatus fuisset, proprietarium petere posse. [sed] & si ꝑmissor fructuario soluisset, [k] liberatur.

Si stipulatio principalis confertur in personam vnius, pœnalis in personam alterius: prima per pœnalẽ non nouatur ipso iure: sed ope exceptionis perimitur. B.

¶ Cum seruus communis Titij & Mæuij stipulatur in hũc modum, *Decem kalendis Titio dare spondes?* [&] *si decem kalendis Titio non dederis, tunc Mæuio viginti dare spondes?* duæ stipulationes esse videntur. sed si kalẽdis decem data non fuerint, vterque [l] dominus ex stipulatu agere poterit: [m] sed in secunda obligatione Mæuio commissa, * Titi⁹ exceptione [n] doli [mali] summouebitur.

Inter eum qui sibi stipulatur, & rem in stipulationem deductam, debet esse diuersitas. Bartolus.

II. VLPIANVS libro quarto ad Sabinum.

SEruus cõmunis ipse sibi stipulari non potest, [o] quamuis constet eum se stipulari domino posse. [p] Non enim se domino adquirit, sed de se obligationem [facit.]

III. IDEM libro quinto ad Sabinum.

SI seruus reipublicæ vel municipij vel coloniæ stipuletur: puto valere [q] stipulationẽ.

Generalis promissio refertur etiam ad eum cui postea specialiter est promissa. Bar.

IIII. IDEM libro vicesimoprimo ad Sabinum.

SI seruus communis sibi & vni ex dominis stipuletur, perinde est ac si omnibus dominis & vni † ex his stipuletur: veluti Titio [r] & Mæuio, [s] & Titio: & probabile est vt Titio dodrans, [t] Mæuio quadrans debeatur. [u]

A sibiipsi. nam nemo etiam liber est dominus sui: vt. ſ. ad. l. Aquil. l. liber homo. at dari videtur quod sit accipientis: vt insti. de act. §. appellamus. multo minus ergo seruus potest sibi dari, vel solui, vel acquiri. & sic est hic ratio ciuilis: quia seruus nil habet. & ad hoc. C. si seruus extero. l. j. in princ. Si vero alicui res dari potest: licet non etiam facto libero, vt in seruitute ad fundum domini: valet stipulatio: vt. j. eo. si seruus communis me⁹, sed non legatum: vt. ſ. de serui. leg. & si maxime. & fa. j. eo. si seruus communis Mꝫij*. §. j. p *Domino posse.* alteri scilicet ab altero: quia pro parte vna domino partis dari potest: pro ea scilicet parte ꝓ qua non est dominus. Item est contra. huic. l. ſ. eo. l. j. in prin. sed illud regulariter, vt ibi dixi.

B ¶ *Si seruus.* CASVS. Respublica alicui⁹ ciuitatis municipij vel coloniæ si habeat seruum communem: ille seruus poterit stipulãdo acquirere reipub. municipio, vel coloniæ. Franciscus.

q *Valere.* licet ipsa vniuersitas nõ facile stipuletur: quia non facile consentit: vt. ſ. de acqui. pos. l. j. §. fin. &. l. seq. & hic erat hæc dubitatio.

C ¶ *Si seruus.* CASVS. Tu & ego habem⁹ seruum communẽ Stichum: iste seruus stipulatur sibi & tibi nominatim. certe ꝓinde est ac si omnibus dominis & vni nominatim stipuletur: quasi si seruus sic dixisset: promittis dominis meis. c. & Titio nominatim. & hoc est commodum eius cui nominatim stipulatur: quia tres partes habebit eius quod deductum est in stipulationem: alter autem dominus tantùm quartam partem habebit. vide glos. super verbo dodrans. Franciscus.

D r *Titio.* nominatim. Accur. Floren.
s *Mæuio.* sine nomine.
t *Dodrans.* aliàs deest Titio: sed subaudi. habet enim Titius dimidiam statim tanquam nominatus. Item dimidiam alterius dimidiæ: quia est vnus de duobus dominis: & idem in superiori casu, quando sibi & Titio. Sed contra. ſ. eo. l. j. §. communis. in fin. sed reputatur vnius solius esse, cum ei soli acquirendi facultatem habeat, vt ibi dicit in exemplo. Item contra. C. de lega. l. cum quæstio. §. fin. vbi repetitio testatoris nil operatur. sed illud in vltima voluntate: hoc inter viuos in contractibus. vel illa corrigit. vel verius propter repetitionem legati vel promissionis non quæritur amplius ex voluntate testatoris vel promittentis, sed propter conditionem personæ quæ stipulatur: vt quia est seruus. vnde in acquirendo potest vnius dominorum conditionem facere meliorem: vt. j. l-proxi. §. fi. vel fol. vt ibi. *ADDITIO.* Tu dicas aliter, quòd quando sunt plures nominationes vniformiter, & per eundem modum, nil releuat: secus si non vniformiter, vt hic secundum Bar. post Oldra.
u *Debeatur.* in vtroque casu: cum idem sit.

¶ *Seruus cõmunis.* CASVS. Quæritur à domino iurisco. qualiter seru⁹ cõmunis censetur esse duorũ dominorum: & pro quib⁹ partibus? Respõdet iurisco. ꝙ seruus cõmunis censetur esse cõmunis duorũ pro partibus indiuisis: non ꝙ quilibet dominus possit dicere seruũ suum totum: quæ tamen partes magis intellectu quàm sensu percipi possunt. & ideo si seruus communis stipulatur

* *Flo. promissa*
* *meus.*

† *Colligit hic Bar. quòd generalis promissio refertur ad specialẽ postea subsecutã. quod limitabis, nisi speciale illud ad qđ refertur, esset aliàs ꝓhibitum: per l. voluntas. in fin. C. de fideicom.*

BIU Cujas

tur dominis suis: concurrunt in æquales partes rei quæ deducta est in stipulationé. [*LICET AVTEM.*] Item seruus cõmunis Titij & Mæuij potest vni dominorũ soli adquirere: nominatim ei stipulando sic, promittis Titio domino meo? vel rem aliquam per traditionẽ accipere nomine vnius domini. Quid autẽ erit? iste seruus cõmunis non stipulatur nominatim vni dominorum, tamẽ vnus dominus iussit eum stipulari sibi: an illi soli quæritur? Respon. ꝙ sic. l. sequen. continua cum ista. Fran.

Ex stipulatione serui communis adquirit dominus pro parte dominica: nisi fuerit vnus nominatus vel iubens. idem in aliis adquisitionibus. Bartolus.

V. IDEM libro quadragesimo octauo ad Sabinum.

2 SEruus cõmunis sic omniũ est, nõ quasi singulorũ totus, sed pro partibus vtique indiuisis: vt intellectu magis partes habeãt, q̃ corpore. & ideo si quid stipulatur, vel quaqua alia ratione adquirit: [a] omnib⁹ [b] adquirit ꝑ parte qua dominiũ in eo habẽt. [c] Licet [d] aũt ei [e] & nominatim alicui ex dominis stipulari, vel traditã rem accipere, vt ei soli adquirat. Sed si nõ nominatim domino [vni] stipuletur, sed iussu [f] vni⁹ dominorũ: [g] hoc iure vtimur, vt soli ei adquirat cuius iussu stipulatus est.

VI. POMPONVS libro vicesimo sexto ad Sabinum.

OFilius [h] rectè dicebat & per traditionem accipiendo, vel deponendo, cõmodandóque posse soli ei adquiri qui iusit. quæ sententia & Cassij & Sabini dicitur.

VII. VLPIANVS libro quadragesimo octauo ad Sabinum.

PRoinde & si quatuor fortè dominos habuerit, & duorum iussu stipulatus [i] sit: his solis adquiret, qui iusserunt. magísque est vt non æqualiter, sed pro portione dominica totũ [k] eis adquiratur. Idem puto & si nominatim eis stipulatus esse proponatur. nam & si [l] omniũ iussu stipulatus sit, vel omnibus nominatim: [m] nõ dubitaremus omnibus pro dominicis eum portionibus, [n] non pro virilibus adquirere.

Qui stipulatur ab vno ex dominis: si alteri nominatim, vel iubenti, valet stipulatio in totum, vel pro portionibus dominicis aliorum. Bartolus.

℣ Si seruus cõmunis ab vno ex sociis stipulatus sit: si quidẽ nominatim alteri socio, ei soli [o] debetur. sin autẽ sine vlla adiectione [p] purè stipulatus sit, reliquas partes is seruus cæteris sociis, præter eam [q] partẽ ex qua [r] promissor dominus esset, adquiret. Sed si iussu vnius socij [s] stipulatus est: idẽ iuris est, quod esset si eidẽ illi socio [vel [t]] nominatim dari stipulatus esset.

Quod vni non potest quæri: quæritur alteri cui potest. Bartolus.

℣ Interdum etiam si neque iussu, neque nominatim alteri ex dominis stipularetur: ei tamen soli adquirere [u] eũ, Iuliano placuit: vtputa si quid fortè stipuletur, quod vtrique adquiri nõ potest, veluti [si] seruitutem ad fundum Cornelianum stipulatus est, qui fundus Sempronij erat, [id est] alterius ex dominis, ei soli adquirit:

VIII. GAIVS libro singulari de Casibus.

ITem si alter ex dominis vxorem ducturus sit, & huic seruo [x] dos promittatur.

IX. VLPIANVS libro quadragesimo octauo ad Sabinum.

ITem si seruus duorum Titij & Mæuij, hominem qui Titij erat, stipulatus fuerit: [y] ei soli [z] adquirit, cuius non fuit. Sed

a *Adquirit.* vt. j. l. ꝑxi. Accursius.

b *Omnibus.* vt. ff. depos. l. j. §. non solum. versi. si duorum. & j. l. proinde. & ff. de adquir. re. do. l. communis seruus. & hoc nisi propria nomina dominorũ ponat. quod dic vt not. j. eo. l. si cõmunis seruus ita stipuletur. Itẽ fallit quod hic dicit, quãdo vni tãtum potest quæri: vt. ff. l. j. §. cõmunis. in fin. §. & pro socio. l. verum. §. si seruo.

c *Habent.* s. adquirit.

d *Licet.* i. licitum est.

e *Ei.* scilicet seruo.

f *Iussu.* sed vbi vnus iussit, & aliũ nominat: si res pertinet ad iubẽtem, ei quærit: si ad nominatũ, ei quærit: si ad neutrum, prævalet nominatio: vt. C. per quas perso. l. si duo. secundũ I. vel dic secũdũ Azo. vt ibi no. Accur.

g *Dominorum.* s. stipuletur, & simpliciter.

h *Filius.* facit. ff. l. proxi. in fi. j. respon. & §. sed & si nó.

Proinde.] CASVS. Ista lex cõtinuatur ad superiores duas ꝑximas, vbi dicebatur ꝙ serui adquirunt dominis si iusserint stipulari. in hac ponit alia exẽpla: quæ clara sunt in textu. [*SI SERVVS COMMVNIS.*] Quatuor erant qui habebant seruũ cõmunem: Titius, Mæuius, Seius, & Sempronius: & sunt æquales in portionibus. iste seruus stipulatur sic: here Titi promittis. c. dare Mæuio domino meo? ille promittit. certe huic soli Mæuio adquiruntur ista c. Si autẽ seruus iste stipuletur hoc modo ab vno dominorũ: here Titi promittis dare dominis meis. c? tunc cuilibet dominorũ adquiritur pro portione quã habet in seruo: ita vt cuilibet adquirãtur. xxv. & xxv. remaneãt apud dominũ qui promisit ista. c. Idẽ est si iussu vnius domini stipuletur: quia soli ei adquirit, ac si ei soli stipulatus esset. [*INTERDVM.*] Dictũ est. ff. qualiter seruus cõmunis dominis adquirit pro portionibus: aliquando vni soli. ff. si ille tantũ stipulatus sit, vel ille solus iusserit. In hoc. §. dicit iurisco. hoc euenire posse vt vni soli domino quæratur etiã si nõ iusserit, neq; ei nominatim stipulatus sit. & ponit exemplũ, veluti eũ tu & ego haberemus seruũ communem: iste seruus stipulatus est seruitutem ad fundũ meum. certe mihi soli adquiritur ista seruitus: quia fundus meus est, & non tuus. aliud exemplũ est in. l. seq. & in prin. l. seq. quare sequitur. §. Sed & si. Seruus Titij & Mæuij stipulatus est hoc modo: Dabis. c. Titio domino meo, aut Mæuio domino meo? an talis stipulatio valeat? Respon. ꝙ non: quia incertũ est cui dominorũ adquiratur. h. d. etiam cum. l. seq. Fran.

i *Stipulatus.* scilicet simpliciter.

k *Totum.* vt & ff. si seruus cõmunis. sed pone tres esse dominos, vnus habet in seruo tertiam, alius quartam, & alius sextam. cum hæc omnia non faciant totum, ergo non totũ adquiritur. sed dic totum. s. quod adquirit. hoc autẽ esse potuit, si alter dominus habuerat pro derelicto, vel decesserat sine hærede, nec erat adhuc capta ea pars.

l *Nam & si.* bene dico nisi nominatim, nã &c. & sic est ar. de toto ad partem, vt not. ff. de vsur. l. qui scit. in prin. Accur.

m *Nominatim.* id est expressim: ita. s. omnibus dominis meis. vel etiã expressis nominibus propriis: ita tamen ꝙ præcedat appellatiua. nisi sic exponeres, esset cõtra. j. eo. si cõmunis seruus ita. in prin.

n *Portionibus.* scilicet dominicis.

o *Ei soli.* scilicet nominato: vt & ff. de vsufruct. l. sed si quis. §. seruus fru. & j. de accept. l. an inutilis. §. seruus communis. versi. accepto.

p *Vlla adiectione.* scilicet domini.

q *Præter eam.* id est quotam: puta dimidiã, vel tertiam. Accur.

r *Ex qua.* l. quota, secundum Io. vel dic ex qua facere simplicem relationem, vt partem ad rem adquisitam: & qua, ad partẽ serui referatur. nam quam partem habeat in seruo, eandem in re promissa retinet: stipulatione quantum ad eam partẽ habita pro nulla. sed videtur quòd vni adquiri non possit, vt totum aliis quæratur: vt infra eo. l. itẽ si seruus. ij. respon. sed illud de his quæ adquiruntur: hic non quæritur pro parte promittentis. vel retentio habetur loco adquisitionis. & sic non ob. Item contra. ff. pro socio. l. verum. §. si seruo communi. Sed aliud in legato relicto seruo communi ab vno ex dominis, cum liberalitas large interpretãda sit: quàm hic in stipulatione quæ non est ex causa liberalitatis. vel ibi contemplatione socij reliquit. & eodem modo solu. ff. de conditio. & demon. l. qui hæredi. §. fina. & ad leg. Falci. l. Plautius. vel plene dic vt in. d. l. verum. pro socio.

s *Socii.* vt. j. respon. huius. §.

t *Vel.* pro etiam. sed in Pisa. cod. non habetur.

u *Adquirere.* immo nulli: vt. ff. de ser. le. l. & si. maxime testamẽti factio. sed aliud in legato quod seruo relictũ ita demum valet, si eo facto libero posset valere: vt. ff. de lega. ij. debitor. §. fin. sed ei libero, cum non haberet fundum, non posset ei seruitus legari vel adquiri. & facit. j. eo. si communis seruus.

x *Item si alter. Seruo.* scilicet cõmuni. & facit. ff. tit. j. l. si id quod, & quod ibi nota. Accursius.

y *Item si seruus. Stipulatus fuerit.* vel sibi, vel impersonaliter. de aliis enim sequitur. & dic ab extraneo. aliàs confunderetur pro parte: vt & ff. l. proinde. §. si seruus communis. Ioan. & facit institu. eodem. in fine.

z *Ei soli.* scilicet dari.

Stichum.

BIU Cujas

si stipulatus sit Stichum[a] sic,* *& Mæuio & Titio dare spondes?* totum eum Mæuio adquirit. quod enim alteri ex dominis adquirere nō potest, id ad eum qui ad obligationem admittitur, pertinet.[b]

Qui stipulatur pluribus dominis, quibus æqualiter potest quæri alternatiue, inutiliter stipulatur: secus si sibi primo: quia tunc domini vt adiecti habentur. idē si vni quæri non possit: quia habebitur vt adiectus. hoc dicit cum quatuor. ll. sequen. Bart.

Si cum[c] duos dominos seruus haberet, stipulatus fuerit illi aut illi dominis suis: quæsitum est, an cōsistat[d] stipulatio. Cassius inutilem[e] esse stipulationem scripsit:[f] & Iulianus Cassij sententiam probat: eóque iure vtimur.

x. Ivlianvs libro quinquagesimosecundo Digestorum.

Sed si ita stipuletur, *Titio decem, aut Mæuio fundum dare spondes?* quia incertum est vtri eorum adquisierit[g] actionem, idcirco inutilis[h] stipulatio existimanda[i] est.

xi. Vlpianvs libro quadragesimooctauo ad Sabinum.

Sed si sibi[k] aut Primo[l] aut Secundo[m] dominis suis stipulatus sit: & hic tantundem erit probandum[n] quod Iulianus [dixit,] inutilem esse stipulationem.[o] Sed vtrum adiectio inutilis est? an * tota stipulatio vtilis nō est? [Et] puto adiectionem[p] solam esse inutilem. Eo enim quòd ait *mihi*, omnibus adquisiuit ex stipulatu[q] actionem. An ergo [&] in cæterorum persona solutio locū habeat,[r] exemplo extraneæ personæ? Et puto vel solui eis posse: quemadmodum cùm ego mihi[s] aut Titio[t] stipuler. Cur ergo cùm Primo aut Secundo dominis[u] stipulatio non consistit,[x*] nec solutio est? Illa ratio est, quia non inuenimus in cuius persona stipulatio consistat,* [&] in cuius solutio:

xii. Pavlvs libro decimo Quæstionum.

Nam cùm vterque obligationis capax[y] sit, nō inuenimus quis adiectus[z] sit: quia non est qui petere possit:[a]

xiii. Vlpianvs libro quadragesimooctauo ad Sabinum.

Cvm enim stipulatur domino aut extraneo seruus, vtrumque constat,* & in domini persona stipulatio, & in extranei solutio: at hic[b] ὁ ἰσάζων* corrumpit[c] stipulationē & solutionem.

Si seruus stipulatur nominatim malæ fidei possessori: nec sibi, nec domino quærit. B.

xiiii. Ivlianvs libro tertio ad Vrseium Ferocem.

Seruus meus cum apud furē esset, furi dari stipulat[o] est.* Negat furi deberi Sabinus. Sed nec ego ex ea stipulatione agere potero: quia eo tēpore quo stipulatus est, mihi non seruiret.[d] Sed si detracta furis persona stipulatus est[e], mihi quidem adquiritur actio: sed furi nec mandati[f] nec alia actio aduersus me dari debet.

a *Stichum.* qui erat Titij.
b *Pertinet.* vt &.ſ.eo.l.j.§.communis. sed contra.ſ.eo.l. proinde.§.ſi seruus communis.ij. respon. Solu. vt ibi.
c *Si cum.* tractat hic.§.quando seruus duorum vel plurium stipulatur incertum, vel incerto modo.
d *Consistat.* i. valeat.
e *Inutilem.* omnino. & est ratio vt.j.l. pxi. &.l.seq. in fi. &.l. nam. &.j.eo. si seruus cōmunis ita. sed cōtra.ſ. eo. l.j.§.pe. Solu. vt ibi. Ité contra.j. de fideiuſſ.l. fideiussor obli. in prin. sed ibi valet accessoria ratione principalis validæ cui adhæret.
f *Scripſit.* & bene. Ac.
g *Ed ſi ita. Adquiſierit.* & sic fieri solutionem noluit.
h *Inutilis.* Not. ratione incertitudinis neutrū valet. sic &.ſ. de testa. tu. l. duo. & de manu. testamen. cū ex pluribus. sed non videtur bene adduci: quia hic nulla est stipulatio propter incertitudiné. sed ibi dico q̄ tenet datio tutoris, & legatū: vt patet.ſ. de leg. ij. ſi quis seruū.§. ſi inter. & de condit. & demon. falsa.
i *Exiſtimāda eſt.* quia nō apparet cui adquirat stipulatio, nec cui fieret solutio: & hoc ratione incertitudinis rerum.

Ed ſi ſibi. CASVS. Item pone sic cōtinuando cum præcedētibus. Ponamus q̄ sic stipulatur seruus: promittis mihi aut Titio aut Mæuio dñis meis? certe talis stipulatio nō valet. Sed q̄ritur, postquam non valet: an tātum adiectio istius stipulationis vitietur: an vero etiam principale? Respon. q̄ adiectio tātum vitiabitur. Ité an istis dominis adiectis solui possit? Respon. quòd non: quia non inuenitur in cuius persona consistit solutio, neque stipulatio: quare &c. rationes etiam huius.l. vide in duabus. ll. seq. Fran.

k *Sed ſi ſibi.* seruo.
l *Aut Primo.* domino. aut Primo alternatiue: & sunt hæc propria nomina dominorum.
m *Aut Secundo.* domino.
n *Probandum.* quod & dictum est.ſ.l. proxi.
o *Stipulationem.* quantum ad Primum & Secūdum: vt subiicit: non quantum ad seruum.
p *Adiectionem.* no. vtile per inutile non vitiatur. a sic.ſ. si certū peta. l. certi condictio.§. quoniam. argu. contra.j. de regu. iur. l. actus.&.ſ. de arbi. l. parui.* & facit.ſ. eo. l. iij.
q *Ex ſtipulatu.* pro partibus dominicis.
r *Locū habeat.* dic q̄ quatuor erāt domini: & duos tantū nomiauit: vt in prin. l. nā sic bene potest eis totū solui, & cōtingit liberatio: & vni eorū. Sed quid si sunt tantū duo quos nominauit? adhuc videtur idē, vt vel vni eorū totū possit solui vt liberet ab vtroq;. & hoc cū posuit sibi. sed. j. proxi. respon. nō apposuit sibi.
s *Mihi.* aliàs nihil.
t *Aut Titio.* quo casu potest solui Titio: vt.ſ. de verbo. obliga. l. fin.§. cum mihi. Accursius.
u *Dominis.* scilicet stipulatur seruus non adiecto sibi.

x *Non conſiſtit.* vllo modo etiam quo ad solu. vt hic, &.ſ. eo. ité si seruus. in fin. Accursius.
y *Nam cum vterque. Capax.* id est vterque ponitur vt ei quęratur obligatio, alternatiue tamen. Azo.
z *Adiectus.* adiectus enim non est capax obligationis. i. nō ponitur vt ei quęratur stipulatio. Accursius.
a *Poſit.* magis vnus quàm alius. & sic nō apparet quis sit adiectus: cū non apparet quis sit principalis. sed vbi alter dūtaxat obligationis capax esset, tenet sub alternatione facta stipulatio: vt.j. de fideiuſ. l. fideiussor. Accur.
b *Cvm enim. At hic.* Græcum: cuius sensus est. i. cū stipulatus est Primo aut Secūdo, non adiecto sibi.
c *Corrumpit.* scilicet alternatio.

Seruus meus. CASVS. Quidam fur subtraxit mihi seruum meum Stichū. hic Stichus cum apud furē esset, stipulatus est ipsi furi. certe nulla quęritur actio furi: quia eo tēpore nō fuit apud dominum suum seruus. an aūt ego dominus serui possim agere ex hac stipulatione? Respon. q̄ nō. Si vero iste seruus esset stipulatus nō facta mentione furis, nec domini, sed imperſonaliter vt dicit glo. mihi domino adquiritur actio. Sed ponamus q̄ iste seruus sic imperſonaliter stipulatus sit ex re furis, & sic dominus habuit quod stipulatus fuit seruus: an fur possit hoc repetere à domino serui actione mandati de peculio? Rñ. q̄ non: immo remanet apud dominum. Fran.
d *Non ſeruiret.* secundum hunc ordinem literæ non est necessaria glo. quæ incipit: alij habent, sed si habes, quia &c. iuxta.j. respon. scilicet Sab. quia &c. & tunc sic. Accur.
d *Non ſeruiret.* alij habent, mihi: & tunc dic quòd istud statim probat non esse: quasi dicat, mala est ratio: quia & si mihi dominо seruiat: non tamen furi adquiritur ex tali stip. vt &.j. eo. l. seruus alienus. Vt ergo sit bona ratio, dic eum stipulatum furi his verbis: promittis ei cui seruio? & sic per consequentiam stipulatus est furi, cum ei seruiat. sed tamen ei nō adquirit, cum sit malæ fidei possessor: nec domino, vt subiicit. &.ſ. de adquiren. poſſ. l.j.§. sed & per eum. vel secundū. R. dic etiam ratione ista ex qua videbatur. quia enim non mihi, sed furi seruiebat: & ab ipso non à me possidebatur: ei stipulari posse credebatur: quod hic remouet: & secundū hoc est ratio remotiua: & est hæc eadem cū prima. alij habent ei. & tunc ei non seruiret. ſ. sic vt ei possit quærere: quia non bona fide: vt in. d. l. de adquiren. poſſeſ.
e *Stipulatus eſt.* impersonaliter.
f *Mandati.* de pecu. cum forte ex re furis sit stipulatus, sicut si vsufructuarius stip. dño, ex re fructuarij adquirit dño, sed cōdictione sine causa reddit fructuario. sed hic secus, secundum Io.

Siue mihi. CASVS. Seruus meus qualitercūque stipuletur, siue dicendo, promittis domino meo? siue, promittis mihi? siue, promittis seruo domini mei? siue tantum promittis dare? semper mihi adquirit seruus meus. Franciscus.

Siue.

BIU Cujas

a *Sine.*fa.ſ.eo.l.j.in prin.& quod ibi no.

Eruus hæreditarius.] *CASVS.* Mortuus eſt Titius qui hæredem ſuum fecit Mæuium.erat autem in Titij hæreditate ſeruus quidam.iſte ſeruus nondum adita hæreditate ſtipulatus eſt futuro hæredi Mæuio. an talis ſtipulatio valeat?Reſpon.quòd non. Fran.

b *Nominatim.* puta Titio:& ſic non valet, cum quaſi extraneo ſtipularetur: vt infra eo. ſeruus alienus. ſecus ſi appellatiuo tantum:vt infra eo.l.ſi ex re.§.fi. quæ eſt contra.ſed ſecus ſi neque proprium neque appellatiuũ,ſed ſimpliciter: vt.j. eo. ſi ſeruus hæreditarius.& ſupra de pac.ſi vnus.in fi.quia his caſibus valet. Alij dicunt, quòd hæc corrigitur per.l.ſi ex re.quod non placet.

SI communis ſeruus.] *CASVS.* Habebamus tu & ego ſeruũ communem,& ego habebam fundum iuxta fundum Titij: tu vero ibi nullum fundum habebas. ſtipulat⁹ eſt ſeruus noſter communis à Titio actum vel iter per fundum ſuum ad meum, ſine expreſsióe nominis mei vel tui. iſta ſeruit⁹ itineris vel actus ſoli mihi poteſt adquiri,non tibi: cum nullum ibi fundũ habeas.ꝙ ſi tu etiã ibi fũdũ habeas, adquiritur etiã tibi in ſolidum,& mihi in ſolidũ ſeruit⁹. Franciſcus.

* *Flo.mihi*

c *Si communis.*vt &.ſ. e.l.pinde. i fi. &.l.ſeq.

d *Fundum habeas.*vel eundem communẽ mecum:vt ſupra de ſer.ruſti.prædio.l.ſi vnus.vel alium tuum proprium. Accurſius.

e *Tibi.* aliàs mihi: aliàs tibi. & in idem recidit. & quod dicit in ſolidum:ideo quia non poteſt diuidi:vt.ſ.de verb.oblig.l. ij.circa prin.ſed contra.huic.l.ſ.de ſerui.le.l. & ſi maxime. ſecus in relicto ſeruatur.nec immerito:cum in multis inueniatur aliud ſtatutum in promiſsis,& aliud inueniatur in relictis, ſecundum Azo.& adde rationem vt dixi.ſ.proinde.in fi.

SI ſeruus communis.] *CASVS.* Filiusfamilias miles defunctus inſtituit hæredem. qui nondum adiuit hæreditatem. erat autem ſeruus communis ipſius filiifamilias, & Titij:qui ſeru⁹ ſtipulatus eſt dominis ſuis.quæritur cui acquiratur ex hac ſtipulatione? Reſpon.quòd ſoli Titio.nam ſeruus eſt hæreditarius:nec poteſt hæreditati filiifamilias mortui quæri:quia nondum cenſetur eſſe alicuius quãdiu non eſt adita.nec poteſt quæri ei qui dicitur hæres eſſe:quia non ſtatim poſtquam inſtitutus eſt,cenſetur hæres.nam illud priuilegium teſtandi quod conceſsit princeps filiisfamilias militibus,non habet vigorem donec teſtamẽtũ ſit cõfirmatum per aditionem hæredis. [*SI SERVVS TITII.*] Titius & Mæuius habebant ſeruũ cõmunem Stichũ:iſte Stichus ſtipulatus eſt à Mæuio hoc modo:promittis mihi partẽ quam habes in me? an talis ſtipulatio valeat? Rñ.quòd nõ. Si autem dicat ſic,promittis Titio domino meo partẽ quam habes in me? talis ſtipulatio valet. Sin autẽ ſimpliciter ſtipuletur ſine adiectione perſonarum,ſicuti promittis partem quam in me habes, dare? certe talis ſtipulatio valet:quia eſt concepta ſine vitio: & ideo ſequitur eum in cuius perſona valere poteſt. [*SERVVS CAPTO.*] Paterfamilias quidã non bonus armiger,ſed ex his qui faciliter abſque impulſu de equo ſuo cadunt:hic captus eſt ab hoſtibus relictis domi filio & ſeruo ſuo.iſte ſeru⁹ eſt ſtipulatus domino ſuo.x.cui acquiritur hæc ſtipulatio? & videtur ꝙ ad

XV. FLORENTINVS libro octauo Inſtitutionum.

SIue[a] mihi,ſiue ſibi,ſiue conſeruo ſuo,ſiue imperſonaliter dari ſeruus meus ſtipuletur: mihi adquiret.

XVI. PAVLVS libro quarto Regularum.

SEruus hæreditarius futuro hæredi [decẽ]nominatim[b] dari ſtipulatus, nihil agit: quia ſtipulationis tẽpore hæres dominus eus non fuit.

Ex ſtipulatione ſerui adquiritur ei domino cui poteſt. ſi ſtipuletur indiuiduum: quæritur cuilibet in ſolidum.

XVII. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

SI cõmunis[c] ſeruus meus & tuus viam,vel iter, vel actũ ſtipuletur ſine adiectione nominis noſtri:cũ ego ſolus fundum vicinum habeam,ſoli mihi eam adquirit.quòd & ſi tu fundum habeas,[d] tibi *[e] quoq; in ſolidum ſeruitus adquiritur.

Mortuo vno ex dominis ſine hærede,vel hæreditate non adita, ex ſtipulatione ſerui quæritur i ſolidũ ſuperuiuenti domino. Bar.

XVIII. PAPINIANVS libro viceſimoſeptimo Quæſtionum.

SI ſeruus communis Mæuij[f] & caſtrenſis peculij,[g] defuncto filiofamilias milite,antequã adeat inſtitutus hæreditatẽ, ſtipuletur:ſocio qui ſolus interim dominus inuenitur,tota ſtipulatio[h] quæretur: quoniam partẽ[i] nõ facit hereditas eius,[k] quę nondũ eſt.[l] Non enim ſi quis hæredem exiſtere[m] filiofamilias dixerit, ſtatim & hæreditatem eius iam eſſe conſequens erit:[n] cũ beneficium principalium conſtitutionum[o] in eo locum[p] habet,vt filiusfamilias de peculio teſtari poſsit.quod priuilegium ceſſat[q] priuſquam teſtamẽtum aditione fuerit confirmatum. ℣Si ſeruus Titij & Mæuij partem[r] quæ Mæuij eſt, ſibi dari ſtipuletur,[ſ] nulla ſtipulatio eſt: cum ſi Titio dari ſtipulatus fuiſſet,Titio[t] adquireretur. Quòd ſi ſimpliciter[u] concepta eſt ſtipulatio, veluti, *Partem eam quæ Mæuij eſt, dare ſpondes?* non adiecto *mihi*:[x] propè eſt vt quia ſine vitio[y] concepta eſt ſtipulatio,ſequat̃ ei⁹[z] perſonam cuius poteſt.

Seru⁹ & fili⁹ adquirunt patri,vel domino reuerſo,quocũque modo ſtipulentur.ſed ſi ibi decedat:ſtipulatio nominatĩ cõcepta eſt nulla:ſimpliciter cõcepta valet i ſeruo. Bar.

℣Seru⁹ capto domino[a] ab hoſtibus, domino dari ſtipulatus eſt. Quamuis[b] quæ ſimpliciter[c] ſtipulatur,vel ab alio accepit,[d] etiam ad hæredẽ captiui hæredem ipſius captiui pertinet:quia cũ ſeruus ſimpliciter ſtipulatur,vel aliquid ab alio acceperit:illud acquiritur hæredi. Ecõtra videtur,cũ aliud iuris ſit in filio,qui tunc nõ erat in poteſtate cũ ſtipularetur,nec poſtea reperitur eſſe in poteſtate:ſicut ſeru⁹ inuenit eſſe in hæreditate. Tamen in ꝓpoſito noſtro adhuc manet queſtio, vtrum aliquid videatur quæſitũ hęredi:ſicut à ſimili cũ ſeru⁹ hæreditarius ſtipulaĩ defuncto vel futuro hæredi. finaliter cõcludit idẽ eſſe in ſeruo & in filio:& probat hoc argumento qđ ſequitur ibi,nã & filius. quod ſatis clarum eſt. [*CVM SERVVS.*] Habeo vſumfru.in ſeruo Sticho.iſte ſeru⁹ locat operas ſuas in quĩque ãnos.morior medio tẽpore locationis: reſiduũ tẽpus locationis quærit domino.ſic enĩ Iul.ſcripſit. Et ꝓbaĩ hoc duab⁹ rationib⁹,quas vide per te.prima ibi,nã & ſi.ſecunda ibi,nam & cum.Fran.

f *Mæuij.*aliàs meus:aliàs Mæuij.Accur.

g *Peculij.*i. filiiſa.habẽtis caſtrenſe peculiũ.

h *Stipulatio.*ſ.interim: cũ pura ſtipulatio pẽdere nõ debeat:vt.j.e. vſusfruct.ſed reſtituet poſtea partem hæredi adeunti,ſiue alius ſiue ipſe idẽ ſeruus ſit inſtitutus: vel patri ſi non adeatur:vt.ſ. de acqui. re. do.l. in eo. &.j. de caſtrẽ.pec.filiusfamilias.§.j. Alij aliter dicũt: vt no.in.l.in eo.& hoc verũ ꝓpter duplicẽ fictionẽ,vt hęredi adeũti reſtituaĩ.ſ.quia hęredi-

tas vicẽ obtinet domini,& quia poſtea fingit adita ex die mortis.

i *Partem.*id eſt non facit vt partem tantum habeam:nam capio totum:vt.ſ.de leg.j.huiuſmodi.§.ſi Titio.

k *Eius.*militis.

l *Quæ nondum eſt.*ante aditionem.ſi enim eſſet prius hæreditas, ergo pater iure pecu.nõ poſſet occupare etiam hærede repudiãte.& ad hoc ꝙ non prius ſit hæreditas,facit in fi.huius.§.& ſ. ad l. fal.filiusfa.ibi,fieri hęreditatem aditione eius.& argu.ſ.de op. le.l.ſi Eros.vel dic nondum eſſe.ſ.eius hæredis.

m *Exiſtere.*ſ.poſſe.vel dic ſimpliciter.

n *Erit.*hoc caſu:licet generaliter verum ſit:vt.ſ.de acqui. poſ. cum hæredes.

o *Conſtitutionum.*quæ permittunt filiofa.teſtari in caſtrenſi pecu.vt inſti.qui.non eſt permiſ.face.teſt.in prin.

p *Locum.*i.cum ad hoc inſtitutum eſt.

q *Ceſſat.*i.non ſortitur effectum:adeo vt non faciat ſtipu. purã pendere.& facit.j.de caſtren.pecu.l.ij.

r *Partem.*in ſemetipſo.

ſ *Stipuletur.*ab altero domino,vel extraneo. Accurſius.

t *Titio.*in proprio non diſtinguitur:vt.ſ.eo.l.j.in prin.& adde quod no.ſ.eo.l.j.

u *Simpliciter.*i. imperſonaliter.

x *Mihi.*ſcilicet hæc verba.

y *Sine vitio.*quia non poſuit ſibi.

z *Eius.*ſ. Titij.& facit.j.eo.l.antepen.

a *Capto domino.*ſi habes bis domino:primũ cũ aliis dictionibus ſunt ablatiui abſoluti:ſi ſemel,ſunt datiui. Et no.ꝙ nõ aperit an ſub ꝓprio vel appellatiuo noĩe ſtipuleĩ dño:vnde nõ eſt vis.Ac.

b *Quamuis.*mutat caſum.

c *Simpliciter.*i.imperſonaliter.

d *Accepit.*per traditionem.

Pertinent

pertinent,[a] aliúdque sit iuris in persona filij, quia nec tunc fuit in potestate[b] cum stipularetur, nec postea deprehenditur[c] vt seruus in hæreditatẽ: tamen in proposito[d] [casu] potest quæri, num ex hac stipulatione nihil adquisitũ hæredi videaẽ, quomodo[e] si seruus hæreditarius defuncto[f] aut etiam hæredi futuro[g] stipulatus fuisset. Sed in B hac specie[h] seruus filio exequabitur. Nam & si filius captiui patri suo stipulatus fuerit dari, res in pẽdenti erit: & si pater apud hostes decesserit, nulli[i] momenti videbitur fuisse stipulatio: quoniam alij, non sibi,[i] stipulatus est.

Si seruus fructuarius aliquid annuũ pro operis stipuletur: in initio cuiuslibet anni vsufructuario quæretur vsufructu durante. pro futuro tempore domino quæretur iure suo. Bartolus.

¶ Cum seruus † fructuarius operas suas locasset, & eo nomine pecuniam[k] in annos singulos dari stipulat[a] esset: finito [vsu] fructu, domino residui temporis adquiri stipulationẽ Iulianus scriptum reliquit. quæ sententia mihi videtur firmissima ratione subnixa. Nam [&] si in annos fortè quinque locatio facta sit: quoniam incertum est [vsus] fructus in quem diẽ duraturus sit: singulorum annorũ initio cuiusq; anni pecunia fructuario quæreretur. secundum quæ non transit ad alterum stipulatio: sed vnicuique tantum adquiritur, quãtum ratio iuris[l] permittit. Nam & cum idẽ seruus ita stipuletur: *Quantam pecuniam tibi intra illum diem dedero,*[m] *tantam dare spondes?* in pendenti[n] est quis ex stipulatu sit habiturus actionem. si enim ex re fructuarij vel operis suis pecuniam dedero, fructuario:[o] si verò aliunde, domino[p] stipulatio quæretur.

Quod vni ex possessoribus quæri non potest: quæritur alii cui potest. Bartolus.

XIX. SCAEVOLA libro tertiodecimo Quæstionum.

SI alienus seruus duobus bona fide* seruiens, ex vnius eorum re adquirat: ratio[q] facit, vt ei ex cuius re [aliquid] adquisiit, id totum ei adquirat: siue ei soli,[r] siue quasi duobus seruiat. nam & in veris[s] dominis, quotiens vtrique adquiritur,[t] totiens partes adquiri. cæterùm si alij non adquiratur,[u] alium solidum habiturum. igitur eadem ratio erit & in proposito, vt hic seruus alienus, qui mihi & tibi bona fide seruit, mihi [in] solidum ex re mea adquirat: quia tibi nõ potest adquiri, quia nõ sit ex re tua.

Liber homo bona fide possessus, quod non potest quærere sibi, quærit possessori. quod non potest quærere possessori, quærit sibi. Bartolus.

XX. PAVLVS libro quintodecimo Quæstionum.

LIber homo [qui] bona fide mihi seruit, [si] stipulatur[x] ex re mea,[y] vel ex operis suis Stichum, qui ipsius[z] est: magis est vt mihi[a] adquirat: quia & si seru[s] esset me[s],[b] adquireret mihi. Reſpõ. q tãtum ad me pertinet. & probatur. nã ita est in veris dominis: quotiens potest vtrique acquiri, quæritur vtrique. sin autem non potest vtrique acquiri: quæritur alteri soli totũ. igitur sic erit in nostro præsenti casu: si iste seruus nõ potest tibi quærere, mihi totum quæratur. Fran.

q *Ratio.* naturalis: vt ff. de acqui. re. do. l. qui bona. §. si quis bona. sed ciuilis ratio est cõtra: vt in cõtra. ff. de vsufru. l. si seruo fructua rio. §. si duos. vbi vnã dimidiam dicit quæri domino, pprietatis. vel sol. vt ibi. * *Flo. bona fides*

r *Soli.* q. d. siue acquisiuit volẽs ei tãtũ quærere: siue vtrique: cum alij ex re quæ sua non est, sed alterius, quærere non possit: vt supra de acquirẽ. rerũ domi. l. si seru[s]. sed in hoc est contra. ff. eo. l. si cum duorũ. Solu. vt ibi.

s *Nam & in veris.* pbat per simile: merito, namque &c.

t *Adquiritur.* id est acquiri potest.

u *Non adquiratur.* id est acquiri possit.

Liber homo. CASVS. Titius liber homo credẽs se esse seruũ meũ mihi bona fide seruiebat: ipse ex operis suis stipulatur à quodã extraneo Stichũ, qui suus est: an mihi eum acquirat? Rñ. quòd sic. nã & si vere seruus meus esset: mihi ex tali stipulatione quæreret. & probat hoc à simili: quia si ex re mea quærit quod meũ est: sibi acquirit. [APVD LABEONẼM,] Pulcher. §. & in eo sic pone casum: Quidam paterfam. habebat filiũ & filiam in sua potestate. moritur paterfami. ista filia nihil petiit de hæreditate paterna: credens se nullã partem habere in bonis patris. interim frater ei[s] filiam procreauit: quam moriens reliquit infantem: cui dati sunt tutores. Isti tutores imperauerunt seruo auito, id est seruo aui istius pupillæ: vt scilicet stipularetur certam summã pecuniæ ab his qui hæreditatem paternam emerant. Nunc quæritur, vtrum isti pupillæ aliquid sit acquisitum? Respon. primo quòd seruus semper quærit suo possessori. Tamen si res quæ sunt vẽditæ per tutores, sunt communes pupillæ & alteri: non totũ quæritur pupillæ per seruum, sed vtrique eorum. Fran.

x *Si stipulatur.* ab extraneo.

y *Ex re mea.* puta domum locando meam, vel aliàs contrahendo in re mea. Accursius.

z *Ipsius.* scilicet liberi hominis.

a *Magis est vt mihi.* vt &c. ff. de acquir. re. do. l. qui bona fide. in prin. Nec obstat q se non credebat dominum liber homo. arg. ff. de iur. & fa. igno. l. regula. §. qui ignorauit. Accursius.

b *Esset meus.* ille liber homo, & stipularetur Stichum alienum. Et no. similitudinem istam: quia censetur vt seruus.

a *Pertinent.* vt. ff. de cap. l. j.

b *In potestate.* scilicet filius. Et sic not. quòd non pendet eius status: vt notatur. C. de sententiam pas. l. finali.

c *Deprehenditur.* & sic sibi quærit: licet non sit hæres patris.

d *In proposito.* quando non simpliciter, sed nominatim stipulatur. M.

e *Quomodo.* i. sicut.

f *Defuncto.* quæ non valet: vt &. ff. si cer. pe. l. eius qui. §. quòd si stipulatus.

g *Futuro.* nominatim: quæ similiter non valet: vt. ff. eo. seruus hæreditarius.

h *In hac specie.* scilicet quãdo nominatim stipulatur seruus domino capto.

i *Non sibi.* qui fingitur prima hora captiuitatis mortuus: & sic mortuo videtur stipulari: quare non valet. Ex prædictis no. quia filius & seruus stipulãtes cum dominus vel etiam pater sunt capti: quia aut nominatim: & tunc idẽ est in vtroq; quia pendet stipu. & si redeat, valet: aliàs non. aut simpliciter: & tunc si redeat, idem in vtroque: quia valet, & acquiritur redeunti. si nõ redeat: seruus hæredi, filius sibi acquirit. sed quare plus operatur fictio postliminij quàm l. Corn. cũ per postliminiũ indistincte quæritur redeunti: sed per Corn. nõ quæritur hæredi indistincte, sed distinguitur filius à seruo? Rñ. facilius debet restitui dominiũ ei qui aliquãdo fuit, quàm de nouo hæredi tribui qui non fuit dominus.

k *Pecuniam.* i. de pecũdea pecu. verũ si ante finẽ anni decedat fructuarius, repetit proprietarius per cõdict. sine causa: & hoc subiicit, sed vnicuique &c. sed in fructibus fundi dic vt. ff. de vsufr. l. defuncta. & insti. de re. diui. §. si vero. & quod subiicit, secũdũ quæ. i. ex quo quisq; annus inspicitur: quasi tot sint stipulationes quot anni, & quot prestationes: patet q nõ transit: sed cuiq; pro suo tẽpore suo iure q̃ritur: vt subiicit, &. ff. de vsufr. l. si operas. Sed cõtra. ff. e. ti. de vsufr. l. sed & si quis *. §. si operas. vbi dicit q transit: sed dic quo ad cõmodum, nõ quo ad ius: vtq̃ erat vnius, sit alterius. sic & dicitur transire fortuna ad aleã de vno ad aliũ, secundũ Io. sed secundũ M. transit. s. in genere, nõ in specie. vel transit. s. ius. quo enim iure vnus petit, & alter. nõ transit. s. res. nõ enim eadẽ res petitur. & adde qd ibi no. Itẽ facit. C. de aduoca. diuer. iudi. l. post duos. §. is. & ff. de verbo. obliga. pleribus. §. de hac.

l *Ratio iuris.* i. tãdiu ex ea stipu. fructuario quæritur, quãdiu durat vsusfru. vnde sequitur vt istius anni stip. cõmissa sit fructuario: sequentis sit in pendenti: nec immerito. nã &c. sed nõ placet, secũdum Io. q pura stipulatio sit in pẽdenti: vt. ff. eo. vsusfructus. licet sit incertũ quot & quorũ annorũ alterutri actio cõpetitura sit. cõtinua ergo, bene dico esse dubium ratione sequentis temporis cui quæratur. nam & sequenti casu est dubium, nec tamen ibi dicitur pendere.

m *Dedero.* id est mutuauero.

n *Impendenti.* i. incertum ratione futuri temporis: sed non præ-

o *Fructuario.* s. quæritur actio.

p *Domino.* id est proprietario.

BIU Cujas

Similitudo est, & qualis inter liberum hominẽ bona fide possessum, & seruũ alienum eo.tit.à nobis possessũ.

a *Ille.* scilicet Stichus seruus liberi hominis.

b *In peculio.* id est patrimonio quod ad eum spectat. sic &.ſ.ad Trebellian. l.cogi.circa princip. habet enim duplici iure peculium: vt.ſ.de pec.l.hinc.§.penult.& quod subiicit esset, dic, id est remaneret etiã post stipulationem, secundum Azo. sic.j.titu.j.l. si mandato meo. Vel aliter bene dico q̃ similitudo est inter hũc seruum & liberum hominem bona fide possessum: non tamen tanta: vt sicut seruus stipulãdo peculiũ nihil agit vt quærat: sic hic non quærat. Vel tertio non fit Stichus peculij acquirentis: quia non eũ acquirit: sed eius obligationem. vel quarto, libet habeatur vt seruus liber homo possessus: non tamen habet peculium.

c *Ex re mea.* subaudi, Stichum qui &c.

d *Stipulatur.* prædict⁹ liber homo.

e *Sibi adquiret.* quia q̃d mihi acquirere nõ potest liber homo bona fide possessus, hoc sibi acquirit, excepta possessione: vt supra de acquirendo rerum dominio.l.liber homo.in fi.

f *In sua potestate.* scilicet constitutus dũ viueret.

g *Nihil ad se.* cum medietas pertineret. & sic errabat in iure credens q̃ hæreditas non pertineret ad fœminas: vel in facto credens se exhæredatam.

h *Seruo auito.* communi istius puellæ & amitæ suæ errantis.

i *Ab eo.* scilicet emptore.

k *Vendiderunt.* tutores.

l *Stipularetur.* seruus auitus.

m *Quãta pecunia.* supple tantum pretij quãta pecunia, id est res hereditaria.

n *Ad eum.* ſ.emptorem &c.sic &.ſ.de lega.iij.l.quisquis.

o *Peruenisset.* id est peruenire deberet. vel dic ad eum seruum stipulantem: & tunc propriè accipitur pecunia.

p *Ne.* id est an.

q *Adquirere.* vt.ſ.de acquirẽdo rerũ domi.l.acquiritur.§.de his.

r *Adquirit.* non dicas seruum nominatim pupillæ stipulatum: quia tunc totum ei acquireret: vt.ſ.l.proinde.§.ſi seruus. sed simpliciter. Iteꝫ adhuc ob.in ea.l.§.ſi seruus.versi.sed si iussu. quæ dicit totum quæri iubenti, sed hic iussit tutor qui loco domini est, vt.j.de fur.l.interdum.§.qui tutelam. R. sed secundũ Azo. inspecto effectu quæritur vtrique. nam pupilla pro medietate tenetur restituere: sicut & cum nominatim ex re vnius stipulatur: vt.j.l. pen.&.l.si ex re.§.j.alij vt I. quòd etiam à principio non quęrit nisi pro dimidia. & hoc ex vi verborum, quanta pecu.&c.q.d. p̃ sua parte tantum. & sic iussus non trahatur ad partem amitæ. argu.ſ.de vsufruc.l.ſi seruo fructuarius.§.ſi duos. ibi,& ait. Tertij dicunt, pro dodrante quæri pupillæ. nam semissem eo quòd bona fide possidet: quadrantem, quia domina, vt & amita.

Si seruus communis.] CASVS. Seruus communis Titij & Męuij ita stipulatus est à Sempronio. Semproni dabis dominis meis Titio aut Mæuio decem kalendis Ianuarij: illi scilicet qui reperietur esse viuus? an talis stipulatio valeat? Respon. quòd hi. nec enim illud dici debet, quasi ille a quoque in peculio b eius esset. Sed si ex re mea c Stichum qui meus est, stipulatur: d [sibi] adquiret. e

Cum tractatur de commodo filii: existentia sui hæredis eum facit hæredem etiam errantem, & ius ignorantem. Bartolus.

f Apud Labeonem ita scriptũ est: filium & filiam in sua potestate f pater intestatus reliquit. Filia eo animo fuit semper, vt existimaret nihil ad se g ex hæreditate patris pertinere. deinde frater eius filiam procreauit: & eam infantem reliquit. tutores [autem] seruo auito h ei⁹ imperauerunt, vt ab eo i cui res aui hæreditatis vendiderunt, k stipularetur l quanta pecunia m ad eum n peruenisset. o ex eá ne p stipulatione quid pupillæ adquisitum sit, peto rescribas. Paulus. Est quidem verum, bona fide possessum seruum, ex re eius cui seruit, stipulantem, possessori adquirere: q sed si res quæ ex hæreditate aui communes fuerunt, in venditionẽ hæreditatis venerunt: non videtur ex re pupillæ totum pretiũ stipulari: ideoque vtrisque adquirit. r

Stipulatio alternatiua inter personas quibus æqualiter potest quæri, vitiatur. Bar.

XXI. VENVLEIVS libro primo Stipulationum.

SI seruus communis ita stipuletur: *Kalendis Ianuariis decẽ Titio aut Mæuio dominis* [*meis,*] *vter eorum tunc viuet, dare spondes?* inutilem esse stipulationem Iulianus scribit: quia non potest s in pendenti esse stipulatio, nec apparere vtri eorum sit adquisitum.

XXII. NERATIVS libro secundo Responsorum.

SEruum fructuariũ ex re domini t inutiliter fructuario stipulari, domino u ex re fructuarij vtiliter stipulari.

XXIII. PAVLVS libro nono ad Plautium.

EAdem de eo dicenda sunt, cui x vsus legatus est.

XXIIII. NERATIVS libro secundo Responsorum.

ET si duorũ vsusfructus sit: [id] quod ex operis suis alteri eorum stipulatus sit, pro ea dumtaxat parte ex qua vsusfructus eius sit, adquiritur. * y

Præscriptio currit à die quo fuit facultas agendi. Bartolus.

XXV. VENVLEIVS libro duodecimo Stipulationum.

SI seruus hæreditarius stipulat⁹ fuerit, & fideiussores acceperit, posteaque adita fuerit hæreditas: dubitatur vtrum ex die interpositę stipulationis tẽpus cedat, z an ex adita hæreditate: item a si seruus eius qui apud hostes sit, fideiussores acceperit. Et Cassius existimat tẽpus ex eo computandum, b ex quo agi cum eis potuerit: id est ex quo adeatur hæreditas, aut postliminio domin⁹ reuertatur.

Substantia stipulationis pura vel conditionalis non potest esse in pendenti: sed legatum potest pendere antequam eius dies cedat. Bartolus.

XXVI. PAVLVS libro primo Manualium.

A non: quia non potest esse in pendenti: nec potest apparere cui dominorum sit acquisitum per talẽ stipulationem. Fran.

f *Non possit.* supple dici. vel etiam nil subaudias. & est ratio: quia etiam ab initio nulla est, ideo non pendet. & facit.ſ. eod.l. item si seruus. cum seq.& infra de solu.l.qui res.§. si seruus. nec ob.ſ.eo.l.si seruus cõmunis Męuij & castrẽ. pecu.§.fin.in fine. quia ibi non fuit nulla. sed nec ibi pendet ratione præsentis status: vt ibi dixi.& eo. modo solue.ſ.de vsufru.l. sed & si quis.§.interdum. Accursius.

Eruum fructuariũ.] CASVS. Habeo vsumfruc.in seruo Titi: iste seruus stipulatur mihi ex re Titij domini sui. certe talis stipulatio est inutilis. Si autem stipuletur domino ex re fructuarij: talis stipulatio est vtilis. Idem est in seruo in quo habeo vsumfructum. Idem si duo habent vsumfruc.in seruo: & seruus stipulatur * Filia vni ex operis suis: quæritur tantũ illi pro sua parte quam habet in seruo, scilicet pro parte vsusfructus.h.d. cũ duabus.ll.sequen. Fr.

t *Domini.* scilicet proprietarij.

u *Domino.* scilicet nominatim. & sic sol. cõtra.ſ.de acquir.rer.do. l. per seruum.§. sed vt sequens. ibi, neque enim &c. nã ibi impersonaliter. vel ibi ex alia causa, hic stipulando: sed hoc redditur p condictionẽ sine causa: vt.j.eod.l.pen.& facit.ſ.d.l.per seruum.§. fructuarius. & de vsufruct. sed & si.*§. quæstionis. Item videtur contra supra eo.l.j.§. penulti. sed expone vt ibi. ratio enim huius diuersitatis est: quia in primo est extra rem & operam. Item & quia domini conditionem nõ potest facere deteriorem: sed meliorem potest: vt in secundo.

x *Eadem. Cui.* sup. de eo cui &c.& dic scilicet si stipularetur ex re alterius, scilicet vsuarij: nã ex operis suis vsuario stipulari non potest: vt.ſ.de vsu & habita.l.per seruum.

y *Et si duorum. Adquiritur.* irruocabiliter: acquiritur tamen in solidum nominato: vt infra eodem.l.si cum duorũ.

Si seruus.] CASVS. Titius habens seruum Stichum, moritur: hæreditas autem eius nõ est adita: & sic iste seruus iacente hæreditate dicitur seruus hæreditarius. Iste seruus stipulatus est à Titio centum aureos soluendos intra annum: post modicum hæreditas est adita ab hærede. quæritur nunc, vtrum tempus solutionis cedat ab ipsa stipulatione interposita: an ab adita hæreditate? Post interserit alium casum antequam respondeat ad primum. nunc respondet, & dicit quòd tempus cedit ab adita hæreditate: quia tunc primum potest agi contra eos qui promiserunt. sic etiam responde ad alium casum. Franciscus.

z *Cedat.* id est currat.

a *Item.* ponit simile.

b *Computandum.* ad actionem excludendam: vt &.C.de præscrip.xxx.ann. cum notissimi.§. illud. sed contra supra de diuer.& temp.

BIU Cujas

tem.præscrip.l.si seruus. Solu. ibi speciale in stipu.iudi.sisti.facilius enim in ea liberantur fideiussores: quia post menses duos, nisi in scriptis vel intra certum tempus fideiusserint: vt.C. de fideiusso.l.pe. vel hic hæredi: ibi hæreditati stipulatus est. vel solue vt ibi. Item contra.ſ. de verbo. obliga.l.si filius. sed ibi quo ad acquisitionem. Ité cótra.ſ.eod.l. seruus hæreditarius. sed ibi proprium nomen posuit: hic non, vt ibi dixi. & facit.j. de accep.l. species.§.finali. &.ſ. titu. ij.l.interdum.§.si seru⁹. &.ſ. de condit. & demó.l.si in diem.

VSusfruct⁹ sine persona[a] esse nō potest: & ideo seruus hereditarius inutiliter vsumfructum stipulatur. [b] Legari autem ei posse vsumfructum dicitur: quia dies eius nō cedit statim: [c] stipulatio autem pura [d] suspendi non potest. Quid ergo si sub cōditione stipuletur? [e] Nec hoc casu [f] valet stipulatio: quia ex præsenti vires accipit stipulatio, quamuis petitio ex ea suspensa sit. [g]

XXVII. IDEM libro secundo Manualium.

SEruus communis siue emat, siue stipuletur: [h] quāuis pecunia ex eo peculio detur qđ alterum ex dominis sequitur, vtrique tamen adquirit. [i] Diuersa causa est fructuarij serui. [k]

XXVIII. GAIVS libro tertio de Verborum obligationibus.

SI ex re[l] domini domino[m] aut fructuario seruus stipulatus fuerit, domino quidē adquiri obligationē Iulianus scripsit: solui autē fructuario posse quasi quolibet adiecto. ℣ Si seru⁹ cōmunis ex re vnius[n] stipulatus[o] erit, magis placuit vtrique adquiri: [p] sed eum cuius ex re facta est stipulatio, cum socio communi diuidūdo aut societatis iudicio* de parte recuperanda rectè acturum: [q] idēque esse dicendum & si ex operis suis alteri [r] ex dominis seruus adquirat. ℣ Si ipsi domini singuli eadem decem seruo cōmuni dari fuerint stipulati, [s] & semel [t] responsum secutū fuerit: duo rei stipulandi erunt: cū placeat [u] dominum seruo dari stipulari posse. ℣ Sicuti vni [ex dominis] nominatim stipulando, ei soli adquirit: ita placet & si rē emat nomine vnius ex dominis, ei soli seruū adquirere. [x] Item si credat [y] pecuniā vt vni ex dominis solueret, vel quodlibet aliud negotium gerat: posse eum nominatim exprimere [z] vt vni ex dominis restituatur, aut soluatur.

Hæreditatis aditio retro ad tempus mortis trahitur. Bartolus.

℣ Illud quæsitum est, an hæredi futuro [a] seruus hereditarius stipulari possit. Proculus negauit:

a *Sine persona.* id est nisi sit persona cui vsusfructus debeatur: & ideo dicitur seruitus personalis.

b *Stipulatur.* non ergo hæreditas sustinet hoc casu vicem personæ defuncti. argu. contra.ſ. de acquiren. rerum do. l. hæreditas. & est ratio specialitatis: quia nec vti nec satisdare hæreditas potest: quod debet fieri: vt.ſ. vsufru. quemadmodum ca.l.j.

c *Statim.* scilicet cum adita fuerit hæreditas: vt.C. de cad.tollen.§. in nouissimo. Accursius Floren.

d *Pura.* serui hereditarij super vsufr. & facit.ſ. eo.l.si seruus cōmunis ita. &.ſ. de verb.oblig.l. inter stipulantem.§. sacram. versi. sed hæc dissimilia. sed contra.ſ. communia prædio.l.fi. in fin. vbi actus viuorum pendet, non defunctorum. sed hic speciale.

e *Stipuletur.* vsumfru. hæreditarius seruus.

f *Nec hoc casu.* facit.ſ. de verbo. obli.l.si filius. sed contra.l. si rē meam. * Sol. refert an intrinseca vel extrinseca apponatur cōditio. primo casu intelligitur. l. contraria: vt promittis mihi dare Stichum meum si meus esse desierit? talis quippe conditio etiam si existeret statim, potest stipu. valere. In secundo, vt si Titius erit consul, promittis mihi Stichum meum? non valet. Vel alio casu hic dicit, quia in vsufru. & in seruo hæreditario stipulante, ibi in domino stipulante. Item argu. contra.ſ. de vsufru. l. sed & si quis.§. interdum. sed ibi alio respectu dicitur pendere.

g *Suspensa sit.* non ergo habet seruus commercium: vt.ſ. de ver. obli.l. multum. Io. & facit.j. de regu. iur. l. quod in initio.

Seruus communis.]CASVS. Stichus erat seruus cōmunis Titij & Mæuij: habebat autem peculiū quod pertinebat ad Titium solum. iste ergo seruus emit aliquam rem, & soluit ex pecunia sui peculij quod sequitur ipsum Titium. quæritur, an ista res empta acquiratur vtrique dominorum, an tantum Titio? Respon. quòd vtrique acquiritur. Sec⁹ est in seruo fructuario. quod expone vt in glo. super verbo, fructuarij serui. Fran.

h *Stipuletur.* ab eo cui pecuniam mutuaturus est.

i *Tamen adquirit.* sed ille ex cuius re acquirit, recuperat iudi. communi diui. vt.j.l. proxi.§.j. &.ſ. communi diui. l. communis seruus. &.j. eo. si cum duorum.

k *Fructuarii serui.* si plures habeant vsumfru. in seruo. nam cuilibet in solidum ex re sua quæritur de æquitate: vt.ſ. e.l. si alienus seruus. secus de rigore: vt in contrario.ſ. de vsufru. l. sed & si quis.§. si duos. vel intellige diuersa &c. secundum quod in contrario ponitur casus in duobus fructuariis: & sic concordabis. *Seruus in quo plures habēt vsūfructum: an cuilibet in solidum ex re sua adquirat de æquitate iuris: & quid de rigore.*

SI ex re domini.]CASVS. Habeo proprietatē in seruo quodam: tu autem vsumfr. iste seru⁹ ex re mea stipulatur mihi aut tibi. certe mihi quærit obligationem: tibi autem potest solui tanquā adiecto ī stipulatione. [*SI SERVVS COMMVNIS.*] Tu & ego habemus seruum communem. iste seruus ex re mea stipulatur aliquid. quęritur actio vtrique nostrum: tamen ego habeo actionem cōmuni diuidundo ad recuperādum quod ad te ex hac stipulatione peruenit. [*SICVTI VNI.*] Dictum est.ſ. eo. titu. quòd quando seruus communis stipulatur nominatim vni dominorum: quòd illi soli acquirit. idem est si emat aliquid nominatim vni dominorum. Item si mutuat pecuniam: & stipulatur illā reddi vni dominorum: aut ī quolibet alio negotio potest nominatim stipulando vni dominorum acquirere. *Flo. iudicium*

[*ILLVD QVAESITVM.*] Titius moruus reliquit hæredem qui nondum adiit: in qua hæreditate iacente erat seru⁹. quęritur, an iste seruus possit stipulari futuro hæredi? Proculus dicebat quòd non, Cassius vero dicebat quòd sic. Et probat hoc duplici argumento. primo, quia hæres postquam adiit hæreditatem, videtur defuncto successisse. Item quia statim postquam paterfa. moritur, familia ipsius hæredis censetur esse facta funesta: licet post certum tempus hæres extiterit. l. seq. plana est. Fran.

l *Si ex re.* promittis mihi pro domino meo dari, vel mihi pro eo qui in me vsumfr. habet. secus si dixit, promittis domino meo, vel vsufructuario: quia tunc ratione incertitudinis non valeret.

m *Domino.* quia valet: vt.ſ. eo.l.si seruum fructuarium. quid econtra? Respon. non valet: quia vterquæ capax est obligationis: arg.ſ. eo.l. sed si sibi. & facit.ſ. eo.l.j.§. penul. &.j. de solu.l. qui res.§. si seruus.

n *Ex re vnius.* scilicet dominorum.

o *Stipulatus.* scilicet simpliciter.

p *Adquiri.* sed si stipulat⁹ vni esset, vni acqreret: vt.j. e.l.§. sicuti.

q *Acturum.* ad hoc.ſ. l. proxi. in prin. cum suis concordantiis.

r *Alteri.* ei. ſ. stipulando. non ergo nominato tantum, sed vtrique: licet actio datur nominato. sed contra.ſ. eo.l. pinde. Solu. ibi non ex re vel opera, sed aliūde. vel illa inspecto exitu, quia per condictionem sine causa, vel communi diui. redditur: vt dixi. Alij contra vt acquiratur nominato: sed reddat alij.

s *Stipulati.* scilicet dari.

t *Semel.* idem & si bis: vt.ſ. de duo.reis. l. duos. Azo.

u *Placeat.* vt &.ſ. de verb.oblig.l. dominus seruo.

x *Adquirere.* vt &.ſ. de acquir.rer.do.l. per seruum.§. sicut seruus. &.l.si is qui.§.j. &.ſ. eo.l. proinde.

y *Credat.* id est mutuet.

z *Exprimere.* sed si non exprimat, quærit vtrique pro dominicis partibus: vt.ſ. eo.l.si seruus.§. finali.

a *Hæredi futuro.* sub nomine appellatiuo: vt &.ſ. eo.l.si seruus hæreditarius. non proprio: vt in contrariis.ſ. e.l. seruus hæreditarius. &.l.si seruus communis Mæuij.§. seruus capto.

a *Is.* id est futurus hæres.

b *Mortis.* vt & infra de regulis iuris.l.omnis hæreditas.& l.omnia fere.& supra de adquirenda hæreditate.l. hæres quoque hæreditatem. sed quo ad quædam non est verum: vt infra de fur.l. hæreditariæ.& ſ.eodem.l.vsusfructus. item facit supra de pactis.l.si vnus.§.finali.

c *Funesta.* vt extunc vsque ad nouem dies non possit in ius vocari: vt.C.de sepulc.viola. authen. sed neque. vel conuerte literam: quia lugubris familia ex tempore mortis videtur fuisse hæredis.ad quod est supra ad Syllania.l. si exhæredatus. & dicitur funesta: quia tam hæres quàm eius familia deferebant vestes lugubres & aptas ad funus.

d *Stita Titio.*

e *Eadem.* non alternatiuè, sed copulatiuè: vt supra eo.l.itē si seruus.in fine.

f *Alteri.* scilicet domino, puta Mæuio.

Seruus alienus.] C A S V S. Stichus seruus Titij stipulatus est nominatim mihi decē dare.an per istam stipulationē acquirat domino suo? Respon. q̄ non. Franciscus.

g *Alii.* extraneo.

h *Non adquirit.* No. regulam, quòd vbi adiecto in stipu. non potest quæri: nec ei qui adiectus non est, acquiret: licet ei acquiri possit. sed fallit cū cōfligit, id est cōcurrit iussus cū nominatione: quia acquiritur nominato semper, nisi iubentis interſit. tunc enim acquiritur iubenti: vt.C.per quas personas no.acquir.l. si duo.& facit.ſ. de acquiren.rerum domi.l. per seruū.j.§. quòd si vnus.&.l.proxi.in fin.

* *Ple. iussu fructuarii aut bo.*

Adiecto in stipulatione si nō adquiratur: nec etiā adquiritur non adiecto, quāuis illi poſit adquiri: & virū nominato.

Si vsufructuarii.] C A S V S. Habeo vsumfru. in seruo Sticho. iste Stichus stipulatur non ex re mea: aut ex operis suis. certe non quærit mihi, sed domino proprietario ipsius serui. Aliud est si nominatim stipulatus sit seruus: quia tunc nec domino ipsius quæritur. Franciscus.

i *Non solet his.* vt extra rem & operā: vt.ſ.de acquirendo rerum domi.l.acquiritur.§.de his.&.l.homo liber.§.quicquid.

k *Dicetur.* quia tunc non valet stipulatio etiam quo ad dominū verum: vt.ſ.l.proxi.&.ſ.eo.l.j.§.j.

l *In stipulatione.* facta extra rem & operam.

Si cum duorum.] C A S V S. Tu & ego habemus vsumfr. in seruo Sticho: iste seruus stipulatur mihi nominatim ex re q̄ est cōmunis tibi & mihi. certum est q̄ mihi promissor est obligatus. si autem res deducta in stipulatum ad me perueniat, tenebor tibi restituere partem tuam actione communi diuidundo. Fran.

p *Ciuilem.* supple & naturalem. in ciuilem enim tantum nõ potest transferri. nam cum fiat per stipulationem: vt. C. eo.l.j. & instit. eo. a §. præterea. in prin. & stipulatio habet consensum: & sic naturale vinculum: vt.ſ. de pac.l.j. in fi. patet quòd non transit in ciuilem tantum. Sed secundum Al. in stipulatione non est naturale vinculum: & sic fit in ciuilem tantum, secundum eum: vt no. in.d.l.j. de pactis. Item in ciuilem tantum videtur fieri per contestationem litis: vt.j. eo.l. delegare.j.

D

q *Transfusio.* quando in eandem personam.

r *Translatio.* quando in aliam.

s *Constituatur.* ex hoc patet manifeste quòd si à seruo animo nouandi stipulor, non liberatur prior debitor: quia cum sit intercessio, non obligatur seruus etiam naturaliter: ergo nulla est secunda, in quam prior trãsferatur: vt.ſ.tit.j.l.seruus inscio.&.l.ij. quod secus est in pupillo: vt in fi. huius.l.

t *Nouatio enim.* alludit vocabulo. sic.ſ. de acqui. pos.l.j. in prin. & potest de qualibet nouatione dici.

u *Naturalis.* tantum pura contracta cum seruo vel pupillo sine auctoritate tutoris.

x *Ciuilis.* supple & naturalis, vel etiã ciuilis tantum: puta literis. nã quæcũq; sit, dũmodo petitionẽ det, vel repetitionẽ p prohibeat.

y *Aut ciuiliter.* hoc expone vt.ſ.

z *Aut naturaliter.* scilicet tantum.

Premi-

BIU Cujas

toris auctoritate promiserit.[a]

Omnis obligatio potest nouari, si tamen hoc agatur. Bartolus.

II. IDEM libro quadragesimo octauo ad Sabinum.

OMnes res[b] transire in nouationem possunt. Quodcumque enim siue verbis contractum est, siue non verbis,[c] nouari potest, & trãsire in verborum obligationẽ ex quacũque obligatione: dũmodo sciamus nouationẽ ita demũ fieri, si hoc agatur[d] vt nouetur obligatio. † Cæterum si hoc nõ agatur, duæ erunt[e] obligationes.

Qui non potest alienare, nõ potest etiam nouare: nisi conditio sua efficiatur melior. Paulus.

III. POMPONIVS libro primo ad Sabinum.

CVi bonis interdictum est, nouare obligationẽ suam nõ potest: nisi meliorem[f] suam conditionem fecerit.

In obligationibus quæ contrahuntur super rebus inseparabilibus à persona, non cadit vera obligatio. Bartolus.

IIII. VLPIANVS libro quinto ad Sabinum.

SI vsusfructus debitorem[g] meum delegauero[h] tibi, non nouatur obligatio mea: quamuis exceptione doli [mali,] vel in factum,[i] tutus debeat esse aduersus me is qui delegatus fuerit. Et non solum donec manet eius vsusfructus cui delegaui,[k] sed etiam post interitum eius,[l] videbimus: [m] quia etiã hoc incõmodũ sentit, [n] si [o] post mortem meam maneat eius P* vsusfructus. Et hæc eadem[q] dicenda sunt in qualibet obligatione personæ cohærenti.[r]

Obligatio pura potest nouari in diem, & ante diem non fiet exactio. Bartolus.

V. IDEM libro trigesimoquarto ad Sabinum.

IN diem[s] obligatio nouari potest & priusquam dies aduenerit. Et generaliter constat, ex* stipulatione in diem facta nouationem cõtingere, sed non statim ex ea stipulatiõe agi posse antequam dies venerit.

Obligatio fideiussoria non nouat principalem. Bartolus.

VI. IDEM libro quadragesimosexto ad Sabinum.

SI ita fuero stipulatus, *Quãto minus à Titio debitore exegissem, tantum fideiubes?* non fit nouatio:[t] quia non hoc agitur vt nouetur.[u]

Si vna causa venit ad implementum alterius: agitur ex implemento, non ex implente. Bartolus.

FCum pecuniam mutuam dedit quis sine stipulatione, & ex cõtinenti[x] fecit stipulationem: vnus contractus[y] est. Idem erit

a *Promiserit.* hoc constat quòd pupillo promittente & naturaliter se obligante loco primi fit nouatio: vt hic, & instit. qui. mo. tol. obli. §. præterea. Sed quæritur, quãdo dicitur naturaliter tantum obligari? nam hic & ad. l. Fal. l. si pupillus. dicitur quòd naturaliter obligatur pupillus, sed. ſ. de act. & obli. l. pupillus. & de cõdict. inde. l. quod pupillus. quæ sunt cõtra. dicitur quòd nec naturaliter. Ad hoc dicunt quidã, si est proximꝰ pubertati, vt qa habet. x. annos & dimidiũ. ſ. naturaliter obligatur, & ita hic. si habet minus: tunc non, etiam si esset locupletior. Alij non ætatem prædictam, sed si aliquid ad eũ perueniat, considerant, vt sic teneat naturaliter, vel non. Tertij, vt M. exigunt vtrumque vt naturaliter teneatur, scilicet quòd sit proximꝰ pubertati: & quòd ad eum perueniat aliquid: alioquin nec naturaliter tenetur. Sed tu dic: vt si est infans, nec naturaliter tenetur, perueniat ad eũ aliquid vel non: & ita intelliguntur contraria. si autem sit maior infãte: si quidem promittat suo tutori se auctore: nec etiã iure naturali obligatur: vt. ſ. de auct. tut. l. pupillus. Alij vero ꝓmittẽdo obligatur naturaliter tãtum: vt hic. sic etiã intelligitur insti. quib. mo. tol. obl. §. præterea. Si autem tutoris auctoritate, tunc ciuiliter & naturaliter: sed potest restitui: vt. ſ. de auct. tut. l. impuberes. si autem est adultus non habens curatorem: tunc ciuiliter & naturaliter, sed potest restitui si habet curatorem. idem in eo quod in pupillo: vt. C. de resti. min. l. si curatorem habens. vbicunque autem dixi ex pacto pupillum naturaliter obligari tantum: tenebitur etiam ciuiliter, si locupletior est: vt. ſ. commo. l. sed mihi. in prin.

b *Omnes res.* quæ alias possũt subiici dominio nostro: vt insti. de inuti. stip. in prin. sic. ſ. si ser. vin. l. siquando. §. j.

c *Non verbis.* sed alio quocunque modo: vt. ſ. l. proxi.

d *Agatur.* expresse vel tacitè: de quibus est exemplũ insti. quib. mo. tol. obli. §. præterea. sed hodie expresse tantum: vt. C. eo. l. fi. sed si tantum fieret tacitè, etiam dicam hodie cõpetere exceptio. vt. j. de præto. stipu. l. penul.

e *Erunt* sed exactione facta, per vnam alia tollitur: vt. j. eo. l. si Stichũ. §. fi. Io. & facit. ſ. de re iudi. l. si se. §. si ex conuentione.

f *Vi bonis. Nisi meliorem.* vt si à locuplete sit stipulatus quod inops debebat. Quid autem si æquè bonum? dicam quòd possit: vt sic dicatur melior, id est non deterior: vt. j. de solu. l. in pupillo. & argu. ſ. de dol. l. nõ debet. in fi. & facit supra de verb. obli. l. is cui.

SI vsusfructus.] CASVS. Titius debebat mihi vsumfructum alicuius fundi. quæritur, an ipsum delegare possim alij ita vt nouetur obligatio mea? Respon. quòd non: licet si ab eo petam, possit me repellere doli mali except. non solum potest me repellere interim quòd manet vsusfru. apud eum cui delegaui, sed etiã si finitus fuerit apud eum. & ratio est, quia si vsusfructus mansisset apud me, me mortuo rediret ad eũ qui promisit eum. Cum autem soluit ipsum alteri cui delegatus est, manet etiam apud ipsum me mortuo. bene ergo est quòd vbi est onus, ibi debet esse commodum. hoc idem dicẽdum est in qualibet obligatione quæ personæ cohæret. Franciscus.

g *Debitorem.* id est qui mihi vsumfructum debebat, nondum tamen constitutum, vel per patientiam traditum.

h *Delegauero.* improprie ponitur hoc verbũ. nã si propriè fuisset delegatio, & sic nouatio: mota esset obligatio mea, & à me liberatus esset debitor. solummodo ergo promisit alij me mãdante. vel dic quòd propriè ponitur, sed tamen mea obligatio non mouetur: quia impossibile est vt à me separetur, quia hoc ius cohæret personæ meæ. sic. ſ. de iure do. l. si mulier. ij. §. ex asse.

i *Vel in factum.* aduersus patrẽ, vel patronũ.

k *Delegaui.* debitor tutus erit excep. Io.

l *Eius.* hominis, vel etiam vsusfructus.

m *Videbimus.* an sit tuendus. & quidem tutus esse debet aduersus me & post interitũ eius: quia &c. Et sic no. quòd vbi est onus, ibi debet esse emolumentum. sic. j. de regu. iur. secundum naturam.

n *Sentit.* id est sentire potest.

o *Si.* id est quia &c. & est hæc ratio rationis hoc modo: est tutus post mortem, quia sentit incommodũ: & vere sentit incommodũ, si, id est quia &c. Ac.

p *Eius.* tenuit ergo cessio. & sic est contra insti. de vsufru. §. finitur. Solu. hic speciale, vel hic non cessit, cum nec adhuc competeret vsusfructus, sed actio pro vsufru. Item contra. ſ. de peri. & cõmo. rei ven. l. necessario. §. fi. vbi ex persona cedẽtis finitur, hic vero ex persona eiꝰ cui est cessum. Sol. ibi iam competebat cedenti ius: hic actio tantum.

q *Eadem.* vt non nouetur obligatio.

r *Personæ cohærenti.* vt vsus & habitatio: vt. ſ. quando dies leg. ce. si habitatio. vel dic dotis: vt. ſ. de stipu. ser. proinde. §. fi. & l. seq. & ſ. de iure do. l. si mulier. §. ex asse. Accursius.

IN diẽ.] CASVS. Promisisti mihi decẽ soluere in festo Paschę: ego volo nouare istã obligationẽ ante Paschã: an possim? Respõdeo ꝙ sic, licet ante nõ possim petere. sic in omni stipulatiõe cepta in diẽ, potest nouatio fieri antequam dies venerit. Frã. Ac.

s *In diem.* hic est amphibolia.[a] nam posset dici quòd obligatio quæ est in diẽ, nouetur quoquo modo. vel ecõtra quòd obligatio pura nouetur in diem. & hæc verior, vt patet ex seq. litera. nã in primo casu, scilicet quãdo illa quæ est in diem, nouatur in puram: etiam potest agi statim. arg. ſ. de cõsti. pecu. l. iij. §. fi. & facit infra eo. l. si Stichum. §. j. & ſ. de compen. quod in diem.

SI ita.] CASVS. Ita sum à te stipulatus. Mæui, Titius debet mihi centũ aureos: promittis mihi soluere quanto minus fuero consequutus ab eo? an hic fiat nouatio? Respõ. quòd non: quia hoc nõ agitur vt nouatio fiat. [CVM PECVNIAM.] Dedi tibi pecuniam mutuam: & incontinenti sum à te stipulatus illam mihi reddi. non fit hic nouatio, sed est vnus contractus. idem est si prius à te stipulatus fuero, postea pecuniam numeraui. Ratio horum est in. l. seq. Nam cum stipulamur pecuniam nobis reddi quam numerauimus: non nascitur obligatio ex numeratione, vt deinde stipulatione nouetur, sed magis est intelligendum quòd numeratio fiat causa stipulationis implendæ. Franciscus.

t *Nouatio.* scilicet fideiussoris.

u *Nouetur.* sed potius vt priori obligationi fideiussor accedat. & facit. ſ. de verbo. oblig. decem.

x *Ex continenti.* hoc expone vt. ſ. de duobꝰ reis. l. duos reos. §. fi.

y *Contractus est.* scilicet verborum. & sic intelligi potest. ſ. si certum. §.

a *Est amẽ amphibolia (vt certo grãmaticos scire nõ ambigo) ser monis ambiguitas quæ fit potißimũ per accusatiuum qui varium intellectum causat.*

Emolumẽtũ ibi debet esse vbi est onus & detrimentum.

Flo. ei

Flo. &

BIU Cujas

pet.l.ij.§.fi.& facit.ĭ.l.proxi.&.s. de verb. obli. si ita stipulat⁹.§. Chrysogonus.Sed contra.s.si cer.pet.l.certi.§.quoniam.solu.vt ibi.in glo.& puto.Item contra.s.de stip.ser.l.j.§.ij.sol.vt ibi.Ité contra.C.de contrahen.stipu.l.iij.§.j.sed ibi inutilis stipulatio: hic vtilis.Item contra.s.ad Mace.l.contra.&.s.de verbo. oblig.

quidam cum filium.in fi.Sol. ibi ex interuallo,hic incontinenti.

a Tota hæc glo.in vetustis exẽ. non habetur.

a *Stipulatio.* [a] si habes,stipulatio: habeas, facta fuit.sed si habeas facta: vel nihil: vsque ibi,mox pecunia &c.

b *CVm enim. Stipulamur.* incontinenti.

c *Id agitur.* hoc est dicere,quando hoc agunt inter se vt ex numeratione non nascatur obligatio,nõ nascitur: vt hic,&.s. si cer. pet.l.nõ omnis.& arg. l.cũ quid. Si vero dubitaretur vtrum hoc actum sit vel non: præsumitur actũ quòd nascatur:sed secuta stipulatiõe fingitur nec nata:vt.s. de act. & obli. l.obligationum fere.§. fi.& de verb.oblig.l. si ita stipulatus.§. Chrysogon⁹. at in superiori nulla est fictio:vt no.s. si cer.peta.l.certi condictio.§.quoniã.& facit.s.l.proxi.Ac.

d *Et magis.* repete,& quia.ad quod facit.ĭ.rẽ ra.ha.l.si sine.Sed quid si stipulatus fuero, & postea non stipulor? Respõ. ex numeratione datur mihi condictio.

SI Stichum.] Tex. hic in princip. est planus. [*LEGATA.*] Pater tu⁹ in testaméto suo legauit mihi quẽdam fundum. ego venio ad te qui es hæres, & dico tibi:promittis mihi dare fundum quẽ pater tuus legauit mihi? tu promittis. certe hic fit nouatio propter istam stipulationem, si hoc est actum,scilicet vt fiat nouatio:& hoc si pure fuit legatus fundus,& in diem:quia certum est diem venturum. Si autem sub conditione sit legatum,non statim fit nouatio:sed ita demum existente conditione.& ponit exemplum ibi,nã aliàs &c.quod satis clarũ est.§.seq.planus est. [*IDEM.*] Quando quis conuenitur,& promittit iudicatum soluere:postea si condemnetur,an actio iudicati sit nouata?Respon. quòd non: quia ista stipulatio solũmodo interponitur vt fideiussoribus sit cautum.[*SI DECEM.*]Ego stipulor à te hoc modo:Promittis mihi decẽ quæ Titius mihi debet:aut decem quæ Seius mihi debet?vtrum hic fiat nouatio?Respon.quòd nõ:quia nec Titius nec Seius liberatur. [*SI AB ALIO.*] Berta cum mihi nuberet,Sempronius quidam promisit mihi dotem pro ea : post aliquod tempus ego stipulor ab vxore mea dotem quam mihi promiserat Sempronius pro ea.hic fit nouatio,si hoc actũ est vt fiat.nihil enim refert vtrum mulier det dotem,an alius pro ea. item alius promittendo quod ego debeo,potest me liberare si animo nouandi hoc factum est.si vero non est factum animo nouandi:tunc vterque promissor tenetur,& primus,& secundus:tamen vno soluente alter liberatur.Quid autem erit: Titius debebat tibi.c. ego stipulor ista.c.à Titio:vtrum ipse liberetur à te propter istam stipulationem?Respõ.quòd non,quia nemini aufertur actio nisi ipse velit. si autẽ aliquis promittat pro me quod ego debeo,ipse me liberat,etiam si nolim.Franciscus.

e *Quasi mora.* Sed quid noui hic fuit? Respõ.primo erat morosa & vitiosa:hic nõ:& sic aliud hic præsumitur:hodie sec⁹: vt.C. eo.l.fi.Alij dicũt & hic expresse debere agi.& facit.s.de verbo. obl.scire debem⁹.&.ĭ. de sol.qui decẽ.§. si cũ mihi.versi. idẽ rñ.&.s. de cõdic.fur.l.parui,& quod ibi not. ité fa.s. de verb.oblig.qui bis. &.l.si rẽ.&.s.tit.j. hæres à debitore.§.nõ est. &.ĭ.e.l.si rẽ.in princ.

f *Stati.* s.fiet nouatio: sed nõ petitur nisi die adueniẽte:vt.s.eo.l. in diẽ.sed contra.ĭ. de accep.l.quod in diẽ. Sed ibi in diẽ incertũ: vel ibi cõsiderauit effectũ petitionis.

g *Extiterit.* ĭ. tunc apparebit nouationẽ factam:vt.ĭ. de accept.l. quod in diem.Ir.

h *Qui in diem.* s.debitã, id est qui nouat stipulationẽ conceptã in diẽ certam: & secundũ hoc aliàs,id est alio casu q̃ legato. potest etiã & aliter legi: & sic duobus modis eisdem.

i *Cõditione.* i.cõditionalẽ stipulationẽ nouat,vel purã sub cõditione.& facit.ĭ.l. quotiẽs.& no. q̃ hac.l. æquiparat purũ debitum diẽi & ĩ diẽ,cũ dies vtriusq; cesserit.vnde in diẽ obligatio nouat p purã,& p in diẽ:& ecõtra pura per purã,& per in diem,si hoc actum est.

k *Si quis ita stipulatus fuerit.* i. promisit.sic.s.de cõdic.indebi.si nõ sorte. §.si centum. aliàs est à re Titio,& tunc plana.

l *Actum sit.* vt.s.l.ij. §.dummodo.&.s.de reiud.l.iiij.§.si ex conuẽtione.Accursius.

m *Tempore.* Nõ tamẽ eodẽ instanti:cum hoc esset impossibile:vt.s. quibus mo.vsusfr.amit.l. sicut.§.pe.ibi, neq; enim &c.&.C.de bo.quæ libe.l.fi.§.fi. & no. quòd duplex hic erat dubitationis causa.Prima:quia obligatio quæ nouat,prima reperitur:& quæ nouatur,posterior:cum aliàs sit econtra.sed hic speciale.Secunda,quia non videbatur Titius obligari,sed tamen obligatur eodem momento:& liberatur Seio succedente in obligationem:sicut si alicui sub conditione obligato mihi,pendente condi. accepto feram,conditione existente simul obligatur,& liberatur: vt.ĭ.tit.j.sub condi.& de accept.l.quod in diem.Idẽ si quod stipulatus sum à te sub conditione,stipuler ab alio nouãdi animo.

n *Cõditionẽ.* Cõditio ꝓprie est qđ Titi⁹ ꝓmittit,& sic debitũ. & qđ dicit,nouari hic:dic.s.obligationẽ secũdã,scilicet Titij:& sic sequens stipulatio momẽtanea est.& facit.ĭ.eo.l. quotiẽs.§.fi.

o *Discedatur.* si enĩ hoc ageret,fieret nouatio : vt.s.pxi.§.& sic est simile superiori.alij dicũt,putabat simile superiori:sed nõ est.

p *A Tertio.* aliàs à Titio.

q *Fuero.* alternatiue.

r *Liberari.* ĭ.co.l.si is cui decem.contra.sol.vt ibi in glo.pe. Ité contra.ĭ.eo.l.à te.sol.vt ibi.Item facit.s. de vsufruct.l. adhuc.ad prin.versi.quid tamen.ibi,si vero simul in sacculo.

s *Sed Tertium.* aliàs Titium.Accursius.

t *Velit.* in dubio præsumo:vt infra titu.j.l.& magis quod meo. vel

a Stipulatio. [a] si habes,stipulatio: habeas, facta fuit.sed si habeas facta: vel nihil: vsque ibi,mox pecunia &c.

b *CVm enim. Stipulamur.* incontinenti.

c *Id agitur.* hoc est dicere,quando hoc agunt inter se vt ex numeratione non nascatur obligatio,nõ nascitur: vt hic,&.s. si cer. pet.l.nõ omnis.& arg. l.cũ quid. Si vero dubitaretur vtrum hoc actum sit vel non: præsumitur actũ quòd nascatur:sed secuta stipulatiõe fingitur nec nata:vt.s. de act. & obli. l.obligationum fere.§. fi.& de verb.oblig.l. si ita stipulatus.§. Chrysogon⁹. at in superiori nulla est fictio:vt no.s. si cer.peta.l.certi condictio.§.quoniã.& facit.s.l.proxi.Ac.

d *Et magis.* repete,& quia.ad quod facit.ĭ.rẽ ra.ha.l.si sine.Sed quid si stipulatus fuero, & postea non stipulor? Respõ. ex numeratione datur mihi condictio.

dicendum & si ante stipulatio [a] facta est, mox pecunia numerata sit.

VII. POMPONIVS libro vicesimoquarto ad Sabinum.

CVm enim pecunia mutua data stipulamur, [b] non puto obligationẽ[ex] numeratione nasci, & deinde eam stipulatione nouari: quia id agitur [c], vt sola stipulatio teneat:& magis [d] implendæ stipulationis gratia numeratio intelligenda est fieri.

Stipulatio nouans tollit primam obligationem:& purgat moram. Bartolus.

VIII. VLPIANVS libro quadragesimosexto ad Sabinum.

SI Stichũ dari stipulatus fuerim:& cum in moram promissor esset quo min⁹ daret,rursus eũdem stipulatus fuero:desinit periculum ad promissorẽ pertinere,quasi mora [e] purgata.

Obligatio in diem,vel pura,potest statim nouari: sed conditionalis demum in conditionis euentum. Bartolus.

Legatæ vel fideicommissa si in stipulationem fuerint deducta, & hoc actum, vt nouetur: fiet nouatio.si quidem purè vel in diẽ fuerint relicta,statim. [f] si verò sub conditione, non statim [nouatio est,] sed vbi conditio extiterit. [g] nam & aliàs qui in diem [h] stipulatur,statim nouat, si hoc actum est:cum certum sit diem quandoque venturum.At qui sub conditione [i] stipulatur: non statim nouat,nisi conditio extiterit.

Conceptio stipulationis nouantis potest præcedere stipulationem nouatã. Bartolus.

Si quis ita stipulatus [k] à Seio sit, *Quod à Titio stipulatus fuero, dare spondes?* an si postea à Titio stipulatus sim,fiat nouatio, solúsque teneatur Sei⁹?Et ait Celsus nouationẽ fieri,si modò id actum sit, [l] vt nouetur,id est vt Seius debeat quod Titius promisit.nã eodẽ tempore [m] & impleri prioris stipulationis cõditionẽ, [n] & nouari ait.eóque iure vtimur.

Actio iudicati non nouatur per stipulationem iudicatum solui. Bartolus.

Idem Celsus ait *Iudicatum solui* stipulatione actionem iudicati nõ nouari:meritò:quia hoc solum agitur ea stipulatione,vt fideiussoribus cautum sit, non vt ab obligatione iudicati discedatur. [o]

Si debita à duobus alternatiuè promittantur,nouatio non extinguitur Bartolus.

Si decem quę mihi Titius debeat,aut decem quæ Seius debet, à Tertio [p] stipulatus fuero: [q] putat Marcellus neutrũ liberari, [r] sed Tertiũ [s] eligere posse pro quo decẽ soluere velit. [t]

Potest alius me inuitũ liberare,non autem mihi inuito actionem auferre. Bart.

Si ab alio promissam sibi dotem maritus ab vxore dotis nomine stipulatus sit:non duplari dotem,sed fieri nouationẽ placet,si hoc actum est. Quid enim interest,ipsa an ali⁹ quilibet ꝓmittat? Quod enim ego debeo, si alius ꝓmittat:liberare me potest,si nouationis causa hoc fiat. si autẽ non nouandi animo hoc interuenit,vterque quidem te-

BIU Cujas

vel secundum quosdam, vt innuitur. ff. e. l. à te. & l. si is cui.

a *Liberatur.* licet autem me liberet pro me promittendo: non tamen &c.

b *Stipuletur.* quod mihi debetur, supple: si non est hoc in textu.

c *Ex voluntate.* præcedenti vel sequenti: vt infra eo. l. si quis absente.

d *Autem.* pro sed. & est ratio. ff. de neg. gest. l. soluendo.

e *Etiam si nolim.* dũmodo nego. gest. non habeat. & facit infra de solu. l. solutionem. & l. si debitor. & supra de do. ma. except. l. si opera.

SI pupillus.] Pupillus omnis habet priuilegium in bonis tutorum suorum. CASVS isto præsuppositio talis est: Pupillus quidam habens tutorem, stipulatus est ab eo rem suam saluam fore. quod quidem facere non potuit sine tutoris auctoritate. Pupillus iste factus pubes habet hanc stipulationem ratam. certe act. tutelæ tollitur. si autem hanc stipulationem non habuerit ratam, & agat act. tutelæ: stipulatio prior rem pupilli saluam fore, non tollitur. tamen iudex non debet tutorem condẽnare act. tutelæ: nisi pupillus liberet tutorem à stipulatione qua promisit rẽ pupilli saluam fore. [QVI SVB CONDITIONE.] Stipulatus sum à te. c. sub cõditione si moriar. an ista stipulatio sit pura, vel conditionalis? Respon. quòd pura est: quia conditio est omnino extitura. [QVI ACTVM.] Stipulatus sum à te actum, qui plus est quàm iter. deinde sum stipulatus iter. vtrum hic fiat nouatio? Vel sic, stipulatus sum vsumfructũ, deinde vsum nudum: an etiam hic fiat nouatio? Respon. quòd non: quia cum totum stipulor, deinde partem: nulla fit nouatio. sed econtra si quis stipuletur iter, deinde actum: fit nouatio: quia plus continetur in secunda stipulatione quàm in prima. Franciscus.

f *Si pupillus.* in duobus est duplicitas. Primo, quia vel ab extraneo est stipulatus sine auctoritate tutoris: vel cum plures essent tutores, ab vno stipulatur sine auctoritate alterius. In secundo, quia stipulatur rẽ pu. sal. fore, id est id in quo tenebitur si rẽ non saluauerit in futurum. ad quod supra. l. proxi. §. si quis ita. vel rem pup. sal. fo. id est id quod iam debetur occasione tutelæ: non dico quòd actio tutelæ nascatur, nisi finita tutela: vt supra de tute. & rat. distra. l. si tutor reipu. §. fin. & l. seq. licet quidam dicant contra.

g *Auctoritate.* sine qua auctoritate actionem tollere nõ potest: sed nec nouare. Accursius.

h *Tutelæ.* id est, verum priuilegium prioris obligationis, scilicet ex causa tutelæ, in pósteriorem transfertur: nisi causa abiiciẽdi priuilegij stipulatio facta sit: vt infra eo. l. aliam. & infra de priuile. credi. l. ij. & iij.

i *Egisset.* quod potuit: quia per nouationem sublata nõ est, pupillo nequeunte suam conditionem facere deteriorem: vt. ff. eo. l. nouare. §. pupillus.

k *Habet.* videtur superflua hæc liberatio: cum semel soluendo ab vtraque sit liberatus. sed dic quòd non est propter hoc, quia si dubitetur de liberatione, statim possit ostendi. sic & supra de peti. hære. l. pe. & facit. C. de bo. quæ libe. l. fin. §. po. netur: sed altero soluente alter liberatur. [a] Non tamen si quis stipuletur [b] [sibi,] qđ mihi debetur, aufert mihi actionem: nisi ex voluntate [c] mea stipuletur. liberat autem [d] me is qui quod debeo, promittit, etiam si nolim. [e]

Per stipulationem interpositam à pupillo sine tutoris auctoritate, non fit nouatio actionis sibi competentis, nisi eam ratificet postquam factus est adultus, cum non possit nouare. Pau. de Cast.

IX. IDEM libro quadragesimo septimo ad Sabinum.

SI pupillus [f] sine tutoris auctoritate [g] rem saluam fore stipulatus, pubes factus ratam stipulationẽ habuerit nouandi causa: tollitur tutelæ [h] actio. Si [verò] non habuerit ratam: * licet tutelæ egisset, [i] habet [k] tamen adhuc ex stipulatu actionem: sed iudex tutelæ non aliter condemnare debet, quàm si ex stipulatione liberatio fieret. [l]

Conditio extitura non reddit dispositionem conditionalem, sed puram. Pau. de Cast.

QVi sub conditione [m] stipulat, quæ omnimodo extitura * est, purè videtur stipulari.

Si secunda stipulatio continet minus: non præsumitur nouatio. secus si continet plus. Bartolus.

A & supra de rei vin. l. non solum.

l *Fieret.* vt &. ff. l. proxi. §. fi.

m *Qui sub conditione.* Pone exemplum: si moriar: vel si Antichristus nascetur: vt supra de condic. inde. l. nam & si. & l. quòd si sub ea. & de iur. do. l. Iulianus. & tunc est pura, id est non cõditionalis: est tamen in diem, & ideo nõ potest statim agi: nec etiã fit nouatio prioris ad plenum: vt. ff. eo. l. in diem. & secundum hoc facit supra de peri. & cõmo. l. necessario. §. si ita. & de cõdic. inde. l. Iulianus. &. ff. si quis omis. cau. testa. l. j. §. qui sub conditione. Vel pone casum vt. ff. de verb. oblig. l. in illa stipulatiõe si kalẽ. in fine. ibi, si nõ tetigero cœlum digito &c. & sic bene ponitur hic omnino.

n *Nihil agit.* Non fit nouatio cum totũ stipulatus, stipulor partẽ, etsi id agitur tacite: vt hic dicit. secus si expesse: vt. ff. de verb. oblig. l. qui vsumfru. illud autem constat, quòd secundum hæc iura ex quibusdã præsumebatur nouatio: vt institu. eo. [a] §. pterea. vel dic quòd nec tacite hic agitur: cũ aliud sit vnũ, aliud sit aliud. vel dic, nihil agitur quãtum ad commodum: quia nullum aliud emolumẽtũ vel maius consequitur propter hoc q̃ primo habuit. illud aũt cõstat q̃ bene tenet stipulatio, & aliqua est: quia alia est hæc seruitus q̃ prima, sed tamẽ ex ea agere nihil prodest: nec affert aliquod emolumentũ nisi hoc fiat animo nouandi: vt. d. l. qui vsumfru. & facit. ff. de vsu & habi. l. per seruum. §. vsusfru.

a Scilicet quibus mo. tolli. oblig.

o *Stipulatur.* vnde nõ fit nouatio: vt. ff. de verbo. obliga. l. scire debemus. & facit supra de excep. rei iud. l. si mater. §. si quis iter.

QVi rectè.] CASVS. Hic dicit quòd ille cui solui potest, ille etiam potest nouare. excipit quasdam personas quibus recte soluitur, tamen non possunt nouare: sicut est quando quis promittit Titio ipso Titio stipulante, vel alteri: quia vni eorum, scilicet alteri recte soluitur: & tamen non potest nouare. l. seq. plana est. Franciscus.

p *Excepto eo.* & aliis quibusdam, vt procuratore generali vel speciali qui ad hoc mandatus erat vt debitum acciperet: vt. j. tit. j. l. vero procuratori. ff. de condic. indebi. l. si procurator. & de procura. l. procurator cui. & l. procurator totorum. & l. mandato. Item his qui sunt in potestate nostra: vt. ff. eo. l. seruus. & l. nõ ideo. & l. filius. & ff. de pac. l. si vnus. in prin. Item illo cui mãdaui solui: vt. j. e. l. si debitorẽ. sed Io. vt omnia hæc tolleret, dixit soluiẽ: scilicet vt sibi debitũ, sed tũc nõ esset exceptio de adiecto. Ac.

q *Non potest.* vt. j. titu. j. l. quod stipulatus.

r *Delegare. Creditor iusserit.* aliàs non est in textu, creditor.

s *Contestationem.* alio pro me exponendo litem ita vt solus teneatur: vt infra tit. j. l. solutionem. & ff. de in rem ver. si pro patre. in princ. sed quæ actio contra delegantem datur? Dic illa vtilis quæ contra debitorem datur directa. Vel sic: vendidi tibi actionem: & te procuratorem in rem tuam feci: & litem contestatus es cum eo. incipit teneri tibi, & à me liberari. hodie vero non fit nouatio nisi per stipulationem: [b] vt. C. de noua. l. j. vel illud quando fit per stipulationem, non autem prohiberet fieri per contestationem litis.

b Vide ad hoc. l. singularia. ff. si cer. pet. & l. qui vsumfructũ. ff. de verbo. obli. pleniꝰ in. l. fi. C. de nouatio.

SI quis delegauerit.] CASVS. Ego induxi te dolo vt mihi promitteres centum, & sic habes except. doli contra me. volui te

delegare

Qui actum stipulatur, deinde iter: nihil agit. [n] Item vsumfructum stipulatus, si vsum stipuletur: nihil agit. Sed qui iter stipulatus, actum postea stipuletur: aliud magis stipulatur. [o] Aliud est enim iter, aliud actus.

Qui potest recipere solutionem suo nomine, potest etiam nouare: secus quando alieno nomine. Pau.

X. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

CVi rectè soluitur, is etiã nouare potest: excepto eo, [p] si mihi aut Titio stipulatus sim. nam Titius nouare nõ potest, [q] licet rectè ei soluitur.

Delegatio est propriè quando debitor vnius debitorem suum delegat suo creditori. & sic requiritur duplex debitor: quia delegatus est debitor eius cui fit delegatio, & delegatus est debitori delegantis: & loco delegantis datur. Pau.

XI. VLPIANVS libro vicesimo septimo ad Edictum.

DElegare, est vice sua alium reum dare creditori, vel cui [creditor] iusserit. [r] Fit autem delegatio vel per stipulationem, vel per litis contestationem. [s]

Delegatus sciens sibi exceptionem competere, eam videtur remittere: ignorans non potest excipere contra eum cui facta est delegatio, sed contra delegantem sibi succurritur. Bartolus.

delegare creditori meo:tu sciens te habere except.doli,promisisti illam summam creditori meo, an tenearis? Respon.quòd sic: quia postquam sciens te tutum esse exceptione,promisisti: videris donare. Quid autem si ignorabas te habere excep.& promisisti,nunquid vti poteris except.aduersus creditorem meum cui te delegaui? Respon. nō.

Ratio est: quia creditor quod suum est persequitur: tamē ego qui te delegaui, teneor tibi condic. incerti si tu non soluisti: vel certi condic.si soluisti. Frā.

a *Debitorem.* patientē se delegari.

b *Mali.*idem in similibus:vt.j.eo.l.doli.

c *Vti poterit.* & ideo solutum repeti nō potest.

d *Suum.*id est sibi debitum. sic.ſ.quod cum eo.l.ij.aliud si dolo: vt ſ.de excep. do.l. Iulianus. & facit.ſ. de iure do.l.cū in fundo.§. fi. & de consti. pec.l.ij.& de do. except. l. apud Celsum.§.item quæritur.&.l.pure.§. si eum. & de condic. ob cau.l. si donaturus.§. si quis. &.C.eo.l. si pater. Sed quid si est dubium sciuerit, vel ignorauerit? Respō. si ex sua persona ei competebat, præsumo scire.si ex aliena, nō:vt arg.ſ. p suo.l.fi.

e *Vel incerti.* id est sine causa:vt &.ſ.de cōdic. sine cau.l. qui sine causa. &.l.j. &.C. de condic. inde.l.si citra.

f *Pecunia.* scilicet vt liberetur.

g *Iudicio.*cum simpliciter mandauerit,id est non delegauerit. Ac.

Si non debitorem.] CASVS. Titiū qui nō erat debitor meus, delegaui creditori meo: cum tamē crederet se esse debitorem meum. creditor meus vult eum conuenire. vtrum possit vti contra eum exceptione,dicens quòd indebitum promisit? Respon.quòd non.tamen Titius habebit condictionem certi contra me, eo quòd soluit creditori meo indebitum. Franciscus Accursius.

h *Si non debitorem.*credens se quasi debitorem.

i *Condictio.*certi:vt &.ſ.l.proxi.in fi.Sed arg. contra.ſ.ad Vell. l.quamuis.§.interdum. Accursius.

Quotiens.] CASVS. Debebas mihi Stichum pure:tu nouandi animo promisisti mihi eundem Stichum sub conditione.an fiat nouatio? Respon.quòd non statim nisi conditione existente: intantum quòd si Stichus decesserit pendente conditione,& postea conditio extiterit,nō fit nouatio:quia non subest res ꝓmissa.vsq; ibi, Vnde Marcellus.[VNDE MARCELLVS.] Promisisti mihi Stichum.tu fuisti in mora soluendi:& sic Stichꝰ mortuus est.post hoc Stichus deducitur in obligationem conditionalem. dicitur hic quòd mora purgatur per hanc stipulationem:non tamen deduci videtur in stipulationem sequentem. [SED SI ID QVOD.] Iste.§.ponit casum cōuersum casui superioris.§.pone sic: Promisisti mihi Stichum sub conditione si nauis ex Asia venerit: stipulatus sum à te Stichum istum pure.vtrum fiat nouatio? videtur quòd sic: quia plus est in stipulatione pura quàm in conditionali. tamen hic dicitur quòd non fit nouatio nisi demum conditione existente. & redditur pulchra ratio. nam hic sunt duæ stipulationes.prima scilicet,& secunda qua videbatur fieri nouatio.conditio autem facit committi primam stipulationem: & cum commissa fuerit, transfert eam in secundam stipulationem. & ideo si promissor pendente conditione fuerit deportatus, nulla nouatio potest fieri etiam conditione existente.nam cum conditio existit, non subest persona quæ obligetur. Franciscus Accursius.

k *Fit nouatio.* quoniam ex conditionali stipulatione tantummodo spes est debitum iri: vt instit. de verb. oblig.§. ex conditionali. ergo nil ex ea debetur.tunc demum ergo cum conditio extiterit,nouatio erit. Sed contra.j. de reg. iur.l. actus. sed speciale in acceptilatione,& similibus: vt ibi. secus in nouatione: licet sit actus legitimus. sic etiā est in stipulatione: vt supra eo.l.si Stichū.§.j.

l *Extiterit.*& defecerit, durat prima: vt instit. qui.mo. sol. obli. §. quod autē diximus. nec ob. instit. de excep. in princip. quòd hic ex certa scientia non errando promisit sub cōditione quod pure debebat: ibi errando: & sic habet exceptionem in factum.

m *Impletur.* ad quod est supra de peri.& cōmo. rei ven.l. quòd si pendente.*in princip.

n *Marcellus.*quia demum existente conditione fit nouatio.Ac.

o *Stichus.* iam mortuus.

p *Purgari.*immo non videtur purgari: vt.ſ. de verb. obliga. eum qui ita.§.fi. Solu. forte illud est distinguendū: fuit in mora, quia interpellatus non dedit: an quia causam mortis occidendo præbuerit. vel hic ab eodem: ibi ab alio: quod non placet.vel sol.vt ibi. Item contra.j.eo.l. si rem. Solu. ibi fuit expressim actum vt non purgaretur mora.[a] hic non fuit aliquid actum vt purgaretur.R. Vel econtra,secundum alios, scilicet quòd hic fuit actum vt purgaretur:ibi non.vel ibi in absente,[b] hic in præsente seruo promisso secundum alios.vel sol.vt ibi. & facit.j.tit.j.l. qui decem.§. si cum mihi Stichum.

q *Statim.*vt &.ſ.eo.l.si Stichum.§.legata.in fi.&.§.seq.

r *Committit.*vt &.ſ.eo.l.si Stichum.§.ij.

ſ *Conditione.* scilicet post deportationem antequam agnoscantur bona à fisco:alioquin non videtur differre inter mortem naturalem & ciuilem:vt.j.eo.l.nouatio.quæ est contra.vel aliter si mortuus fuerit naturaliter. tunc enim obligatio cadit in hæredem:non autem si fuerit deportatus,vt ibi.& facit.ſ. de fideiusſ. si debitori.j.&.ſ.vt lega.seu fideicom.no.ca.l.postquam.in prin.

t *Obligetur.*ciuiliter,sed naturaliter sic:vt supra de fideiusſ.si debitori.j.

Si creditor.] CASVS. Promisisti mihi.c. soluere in die Paschæ:& si non solueres,promisisti.l.loco pœnæ. facimus nouationem. tu non soluis ad diem promissum. vtrum pœna committatur? Respon.quòd non. Franciscus.

u *Nouatione facta.* eius quod sub pœna debetur.i.de sorte.Ac.

x *Stipulatio.*scilicet pœnæ.nam sicut pignus, sic & pœna tollitur sublato principali:vt hic,&.j.eo.l.nouatione. Accursius.

Seruus.] CASVS. Sticho seruo meo debebat Titius.c.quæ seruus meus ei mutuauerat ex peculio suo.vtrum Stichus seruus possit nouare hanc obligationem sine cōsensu meo? Respō. quòd non: immo si secundo stipulatur, videtur potius adiecisse aliam

XII. PAVLVS libro trigesimo primo ad Edictum.

SI quis delegauerit debitorem[a] qui doli mali[b] exceptione tueri se posse sciebat, similis videbitur ei qui donat: quoniam remittere exceptionē videtur. sed si per ignorantiam promiserit creditori,nulla quidem exceptione aduersus creditorem vti poterit,[c] quia ille suum[d] recepit: sed is qui delegauit, tenetur condictione vel incerti,[e] si pecunia[f] soluta non esset:vel certi, si soluta esset: & ideo cum ipse præstiterit pecuniam,aget mandati iudicio.[g]

XIII. VLPIANVS libro trigesimooctauo ad Edictum.

SI non debitorem[h] quasi debitorem delegauero creditori meo, exceptio locum non habebit: sed condictio[i] aduersus eum qui delegauit,cōpetit.

Stipulatio conditionalis nouat puram in conditionis euentum: sed statim morā præcedentis obligationis purgat. Item stipulatio pura nouat conditionalem in conditionis euētum, si tunc existat persona in quam obligatio eadat. B.

XIIII. IDEM libro septimo Disputationum.

QVotiens quod purè debetur,nouandi causa sub cōditione promittitur:nō statim fit nouatio,[k] sed tūc demum, cum conditio extiterit.[l] & ideo si fortè Stichus fuerit in obligatione, & pendente conditione decesserit: nec nouatio cōtinget: quia nō subest res eo tempore quo conditio impletur.[m] Vnde Marcellus,[n] & si post moram Stichus[o] in conditionalem obligationem deductus sit,purgari[p] moram, nec in sequentem deduci obligationē putat. Sed si quod sub conditione debetur, purè quis nouādi causa stipuletur:nec nūc quidem statim[q] nouat, licet pura stipulatio aliquid egisse videatur: sed tunc nouabit,cum extiterit conditio. etenim existens cōditio primam stipulationem committit,[r] commissamque in secundam transfert. Et ideo si fortè persona promissoris pendēte conditione[s] fuerit deportata: Marcellus scribit, ne quidem existente cōditione vllam contingere nouationem: quoniam nunc, cū extitit conditio, nō est persona quę obligetur.[t]

Pœna non intelligitur repetita in stipulatione nouante. Bartolus.

XV. IVLIANVS libro tertiodecimo Digestorum.

SI creditor pœnā stipulatus fuerat si ad diem pecunia soluta nō esset:nouatione facta[u] non committetur stipulatio.[x]

Etiam obligationem quæsitam domino per seruum non potest ipse seruus nouare sine voluntate domini.

XVI. FLORENTINVS libro octauo Institutionum.

BIU Cujas

aliam stipulationem primæ stipulationi. Francis.

a *Nec peculiarem.* nisi vt supra de iureiuran. l. huic. contra. & j. eo. l. fi. in princip. & facit infra titu. j. l. fugitiuus. in fi. & de pac. l. si vnus. in princip.

b *Citra.* faciendo deteriorem condi. domini. vel citra, id est cõtra. sic. ſ. de acquir. pos. l. si ex stipulatione.

c *Delegare. Non potest.* delegans. sed delegatus loqui debet: vt. C. eo. l. j. Accursius.

Nouatione.] CASVS. Ego mutuaui tibi. c. pro quibus obligasti mihi pignus quoddã. ego stipulor ista. c. ab alio nouandi animo. sic tu liberatus es. an autẽ pignus tuũ sit liberatum? Respon. quòd sic: nec etiã vsuræ currunt. Francis.

d *Nouatione.* volũtaria: secus in necessaria: vt. C. de iudi. l. j. & j. eo. l. aliam. hoc autem verum, nisi in contrariũ agatur: vt. C. de fideiuss. l. nouatione. & C. etiam ob chiro. pecuniam. l. j. Accursius.

Doli mali.] CASVS. Tu induxisti me dolo vt tibi ꝑmitterem. c. vel cũ essem filiusfa. dedisti mihi mutuum cõtra senatusc on. Macedonianũ. tu vidés quòd si me cõuenias, ego opponerẽ excep. senatusc on. vel excep. doli: delegasti me cuidam creditori tuo, puta Titio. Nunc quæritur, vtrũ possim his exceptionib⁹ vti cõtra creditorẽ cui sum delegatus, sicut possem vti contra te? Respon. quòd non: quia in hac secunda ꝑmissione nihil dolo vel contra senatusc on. factũ est. Seus est in muliere: quia semper promittẽdo ꝑ alio, videtur fideiubere contra senatusc on. Vell. Cætera clara sunt vsque in fi. l. & est pulchra. l. Item. l. seq. plana est. Franciscus.

e *Doli mali exceptio.* aliud in exceptione metus: vt. ſ. de do. excep. l. apud. §. pe. secũdũ Azo. immo idem: a cum ꝑmittendo videatur remittere: vt. C. quod me. cau. l. ij. & supra eo. l. si quis delegauerit. & C. eo. l. j.

f *Delegatus est.* siue sciuit, siue ignorauit: vt supra eo. l. si quis delegauerit. & no. quòd habenda est distinctio quæ colligitur hic. & d. l. si quis delegauerit. & l. si non debitorem. & de excep. do. l. pure. §. si eum. & de re iudi. l. Nesennius.

g *Exceptionibus.* scilicet non introductis fauore, vt rei iudi. vel pacti, & similibus quæ nec fauore nec odio sunt inductæ. certe immo & si odio sunt inductæ, dé est: & hoc subiicit, immo &c.

h *Non vtetur.* cum tamen contra delegantem posit vti.

i *Factum est.* immo cõtra: vt supra ad Macedo. l. sed Iulianus. §. non solum. Solu. vt ibi. Accursius.

k *Soluerit.* si soluit illi qui contra senatusc on. fecit, & non repetit: multo magis ab isto qui non fecit contra senatusc on. repetere non potest. Accursius.

l *Non potest.* vt. ſ. de condic. inde. l. qui exceptionem.

m *Intercessio est.* vt. ſ. ad Velle. quamuis. §. si mulier. contra secũdã opinionẽ M. sed illã non approbamus: sed Iulia. vel dic vt ibi.

SEruus nec peculiarem a quidem obligationẽ citra b voluntatẽ domini nouare potest: sed adiicit potius obligationẽ, quàm pristinam nouet.

Nota hic quòd licet delegatio requirat stipulationem vel litis contestationem inter delegatum & illum cui fit delegatio: nõ sic inter delegantem & delegatum: cum solum requiratur voluntas delegantis, quæ potest declarari per epistolam, & etiã nutu. Pau.

XVII. VLPIANVS libro octauo ad Edictum.

DElegare scriptura vel nutu, vbi fari non potest, c debitorem suum quis potest.

In stipulatione non intelligitur repetitũ pignus vel vsura. Bartolus.

XVIII. PAVLVS libro quinquagesimo septimo ad Edictum.

NOuatione d legitimè facta liberantur hypothecæ, & pignus: [&] vsuræ non currunt.

Exceptio quæ obstabat deleganti, non obstat ei cui est delegatum: nisi contra eum eadem ratio concedendæ exceptionis subsistat. Bartolus.

XIX. IDEM libro sexagesimo nono ad Edictum.

DOli [mali] exceptio e quæ poterat deleganti opponi, cessat in persona creditoris cui quis delegatus f est. Idemq; est & in cæteris similib⁹ exceptionibus: g immo & in ea quæ ex senatusc õsulto filiofamilias datur. nam aduersus creditorem cui delegatus est ab eo qui mutuam pecuniam contra senatusc onsultum dederat, nõ vtetur h exceptione: quia nihil in ea ꝑmissione contra senatusc onsultũ factũ est: i* [ideoq; quod soluerit k, repetere nõ potest l] tãto magis [fit] quòd hic nec solutum repetere potest. Diuersum est in muliere quę cõtra senatusc onsultum promisit. nam & in secũda promissione intercesio est. m Idemque est in minore qui circunscriptus delegatur: quia si etiam nunc minor est, rursum circunuenitur.

Diuersum† [est] si iã excesit ætatem vigintiquinq; annorũ: quamuis adhuc posit n restitui aduersus priorem creditorem. Ideo autem denegantur exceptiones aduersus secũdum creditorem, quia in priuatis cõtractibus o & pactionibus non facilè scire petitor potest quid inter eum qui delegatus est, & debitorem actum est: aut etiam si sciat, dissimulare p debet, ne curiosus videatur: & ideo merito denegãda* est aduersus eum exceptio ex persona debitoris.

Qui habet administrationem bonorum suorum: potest nouare per se vel per alium. Idem si habet liberam administrationẽ bonorum alterius. secus si nec suorum nec alterius. Paulus.

XX. IDEM libro septuagesimo secundo ad Edictum.

NOuare possumus aut ipsi si nostri* iuris sumus, aut per alios qui voluntate nostra stipulãtur. Pupillus sine tutoris auctoritate nõ potest nouare: q tutor potest, si hoc pupillo expediat: r item procurator omnium bonorum. f

Mandatum de soluendo non extenditur vt possit mandatarius promittendo nouare. Bartolus.

XXI. POMPONIVS libro primo ex Plautio.

SI debitorem meum iussero tibi soluere, non statim tu etiam stipulãdo t id nouare possis: u quamuis debitor soluendo tibi liberaretur.

XXII. PAVLVS libro quartodecimo ad Plautium.

SI quis absente me à debitore meo stipulatus est nouãdi x animo, [&] ego postea ratũ habuero: nouo obligationem.

XXIII. POMPONIVS libro tertio ex Plautio.

FIlius, patris actionẽ y ignorante eo nouare non potest.

ADDITIO. Ibi loquitur secundum opi. Mar. quæ nõ approbatur secundum Bar. hic.

n *Possit.* in quadriennĩ hodie, olim vtilis anni: vt. C. de tẽpo. in integ. rest. l. fi.

o *In priuatis contractibus.* sunt enim quædam publicæ cõuentiones: vt. ſ. de pac. l. conuentionum.

p *Dissimulare debet.* nec enim tenetur instruere: vt. ſ. de publica. l. fi. §. diui. Sed arg. contra. ſ. de in rem verso. l. iij. §. pe. sed ibi in mutuãdo: vel alia ratione: qã alium ex alterius contractu in solidum volebat obligare.

Nouare possumus.] q *Nouare.* nisi faciat cõditionẽ suã melioreꝰ: vt. ſ. eo. l. cui bonis. nec delegare: vt. j. l. pupillo.

r *Expediat.* sed pupillus potest faciendo cõditionem meliorem: & tutor ita demum si pupillo expediat: vt hic: ergo nõ videtur quòd plus possit tutor quàm pupillus. sed dic quòd potest esse dubium: vel potest esse quòd nec melior nec deterior cõditio sit. sic. ſ. de trãsac. l. cum hi. §. si prætor. vel forte hic subaudiatur maxime. ar. j. de accep. l. & per iusiurandum. §. penul.

s *Bonorum.* si habet liberam: aliàs non: vt. ſ. de procur. l. procurator cui. & l. procurator totorum. & C. eo. l. non abstulit.

Si debitorem.] CASVS. Iussi debitorem meũ tibi soluere. an possis istud debitũ statim recuperare? Respõ. quòd nõ: nisi prius cedã tibi actiões meas: & faciã te procuratorem in rem tuã. Fran.

t *Stipulãdo.* caue: quia non consensi vt stipuleris, aliàs contra: vt. ſ. eo. l. si Stichum. §. fi.

u *Possis.* quia non ideo agere potes, nisi actiones cedam faciens te procuratorem in rem tuam. & facit. ſ. eo. l. cui recte.

Si quis absente.] CASVS. Habebam debitoré Boñ. cum essem Romę, tu stipulatus es ab eo me absente. postea ego sciés istã stipulationem, habui ratam. dicitur hic quòd nouatio facta est valida post istam ratihabitionem. Lex sequens plana est. Frã. Ac.

x *Nouãdi.* vt mihi teneri desinat. ad quod est. ſ. e. l. si Stichũ. §. fi.

y *Filius. Actionem.* non etiam suam: vt. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. sinautem nõ habeat. versi. hoc proculdubio. in fi. & ſ. de iur. delib. l. ait prætor. §. quid sit. versi. est enim absurdũ. Sed cõtra. ſ. de iureiurã. l. huic. Sol. ibi potest nouare seruus vel filius faciẽdo conditionem domini vel patris meliorem de inope ad diuitem: deteriorem

† *Bald. hic reputat istiũ tex. sing. ad hoc quòd li cet minor 25. an. læsus restituatur. l. i. & per tũ. ſ. de mi. tamen si est læsus ĩ tẽpore quadriẽnii concessi ad petendã restitutionẽ in integ. restituitur qui text. noster hoc optime probat. tamen hoc est limitãdũ in casu. l. fi. C. de rep. har. Bolo.*

* *Flo. denegandum est aduersus eũ exceptionẽ ex pers.*

* *Flo. sub*

Seruus potest nouare

faciendo cõditionẽ domini melioré: deteriorem non.& idẽ in filio.

deteriorem nõ:vt hic.vel ibi habuit liberam administrationẽ.& facit.C.de re.credi.nec filius.&.ſ.de pactis.l.ſi vnus.in prin.Ac.

NOuatio autem.]CASVS.Dicitur in hac.l.quòd nouatio nõ poteſt fieri ex ea ſtipulatione quæ non poteſt committi: & pone exemplum vt in glo.prima. Videbatur cõtrarium,quia reperitur caſus in quo poteſt fieri nouatio ex ea ſtipulatione quæ non poteſt cõmitti: vt hic. Pone enim ſic: Sẽpronius debebat mihi.c.pure:hæc.c.ſtipulatᵛ ſum à Titio ſub conditione.pendente conditione ſi Titiᵖ moritur, & cõditio impleta ſit ante aditã hæreditatem: ſtatim fit nouatio: & tamẽ ſtipulatio nõ poteſt cõmitti: cum nullus ſit adhuc hæres qui conueniri poſsit: ergo &c. Sed reſpon. quòd hic morte Titij nõ extinguit ſtipulatio: quia tranſit ad hæredem ipſius Titij: cuius perſonam interim hæreditas ſuſtinet.Fran.Accur.

a *Non cõmittitur.* hoc eſt exemplum, ſi debes mihi pure, & ſtipulor ſub cõditione:vt ſupra eo.l. quotiens. vel pone vt ſupra de verbo. oblig.l.ſi ita ſtipulatus fuero,te ſiſti.in prin.

b *Titius.* nouus promiſſor.Accurſius.

c *Ad hæredem.*ſ.eo.l. quotiens. in fi. contra. Solu.aliud in eo qui ex delicto ſucceſſorem habet: aliud in eo qui ex lege vel ex teſtamẽto. vel ſolue vt ibi.

d *Cuius.* ſcilicet promiſſoris.

e *Suſtinet.* facit inſtit. de ſtipu.ſer. in prin. & ſupra de acqui.re.do.l. hæreditas.j.& inſtit.de hære.inſtit.§.ſeruus alienus.&.ſ.tit.j.l.mortuo.Accurſius.

* *ab Attio. Flo.*

NOn ideo.]CASVS. Dictum eſt.ſ. in l.cui recte.quòd ille poteſt nouare, cui recte ſoluitur. hoc non eſt ſemper verũ.nam his qui ſunt in noſtra poteſtate, recte ſoluitur id quod ipſi crediderunt: tamen ipſi nõ poſſunt nouare priorem obligationem.Legem ſequentem vide per teipſum.Fran.Accur.

* *Attii. Fl.*

f *Interdum.* id eſt antequam prohibeat ei ſoluere, habens peculij adminiſtrationẽ:vt.j.tit.j.quod ſeruus. & facit.ſ.eo.l.filius.

g *Poſsit.* in peiorem cauſam, ſed in meliorem ſic:vt.j.eo.l.ſi. & de iureiur.huic.quæ ſunt contra.

h *Si is.ATitio.*vel prædicto,vel alio.

i *Aut ille.*alternatiue.

k *Titii.*noui promiſſoris.Accurſius.

l *Alioquin.*id eſt ſi hoc fingas actum vt vtrunque det.& ſic ponetur diſiuncta pro coniuncta: vt infra de verb.ſignifi.l.ſæpe. & ſecundum hoc non eſt contra.ſ.eo.l.ſi Stichum.§. ſi decem.&.j. eo.à te.& pro hac ſol.ſ.de iur. do. plerunque.in fi. Item nonne quod minus eſt, ſemper videtur renouatũ:vt ſupra de verb.obli. inter ſtipulantem.§.ſi ſtipulante? Reſpon.non,ſi promiſſor eligit quod maius eſt:vt hic,& ibi dixi.Accurſius.

m *Nouatum.*vt & infra eo.l.à te.

EMptor.]CASVS.Vendidi Titio equum meũ pro.c.ego delegaui ipſum creditori meo qui ab eo ſtipulatus eſt iſta.c.

Per mortem promiſſoris non extinguitur ſtipulatio conditionalis: ſed adueniente conditione committitur contra hæredes, vel hæreditatem iacentem.Paulus.

XXIIII. IDEM libro quinto ex Plautio.

NOuatio[autem] nõ poteſt contingere[ex] ea ſtipulatione, quæ non committitur. a Nec huic contrarium eſt, quòd ſi ſtipulatus à Titio fuero nouãdi animo ſub cõditiõe quod mihi Sempronius debet,& pendente cõditione Titius b deceſſerit: quamuis ante aditam hæreditatem cõditio extiterit, nouatio fieret. hic enim morte ꝓmiſſoris non extinguitur ſtipulatio, ſed tranſiit ad hæredem c [illius] cuius d perſonam ĩterim hæreditas ſuſtinet. e

Non omnis cui poteſt ſolui, poteſt nouare.Paulus.

XXV. CELSVS libro primo Digeſtorum.

NOn ideo nouare veterem obligationem quiſquã rectè poteſt,quòd interdum f rectè ei ſoluitur.nam & his qui in noſtra poteſtate ſunt, quod ab his creditum eſt, rectè interdũ ſoluitur: cum nemo eorum perſe nouare priorẽ obligationem iure poſsit. g

Quando in ſummis alternatiuè poſitis cadere poterit affectio: vtraque ſumma erit in obligatione tam minor quàm maior, ſicut in ſpeciebus.Paulus.

XXVI. IDEM libro tertio Digeſtorum.

SI is cui decem Titius, quindecim Seius debebat, à Titio hᵏ*ſtipulatᵘ eſt quod ille aut quod illeⁱ debeat, dari ſibi: nouatum vtrumque non eſt:ſed in poteſtate Titij ᵏ*eſt pro quo

A quæritur,vtrum vſuras debeat mihi,aut creditori meo? Reſpon. quòd neutri debet,nec mihi,nec creditori meo.Fran.Accur.

n *Neutri.*venditori nõ,cui deſierat obligatus eſſe.creditori nõ, cui ex ſtipulatu tenetur actione:in qua vſuræ non præſtantur iudicis officio:vt.C.de vſuris.l.iij.Sed hic contra,quia vſuræ præteriti tẽporis petuntur ex ſtipulatione: vt hic dicit Roge. non quaſi vſura, ſed quaſi ſors. Vel dic non venire: quia non quod offi.ſed quod iure actionis poterat peti, hoc eſt nouatũ:nec tamen venditori debetur vſura præteriti temporis, cũ officio debebatur,vel extinctũ eſt extincta ſorte:vt argu.C. depoſiti. l.iiij.

velit ſoluere,& eũ liberare.fingamus autem ita[eſſe]actum,vt alterutrũ daret. nam alioquin[l] vtrumque ſtipulatus videtur:& vtrumque nouatum, [m] ſi nouãdi animo hoc fiat.

Curſus vſurarũ ex natura actionis procedens,in ſtipulatione nouante non intelligitur repetitus.Bartolus.

XXVII. PAPINIANVS libro tertio Reſponſorum.

B EMptor cum delegãte venditore pecuniã ita promittit, *quidquid ex vendito dare facere oportet*: nouatione ſecuta vſuras neutri [n] pòſt inſecuti temporis debet.

Si ſecunda ſtipulatio cõtinet aliud quàm prima:nouatio non præſumitur.Item quando æſtimatio debetur iure actionis, tempus contractæ obligationis:quando officio iudicis,tempus petitionis inſpicitur.Bartolus.

XXVIII. IDEM libro ſecundo Definitionum.

¶[Si]cum Stichum mihi deberes, & in soluẽdo moram feciſſes, sub conditione eum promiſiſti:[&] pendente ea Stichus deceſsit: videamus,an quia nouari prior obligatio[a] non potest, petitio serui competat ea quæ cõpeteret si nõ interceſsiſſet stipulatio. Sed in prõptu[b]* contradictio est, debitorem cũ stipulanti creditori sub conditione[c] promisit,nõ videri in solutione hominis ceſsasse. [d] nã[e] verum est eum qui interpellatus dare noluit,[f] offerẽtẽ postea periculo[g] liberari. Sed quid si ignorante debitore ab alio creditor eũ[h] stipulatus est? Hic quoque[i] existimandus est periculo debitor liberatus: quemadmodum si quolibet nomine eius seruum offerente stipulator accipere noluisset. ¶Idem respõsum est,[k] si quis cum subreptus sibi seruus esset, sub cõditione stipulatus fuerit, quidquid furem dare facere oportet. nam & fur[l] condictione liberatur,si dominus oblatum sibi accipere noluit: si tamẽ cum in prouincia fortè seruus esset, interceſserit stipulatio. & finge priusquã facultatem eius [m] nanciſceretur fur vel promissor, deceſsisse seruũ. Nõ poterit[n] rationi quã supra reddidim⁹, loc' esse.non enim obtuliſse eũ propter absentiam intelligi potest.

In stipulatione alternatiua, si altera de rebus alternatiuè promiſsis erat stipulatoris tempore stipulationis, censetur altera tantum promissa:& ideo nec obligatio nec solutio tenet in ea quæ erat stipulatoris: etiam si desinat esse sua. sed in stipulatione generis generaliſsimi potest solui illa quæ erat stipulatoris tempore stipulationis, si postea desinat esse sua.in obligatione vero generis subalterni, idem, si desiit esse sua antequam obligatio totaliter extinguatur: secus si postea. Bart.

¶Stichum aut Pamphilum stipulatus sum, cũ esset meus Pamphilus. Nec si meus esse desierit,[o] liberabitur[p] promissor Pãphilum dando. neutrum enim videtur in Pamphilo homine constitiſse: nec obligatio, nec solutio. Sed ei qui hominẽ dari stipulatus est: vnum etiam ex his qui tunc stipulatoris serui erant, dando promissor liberatur,vi quidem ipsa:[q] ac si is* dari stipulatus esset,[r] qui eius non erat. Fingamus ita stipulatum: *Hominẽ ex his quos Sempronius reliquit, dare spondes?* cum tres Sempronius reliquisset,[s] eorúmque aliquis * stipulatoris fuisset,[t] num mortuis[u] duobus qui alterius erant,supererit vlla obligatio,videamus.Et magis est deficere stipulationẽ: niſi ante mortem duorum desierit[x] esse reliquus seruus stipulatoris.

Qui soluit rem quam habere creditorem non licet, non liberatur: secus si sibi habere licet,quamuis vilem. Bar.

¶Qui hominem debebat: Stichum, cui libertas ex causa fideicommiſsi præstanda est,soluit. Nõ videtur[y] liberatus. [Similíque modo si soluerit seruum qui noxa solutus non est: non liberabitur. [z] Item qui hominem noxæ deditum soluit: non liberatur.] nam vel minus hic[a] seruũ dedit, quàm ille qui seruum[dedit] nondũ noxa solutum.Num ergo & si vespertilionem,[b]* aut aliàs turpem dederit hominem, idem sit? Et sanè datum negare nõ possumus: sed differt hæc species à prioribus. habet enim seruum qui ei auferri non possit.

Istum tex. inducit Cuil. de Cu.in.l. quod te.si certum petæ. quòd qui tenetur quolibet anno dare alteri vnum par caponum: tenetur eos dare viuos,non mortuos: vt possit eos ad libertatem perducere eo modo quo seruos.hoc sit loco Summarii.Pau.

¶Promissor serui eum debet

a *Quia.* ſ.Stichum.

b *Liberatur.* ſ.promissor.

c *Quia.* ſ.Stichum.

d *Quia.* ſ.Stichum.

e *Quia.* ſ.Stichum.

f *Quia.* ſ.Stichum.

g *Quia.* ſ.Stichum.

h *Quia.* ſ.Stichum.

i *Quia.* ſ.Stichum.

k *Quia.* ſ.Stichum.

l *Quia.* ſ.Stichum.

m *Quia.* ſ.Stichum.

n *Quia.* ſ.Stichum.

o *Quia.* ſ.Stichum.

p *Quia.* ſ.Stichum.

q *Quia.* ſ.Stichum.

r *Quia.* ſ.Stichum.

s *Quia.* ſ.Stichum.

t *Quia.* ſ.Stichum.

u *Quia.* ſ.Stichum.

x *Quia.* ſ.Stichum.

y *Quia.* ſ.Stichum.

z *Quia.* ſ.Stichum.

a *Quia.* ſ.Stichum.

b *Quia.* ſ.Stichum.

* *Fl.*

* *Fl.*

* *Fl.*

a *Perducere.* id est vt plene fiat stipulatoris: vt.ſ.de lega.j.l.ſi à subſtituto.§.hæres.& de verborum obliga.l. vbi autem non apparet.§.ſi. Item & plene dominus quandoque non poteſt manumittere:vt.C.de his qui non poſ.ad liber.perue.l.j.&.ij.Accur.

Triginta.]*CASVS.* Titius debebat mihi triginta aureos. Opro viginti dedit mihi fideiuſſorem: pro aliis decem dedit mihi pignus. ego vēdidi pignus iſtud:& ſum conſecutus ex eo decē aureos. Nunc quæritur vtrum iſta decem debeant deduci ſuper totā ſummā:ſicut fit quādo debitor ex magna ſumma ſoluit partē, & nihil dicit ſuper qua deducit. nam tunc deducitur ſuper toto. vel an debeāt iſta decē deduci ſuper viginti,pro quibus fideiuſſor interuenit: vt ſic fideiuſſor liberetur in decem, vt poti[a] videatur debitor ſoluiſſe in illam ſummā pro qua fideiuſſorē dedit. tandē in fine concludit quòd creditor poteſt deducere in illā ſummā, ſcilicet in decē quæ ſolus debebat: hoc eſt ſine fideiuſſore.glo. ponit caſum in l.ſeq.Franc.

b *Ob triginta.* aliàs incipit, vbi ob triginta: & aliàs ob triginta.

c *Putant.* forte non obſtaret eis infra eod. l. cum ex pluribus. & ſupra eod.in his.&.l.& magis. cum ſuis concor. quia illæ omnes loquuntur in debitore ex pluribus cauſis : ſed hic debebat ex vna cauſa tantum.Accurſius.

d *Exiſtimo.* de æquitate.vel dic quòd corrigit ſeipſum.

e *Solus.* ſcilicet ſine fideiuſſore.

f *Accepto.* quia & in id pignus acceperat.

g *ID quod.* pone exemplum in pœna legali:vt ſi debitor ſurripit pignus creditori:vt ſupra de pigno.actio.l.ſi pignore.&.j.de fur.l.ſi debitor.&.l.creditor. &.j.de reg.iur.l.quod à quoquam. &.ſ.de condictio.indebi.l.pœnæ.Iteē & in conuentionali,ſi modo erat actum rato manente pacto : vt ſupra de verborū oblig.l. ita ſtipulatus.in fin.ſi autem hoc non eſſet dictum , non haberet locum hæc lex , cum rem excludat pœnæ præſtatio quoad concurrit : vt.ſ.de exceptione doli.apud Celſum.§.Labeo. &.ſ.pro ſocio.l.ſi quis à ſocio.&.l.ſeq.& de actio.emp.l.prædia.Accur.

Sicut acceptilatio.]*CASVS.* Si tibi fecero generalem acceptilationē qui es debitor meus: omnes actiones quas habeo cōtra te,perimuntur.Ita etiam ſi inſtituero te hęredē:omnes actiones dilabuntur.Fran. Accurſius.

h *In eum.* ſcilicet quo facta eſt.

i *Confuſio.* ſcilicet perimit actiones : vt & infra eo.Stichum.§. aditio.& noli repetere,in eum diem.

Modeſtinus reſpondit.]*CASVS.* Pone caſum in pluribus tutoribus,vel in pluribus fideiuſſoribus. Tres erant tutores vnius pupilli:vel tres fideiuſſores vnius debitoris.vnus tutorum ſoluit id quod debebatur pupillo ratione male adminiſtratæ tutelæ : vel vnus fideiuſſorum ſoluit totum debitum pro quo fideiuſſerant tres fideiuſſ. in ſoluendo nihil dixerunt de actionibus cedendis.poſt vero interuallum ſoluens vult quòd ſibi cedantur actiones. dicitur hic quòd non poteſt illud petere,poſtquam eo tempore quo ſoluit , nihil dixit. ſi vero ante ſolutionem vel in ſolutione hoc actū eſt,vt ſcilicet mandarentur actiones,& poſtea ceſſæ ſunt actiones : ceſsio valebit.& reddit rationem ibi, cū nouiſſimo &c.Franciſcus Accurſius.

k *Modeſtinus reſpondit.* & bene.

LXXIII. IDEM libro trigeſimoprimo Digeſtorum.

OB triginta [b] nummos pecuniæ creditæ fideiuſſorē in viginti dedi , pignus in decē: ex venditione autem pignoris creditor decem conſecutus eſt. vtrum ex vniuerſitate id decedit(vt quidā putant [c])ſi in ſoluendis decem nihil debitor dixiſſet : an(ſicut ego puto)in totis decem fideiuſſori contingit liberatio : quia hoc dicendo potuit hoc efficere debitor: vt vbi non dixit, id potius ſolutum* exiſtimetur,quod ſatisdato debeatur. magis tamē exiſtimo [d] licuiſſe creditori in id quod ſolus [e] debebat reus , accepto [f] ferre.

Intentio huius.l. eſt, quòd illud quod ſoluitur nomine pœnæ, non computetur in ſortem:& ſic poterat peti ſors : aliàs non diceretur cedere lucro creditoris.Pau.

LXXIIII. MODESTINVS libro tertio Regularum.

ID quod [g] pœnę nomine à debitore exactum eſt:lucro debet cedere creditoris.

LXXV. IDEM libro octauo Regularum.

SIcut acceptilatio in eū [h] diē præcedentes perimit actiones:ita & confuſio. [i] Nam ſi debitor hæres creditori extiterit: cōfuſio hæreditatis perimit petitoris* actionem.

Non valet ceſsio facta poſt ſolutionem contra correum pariter obligatum, niſi pactum de cedendo præceſſerit.Bart.

LXXVI. IDEM libro ſexto Reſponſorum.

MOdeſtinus reſpondit, [k] ſi poſt ſolutionē [l]* ſine vllo pacto [m] [in] omne quod ex cauſa tutelæ [n] debeatur, actiones poſt aliquod interuallū ceſſæ ſint, [o] nihil ea ceſsione actū, cùm nulla actio [p] ſuperfuerit. Quòd ſi ante ſolutionē hoc factum eſt: [q] vel cum conueniſſet [r] vt mandarentur actiones, tunc ſolutio facta eſt, [&] mandatum ſubſecutū eſt: ſaluas eſſe mandatas actiones: cum nouiſſimo [ſ] quoque caſu pretiū magis mandatarum actionum [t] ſolutum, quàm actio quæ fuerit, perempta videatur.

LXXVII. IDEM libro ſeptimo Pandectarum.

A l *Poſt ſolutionem.* factā ab vno reo debēdi, vel vno fideiuſſore.

m *Sine vllo pacto.* facto de actionibus cedendis.Accurſius.

n *Tutelæ.* male adminiſtratæ.Accurſius.

o *Ceſſæ ſint.* ſcilicet tutori qui in ſolidum ſatisfecit pupillo.

p *Nulla actio.* ſcilicet actori.ſic ſupra de fideiuſſ.l.cum is.habet tamē tutor in rem vtilem , licet non ceſſam: vt ſupra de tute. & ra. diſtra.l.j.§. ſi pupillus. verſi . nunc tractemus. ibi , & ſi forte &c . ſed videtur ex interuallo etiā facta ceſsio valere: vt.ſ.de adminiſtra. tuto.l. ſi minoris . quæ eſt contra. Sol.ibi fuit actum tēpore ſolutionis vt poſtea fieret ceſſio : vt & hic ſubiicit. Item contra.j.eo. Stichum.§.ſi mādato. vbi etiam ex interuallo ceditur : ſed ibi ſoluerat pro ſua obligatione tātum mādator & tutor: vt ibi no. vel actū fuit vt poſtea poſſent cedi. & eiſdem modis ſolue aliud contrarium.ſ. de pecu.leg.l. domin[q] Sticho.in prin.& aliud.ſ. de tute.& ratio. diſtra. l.alterius. Item contra ſupra māda.l. Pomponius.* vbi ſoluēte mādatore vel fideiuſſore non liberatur reus : & ſic ſupereſt actio:& poteſt dici cedi. ſed in eis plene dic vt ibi no. in glo.& ſuo nomine. In tutoribus autē & correis ſerua quod hic dicitur.Item contra.ſ.de le.j.l.ſi res obligata. in fi. ſed & ibi ante ſolutionem facta fuit ceſſio.*ADDITIO.* Iſta ſol.nō placet Barto.ideo dic quòd ibi loquitur in duobus reis,quorum vnus erat obligatus,alius nō : ſed ſoluebat cauſa liberandæ & retinendæ rei ſuæ : ſed hic loquitur in pluribus pariter obligatis,ſecundum eundem Bar.

* *Flo. petitionis*

* *Fl.ſolutio*

* *Papinianus.*

q *Factum eſt.* ſcilicet ceſsio.

r *Conueniſſet.* ante ſolutionem,vel in ipſa ſolutione.

ſ *Cum nouiſſimo.* id eſt in poſteriori caſu.

t *Actionum.* Sed an in ſolidum contra correum debendi à creditore ſint cedendæ actiones:& an in tutoribus ? Io. dicit quòd non ſunt in ſolidum cedendæ,licet alij contra:ſed pro parte tam in correis quàm in tutoribus.arg. ſupra de tute. & ratio.diſtra.l. cum pupillus.&.j.de cen.l.cum poſſeſſor.& de adminiſtra. tuto. l.ſi plures.&.ſ.ad legem Rho.de iactu.l.j.&.ij.§.æquiſsimum. & ſupra de pecu.l.quæſitum.§.ſi cum.verſi. ſed ſi velit.alioquin luceraretur. ſed lex illa, cum pupillus. aperte videtur contra Ioan. ſed eam puncta vt ibi nota.Alij dicunt aliud in tutoribus,vt ſcilicet fiat ceſsio in ſolidum, quàm in correis : qui ſcilicet tutores & non ceſſa actione habent vtilem pro parte. ſi enim tutor ex ſe habet actionem pro parte:ergo ſi ceſſa fuit,in ſolidum : ne nihil ceſsio operetur:ſicut cum primo parte, poſt lego alteram parte, videor legare aliā:vt ſupra de leg.ij.Mæuius.§.duorum. ſed hoc nihil eſt.Item ſi ceſsio fiat vni ex tribus : an fiet in ſolidum,ſaltē pro duabus partibus:quod ſi eſt, an cedet ipſe actionē illi quē in ſolidum conuenit pro tertia . In fideiuſſoribus autem & mandatoribus dic vt nota.ſ.manda.l.Papi.Item facit ad hoc.C. de cōtra.iudi.tu.l.j.&.ij.&.C.de actio.& obli.l.j.&.ſ.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.l.ſoluitur.§.ſi conuenerit.Accurſius.

Actiones an ſint cedēdæ cōtra correū debēdi à creditore & an in ſolidū, & an in parte.

In liberto.]*CASVS.* Seruus Stichus cum manumitteretur, promiſit præſtare operas poſt manumiſsionem. cum conueniretur, vult ſe defendere , dicens quòd non tenetur de operis quas promiſit:quia ſit contractus factus in ſeruitute,de quo manumiſſus non tenetur.Sed hęc allegatio non valet:quia iſta promiſsio non cenſetur eſſe facta in ſeruitute , ſed propè in ipſa libertate:

BIU Cujas

bertate:cum non esset cõsecutus libertatem,nisi operas promisisset.Franciscus Accursius.

a *Antiquior.* id est anterior.

b *Contractus.* quo ipse liber factus teneatur. nam de contractibus in seruitute non tenetur. post manumissionem autem iste primus est: quia in ipsa manumissione vel paulo post fit: vt supra de libe. cau.l.fin.&.C. de ope. lib. l.j. item quod dicit, operarum: supple, quàm. apparet ergo quòd si nulla causa prægrauaret, & libertus solueret:in hûc cõtractum patronus accepto ferret: vt.ff.eo.l. in his.in prin.

*Flo.quo

c *Sine quibus.*i.sine operarum impositione.

d *Non esset.*forte.

SI alieni.] CASVS. TU debebas mihi decem aureos: soluisti mihi de pecunia aliena,puta Titij,ipso Titio inuito. certe tu nõ liberaris: quia nummi manent eius cuius fuerunt ante. si autem ita mixti sint vt ab inuicẽ tui & alieni discerni non possint, tunc adquiruntur mihi creditori:sed domino nummorum competit actio furti pro his nummis. Fran.Accursius.

e *Soluti sunt.*sciẽti creditori: vel forte etiam ignoranti: vt arg.ff. de adqui.re.do.l.traditio.

† *Ad hunc locum vide Eras. chil. 4.cent.6. pro.9.*

f *Fuerunt.* & hoc casu loquitur.j. eod. si is cui.in princ. & ita non fiunt accipientis.

g *Mixti.* cum aliis nummis.

h *Accepit.* quasi sint consumpti per immixtionem cum aliis:vt hic,& supra si cer. peta.l.nam & si.in fi. &.l. non omnis.§.fin.& institu. de vsufruct.§.constituitur. Sed contra supra de rei vindi.si frumentum.* in princip.& institu.de rerum diui.§. quòd si frumentum. Solu. speciale est,hic in pecunia.argu. supra si certum peta.l.singularia. vt debitum hic dicatur susceptisse.Item fa.supra eo.l.is qui.Item hoc si bona fide acceperit:quid autem si mala? Item not.secundum quosdam,quòd hic est casus quo fur rem furtiuam dando, dominium transfert, secundum quosdam.Accursius.

* idẽ Pomponius.

Fur quandoque rei furtiuæ dominiũ trãsfert.

i *Domino.* nummorum.

k *Cum eo.* scilicet debitore.

l *Dedisset.* id est soluisset.

m *Competeret.* quando sciens alienos soluit, certi cõdictio.arg. supra si cer.peta.l.si eum seruum.

PEcuniam.] CASVS. Titius debebat mihi.c.aureos:vult eos mihi soluere.iubeo vt ponat ibi ante me:& dimittat ibi. dicitur hic quòd Titius liberatur:quia cũ illa pecunia à nullo possideatur,adquiriẽ mihi, & lõga manu tradita esse videtur.Frã. Ac.

n *Pecuniam.*aliàs si pecuniã,& aliàs pecuniam incipit hæc lex.

o *Mea esse.* nam cũ possessio quæratur:vt.ff.de adqui.poss.l.j.§. pe.&.l.quod meo.§.si venditorem.&.l.pe.§.fi.ergo & dominiũ, quod ab ea separari non potest.& facit.j.de furtis.l. falsus.§.ij.& de iure do.l.si ego.§.dotis.ibi,quid enim interest &c.

p *Quòd.* id est quia.

q *Mihi.* creditori.

r *Lõga.*No.aliter dicit breuis manus:vt.ff.de iure do.l.licet.§.j.

PRout quidq;.] CASVS. Ista lex nihil aliud dicit,quàm quòd omnis contractus soluitur per ea per quæ factus est vel ligatus:vt si verbis factus sit, verbis dissoluatur. si re,etiam rei solutione soluatur.si consensu:tunc dissensu soluatur.Fran.Accur.

IN liberto antiquior[a] contractus[b] operarum esse non potest, sine quibus[c] * libertas ei data non esset.[d]

Commixtione nummorum reconciliatur solutio.Bartolus.

LXXVIII. IAVOLENVS libro vndecimo ex Cassio.

SI alieni nũmi inscio vel inuito domino soluti sunt:[e] manent eius cuius fuerunt.[f] si mixti[g] sint, ita vt discerni non possint: eius fieri qui accepit,[h] in libris Gaij scriptum est:ita vt furti actio domino[i] cũ eo[k] qui dedisset,[l] competeret.[m]

Per aspectum quæritur dominium rei solutæ.Bartolus.

LXXIX. IDEM libro decimo Epistolarum.

PEcuniam[n] quam mihi debes,aut aliam rem si in conspectu meo ponere te iubeam: efficitur vt & tu statim libereris, & mea esse[o] incipiat. nam tum quòd[p] à nullo corporaliter eius rei possessio detineretur, adquisita mihi,[q] & quodãmodo manu lõga[r] † tradita existimanda est.

Quælibet obligatio dissoluitur eo modo quo ligatur.Bartolus.

LXXX. POMPONIVS libro quarto ad Quintum Mucium.

PRout quidque[s] cõtractum est, ita & solui[t] debet: vt cum re[u] contraxerimus, [x] re solui debet:[y] veluti cùm mutuum dedimus, vt retro pecuniæ tantumdem solui debeat.& cum verbis aliquid contraximus, vel re[z] vel verbis obligatio solui debeat. Verbis, veluti cum acceptum promissori[a] fit. Re,veluti cũ soluit quod promisit.Aeque[b] cum emptio, vel venditio, vel locatio contracta est:quoniam cõsensu nudo cõtrahi potest,[c] etiã dissensu contrario dissolui potest.[d]

Hæres adiecti non potest solutionem recipere.Bartolus.

LXXXI. IDEM libro sexto ad Quintum Mucium.

SI stipulatus sim mihi aut Titio dari: si Titius[e] decesserit, hæredi[f] eius soluere non poteris.[g]

Res individua quo ad solutionem potest quibusdam ex hæredibus solui mandato iudicis.Bar.

¶Si lancem[h] deposuerit apud me Titius, & pluribus hæredibus relictis decesserit:si pars hęredum[i] me interpellet,[k] optimum quidem esse,si prętor aditus[l] iussisset me parti hæredũ[m] eam lancem tradere: quo casu depositi me reliquis cohæredibus non teneri.[n] Sed & si sine prętore sine dolo malo[o] hoc fecero, liberabor:[p] aut(quod verius est) non incidam[q] in obli-

s *Prout quidque.* aliàs prout quisque contractus est, aliàs prout quidque contractum est, & alio modo celebratum.

t *Solui.* id est resolui. & sic debet,id est potest. nã potest solui & aliis modis,vt compensatione,& cõfusione,& similibus.vnde Ro.dixit,melius dixisset,potest. & sic est.ff. de offi.procon.l. obseruare.§.fin.vel ppriе ponitur. non enim excludit quin aliis modis fieri possit. & facit ad hanc regulam ff. de adqui.poss.l. quamuis saltus.&.j. de regu. iur.l. nihil tam.&.l.fere.

u *Cũre.* vt in mutuo.

x *Contraxerimus.* cõtrahitur enim obligatio quandoque re, & quandoque verbis: & aliis modis:vt supra de actio.& obli.l.j §.j.

y *Debet.* vt &.j.eo.l. verborum.

z *Vel re.* id est solutione facta.

a *Promissori.* à creditore.Accur.

b *Aeque.* id est similiter:peræque.i.sicut.

c *Contrahi potest.* non subnixa re vel verbis.

d *Potest.*si res integra est:vt.C. quãdo lic. ab empt.dis.l.j.

SI stipulatus. Clarum est hoc principiũ. [SI LANCEM.] Iste.§. ponit pulchram practicam. Titius deposuit apud me lancẽ, id est scutellam aureã vel argenteam.ego decedens relinquo quatuor hęredes.duo à me petunt hanc lancẽ.ista lex dat cõsilium quòd adeam iudicem,vt eius auctoritate seu præcepto restituã illis duobus,& sic liberabor ab aliis duobus hæredib⁹.

si tamen sine præcepto iudicis restituam illis duobus,& bona fide:potero liberari.consulit tamen tutius esse quòd restitutio fiat auctoritate iudicis.Franciscus.

e *Titius.* adiectus.

f *Hæredi.* tacitum enim mandatũ ita morte mandatarij finitur, vt expressum:vt insti.manda.§.item si. sed hãc rationem hic adiungere non placet:quia hic expresim reuocari non posset:vt.ff. e.l.vero.ergo nec tacite deberet reuocari: quod falsum est:vt.ff. l.si quis stipula.§.item.nec tacitum mãdatum hic interuenit: nisi aliud actum sit:vt diximus.ff.eo.l.vero.in prin.& facit.ff.de verb. obli.si stipulatus.in prin.&.l.cũ quis.in prin.&.l.fin.in prin.ff. eo.l.cum quis.in prin.&.j.eo.Stichum.§.vsumfru. & de cõdit.& demon.l.qui hæredi.Sed arg.cõtra.ff.de verbo.obli.l.ij.§.ex his. ibi,non enim ex persona hæredis &c.

g *Non poteris.* nisi esset dictum de hærede. & est ratio: quia hic certa persona fuit adiecta.

h *Si lancem.*& sic indiuiduum:vt.ff.depos.l.j.§.si pecuniam.*

i *Hæredem.* si autem omnes,dic vt.d.§.si pecuniam.*

k *Interpellet.* vt lancem depositam reddam.

l *Aditus.* à me.Accursius.

m *Hæredum.* interpellantium.

n *Non teneri.* id est ipso iure liberari.

o *Sine dolo malo.* qui solus in deposito venit,& lata culpa:vt.ff. depositi.l.quod Nerua.

p *Liberabor.* quia tantùm dolum coërcet.

q *Non incidam.* ratione doli, sed ratione rei restituendæ incidam in obligationem & in actionem depositi, quia nascitur obligatio & actio ex die depositionis: vt.ff.depos.l.j.§.idem Pomponius.ibi,plane si &c.&.§.quod autẽ. & ideo liberor quo ad hoc. Sed alij dicunt quòd non nascitur actio depositi nisi dolo commisso.

BIU Cujas

missō.pro quibus est arg.ꝟ.depoſi.ſi quis inficiatus.ſed ibi de cō-
dic.fur.dicit,quæ pro dolo depoſitarij datur. ité pro eis hæc lex:
ſed eā expone vt dixi. præterea cū ipſi fatētur obligationē naſci,
licet non actionē, quomodo hic exponunt nō incidā in obliga-
tionem?Sed forte dicūt,non incidā vt poſsim cōueniri:& ita ſe-
cundum eos obligatio naſcitur,non actio. Ité pro eis quod dixim⁹ in multis aliis caſibus, in quib⁹ obligatio naſcitur,non actio:vt nota. C. de rerū permuta.l. ex placito.Accur.

a *Optimum*. vt omnino doli ſuſpicionem effugias.ad quod eſt.ꝟ.de minori.l. ait prætor.§. permittitur.Accur.

b *Facere*. no. ꝙ aliquid poſſum per me facere, quod eſt vtilius per prætorem:vt.C.de pig.l.creditores.Acc.

Ex duobus obligatis ad idem debitum, vno conuento alter non liberatur: ſed vno ſoluente ſic.Paulus.

LXXXIII. PROCVLVS libro ſeptimo Epiſtolarum.

EGiſti de peculio ſerui nomine cum domino. Nō eſſe liberatos[f] fideiuſſores[t] eius reſpondit. At ſi idem ſeruus ex peculio ſuo permiſſa[u] adminiſtratione[x] [eius]peculij, nūmos ſoluiſſet,[y] liberatos eſſe fideiuſſores eius rectè legiſti.

Qui tardius dat: minus dare videtur. Paulus.

LXXXV. CALLISTRATVS libro primo Edicti monitorij.

SOlidum nō ſoluitur non minus quātitate,[z] quàm die.[a]

Procuratori litis non poteſt ſolui, niſi ad hoc datus ſit.Bartolus.

LXXXVI. PAVLVS libro octauo ad Edictum.

HOc iure vtimur,vt litis ꝓcuratori[b] non rectè ſoluatur.[c] Nā & abſurdū eſt,cui iudicati[d] actio non datur, ei ante rē iudicatam ſolui poſſe. ſi tamen ad hoc datus ſit, vt & ſolui[ei] poſsit, ſoluendo ei liberabitur.

Generalis procurator ad negotia, poteſt ſoluere creditoribus domini: nec requiritur alia ratihabitio domini.Pau.

LXXXVII. CELSVS libro viceſimo Digeſtorum.

QVodlibet debitum[e] ſolutum[f] à procuratore[g] meo, mihi ſoluerit: non repetet.[r]

Non repetet. remanet enim naturaliter debitor:& ideo impeditur repetitio:vt.ꝟ.de condic.inde.l.frater.&.l. naturaliter.&.l. ſi id quod.ſed ciuiliter non:vt.ꝟ.de noxa.l.ſi alienus.

Giſti de peculio.] CASVS. Tu habebas ſeruum Pamphilum, qui accepit à me mutuo centum:ego feci te conueniri actione de peculio.tu ſoluiſti partem. dicitur hic quòd fideiuſſores ſerui non ſunt liberati. ſi autem ipſe ſeruus ſoluerit pecuniam ex ſuo peculio, cum haberet adminiſtrationē eius, fideiuſſores eius erunt liberati. glo. ponit caſum in.l.ſequenti. Frā.

f *Liberatos*. de eo qđ nō erat in peculio eius qui debebat.

t *Fideiuſſores*.quia nō ſoluit totum, cum non eſſet totum in peculio. Sed contra.ꝟ.de excep. rei iudi.l. ſi cum teſtamento argentum.§.fin. ſolu. ibi ſeruus ſoluerat tunc:hic non. Item facit.ꝟ. de actio. empt. l.ſi ſeruus.in fin. & ſupra eod.l. cum quis. §. de peculio.

u *Permiſſa*. ſ.ſibi.

x *Adminiſtratione*. nā aliàs nulla ratione ſeruus alienare poteſt.R.

y *Soluiſſet*. in ſolidū.

z *Solidum. Quantitate*. id eſt ſi nō ſoluit totū quod debebat.

a *Quàm die*.ſicuti qui decem debet, & ſoluit quinque: & ita qui debet hodie vel cras, ſi ſoluit poſt cras, non ſoluit ſolidū. ad quod eſt infra de verbo. ſig. l.ſi cui.in fin. &.l. minus. & inſtitu. de fideiuſſo.§. antepen. & de actio.§.plus.

Soluēs tardius, minus ſoluere videtur: & e contrà bis ſoluit, qui cito ſoluit.

Hoc iure.] CASVS. Conueniebam te in iudicio ad centum quæ mihi debebas. feci procuratorem meum Titium. Tu ſoluiſti huic procuratori meo. quæritur an libereris? reſpondetur quòd non:quia procuratori litis nō recte ſoluitur.ratio redditur in textu ibi,nam abſurdum eſt. Si tamen habeat expreſſum mandatum ad hoc:poterit ei ſolui.Fran.

b *Procuratori*.id eſt procuratori ad litigandum conſtituto.Ac.

c *Non recte ſoluatur*. ad hoc ſupra de pac.l.ſed ſi tātum.&.C. de tranſact.l.tranſactionis.

d *Iudicati*. Iudicati tamen agit in caſu: vt ſupra de procura. l.actoris. ergo recte ei tunc ſoluitur. Io.& aliis duobus, ſcilicet quando in rem ſuam, & quando ad hoc habet mandatum: vt ſupra de procur.l. ſi procurator. & hic ſubiicit, & ſupra eod.l. vero.Accurſius.

e *Qvodlibet debitum*. etiam naturale, vt dicunt: quod eſt verum ſi ſoluit de ſuo.nam niſi ratum habeam, non repeto: ſed nec tunc quaſi ego ſoluiſſem. ſed ſi de meo ſoluiſſem,tunc videtur quòd ſic: quaſi non videatur ei eſſe mādatum: vt.ꝟ.eo.l.ſi is cui.§.Flauius.in fi.Accurſius.

f *Solutum*. de burſa procuratoris.

g *A procuratore*. ignorante me tutum exceptione: vt.ꝟ.manda. idemque.§.generaliter.Sed illud eſt quantū ad actio.manda.dādam vel denegandam procuratori:ſed quantum ad partem iſtam nihil refert,ſi debitū efficax eſt ſolutū. ſi inefficax, hoc eſt indebitum:obtinet tunc quod dicitur.ꝟ.de condic.inde.l.ſi procurator.in prin.Item facit.ꝟ.de procura.l.ſed & id quoque.Accur.

Filiæ inteſtato patri.] CASVS. Titius mortuus eſt inteſtatus: cui ſuccedit filia ſua Seia.Mater ipſi⁹ Seiæ geſsit negotia ei⁹: & dedit ei filiæ aliquas res vendendas argentariis. & hoc ſcripſit in libro rationum. argentarij omnibus rebus venditis ſoluerunt pretium

gationem. Optimum[a] autē eſt id per magiſtratum facere.[b]

Pactum de ſoluendo tertio, ex interuallo appoſitū, idem operatur quod ſimplex mādatum.Paulus.

LXXXII. PROCVLVS libro quinto Epiſtolarum.

SIcum Cornelius[c] †fundum ſuum nomine Seiæ viro eius doti dediſſet, nec de eo[d] [ſibi] reddēdo[e] quicquam cauiſſet:[f] effecit[g] * vt inter ſe vir & Seia[h] paciſcerentur, vt diuortio facto is fundus Cornelio[i] redderetur: non puto diuortio facto virum vetante Seia[k] eum fundum Cornelio tutò redditurū eſſe:ſicuti[l] ſi cum pactum conuentum nullū interceſsiſſet, diuortio facto mulier iuſsiſſet eū fundum Cornelio reddi: deinde antequam redderetur, vetuiſſet: nō tutò[m] redderetur.[n] Sed ſi antequam Seia vetaret, Cornelio eum fundum reddidiſſet,[o] nec cauſam habuiſſet exiſtimādi id inuita Seia [ſe] facturum eſſe: nec melius nec ęquius† eſſe exiſtimarem eū fundum Seiæ reddi.[q]

Qui ſoluit debitum naturaliter tantum: non repetit.Bartolus.

LXXXIII. POMPONIVS libro quartodecimo ex Variis lectionibus.

SI tuo ſeruo credidero, eūq; redemero, & is manumiſſus

Si cū Cornelius.] CASVS. Quidam nomine Cornelius,vir liberalis,volēs Seiā quādā mulierē nuptui tradere,forte quia erat cō iuncta perſona ipſi Seię, dedit fundū quendā in dotē Sempronio viro ipſius Seię:nec aliquod pactū apposuit Cornelius ꝙ ſoluto matrimonio redderetur ſibi fundus. ꝓcurauit tamen ꝙ Sēpronius & Seia paciſcerent inter ſe,vt ſoluto matrimonio fundus iſte redderetur ſibi Cornelio.hic quęritur vtrū ſoluto matrimonio,ſi mulier nolit,fundus iſte debeat reſtitui per maritū ipſi Cornelio?Rū.quòd nō, ſicut à ſimili ſi nullū pactum interueniſſet de fundo reddēdo,& ſoluto matrimonio mulier iuſsiſſet fundum reddi: deinde vetaret reddere: certe maritus nō deberet reddere. ſin autem vir reddidiſſet fundum,& non habuiſſet cauſam exiſtimandi ſe inuita muliere hoc facere, bene feciſſet fundum reddendo: nec deberet ille fundus redire ad Seiam.Fran.Accurſius.

c *Si cum Cornelius*. extraneus.Accurſius.

d *De eo*. fundo.

e *Reddendo*. ſibi Cornelio.Accurſius.

f *Cauiſſet*. ſcilicet Cornelius. & per hoc videtur mulieri donatum:vt.C.de pac.conuen.l.ex morte.in fin.&.ꝟ.ſol.ma. ſi cum dotem.in prin.&.C.de rei vxo.actio.§.accedit.

g *Effecit*. Cornelius.

h *Seia*. vxor.

i *Cornelio*. tanquam ſuo procuratori ſcilicet Seiæ.R. nam ſi vt eidem donaret,aliud eſſet dicendum,ſecundum quoſdam. immo puto idem eſſe.argu.contra.C.de actio.& obli.l.ſi quidem.&.ꝟ. de dona.l.ij.§.ſi pecuniam.&.l.hoc iure.§.ij.

k *Vetante Seia*. cum ipſa iuſsit.

l *Sicuti*. ſcilicet tunc non recte Cornelio redderetur.

m *Non tutò*. id eſt non tute.Accurſius.

n *Redderetur*. vt & infra eo.l.aliud.

o *Reddidiſſet*. vir.

p *Factūrum eſſe*. certe bene facit.

q *Reddi*. id eſt bene feciſſet ſi ei reddidiſſet: nec eſſet æquius vel melius ſi Seię reddidiſſet.ad quod eſt.C.de contrahen.ſtip.l. iij.&.ꝟ.depoſi.l.quod ſeruus.& de adquir.poſ.l.fundi.

Si tuo ſeruo.] CASVS. Tu habebas ſeruum Stichum: cui dedi centum mutuo.poſtea eum redemi, id eſt dedi tibi pecuniam vt eum manumitteres.ipſe manumiſſus ſoluit mihi. an poſsit repetere?Reſpondetur quòd non.Fran.Accurſius.

BIU Cujas

pretium matri huius filiæ.& postea mater nouem annis administrauit bona filiæ,intantũ quòd eam etiam marito collocauit, & cæteras res ei tradidit.Nunc quæritur vtrum ista filia habeat aliquam actionem contra argentarios,eo quòd non sit ab ipsis pretium rerum venditarum stipulata?Respondetur quòd argentarij sunt liberati soluendo matri huius Seiæ.si tamen argentarij sciebãt matrem nõ habere ius administrandi res filiæ, & mater non sit soluẽdo,non liberantur matri soluendo.Francis.

†*Ad idẽ est text. in. l. Plauti*ꝰ. ℈. *de proc. & in. l. si procurator.* §. *si ignorantes.* ℈. *man.*

a *Et res.*filiæ.
b *Dedit.*mater.
c *Soluerunt.*matri.
d *Quando.*aliàs quoniam.
e *Solutione.* matri puellæ facta per argentarios.
f *Liberatos.*immo nõ: vt.℈.de neg.gest.qui alienam. quæ est cõtra. Sol.ibi sciuit:hic ignorauit debitor. vel hic soluit ex posteriori cõtractu:ibi ex præcedẽti. vel ibi loquitur de debitoribus filiæ: hic de matris debitoribus. vel ibi erant debitores hæreditarij:hic nõ.vel hic ignorabãt debitores esse pupillares: vel etiam scientes, cũ mater erat soluendo. vel ibi erant sciẽtes,& mater erat soluendo.
g *Claudius.*notãs Sceuolã quòd minus sufficienter dixerat.
h *Iurisdictione.*à iudice examinanda.
i *Sciebant esse.*siue habeas qui.s.argẽtarij: siue quæ, scilicet pretia: dic sciebant esse pupil. scilicet res vẽditas, secundum R.vel esse pupillæ, scilicet pretia prædicta. dic id est deberi pupillæ,quia procuratorio nomine erat stipulata:ex qua stipulatione pupilla habet vtilem forte:vt argu.℈. solu.ma.l. Gaius.&.C. de pac.conuen.l.pater. in subsidium tamen, vt hic.sed si ignorabant,liberantur:vt dixi.
k *Sciebant.*scilicet res fuisse pupillæ.R.vel deberi filiæ pretia.
l *Liberantur.*argentarij à filia.

nõ repeto:†quoniam cum quis procuratorem omnium rerum suarum constituit, id quoque mandare videtur, vt creditoribus suis pecuniã soluat: neque postea expectandum est vt ratum habeat.

Ex re pupilli per extraneum non tutorem sibi non quæritur,nisi in subsidiũ. Bar.

LXXXVIII.SCAEVOLA libro quinto Digestorum.

FIliæ intestato patri hæredis negotia mater gessit,& res[a] vendendas per argentarios dedit:[b] idq; ipsum[in] codice [rationum] conscriptum est.argẽtarij vniuersum redactum[pretium] vẽditionis soluerunt:[c] & post solutionẽ nouem fere annis quidquid agẽdum erat, nomine pupillæ mater egit, eãque marito nuptũ collocauit, & res ei tradidit. quæsitũ est,an puella cum argentariis aliquã actionem habeat: quandò[d] non ipsa stipulata sit pretium rerum quę in venditionem datæ sunt, sed mater.Respondit,si de eo quæreretur, an iure ea solutione[e] argentarij liberati essent:respõderi iure liberatos.[f] Claudiꝰ.[g] Subest enim illa ex iurisdictione[h] pendens quæstio, an pretia rerum quæ sciebant esse[i] pupillæ,bona fide soluisse videantur matri, quæ ius administrationis non habebat.ideoq; si hoc sciebant,[k] non liberãtur:[l] scilicet si mater soluendo non sit.

Clausula generalis restringitur ad specificata tantum, si hoc fieri potest salua ratione recti sermonis. Bartolus.

LXXXIX. IDEM libro vicesimonono Digestorum.

Si ex pluribus.]CASVS. Titius quidam habebat multas obligationes contra Gaium quendam·quas ipse Gaius partim ipse cõtraxerat,& partim seruus eius Stichus.Accidit quòd semel isti duo Titius & Gaius posuerunt rationem simul de suis debitis, intantum vt ipse Titius faceret Gaio quittãtiam in hæc verba:Ego Titius confiteor me recepisse, mihiq; satisfactum esse ex omnibus contractibus ex quibus ratione inter nos posita inuentum est Gaium mihi teneri ex contractibus serui sui Stichi. Nunc quæritur vtrum Gaius sit liberatus ex omnibus cõtractibus suis:an vero tãtum ab his quos seruus suus Stichus fecit? Respon.quòd liberatur tantum virtute istius quittantiæ à cõtractibus factis à Sticho seruo suo, non ab his quos ipsemet fecit cum Titio creditore suo.[LVCIVS TITIVS.]Casus istius difficilis & scabrosi textus talis est:Lucius Titius habebat obligatum Seiũ quẽdã in.cccc.aureis.de istis.cccc. aureis habebat duo chirographa,id est duas schedulas signatas manu ipsiꝰ Seij.vna schedula continebat centum aureos; altera trecentos.Lucius Titius creditor mandauit Seio debitori suo vt mitteret sibi cẽtum quæ in vna schedula erant,per Septiciũ & Mæuium quosdam quos ad eum miserat. iste Seius debitor volẽs se bonum virum ostẽdere, soluit Septicio & Mæuio non tantũ.c.de quibus mandabat Lucius creditor,sed etiã soluit trecẽta ipsis Septicio & Mæuio.quæritur an liberetur ista solutione?Respon.quòd si Lucius non mandauit Seio quòd solueret alia.ccc. non liberatur hac solutione facta ipsis Septicio & Mæuio. [LVCIVS TITIVS.] Ego promisi tibi vna die quindecim aureos sub vsuris maioribus, & .xx. aureos sub vsuris minoribus: pacto apposito quòd.xx. soluerentur in mense Septẽbri.xv. vero mẽse Decembri. ego permisi transire mẽsem Septẽbris & Decembris, & sic vtrũque terminum. postea venio & soluo tibi.xxvj.aureos: & nõ discerno pro qua summa·soluo,an pro quindecim,an pro.xx. Nũc quęritur,in quam summam hæc.xxvj. deducantur,an.xx.prius soluta esse videantur in illa.xx. quæ debebãtur sub vsuris leuioribus, & .vj.pro vsuris? Respon.quòd solutio debet cedere in vetustiorem obligationẽ.Fran. Accursius.

SI ex pluribus causis & chirographis creditor ita cauit: *Titius*[m] *Mæuius*[n] *dico me accepisse, & habere,*[o] *& accepto tulisse à Gaio*[p] *Titio reliquum*[q] *omne* post rationẽ positam*[r] *eius pecuniæ quam mihi Stichus Gaij Titij seruus cauerat.* quæsitum est, an ex cæteris chirographis [in] quæ non Stichus cauit, sed ipse debitor, integra maneat actio ex reliquis chirographis per ipsum debitorem cautis. Respondit, eam solam obligationem dissolutam,[s] ex qua solutum proponeretur.[t]

Ille qui habet mandatum recipiendi solutionem ex certa causa, non potest ex alia causa recipere. Bartolus.

℣Lucius[u] Titius ex duobꝰ chirographis quibus quadringenta ei à Seio debebantur, altero centũ,altero trecenta,* scripsit Seioˣ vt vniꝰʸ chirographi cẽtum per Mæuium & Septicium sibi mitterẽtur. quæro an Seius si Mæuio & Septicio ex trecẽtis quoque soluisse se dicat, liberatus sit. Respondit, si nec mãdauit vt ex trecentis soluerentur,*nec solutum ratum habuit:non esse liberatum.[z]

Simplex solutio refertur ad causam antiquiorem, si vtraque est vsuraria, licet vna grauioribus prægrauetur vsuris. Bar.

℣Lucius Titius[a] duabus stipulationibus, vna quindecim sub vsuris maioribus,[b] altera viginti sub vsuris leuioribus Seium eadem die obligauit:[c] ita vt viginti prius soluerentur, id est idibus septembribus.[d] debitor post diem vtriusque stipulationis reliquis rationibus serui,vt ex verbis Titij patet.Item talis confessio extra iudicium facta nõ videtur quòd præiudicet nisi post triginta dies:vt.C.de non nume.pecu.l.in contractibus.§.super. & supra de pactis.l.tale. in princip. & facit.C. de transactio.l.si de certa. & supra de arbi.l. de his rebus. & de transactio.l.cum Aquiliana.Accursius.

a *Lucius Titius.*creditor.Accursius.
b *Maioribus.*hoc faciebat dubitationem.
c *Die obligauit.*diuersis horis.
d *Septembribus.*id est.xv.kalendas Octobris.

BIU Cujas

a *Ab altero.* id est neque à debitore soluente, neque à creditore recipiente.
b *Eam stipulationem.* vtrum de stipulatione de.xv.vel.xx.
c *Sortis.* nomine.
d *Eorum.* viginti.
e *Ex vsu.* vt in vetustiorem obligationem solutio cedat, non inspecta causa vsurarum. & facit.ff.e.l.in his.circa princ.&.j.eo.l. cum ex pluribus.j.in fi.j.respon. si autem eiusdem essent diei vel horæ, quia supra posuit quòd eadem die, diuersis tamen horis: inspiceretur causa durior: vt.ff. eo. l.j.ij.&.iij.

nis cedentem soluit vigintisex: neque dictū est ab altero,[a] pro qua stipulatiõe solueretur. quęro an quod solutum est, eam stipulationem[b] exonerauerit, cuius dies antè cesit: id est vt viginti sortis[c] soluta videantur,& in vsuras eorum[d] sex data. Respondit, magis id accipi, ex vsu[e] esse.

Solutio facta hæredi qui postea per in integrum restitutionem est abstentus: liberat debitorem. Bartolus.

B

XC. IDEM libro vicesimosexto Digestorum.

Filius qui.]CASVS. Titius mortuus reliquit hæredem filium suum qui omnia bona paterna administrauit vt hæres: & ex his bonis dedit pecunias mutuas Sępronio: & particulatim eas recepit. postea videns se lęsum hac paterna hæreditate, abstinuit ab ea: quia minor erat. Nũc quæritur vtrũ curator qui erat datus bonis paternis administrandis, habeat aliquam actionem aduersus hũc Sempronium, qui acceperat pecunias mutuas à filio? Respon. quòd nó: quia liberatus est Sempronius soluendo filio à quo mutuas pecunias acceperat. Francis.

FIlius[f] qui administrabat vt hæres paterna bona, pecuniam ex his Sępronio mutuam dedit, & eandẽ particulatim recepit:[g] deinde se abstinuit,[h] quia minor annis erat, ab ea hęreditate. quæsitum est, curator bonorum patris constitutus, an aduersus Sempronium[i] vtilem actionem[k] habeat. Respondit, nihil proponi cur non is qui soluisset id quod mutuũ ita acceperat, liberatus[l] esset.[m]

Per nouationem debitor inuitus & contradicens potest liberari. Bartolus.

C

XCI. LABEO libro sexto Pithanon à Paulo epitomatorum.

SI debitor tuus[n] non vult à te liberari, & præsens est: nõ potest inuit[o] à te absolui. o*Paulus: Immo debitorẽ tuum etiam præsentem etiam inuitum liberare ita poteris, supponendo[p] [alium] à quo debitum nouandi causa stipuleris:[q] quod etiã si acceptum nõ feceris,[r] tamen statim quod ad te attinet,[s] res[t] peribit. nã & petentem[u] te, doli mali præscriptio[x] excludet.[y]

Manumissio similis est morti. Bartolus.

XCII. POMPONIVS libro nono Epistolarum.

SI mihi alienum seruum[z] dare promiseris, aut testamento dare iussus[a] fueris: isque seruus antequam per te staret quo minus dares, à domino manumissus sit: hęc manumissio morti similis[b] est. si autem decessisset, non teneris.[c] Sed & si quis seruum[d] quem dare promisit, hæres à domino[e] scriptus[f] statuliberum dederit, liberatur.[g]

D

Obligatio principalis per confusionẽ extinguit accessoriã. secus in alia æque principali. item cui ad idem cõpetunt duæ actiones, debet exprimere quam intendat. Bar.

XCIII. SCAEVOLA libro singulari Quæstionum publicè tractatarum.

SI duo rei sint stipulandi, & alter alterum hæredem scripserit: videndum an confundatur obligatio. [Et] placet non confundi.[h] quòd bonum est hoc dicere? quòd si intendat dari sibi oportere: vel ideo dari oportet ipsi, quòd hæres extitit: vel ideo, quòd prio nomine

Si duo rei.]CASVS. Titius & Mæuius stipulati sunt à Seio centum: & sic duo sunt rei stipulandi. Titius moritur, & instituit hæredem Mæuium. an obligatio confundatur? Respon. quòd non. Sed ad quid prodest scire vtrum obligatio confundatur, vel non? Respon. quòd multum: quia si reus stipulandi qui est mortuus, fecisset pactum cum debitore de non petendo: alter qui est hæres, non posset submoueri exceptione pacti conuenti: quod aliàs secus esset. [ITEM SI DVO REI.] Duo scilicet Titius & Seius promiserunt Sempronio centum: & sic facti sunt duo rei promittendi: alter factus est hæres alterius. quæritur vtrum obligatio confundatur? Respon. quòd non. Sed ponamus quòd tu promisisti Titio centum. ego fui fideiussor pro te. tu instituisti me hæredem. certe obligatio mea confunditur cum tua. nam generalis regula est, quotiens obligatio accessoria accedit principali, confunditur cum ea. Sed quando duæ obligationes principales sibi inuicem coniunguntur, tunc non confunduntur: sed vna alteri potius videtur accedere. Item si fideiussor reum principalem scripsit hæredem: confunditur obligatio. Franciscus Accursius.

a *Si altero.* id est neque à debitore soluente, neque à creditore recipiente.
b *Eam stipulationem.* vtrum de stipulatione de.xv.vel.xx.
c *Sortis.* nomine.
d *Eorum.* viginti.
e *Ex vsu.* vt in vetustiorem obligationem solutio cedat, non inspecta causa vsurarum. & facit.ff.e.l.in his.circa princ.&.j.eo.l. cum ex pluribus.j.in fi.j.respon. si autem eiusdem essent diei vel horæ, quia supra posuit quòd eadem die, diuersis tamen horis: inspiceretur causa durior: vt.ff. eo. l.j.ij.&.iij.
f *Filius.* minor. Acc.
g *Recepit.* & dic, vel cum iudice, vel quòd eam habeat saluam minor: vt quam contra eum defensionẽ haberet debitor, habeat cõtra curatorem bonorum: vt instit. qui.alie.licet.§.fin.& facit.ff. de bo.aucto.iudi.pos.l. si non expedierit.§.j.&.ff. de re iudi.l. ex contractu.&.ff.de mino.l.si mulier.&.l.in integrum.
h *Abstinuit.* per in integ.resti.à paterna hæreditate.
i *Sempronium.* cui filius mutuauit. Accursius.
k *Actionem.* potest enim exercere actionem: vt.ff.de cura. bo. dan.l.ij.
l *Liberatus.* hoc verũ est, si saluam habeat pecuniam quam cum iudice soluit.
m *Esset.* Not. non posse liberari debitorem inuito procon. per acceptilationem. sed si ab alio stipulatur quod ipse mihi debet, liberatur inuitus. Accursius.

Si debitor.]CASVS. Habeo debitorem qui gaudet se esse tantæ reputationis quòd debitor dici potest. volo eum liberare præsentem, ipse non vult: an ego possim eum cogere? Videbatur quòd nó. Paulus tamen dicit quòd possum debitorem meum præsentem liberare inuitum: hoc modo. Nam debeo supponere alium à quo stipuler debitum istud: & ita licet ego non acceptum tulerim debitori meo, tamen quantum ad me attinet, liberatus est à me: quia si petam, poterit me repellere doli mali exceptione. Franciscus.
n *Si debitor tuus.* creditori loquitur. Accursius.
o *Absolui.* id est liberari. Accursius.
p *Supponendo.* scilicet aliquem.
q *Stipuleris.* vt & infra de accept.l.& per iusiurandum.§. tutor. & supra de noua.l.si Stichum.§.fina.&.l.si quis absente.de nego. gest.l.ex duobus. & supra de constit. pecu.l. vtrum. sed infra de regu.iur.l.inuito.contra. expone vt ibi: quia non directo, sed per medium. Accursius.
r *Non feceris.* id est postquam stipulatus es ab hoc supposito, non liberas eum. Accursius.
s *Attinet.* per stipulationem secundam.
t *Res.* id est obligatio illa prima.
u *Petentem.* à secundo.
x *Præscriptio.* id est exceptio.
y *Excludet.* secundus ergo per exceptionem: quia hoc pacto promisit, quòd & deberem eum accepto liberare. primus autem ipso iure liberatus est.

Si mihi]CASVS. Tu promisisti mihi dare seruum Titij: aut tu fuisti damnatus in testamento eum mihi dare. iste seruus antequam tu esses in mora dandi, est manumissus à Titio domino suo. Dicitur hic quòd tu non teneris dare istum seruum, ac si mortuus esset. Fran. Accursius.
z *Seruum.* pone Stichum: & ita in specie.
a *Iussus.* ab eo qui te hæredem instituit.
b *Similis.* Nota manumissionẽ similẽ morti: vt & infra de fur.l. inter omnes. circa principium. & ad id infra de regu. iur.l. seruitutem. sed non quo ad omnia: vt supra de ædil.edic.l. si hominem. *Manumissio quo ad aliqua similis est morti.*
c *Teneris.* immo liberaris interitu speciei.
d *Seruum.* scilicet certum, pone Titij. Ac.
e *A domino.* id est à Titio.
f *Scriptus.* scilicet ꝓmissor.
g *Liberatur.* vt & supra de statuli.l. statuliberum medio.§. illud. Sed contra.ff.de condic.inde.l. Neratius. Solu. hic alienum, ibi suum promisit. & sic ibi statuliberum suo facto: hic non: vt ibi plene diximus. & facit.ff.de verbo.obliga.l.si seruum. Accur.
h *Non confundi.* hic subiicit quæstionem secundam: scilicet an cogatur eligere agat propria vel hæreditaria? & videtur quòd non: sed tamen dicit quòd sic: & reddit rationem: & dic non cõfundi: continuando quòd, pro sed. sed si intendat &c. quasi dicat, si intendat sibi dari oportere, vel quia est hæres, vel quia ex sua persona debetur: & nunc accipe, quod bonũ est dicere hoc, id est eligere magis vnã illarum causarũ quàm alteram: & ipse respon.

atquin

BIU Cujas

atquin &c.& hoc si habeas,si.si autem non habeas,si: recte lege. & incipit ibi secunda quæstio, quod bonum est &c. & respondetur postea,atquin &c.

a *Ex reis.* stipulandi.
b *Extitit.* alteri.
c *Vt ita posis.* aliàs posis:aliàs posit.
d *Animaduertere.* debitor.
e *Nécne.* hic nõ erant socij: aliàs pactũ vnius alteri noceret: vt.ſ.de arbitris. si duo. nisi ab alio sit lis cõtestata, & postea ali⁹ paciscatur: vt.ſ. de duobus reis.l. ex duob⁹.& fa.ſ.eo.tit. de duo.reis.l.si reus ꝓmitten.&.ſ.de pact.l.si vnus.in prĩ. & de fideiuſſ.l.si reus.&.l. generaliter.§.j. &.j.§.prox.
f *Obligatio.* vt supra de duo.reis.l. si reus promittendi.
g *Confunditur.* & sic interrogatiue lege. & respon.non omnis, sed fideiussoria tantũ. aliàs non confunditur.
h *Obligationi.* quæ.ſ. est fideiussoria tantum.
i *Sequelæ.* vt fideiussoriæ.Accursius.
k *Accedit.* per successionem.Accursius.
l *Obligatio.* fideiussoria.Accursius.
m *Alteri.*ſ.obligatiõi.
n *Parere.* ſ.videatur. & facit.ſ.proxi. respõ. cum suis concor. Acc.
o *Reum.* principalẽ.
p *Confundetur.* nisi in casu: vt.ſ. de fideiuſſ.l. hæres à de.§. ꝓ si hic. & in alio casu: vt in cõtrario.j.e. Stichum.§. aliquando.
q *Obligatio.* accessoria.
r *Proculus.* male.& sic aduersatiue, non correctiue.
ſ *Dissentiat.* aduersando. Accursius.

Flo.non cõfunditur

Si is cui.] CASVS. Debebãt tibi cẽtum aureos: solui tibi de pecunia aliena. tu iterum petis à me debitum. an recte facias? Respon. quòd nõ: quia si vis à me iterũ petere centũ aureos,tu debes reddere nũmos alienos quos tibi solui:aliàs possum te repellere doli mali exceptio. Sed pone ꝓ ego credidi omnes nũmos:& illos soluã.certe dicitur hic,ꝓ operor duos effectus: obligationẽ.ſ.& solutionem, siue isti nummi sint cõmunes pro singulis corporibus:siue inspecta tota quantitate nũmorum. Itẽ si fideiussor Titij erga Seium soluat Seio nũmos alienos:poterit agere mandati actione contra Titiũ,si Seius istos nummos consumpserit.Item si ipse fideiussor soluat nũmos quos ipse subripuit,liberatur:si prius satisfecerit actioni furti, vel cõdictioni furtiuæ.[FAVIVS IANVARIVS.] Casus pulcher. Titius debebat Sempronio.c.aureos: qui ex causa fideicõmisi peti possunt,vel ex alia causa,non curo. Itẽ debebat eidem Sẽpronio alios.c.aureos ex aliqua causa ex qua peti non poterant,tamen si soluti fuissent,nõ poterant repeti,puta pro vsuris promisis nudo pacto. Stichus seruus Titij absente domino suo soluit Sempronio.c aureos, & Sempronius fecit cautionem siue quittantiã huic seruo,qualiter istos.c. aureos receperat pro vniuerso debito Titij.Nunc quæritur in quam causam videtur solutum quod datum est ab isto seruo? Respondetur quòd si creditor fecit cautionem Titio debitori, se hanc summam in vniuersum debitum recepisse: deducetur tantum in eam summam quæ peti potest: nõ in eam quæ peti non potest. si vero cum seruus solueret, diceret se soluere etiam in eam causam ex qua peti non potest, nummos creditoris non faceret: quia dominus non videtur seruo mandasse vt in talem causam solueret ex qua peti nõ potest: sicut nec dominus mandasse videtur seruo quòd soluat eos nummos ex causa fideiusionis, quos non suscepit ad vtilitatem sui peculij.Fran.

t *Sis.* creditor.Acc.
u *Nummis integris.* id est nõ commixtis. nam tunc aliud esset; vt supra eod.si alieni. & facit.ſ.de pigno.act.l. eleganter. §. qui reprobos.&.ſ.si cer.pet.l.nõ omnis. &.ſ.eod.si cum aurum.
x *Pergat.* id est tẽtet.
y *Petere.* adhuc.
z *Nec offerat.* debitori.
a *Credat.* id est mutuẽ.
b *Pro parte.* ſic.ſ.si cer. pet.l.si socius.
c *Nascetur.* ſ.quando mutuaui.
d *Liberatio.* quando solui.
e *Intelligat.* quod est verum de rigore iuris. Azo.
f *Cogitet.* quod est verius. Azo. vt.ſ. si cer. peta.l. nam & si fur. in fin. & facit.ſ.eo.l. cum Stichus & Pamphilus. & ad Trebel.deducta. §. nummis.
g *Sed quãtitatem.* ſ.vt quãtitatis dimidiũ meũ sit,scilicet decem.
h *Agere potest.* cõtra debitorẽ: quia præsumptione fuit liberatus.
i *Soluat.* fideiussor.
k *Mãdati aget.* nõ expectata cõsumptione.
l *Furti nomine.* scilicet præstiterit rem & pœnam: vel ex causa condictionis rẽ tantũ. vel pone illud vel, pro &.Accursius.
m *Cum Titius.* debitor.

Solutum simpliciter, videtur solutum in causam efficacem. & mandatum de solnendo, ad causam efficacem videtur directum. Bartolus.

FAuius Ianuarius † Papiniano salutem. Cum Titius [m] Gaio Seio [n] deberet ex causa fideicommissi certam quãtitatem, [o] & tantundẽ [p] eidem ex alia causa, quæ peti [q] quidem non poterat, ex solutione autem petitionem [r] non præstat: Titij [ſ] seruus actor [t] absente domino soluit eam summam [u] quæ sufficeret * ad quantitatem vnius debiti: cautúmque [x] est ei solutũ [y] ex vniuerso credito. quæro, id quod solutum est,in quam causam acceptum [esse] videatur. Respondi,Si quidem Titio Seius ita cauisset, vt sibi solutum ex vniuerso credito significaret: crediti appellatio solius [z] * fideicõmisi pecuniam demonstrare videtur: [a] non eam [pecuniam] quæ petitionem quidem non habet, solutione autem facta repeti pecunia non potest. [b] Cũ verò seruus Titij actor absente domino pecuniã

n *Gaio Seio.* creditori. Accursius.
o *Quantitatem.* puta centum.
p *Tantundem.* id est alia centum.
q *Quæ peti.* veluti vsura ex nudo pacto.
r *Petitionem.* id est repetitionem. Accursius.
ſ *Titii.* debitoris.
t *Actor.* etiam habens liberam.
u *Summam.* scilicet centum. Accursius.
x *Cautúmque.* à Gaio Seio. Accursius.
y *Solutum.* dicens,confiteor me accepisse quod debes: nõ quòd de toto te liberare vellem, sentiens me forte accipere pro rata de vtroque.sed tamen & verba & mens soluentis est contra,quę prævalent.
z *Appellatio solius.* creditum enim duntaxat dicitur quod exigi potest: sicut & creditor dicitur is tantum qui habet actionem siue exceptionem: vt.j.de verbo.signifi.l. creditores. &.ſ. de acti. & obli.l.is cui.R.
a *Videtur.* aliud in pretio redacto ex venditione pignoris: vt.ſ. eodem.l.in his.§.imperator.
b *Non potest.* quia vna solu.nõ parit liberationẽ & repetitionẽ.

Soluerit.

BIU Cujas

a *Soluerit.* dicens ex credito vniuerso. Accursius.
b *Non debuerunt.* vt & supra de pact. l. contra iuris. §. fina. & de peculio. l. libera. & argu. supra de pigno. l. obligatione. & supra de condict. indebi. l. si procurator. in princip. nec ob. supra eodem. l. quodlibet. vt ibi dixi.
c *Suscepit.* nec in rem dominicam quãdo teneret fideiusio serui, non aliàs: vt supra de pecu. l. licet. §. penult. & de fideiuss. l. seruus inscio.

Stichum.] CASVS. Tu promisisti mihi Stichum aut Pamphilum, quem dare vellem: & sic mea est electio. mortuus est Stichus: an solus Pamphilus peti possit? Respõ. quòd sic. Sed pone q̃ petij à te Stichum. tu fuisti in mora ipsum soluendi. certe si Stichus moriatur, sol⁹ Stichus poterit peti ac si solus fuisset in obligatione. & hoc intellige quãdo electio fuit creditoris, non debitoris. si autẽ electio fuit promissoris: puta quia simpliciter promisit Stichum aut Pamphilum, non addendo quẽ creditor vellet: tunc si vnus mortuus fuerit qui promissus est, alter poterit peti solus. cætera quæ sunt in hoc princip. glo. optime declarat: quam vide. [ADITIO HAEREDITATIS.] Tu debebas mihi centum aureos: instituisti me hæredem: ego adeo hæreditatem tuam. certe obligatio confunditur. vel econtra tu succedis mihi. certe extinguitur obligatio. vsque ibi, si fortè. pone sic: Quicunque credit pupillo pecuniam: si pupillus non sit factus locupletior, creditor nullam actionem potest intendere contra pupillum. Sed ponamus quòd Titius mutuauit centum alicui pupillo: postea succedit ipsi pupillo. hæreditas forte euincitur ab isto creditore. vtrum ipse possit retinere ex hæreditate pupilli id quod sibi debetur, non inspecto an pupillus sit locupletior factus ista pecunia vel non? Respõ. quòd potest retinere quicquid sibi debebat pupillus indistincte. [ALIQVANDO EVENIT.] Sunt aliquæ obligationes in aliquibus personis, quæ tamen sunt inanes, & sine effectu: sicut est obligatio contra hæredem qui iussus est restituere hæreditatem: & restituit fideicommissario. vel quando mulier fideiubet pro aliquo: obligatio fideiussoria est inutilis, prohibente senatusconsulto Vell. mulieres intercedere pro aliquo. Istis præsuppositis pone sic casum: Titius instituit Mæuium hæredem: & iussit hæreditatem restituere Seio: & restituit. hæres iste Mæuius nõ potest cõueniri à creditoribus hæreditariis: licet sit hęres. si tamẽ Mæuius extiterit hæres Seio fideicommissario, conuenietur à creditoribus pro debitis Titij. Item si mulier succedit debitori pro quo fideiusserat: actio quæ prius erat inutilis, fit efficax: vt possit conueniri à creditore apud quem fideiusserat. [QVOD VVLGO.] Dictum est. ff. de fideiuss. quòd quotiens fideiussor succedit reo principali, liberatur ab obligatione fideiussoria. Iste. §. illud dictum limitat: & dicit illud esse verum quotiens reus principalis est obligatus plena obligatione. nam si reus est plene obligatus, & fideiussor suus ei succedit, ipse fideiussor liberatur. vsque ibi, Et econtrario. superior casus erat indubitabilis: iste vero est dubitabilis. tamen dicit iurisconsultus quòd licet reus principalis habeat aliquam exceptionem, & fideiussor ei succedit, ipse fideiuss. liberatur. & ponitur tale exemplum: Seius mutuauit pecuniam minori. xxv. an. quam ipse minor perdidit: & sic potuit restitui in integrum. tamen minor intra tempora restitutionis decessit re-

ff. Nouum.

solueret: a ne dominium quidem nummorum in eam speciem obligationis quæ habuit auxilium exceptionis, translatum foret, si ex ea causa solutio facta proponeretur: quia non est vero simile dominum ad eam speciem soluendis pecuniis seruum præposuisse, quæ solui nõ debuerunt: b non magis quàm vt nummos peculiares ex causa fideiusionis, quam B seruus non ex vtilitate peculij suscepit, c solueret.

In obligatione alternatiua sine culpa debitoris alterare perempta, in superstite obligatio tantum durat. idem si vilior perit eius facto: & per interitum alterius postea contingentem liberatur debitor à directa: sed ad æstimationem prioris vtili cõuenitur. Bartolus.

XCV. IDEM libro vicesimo octauo Quæstionum.

Stichum d *aut Pamphilũ, vtrum ego* e *velim, dare spondes?* altero mortuo, f qui viuit solus petetur: g nisi si mora facta sit in eo mortuo quẽ petitor elegit. tunc enim perinde solus ille qui decessit debetur, * ac si sol⁹ in obligationem deductus fuisset. C

In textu ibi, quòd si promissoris. ibi, qui supereſt, æque peti poterit, subaudi dũtaxat

licto hærede fideiussore suo. certe difficile est dicere q̃ ius prætorium quod minoribus subuenit, possit facere q̃ fideiussor teneatur, cũ sua obligatio accesserit principali obligationi. & sic cõcludit q̃ fideiussor ex persona minoris cui successit, habet restitutionẽ in integrum intra tẽpora præstituta restitutioni in integrum. [NATVRALIS OBLICATIO.] Vendidisti mihi aliquã rem: sed non tradidisti: sic sumus inuicẽ obligati iure gentiũ ex cõsensu mutuo. facimus pactũ nudum q̃ discedimus ab ista vẽditione. dicit hic iurisconsultus q̃ ista obligatio qua tu mihi, & ego tibi teneor, est ipso iure nulla. nã vinculũ æquitatis quo solo sustinebatur, tollitur conuentionis æquitate: & ideo etiam fideiussor quẽ pupillus dedit, liberatur his de causis. h. d. hæc. l. cũ. §. seq. vsque ad. §. quæsitũ est. Fran. Accur.

d *Stichum.* Quatuor ponit casus. primus & secũdus plani sunt. Tertius incipit ibi, enimuero &c. vbi electio erat debitoris qui promiserat Stichũ qui valebat. xx. aut Pãphilum qui valet decẽ, & occidit Pamphilũ. nam remanet Stichus in obligatione: nec liberatur debitor offerẽdo pretium Pãphili mortui, & hoc in sui odium. Quartus casus incipit ibi, tametsi alter. vbi dicit q̃ si postea decedat Stichus, videtur debitor liberatus tunc: quia Stichus decessit sine mora, & eius interitu est liberatus: nec ad pretium Pamphili tenetur, vt dictum est: & hoc de rigore: sed de æquitate tenetur vtili ex stipulatu ad pretium Pamphili, argumento debitoris decedentis sine hærede. nã licet liberetur fideiussor à directa per hoc quòd principalis est extincta: tenetur tamen vtili fideiussor. Accursius.

Flo. cõstitutũ est: tamen si &. nec est hoc loco thema-tion.

e *Vtrum ego.* stipulator.
f *Mortuo.* ante petitionem meam stipulatoris.
g *Petetur.* id est solus remanet in obligatione & solutione.
h *Aeque peti.* ac si solus in obligationem deductus fuerit: vt & superiori casu. Vel æque, id est sicut dictum est in superiori casu quãdo stipulatoris erat electio. Item hoc nisi iam promissor aliũ elegerit: vt. §. de leg. j. l. huiusmodi. §. Stichum. & facit. §. de eo quod cer. lo. l. ij. §. scęuola. ibi, & ideo. & de leg. ij. l. statuliberũ. §. fin. & de condict. indebi. l. cum is qui. in prin. & de verb. oblig. l. si quis stipulatus. & de contrahen. emp. l. in venditionibus & emptionibus. §. pen. & ad leg. Aquil. l. Stichum. in prin. D

i *Quamuis.* id est quia. Accursius.
k *Interim.* male videtur aduersari ad id quod dicit, defuncti nõ posse offerri æstimationem: immo videtur esse ratio ad illud. & ideo dic quamuis, id est quia. & quod dicit. j. tametsi, id est quãuis alter &c. Item nec respicit hoc quãuis, illud tamen quod est. j. ea ratione, quia magis esset ratio vt quia solus viuens possit peti, vt liberetur promissor eius interitu. expone ergo infra tametsi, id est quamuis alter &c. & suspensiue lege vsque illuc, constiterit &c. & tunc accipe, nullo &c. & postea, quamuis.
l *Neque defuncti.* quem se elegisse ad soluendum dicit.
m *Quoniam id.* vt non possit offerre æstimationem vilioris.
n *Constitutum est.* si ergo stipulator vult id pretium, potest accipere. Sed contra. §. de lega. j. l. cum res. §. quòd si Stichus. versi. qua ratione. Solu. ibi. decessit sine culpa hæredis, hic cum culpa promissoris: quia eum interfecit. vel aliter ibi dicit fortasis, non præcise asserit: quare sic erit dicendum vt hic dicit.
o *Tametsi.* hoc totum pone pro quamuis.

postquam debitor non fuit in mora: quia ille solus remansit in obligatione: vt in prin. l. quando creditoris erat electio. hoc dicit, secundum Paul. de Castro.

¶ Quòd si promissoris fuit electio: defuncto altero, qui superest, æquè peti h poterit. Enĩuero si facto debitoris alter sit mortuus, cũ debitoris esset electio: quamuis i interim k nõ alius peti possit, quàm qui solui etiam potest: neque defuncti l offerri æstimatio potest, si fortè longè fuit vtilior: quoniam m id pro petitore in pœnam promissoris constitutum est. n

No. istum casum, quòd si debitor qui habet electionem, interficiat vnum, & sic liberetur ab illo: quia vt dixi, non est perpetuata obligatio: quia ille non erat præcise in obligatione: deinde moriatur alter sine mora & culpa sua: & sic etiam liberetur ab illo, & remaneat ab vtroque liberatus: de rigore tamen, quia non est æquum quòd creditor damnificatus remaneat facto illius: quia si non interfecisset primum, forte hodie viueret. & posset peti: licet extincta fuerit obligatio in eo quousque alter viuebat: quia succurrebatur creditori in illo superstite: nunc vero quia destitutus est omni remedio, de rigore restituitur actio vtilis ad primum interfectum: ne maleficium debitoris remaneat impunitum. Paulus.

¶ Tametsi o * alter seruus postea sine culpa debitoris moriatur,

BIU Cujas

nullo modo [a] ex stipulatu agi poterit: cum illo in tempore quo moriebatur, non commiserit stipulationem. Sanè † quoniam impunita non debent esse admissa, [b] doli actio [c] nō immeritò [d] desiderabitur: aliter [e] quàm in persona fideiussoris, qui promissum hominē interfecit: [f] quia tenetur ex stipulatu [g] actione fideiussor: quemadmodū teneretur si debitor [h] sine hærede decessisset.

Successio interdum extinguit obligationem iure confusionis tantū: vt cum creditor succedit debitori efficaciter obligato. interdum iure solutionis: vt cum succedit naturaliter tantum obligato, & habet ponere rationē cum creditoribus legatariis, aut fideicommissario vniuersali. interdū obligationē directam inefficacem reddit efficacem: cum ille qui tenetur directa inefficaciter, succedit ei qui tenetur vtili & efficaciter: de quo duo ponuntur exempla. Paulus.

¶ Aditio hæreditatis nonnunquam iure confundit obligationem: veluti si creditor debitoris, vel contra [si] debitor creditoris adierit hæreditatē. [i] Aliquando pro solutione cedit, [k] si fortè creditor qui pupillo sine tutoris auctoritate nummos crediderat, hæres ei extiterit. non enim quanto locupletior pupillus factus est, cōsequitur: sed in solidum creditum suum ex hæreditate retinet. [l] Aliquando euenit, vt inanis [m] obligatio aditione hæreditatis confirmetur. [n] nam si hæres [o] qui restituerit ex Trebelliano hæreditatem, fideicommissario hæres [p] extiterit: [q] vel mulier quæ pro Titio intercesserat, [r] eidem hæres extiterit: incipit obligatio ciuilis propter hæreditatem eius qui iure tenebatur, auxilium exceptionis amittere. etenim interdictum [f] * est subuenire sexui mulieris [t], quæ suo nomine periclitetur. [u]

Si fideiussor succedat debitori efficaciter obligato: extinguitur obligatio fideiussoria. idem si erat inefficaciter obligatus: tamen ista inefficacia non transibat ad hæredem eius qui habebat exceptionem merè personalem. idem si tempore successionis erat efficaciter obligatus: sed sperabatur effici obligatio inefficax beneficio restitutionis in integrum: licet tale beneficium ad hæredem transeat. Paulus.

¶ Quod vulgò iactatur, fideiussorem qui debitori hæres extiterit, ex causa fideiusionis liberari: [x] totiens verū est, [y] quotiens rei plenior [z] promittendi obligatio inuenitur. nam si reus dumtaxat [a] fuit obligatus, fideiussor liberabitur. [b] [Et]e contrario [c] non potest dici non tolli fideiussoris obligationem, si debitor propriam & personalem habuit defensionem. [d] nam si minori vigintiquinque annis bona * fide [e] pecuniam credidit: ísque nummos acceptos perdidit: & intra tempora in integrum restitutionis decessit hærede fideiussore: [f] difficile [g] est dicere causam iuris honorarij, [h] quæ potuit auxilio minori esse, retinere [i] fideiussoris obligationem, quæ [k] principalis [l] fuit, & cui [m] fideiussoris [n] [obligatio] accesit sine

a *Nullo modo.* de stricto iure sub. sed de æquitate sic: vt. j. dicit. & sic tenebitur vtili actione ex stipula. nec dicas, immo videtur ipso iure liberatus interitu speciei ab actio. ex stipulatu: quia interiit facto suo quando non liberatur: vt. ſ. de verb. obli. si ex legati. & l. si seruum. & l. mora. in fin. & l. cum filius. circa prin. & de vsur. l. mora. §. fin.

b *Admissa.* admissum fuit in eo quòd primus decessit culpa eius. & facit. ſ. ad le. Aquil. ita vulneratus. & de fideiuſ. si à reo. §. fin.

† *Concor. tex. in. l. locatio. §. qđ illicite. ſ. de Publ. vnde dicit Bal. in l. ita vulneratus. ſ. ad leg. Aquil. quòd fauor publicæ disciplinæ dictat & suadet vt maleficia puniatur. alle. ipse text. in d. l. locatio.*

c *Doli actio.* i. ex stipulatu vtili ob dolū: vt. ſ. de vsur. l. mora. in fi.

d *Nō immeritò.* id est immeritū esset si aliàs desideraretur: & sic aduerbium non, adiungitur verbo desiderabitur. Accursius.

e *Aliter.* quidam habēt, aliter: & alij habēt, aliàs. & dic, id est eadē æquitate. & tunc alia dabitur hic ex stipulatu actio propter dolū, sicut datur contra fideiussorem. nec enim debet esse punctum inter verbum illud desiderabitur, & sequēs aduerbium aliter, licet quidā dicant ibi esse punctādum: & dicūt hunc teneri actione de dolo: sed fideiussorē vtili actione ex stipulatu: sed certe fideiussor actione de dolo tantum tenetur quādoque, scilicet quando ante morā suam occidit: vt. ſ. de dolo. si fideiussor. nō ergo hæc esset bona differentia.

f *Interfecit.* post moram suam. tamē agitur aliàs actione de dolo: vt dicta. l. si fideiussor. quæ est contra. vbi de hoc plene dixi.

g *Ex stipulatu.* vtili: vt. d. l. de vsur. l. mora. §. fin.

h *Si debitor.* nā & hoc casu tenetur vtili, principali extincta: sicut dictum est, si bene vis prosequi similitudinem. Accursius.

i *Hæreditatem.* vt. C. de pac. l. debitori. & ibi dixi.

k *Cedit.* aditio hæreditatis.

l *Retinet.* contra legatarios præter Falcid. vel contra generale fideicommiſ. præter quartam Trebellianicam. & facit supra quando dies lega. cedit. l. cum illud. §. hæres meus. & de separatio. l. j. §. fina. & de peti. hæredi. l. si quid possessor. & supra de euictio. l. si ei. §. si is. & ad legem Falcid. l. quærebatur. & infra proxi. §. quod vulgo. Accursius.

m *Inanis.* contra hæredem debitoris qui rogatus fuerat hæreditatem restituere pone Seio. Accursius.

n *Confirmetur.* postea.

o *Nam si hæres.* extiterit Seio fideicommissario.

p *Hæres.* rogatus restituere fideicommissum.

q *Extiterit.* qui licet prius hæres erat, ex quo semel fuit: non tamen tenebatur nisi retinuit quartam: & tunc pro rata: sed amodo in solidum & cum effectu tenebitur. ad quod fa. ſ. ad Trebel. l. j. §. j. Accursius.

r *Intercesserat.* animo nouandi: & vide modum intercedendi. sunt enim plures modi intercedendi: quia per mandatum, per fideiusionem, per constitutionē, item & per nouationem. & quid sit proprium cuiusque eorum, dic vt. ſ. manda. l. si vero non re-

A munerandi. §. si post. Porro expromissor dicitur, qui nomine alterius se obligat illo non obligato: vt. ſ. de dolo. l. & eleganter. §. seruus pactionis. & in quarto modo hic casus ponitur. nā in aliis ipso iure per successionem extinguitur accessoria obligatio: vt supra de fideiusso. l. generaliter. & l. hæres. §. quid si. & supra eo. l. si duo rei. j. respon.

ſ *Interdictum.* aliàs inconditum. Accur.

t *Mulieris.* in vtroq; casu. & sic facit. ſ. de condit. & demonſt. l. in facto. §. fiscus. & de pcura. l. si quis cum procuratorio. Sed cōtra. j. de reg. iur. l. quod in initio. & ſ. de actio. & oblig. omnes. Solu. ibi de reprobatis: hic de non approbatis. Acc.

u *Periclitetur.* vt & ſ. ad Velleia. l. quāuis. §. si mulieri. Accur.

u *Periclitetur.* quia hic conuenitur vt hæres: & hæres & defunctus vna persona censetur: & ita ex persona defuncti, non sua, quæritur. Acc.

x *Liberari.* vt & supra de fideiuſ. l. generaliter Iulianus. nisi vt supra proxi. §.

y *Verum est.* indubitanter. Accur.

z *Plenior.* id est plena & efficax, ciuilis & naturalis. aliud si tantū naturalis: vt. ſ. de fideiuſ. l. hæres. §. cum fideiussor. & facit. ſ. de pactis. l. nisi hoc.

a *Dumtaxat.* i. omnino. vel reus dumtaxat, id est reus qui non est fideiussor. nam fideiussor quoque reus est. Io. *fida.* maxime si aliū fideiussorē dat. Vel dic, id est simpliciter vel absolute obligat, vt eius obligationi nō cohæreat exceptio vel auxilium. Azo. sed hæc est eadē cum prima. Accur.

b *Liberatur.* a sua obligatione. Accur.

c *Econtrario.* supra enim posuit casum indubitabilem quare reus nulla tuebatur exceptione, cui fideiussor succesit: hic econtra quando tuebatur exceptione, & nihilo minus dicit extingui obligationem fideiuſ. per in integ. restit. sic & fit infra eo. qui res. §. mihi. sed quidam, vt. R. dicunt hic non extingui: quia deest eis dictio, non: & habent talem literam. econtra non potest dici tolli &c. & verbum inferius retinere, ponitur pro impedire. vel secundum eam literam dic non tolli ipso iure, sed per in integrum restitutionem.

d *Defensionem.* quæ nō cōpetebat fideiussori, vel hæredi: vtpote personalis, non realis. & quod subiicit, nam &c. simile adducit.

e *Bona fide.* & sic non fuit deceptus dolo aduersarij.

f *Fideiussore.* scilicet relicto.

g *Difficile.* id est impossibile. sic econtra. ſ. de his qui deie. l. ij. sed secundum. R. id est graue. Accursius.

h *Honorarij.* i. in integrū restitu. quæ à prætore est introducta.

i *Retinere.* id est facere eam durare. Io. sed. R. scilicet facere eam impedire.

k *Quæ.* scilicet causa in integ. restit. iuris honorarij.

l *Principalis.* scilicet obligationis.

m *Et cui.* principali.

n *Fideiussoris.* aliàs fideiusionis. & subaudias, obligatio, si non habeas. aliàs fideiussor. & tunc nil subaudias. Accursius.

a Ista glo. est melior de iure, ad hoc quomodo eo

BIU Cujas

contemplatione [a] iuris prætorij. Auxilium igitur restitutionis fideiussori, qui adulescenti hæres extitit, intra constitutum tempus [b] saluum erit. [c]

Naturalis obligatio pacto & iureiurando tollitur ipso iure: quod prodest fideiussori. Bartolus.

¶ Naturalis [d] obligatio vt [e] pecuniæ numeratione, [f] ita iusto† pacto [g] vel iureiurádo ipso iure tollitur: quòd vinculum æquitatis [h] (quo solo sustinebatur) conuentionis æquitate dissoluitur: ideóq; fideiussor quē pupillus dedit, ex istis causis liberari dicitur. [i]

Tunc pater potest adiici à filio ad solutionem, cum patri actio non quæritur: sed filius indistincte à patre adiicitur. Barto.

¶ Quæsitum est, an ita stipulari quis possit, *mihi aut filio meo decem dari?* vel ita, *mihi aut patri?* Sed nō incommodè potest adhiberi distinctio: vt filio quidem stipulante, patris tunc adiiciatur [k] personá, cūm stipulatio [l] ei adquiri non possit. econtrario autē nihil prohibeat patre stipulante filij personam adiici: cum totiens quod pater filio stipulatur, sibi stipulatus intelligatur, cum ipse [m] sibi [n] stipulatus non est: [o] & in proposito manifestum est non obligationis, sed solutionis gratia filij personam adiectam.

Primo loquitur an possit solui adiecto capite minuto. Secundo, an possit solui, vel causa conditionis implendæ dari ei qui repræsentat personā adiecti ratione administrationis. Tertio, an possit hoc fieri in persona eius qui repræsentat personam adiecti ratione dominii. secunda ibi, nam & si furiosi. tertia ibi, cæterum qui seruo. Bart.

¶ Vsumfructum mihi aut Titio dari stipulatus sum. Titio capite deminuto, facultas soluendi Titio non intercidit: [p] quia & sic stipulari possumus: *mihi, aut Titio, cum capite minutus erit, dari?* Nam si [q] furiosi vel pupilli pupillus debet cedere actiones suas tutori cōtra debitorem suū. Et ista comparatio facta de debitore pupilli & tutore, est multū similis & apta huic nostro casui: quod sic probatur: Nam si tutor pupilli alicuius tenetur pupillo, quia neglexit conuenire debitorem ipsius pupilli, & pupillus propter hoc conuenit tutorem: debitor pupilli non liberatur propter iudicium acceptum cum tutore, etiam si tutor cōdemnatus soluat pupillo. Item plus, quia tutor habet actionem tutelæ contrariam contra pupillum, vt sibi cedat actiones contra debitorem suum. [*SI CREDITOR.*] Mandaui tibi vt Titio. x. mutuares: quòd fecisti. conuenisti Titium in iudicio: & quia male processisti, perdidisti causam tua culpa. quæritur, vtrum me conuenire possis qui mandaui tibi? Respon. quòd non: quia tua culpa factū est quòd non potes mihi actiones cedere contra debitorem tuum: quare &c. [*SI INTER.*] Vendidi tibi equum pro centum, nō tradidi, nec tu mihi pretium soluisti. dedisti tamen fideiussorem. nos conuenimus quòd ab emptione ista discedatur. quæritur an fideiussor liberetur? Respondetur quòd sic. Fran.

a *Sine contemplatione.* quia deceptus forte fuit minor facilitate: & ideo non restituitur fideiussor: vt. ff. de except. l. exceptiones. §. fin. & C. de fideiusso. mi. l. j. & ij. nisi esset hæres, vt hic subiicit in fin. §. glos. ista prosequitur dictum domini Ro. tantum.

b *Intra constitutum tempus.* scilicet quadriennij: hodie à die quo successit: vt: C. de tempo. in integ. restit. l. ea quæ. §. fin.

c *Saluum erit.* vt hæredi, nō vt fideiussori, id est conuento: secūdum R. cum sui facilitate fuerit minor læsus. sed tu dic etiam si vt fideiussor conueniatur, vt hic: & sic erit speciale vt restituatur fideiussor minoris læsi sui facilitate: quia licet pro sua obligatione cōuētus petat restitui, tamen ex persona minoris hoc petit, cuius hæres est, vel dic q̄ dolus creditoris interuenit. nec obstat quod supra dicit bona fide: quia fuit in accipiente. mediam probo. Accur.

d *Naturalis.* id est de iure gentium.

e *Vt.* id est sicut.

f *Numeratione.* id est solutione.

g *Iusto pacto.* nam similia sunt: vt argu. ff. de pactis. l. si vnus. §. sed si stipula. decē. Azo. apparet ergo quòd obligatio naturalis per pactum introducta, ipso iure per aliud pactum tollitur. sed contra. ff. de pac. l. si vnus. §. pactus ne peteret. Sol. aliud est tollere obligatorium pactum: quod fieri potest vt hic. aliud liberatorium: quod fieri non potest ipso iure, vt ibi: quia promptiores &c. vt. ff. de actio. & obliga. l. Arrianus. vel dic vt ibi. Item facit. ff. de iureiur. l. fin. & C. de pact. l. creditori. & ff. ad leg. Falci. l. si pupillus. Accursius.

h *Aequitatis.* vnde etiam soluta pecunia repetitur: vt. ff. de cōdic. indebi. l. qui exceptionem. §. fi.

i *Liberari dicitur.* si supradictis modis tollitur obligatio pupilli, vel si talia faciat fideiussor. & fa. j. ea. l. §. fin.

Quæsitum est.] CASVS. Persona domini & serui in contractibus censetur esse eadem, sicut persona patris & filij. Quæritur ergo (his præsuppositis) vtrū cum pater stipulatur, possit persona filij adiici: vel cum filius stipulatur, possit patris persona adiici in stipulatione? Iteé cum dominus stipulatur, an possit persona serui adiici: vel econtra? Et distinguit iurisconsultus. nam si filius stipulatur sibiipsi tali stipulatione qua patri nihil adquiritur, sicut quando stipulatur de peculio suo castrensi: tūc persona patris potest adiici in stipulatione. Econtra autem si pater stipulatur, potest persona filij adiici in stipulatione: & persona filij adiicitur in obligatione magis causa solutionis, q̄ obligationis causa. [*VSVMFRVCTVM.*] Casus talis est: Ego stipulatus sum à te mihi dari vsumfructū, aut Titio. Titius capite minuitur. quæritur, vtrū ei recte soluatur vsusfructus? Respon. quòd sic: quia etiam sic stipulari possumus: dabis mihi aut Titio, cū fuerit capite minutus? vsque ibi, [*NAM ET SI.*] vbi ponitur aliud exemplū, quòd si quis stipuletur sibi, & adiiciat pupillū in stipulatione, non tantum pupillo recte solui potest: sed etiam tutori ipsius pupilli, vel curatori furiosi: quod quidem est receptū vtilitatis causa, & hoc verum est si pecunia quæ soluta est tutori, sit versa in vtilitatem pupilli vel furiosi: sicut si quis iusserit aliquem dare domino pecuniā: & ille det seruo, vt iste seruus det domino. Sed si quis iussus est dare seruo, & dederit domino: non videtur impleſſe conditionem, nisi ex voluntate serui domino dederit. Item idem est dicendum si quis stipulatus sit à patrono dari sibi, aut seruo alieno: puta seruo Mæuij: si debitor det pecuniam Mæuio domino, non liberabitur nisi volūtate serui domino dederit. [*SI CREDITOR.*] Titius creditor Mæuij possedit hæreditatem ipsius Mæuij sui debitoris, & tantum recuperauit de hac hæreditate, vt consecutus fuerit debitum suum: ita quòd si aliquis bonorum possessor tantum ei soluisset, liberasset hæredem à debito. Nunc quæritur vtrum fideiussores ipsius Mæuij liberentur? Respon. quòd non. nam iste Titius nō videtur sibimet soluisse ex ea hæreditate quæ ab ipso euincitur. [*DOLO FECISTI.*] Tu possidebas ex hæreditate Sempronij quendam fundum. videns quòd dominus fundi volebat te conuenire rei vindicatione desisti possidere dictum fundum. Si ille qui possidebat fundum, præstiterit litis æstimationē, vel ipsum fundum restituerit: illud tibi proderit, quia liberaberis ab vtili rei vindicatione. Sed si tu qui dolo desisti possidere, fueris antè cōuentus quàm possessor, & præstiteris aliquid ex præterito dolo tuo: illud non proderit aliquid possessori istius fundi. [*SI MANDAVI.*] Mādaui tibi vt Titio pecuniā crederes. tu mutuasti ei decē. ego soluo tibi hæc. x. vtrū debitor liberetur? Respō. quòd nō: immo tu debes mihi cedere actionem quam habes aduersus Titiū, vt consequar quod pro eo solui. Nam iste cōtractus est similis huic contractui quando tutor soluit pupillo pro aliquo debitore suo. nam debitor nō liberatur, sed

k *Adiiciatur.* id est adiici intelligatur, & adiici possit, vt sit adiectus.

l *Cum stipulatio.* veluti si filiussa. miles de castren. peculio stipulatur. Aut cum patri potest quæri, nulla videtur stipulatio, secundum R. vt. ff. de stipu. ser. l. item si. ij. in fin. & l. sed & si. & ff. eo. l. qui res. §. si seruus. hic tamen contradici potest, scilicet vt valeat, & patri tantum quæratur ad obligationem, secundum Azo.

m *Ipse.* pater.

n *Sibi.* patri.

o *Non est.* sed dixit: promittis filio meo dari? quo casu non recte soluitur filio: vt. ff. de verbo. oblig. l. eum. ij. §. qui ita. at hic in persona sui posuit: vnde valet, & est adiectus: vt. ff. de verb. obli. l. eū qui. ij. §. qui sibi. sed distinguitur, si potest adquiri patri quādo stipulatur filio, tenet: aliàs non: vt. ff. de verbo. oblig. l. dominus seruo. & l. quod dicitur. & insti. de inuti. stipu. §. ei vero quī.

p *Non intercidit.* supra eo. l. cum quis. in prin. contra. Solu. hic actum fuit nominatim vt capite minuto soluatur. vel speciale in vsufru. vel hic capite minutus in meliorem statum est deductus: quia emancipatur: vt. ff. de verb. oblig. l. eum qui ita. §. qui sibi. & argu. instit. de capi. demi. §. minima. sic ergo adiectio solutionis non tollitur capi. dem. licet vsusfruct. tollatur. H.

q *Nam & si.* bene dixi solui posse capite minuto: nam & alij facta solutio quàm adiecto, parit liberationem: vt si fiat tutori cum pupillus fuit adiectus.

Solues alteri quàm debitori, aut adiecto, an & quando liberatur à debito.

a *Tutori.* pupilli.
b *Curatori.* furiosi. Accursius.
c *Rectè.* sed & ipsi pupillo vel furioso recte solui potest etiam sine tutoris vel curatoris auctoritate: vt.ſ.eod.l.ſi ſtipulatus. ſibíque debet imputare, qui ſuũ debitũ tali iuſsit ſolui: vt.ſ.de mino. l.cum mãdato. &.ſ. de inſti.act.l.ſed & ſi quis. §.fin.&.l.ſeq.

* *Fl.ſi cõditionis quoq; implendæ*

d *Implendæ.* puta ſeruo reliquit libertatẽ, ſi decem det pupillo, vel furioſo. Accurſius.
e *Recipi poteſt.* cũ datur cauſa implendæ cõditionis. aliud eſt cum debitum pupillo, ſoluitur tutori. tunc enim ſtatim eſt liberatus debitor: licet detur in integrum reſtitutio: vt.ſ. de admini. tuto. l. Lucius. ij. §. tutelæ. &. §. fi. Item ſecus in caſu ſuperiori de adiecto: vt modo diximus. Item huic eſt contra. ſ. eo. l. ſi ſeruus. j. Solu. illa ſecundum iſtam.

* *Flo.ſi ſtipulato Sẽpronio ſibi*

f *Domino daret.* contingit liberatio, ſi pecunia eſt conuerſa in domini vtilitatem.
g *Dedit.* quia à perſona non eſt recedendũ: vt.ſ.e.l.in omnib⁹.
h *Stipulatus ſit.* pone Mæuius.
i *Soluerit.* non aliter contingit liberatio, q̃ ſi ex volũtate ſerui dederit domino: vt.ſ.eo. l. ſi ſtipulatus ſum. in prin. & fa.ĩ.de condit. & demõ.l. qui hæredi. & de verb.oblig.l. ſtipulatio iſta.§.hi qui.
k *Non pertinẽtem.* ſed ad alium. Accurſius.
l *Poſſedit.* mala fide. Accurſius.
m *Peruenit.* de hæreditate debitoris.
n *Liberari.* Sed nonne ratione compenſationis (quæ poteſt obiici ab vtraque parte) ſunt ipſi liberati, & debitor? Reſpon. ſecundũ vetera iura non liberatur per compenſationẽ quis ipſo iure, niſi implorato officio iudicis: vt inſti. de act. §. in bonæ fidei. &. §. ſed & in ſtricti. & arg. ſ. de neg. geſt. l. debitor. vel quod dicit nõ liberetur, ſubaudi eoipſo quòd ipſe percepit tantum de hæreditate: ſed liberatur iure compenſationis cũ ea opponitur. & fa. ſ. de peti. hære. ſi quid poſſeſſor. §. quid tamen. & de inoffi. teſta. l. eum qui. §. fi.

Obligatus domino per ſeruũ ſtipulantẽ an liberetur ſoluẽdo eidem domino p̃ dicto ſeruo inſcio.

o *Neque enim ipſum.* ſupra eo. l. Titia. contra. ſolu. vt ibi.
p *Euincitur.* vnde non videtur ſolutum ſi non durat.
q *Dolo feciſti.* & ita teneris ad litis æſtimationẽ ex doli clauſula.
r *Adprehenderas.* puta fundum vnum.
ſ *Tibi.* qui dolo deſiiſti poſsidere.
t *Proderit.* ſcilicet vt libereris ab vtili rei vindi. non vt libereris ab illo edic. de alie. iu. mu. cau. fac. Accurſius.
u *Si tu.* qui dolo poſsidere deſiiſti.
x *Conuentus.* vtili rei vindi. nam ſi per edictum de alie. iudi. mu. cauſa fac. nullum eſſet dubium. & facit ſupra de peti. hæredita. l. etiam. §. item ſi quis. & quod ibi not. & ſupra de tabu. exhi. l. lo-

ſona adiecta ſit: ita tutori[a] vel curatori[b] pecunia rectè[c] dabitur, ſicuti* conditionis implendæ[d] cauſa rectè pecunia tutori vel curatori datur. quod quidem Labeo & Pegaſus putauerunt vtilitatis cauſa [eſſe] recipiendum. ídque ita recipi poteſt, [e] ſi pecunia in rem vel pupilli vel furioſi verſa eſt: quomodo ſi domino iuſſus dare, ſeruo dediſſet, vt domino daret. [f] Cæterum qui ſeruo dare iuſſus eſt, domino dando non aliter impleſſe conditionem intelligendus eſt, quàm ſi ex voluntate ſerui dedit. [g] Idem reſpondendum eſt in ſolutione, ſi* ſtipulatus ſit[h] à Sẽpronio ſibi aut Sticho Mæuij ſeruo decem dari, [&] debitor Mæuio domino pecuniam ſoluerit. [i]

Sola peruentione rerum ad creditorem, non liberatur debitor vel fideiuſſor. Bart.

℣ Si creditor debitoris hereditatem ad ſe nõ pertinentẽ[k] poſſedit, [l] & tantum ad eum peruenit, [m] quantum ſi quilibet alius bonorum poſſeſſor ei ſolueret, liberaret hæredem: non poteſt dici fideiuſſores liberari. [n] neque enim ipſum [o] ſibi ſoluiſſe pecuniam credẽdum eſt, à quo hæreditas euincitur. [p]

Perceptione rei omnes liberantur: ſed perceptione pretii non liberatur poſſeſſor rei. Bartolus.

℣ Dolo feciſti [q] quo minus poſſideres quod ex hæreditate ad alienum pertinente adprehenderas. [r] Si poſſeſſor corpus aut litis æſtimationem præſtitit, ea res tibi [ſ] proderit: [t] quia nihil petitoris intereſt. cæterũ ſi tu [u] antè conuentus [x] ex præterito dolo præſtiteris, [y] nihil ea res poſſeſſori proderit.

Quando obligationes ſunt diſpares: ſoluẽs ex interuallo, poteſt petere vt ſibi actiones cedantur. Bartolus.

℣ Si mandatu meo Titio pecuniam credidiſſes, eiuſmodi contractus ſimilis eſt tutori & debitori pupilli: & ideo mandatore conuento & damnato, quãquam pecunia ſoluta ſit, [z] non liberari debitorem ratio ſuadet: ſed & præſtare debet creditor actiones mãdatori aduerſus debitorem, vt ei ſatiſfiat. Et* ad hoc pertinet, tutoris & pupilli debitoris nos feciſſe comparationem. nam cum tutor pupillo tenetur ob id quòd debitorẽ[a] eius [b] non cõuenit: neque iudicio cum altero [c] accepto liberatur alter [d]: nec ſi damnatus tutor ſoluerit, ea res proderit debitori: [e] quin etiã dici ſolet, tutelæ contraria actione agendum [f] [eſſe,] vt ei [g] pupillus aduerſus debitorem actionibus cedat. [h]

Si creditor non poteſt cedere actionem mandatori vel fideiuſſori: exceptione cedẽdarum actionum repellitur. Bart.

℣ Si creditor [i] à debitore [petẽs,] culpa ſua cauſa ceciderit, [k] prope eſt [l] vt actione mãdati nihil à mãdatore conſequi debeat, cũ ipſius [m] vitio [n] acciderit ne mãdatori poſsit actionib⁹ cedere.

Contractus qui ſolo conſenſu cõtrahitur: ſolo cõtrario diſſenſu re integra diſſoluitur quo ad naturalem & ciuilem obligationẽ: & ideo etiam fideiuſſor ipſo iure liberatur.

℣ Si inter emptorem & venditorem conuenerit priuſquam aliquid ex alterutra parte ſolueretur, vt ab emptione diſcedatur: [o] fideiuſſor eo nomine acceptus, [p] ſoluto contractu liberabitur. [q]

Delegatio tutoris liberat debitorem pupilli, ita demum, ſi fuerit facta bona fide. Bartolus.

XCVI. IDEM libro vndecimo Reſponſorum.

A cum. §. condemnatio. & ſupra de rei vindi. l. is qui dolo.
y *Præſtiteris.* litis æſtimationem.
z *Soluta ſit.* à mandatore.
a *Debitorem.* cui pecuniam mutuauit.
b *Eius.* pupilli. Accurſius.

B

C

D

c *Cum altero.* puta tutore lit. conte. idem & econtra in hoc caſu.
d *Alter.* ſ. debitor.
e *Debitori.* pupilli. Ac.
f *Agendũ.* contra pupillum.
g *Ei.* tutori. Accur.
h *Cedat.* principio & fini. §. in eo quòd dicit fieri ceſsionẽ actionis ex interuallo poſt ſolutionẽ, cõcor. ſ. manda. l. Papinianus. & de leg. j. l. ſi res obligata. Sed cõtra. ſ. eo. l. Mo- *alias deſtinus. Solu. ibi lo- *hoc per* quitur cũ vna ſola eſt actio qua omnes tutores cõueniuntur: at hic plures: & ideo vna ſolutione, vna tantũ tollitur: qua tenebat qui ſoluit: & ſic alter nõ liberatur. vel aliter, iſte mandator vel tutor videtur ſoluiſſe ſuo nomine, non nomine illius: inde eſt q̃ ille nõ liberabitur: vt illa. l. Papinianus. ſ. manda. cũ ipſe ſua teneat actione, & ille alia: & ideo bene poteſt ei cedi poſt. ea actio, cum nõ ſit extincta: & tenetur eam cedere hoc ipſo quòd eã prẽſtare poteſt: vt.ſ. manda. l. hæredẽ. Quæ ſolutio in idẽ q̃d prima recidit. vel planius ſecundum Ro. hic ſuo nomine tantum ſoluit, vt ſe ſolum liberaret. & plenius dic vt. d. l. Modeſtinus. Item ſecundum prædicta non obeſt. ſ. de fideiuſſo. l. cum is. Item facit. ſ. de nego. geſt. l. ex facto. & de pecu. leg. l. dominus Sticho.
i *Si creditor.* qui mandato meo pecuniã mutauerat. Accur.
k *Ceciderit.* cõtra debitorem agendo.
l *Prope eſt.* id eſt rationabile eſt. ſic ſupra ad Velleia. l. tutor. §. quid ergo. Sed contra. ſ. de fideiuſſoribus & manda. l. ſi ſtipulatus. §. ſi ex duobus. Solu. vt ibi. Accurſius.
m *Ipſius.* creditoris.
n *Vitio.* & alia ratio eſt, quia habet mandator exceptionem rei iudi. ex perſona debitoris. & facit. ſ. de admi. tut. l. ſi pupillus. & de noxa. l. quemadmodum. &. C. arbi. tut. l. ij. §. j. &. ſ. de fideiuſſ. l. cum is. &. ſ. loca. l. ſi merces. §. culpæ. Accurſius.
n *Vitio.* id eſt culpa.
o *Diſcedatur.* ſcilicet contrario conſenſu. Accurſius.
p *Acceptus.* à ſponte dante: vt. ſ. de euic. l. iiij.
q *Liberabitur.* ipſo iure: vt inſtit. quibus modis tol. obliga. §. fin. & ſupra de pact. l. ab emptione. &. C. quando lic. ab emp. diſ. l. j. &. ij. ſed videtur per exceptionem, non ipſo iure: vt ſupra de reſcinden. vend. l. cum emptor. contra. ſolue vt ibi. Item facit ſupra de pactis. l. niſi.

BIU Cujas

Pupilli debitor.] CASVS. Titius erat tutor Pamphili: qui habebat Seium debitorem in centum. tutor iste iussit Seium soluere suo creditori, scilicet tutoris: an liberetur debitor soluendo illi cui eum delegauit tutor? Respon. quòd sic, si non malo consilio hoc fecit: sed si fecit malo consilio, pupillus habet etiam interdictũ fraudatorium cõtra creditorẽ tutoris. [CVM PVPILLA.]

Quidam iudex dedit malum tutorem cuidam pupillo, mortuúsque iudex ille reliquit hæredem pupillã quãdam. iste pupillus fecit transactionem cum tutoribus suis, tamen pupilla hæres iudicis non vult trãsactionem illam ratã habere. Tutores pupilli soluerunt pecuniam ipsi pupillo. quæritur vtrum ipsa pupilla sit liberata? Respondeo quòd sic. nec quidem tutores habent actionem vtilem ad repetendam pecuniam quam dederunt pupillo qui suum recepit. si autem pupillus vult restituere pecuniam tutori suo: poterit agere contra pupillam vel eius tutorem, rescissa trãsactione facta cũ tutore suo. [SOROR.] Titius decedens reliquit hæredem filium suum: & legauit sorori suæ Bertæ fundum. ista Berta mouit fratri suo litem pro isto fundo, & post transegit cum eo, acceptonomine cuiusdam debitoris hæreditarij in solutum, tamen nulla est sibi facta cessio istius debiti à fratre suo, & nulla delegatio. quæritur ad quem spectet periculum istius nominis? Respon. quòd ad ipsam filiam. quòd si post velit legatum petere, obstabit sibi exceptio pacti, siue transactionis. [CVM IN EODEM.] Mutuaui tibi centum aureos vna die. item mutuaui tibi alia centum eadem vice: pro quibus summis pignoraui tibi vnum fundum. soluisti mihi centum, & non dixisti super qua summa soluebas. certe ego debeo illa centum deducere super omni debito: nec possum eligere super qua summa ego deducam illa centum. vsque ibi, quòd si temporibus. pone sic: Mutuaui tibi centum aureos hodie, tu pignorasti mihi fundum valentem ducenta. venis ad me post mensem, & petis quinquaginta mutuo. credo tibi illa quinquaginta, & tu mihi obligas illummet fundum: id est superfluum quod valet vltra centum aureos. venis postea, & soluis centum & viginti quinque: nec dicis in quod debitum. certe ego debeo tibi deducere in debitum primorum centum quæ à me accepisti: & superfluum scilicet viginti quinque deducetur super reliquam partem debiti. [CVM INSTITVTVS.] Institui Titium hæredem, & substitui ei Mæuium. institutus deliberat si velit adire hæreditatem, vel non. interim debitores hæreditarij soluunt substituto cui soluere non debent. post aliquod spacium temporis institutus repudiat hæreditatem, & sic deuoluitur ad substitutum. Dicitur hic quòd condictio deficit: id est condictio indebiti quam habebant debitores contra substitutum. & ab eo tempore quo substitutus adiuit hæreditatem, debitores liberantur. Franciscus.

a *Creditori.* scilicet tutoris.

b *Cum tutore.* & cum debitore pupilli: alioquin ipso iure contingeret liberatio: cum ei licuit sic soluere, ad hoc vt cõpetat liberatio ipso iure: vt. ff. de administra. tuto. l. Lucius. ij. §. fin. &. §. tutelæ. sed poterit post dari pupillo in integ. restit. licet videatur quòd tunc dari debeat quando solutum est pupillo cum auctoritate tutoris, vel ipsi tutori, non alij: vt hic contingit.

PVpilli debitor tutore delegãte pecuniã creditori [a] tutoris soluit. Liberatio contigit, si non malo consilio cum tutore [b] habito hoc factum esse probetur. [c] sed & interdicto [d] fraudatorio tutoris creditor pupillo tenetur, [e] si eum cõsiliũ fraudis participasse [f] constabit.

Transactione rescissa ex qua inducebatur exceptio, tollitur exceptionis effectus per transactionem inductus. Bartolus.

¶ Cum pupilla magistratui, qui per fraudem pupillo tutorem dedit, hæres extitisset, tutores [g] eius cũ adulescente [h] transegerũt. eam transactionem pupilla ratam habere noluit. nihilo minus erit tutorum pecunia [i] liberata: [k] nec tutores contra adulescẽtem actionem [l] nec vtilem [m] habebunt, qui suum recuperauit. Planè si adulescens [n] pecuniam restituere tutori pupillæ maluerit, rescisso [o] quod gestum est, actionem vtilem [p] in pupillam hæredem magistratus accipiet. [q]

Periculum nominis cessi pertinet ad cessionarium. Et not. quòd iste. §. loquitur de periculo inopiæ subsecutæ post cessionem, secus autem esset de inopia quæ iam erat tempore cessionis: quia hic. §. in illa locum non haberet. Item not. transactiones esse fauorabiles: vt etiam obstet exceptio transactionis, licet liberatio non sit secuta, nec aliqua delegatio facta.

¶ Soror [r] cui legatum ab hærede fratre debebatur, post motã legati quæstionem transegit, vt nomine debitoris contenta, legatum nõ peteret. Placuit, quãuis nulla delegatio [f] facta, neq; liberatio secuta esset [t], tamẽ no minis periculum ad eam [u] pertinere. itaque si legatũ contra placitum peteret, exceptionem pacti non inutiliter opponi.

Si idem pignus pro duobus debitis eodem tempore sit obligatum: pretium ex eo redactum cedit in vtrumque pro rata. si vero diuersis temporibus, primo cedit in antiquius: & si quid restat, cedit in posterius. Paulus. Et intellige hunc. §. quando summæ sunt inæquales. secus si summæ debiti principalis essent æquales: vt supra eod. l. 1. §. imperator.

¶ Cum eodem tẽpore [x] pignora duobus contractibus obligantur, pretium eorũ pro modo [y] pecuniæ cuiusq; cõtractus creditor accepto ferre * debet: nec in arbitrio ei [z] electio erit, cum debitor pretium pignoris sorti omni [a] * subiecerit. Quòd

c *Probetur.* Supple, ergo econtra si malo cõsilio, non liberatur: sed etiam &c.

d *Interdicto.* Alibi nõ inuenitur aliquid de hoc interdicto. vnde dic olim fuisse interdictum in hoc casu, secundum H. immo certe inuenitur: vt. ff. ad Trebel. l. si postulãte. §. sed & si filius. sed hoc est verũ quòd aliquis titulus de hoc interdicto nõ inuenitur. vel dic dari actionẽ in factum. & secundũ hoc edictum istud est supra quæ in fraudem credito. quia iste tutor videtur alienasse in fraudem sui creditoris, id est pupilli: & sic iste creditor tenetur actione in factum. & secundum hoc istud edictũ est. ff. quæ in fraudem credi. l. j. & inuenitur in. l. iij. eiusdem tit. ibi, siue numerauit pecu. &c. & sic intelligitur d. l. si postulante. ff. ad Trebel. l. hic enim debitor, & is cui solutum est, commisit fraudem.

e *Pupillo tenetur.* in subsidium, debitore & tutore pupilli existẽte non soluendo: vt. C. si vendi. pign. ag. l. j. & l. penulti.

f *Participasse.* vt fraudaretur pupilli, qui creditor conuenturus erat tutorem, vt dixi. Item facit. ff. pro emp. l. qui fundum. §. si tutor. cõtra. Solu. vt ibi.

g *Tutores.* f. pupillæ.

h *Adolescente.* quondam. Accursius.

i *Tutore soluente pecuniam.* aliàs tutore soluente pecuniã liberata. aliàs tutorũ pecunia liberata. & dic soluẽte ex causa trãsactionis: vel dic ex causa prioris debiti: & idẽ erit. Sed nũquid per in integrũ resti. repetet pupilla? Respõ. non: quoniam nihil egit ipsa, nec soluit, sed tutores.

k *Liberata.* forte per exceptionem: alioquin non posset resuscitari. quod dicit statim: vt. j. eod. l. qui res. §. aream.

l *Actionem.* indebiti.

m *Nec vtilem.* non solum directam.

n *Si adulescens.* pupillus quondam, qui tunc aduersus hæredem magistratus intendebat: quoniam per fraudem magistratus sibi dedit tutorem.

o *Rescisso.* vtriusque consensu: vt. C. de transact. l. si diuersa.

p *Vtilem.* scilicet in factum subsidiariam: vt institu. de satisdatio. tutorum & curato. §. finali.

q *Accipiet.* scilicet adulescens.

r *Soror.* vt nomine sibi cesso à fratre cuiusdam hæreditarij debitoris. Accursius.

s *Delegatio.* scilicet debitoris à fratre, scilicet quæ fit per stipulationem: vt. C. de noua. l. j.

t *Secuta esset.* ipso iure, sed tantum cessio. Accursius.

u *Ad eam.* quod dic vt supra de hære. ven. l. si nomen. & l. seq. Item facit. ff. manda. l. inter causas. §. ij. Sed arg. contra. ff. solu. ma. l. si cum dotem. §. si mulier. Solu. speciale ibi in dote. Accursius.

ADDITIO. Dic aliter, secundum Barto. quòd aut loqueris de periculo inopiæ subsecutæ post cessionem: & loquitur iste. §. aut loqueris de periculo inopiæ subsistentis tempore cessionis: & loquitur. l. contraria.

x *Cum in eodem tempore.* ex venditione debet mihi Titius decem, ex locatione quinque: nũc pro vtroque debito obligat mihi codicem suum.

y *Pro modo.* id est pro rata. & sic est argu. contra. ff. eodem. l. in his. §. imperator. ibi, si vero summa &c. & de dam. infec. l. prætoris. §. j. Accursius.

z *Eius.* scilicet creditoris.

a *Omni.* vtriusque obligationis. Accursius.

* *Fl. facere*

* *Fl. pignoris cõsortioni subiecerit*

a *Discretis.* id est diuersis.nam cum primo obligasset, & postea secundo obligat:non obligat nisi residuum.

b *Superfluum.* id est id quod plus esset in pignoris æstimatione quàm esset debitum prius pro quo fuerat iam obligata res. Acc.

c *Placuit.* secundo debito.Accursius.

d *Soluetur.* i.dissoluetur,& quidem totum.

e *Cum institutus deliberaret.* de adeunda hæreditate.Accursius.

f *Soluta est.* à debitore hæreditario.

g *Condictionis.* indebiti, quæ competebat soluẽti. ad quod est.C. de edi. diui Hadria.l.j. ex quo enim cessat causa: cessat & condictio. Accursius.

h *Vt obligatio.* No.q̃ breuissimo tẽpore tollitur condictio indebi. nec mirum: quia & ratihabitione.ad quod facit.ſ. eo.l. cum quis.§. qui hominem.

Cõdictio indebiti quãto tempore tollatur: & vtrum ratihabitione secuta.

Vm ex pluribus.] CASVS.Tu debebas mihi centum aureos ex causa mandati, eo casu quo si esses cõdemnatus, irrogaretur tibi infamia. Item debebas mihi alia cẽtum quæ promisisti soluere in festo Paschę sub pœna.l.aureorũ. Item debebas mihi. l. pro quibus obligasti mihi fundum aliquem. Item tu debebas mihi centum aureos p tuo proprio debito,& alios.c.ex causa fideiussoria.Nunc venit iurisco.gradatim ostendendo quòd si soluas non exprimendo in quam causam soluas:super qua videatur esse solutum. nam semper in grauiorem.primo enim videris mihi soluere in eam causam quæ irrogat condemnato infamiam:eo quòd ibi sit maius periculũ.Secundo in debitum quod mihi debes sub pœna.Tertio in debitũ pro quo obligasti mhi pignus. Quarto videris mihi soluere pro tuo proprio debito, & non ex causa fideiussoria. Quod quidem recte statutum est: quia verisimile est quòd diligens debitor deduceret id quod soluit,in causam grauiorem:& si non eligat, debet deduci in causam antiquiorem.[*SI MAIOR.*] Debebam tibi pecunias ex pluribus contractibus. posuimus rationem inter nos de omnibus quæ tibi debebã:tamen ego solui plus quàm deberem. quæritur in quam summam primo computentur soluta? Respon. quòd primo in illum contractum qui est prior vel potior, reliquum in alios contractus qui sunt post illum contractum potiorem vel priorem.

i *Vtriusque.* debitoris & creditoris.Accursius.

k *Sub infamia.* id est ex ea causa ex qua si condemnaretur, esset infamis.& hoc iure succedente in eligendo.

l *Pœnam.* ex contractu promissam.

m *Fideiussoris.* veluti si ipse fideiussoris nomine teneretur. Ac.

n *Admonitum.* sua discretione,vel ab amicis.Accursius.

o *Nihil eorum.* quòd altera habeatur potior altera.& facit.j.de regulis iuris.l. si in duabus. &.ſ. eo.l. & magis.&.l.si quid ex famosa.&.l.in his.in prin.

p *Soluetur.* id est dissoluetur.Accursius.

q *Singulorum.* debitorum,neutraliter.

r *Ex primo.* sic lege: primo solutum videbitur datum ex contractu qui potior erit.quis autem sit ille,habes hac lege.

ſ *In totum.* si tantum est.

vltro ei [a] custodiam argēti fortè vel nummorum commiserit, cū alioquin nihil vnquam dominus tale quid fecisset: aliter existimandum est. ℣ Locaui † tibi fundum, & (vt adsolet) conuēnit [b] vti fructus ob mercedem pignori mihi essent. Si eos clam deportaueris, furti tecum agere me posse aiebat. Sed & si tu alij fructus pendentes vendideris, & emptor eos deportauerit: cōsequēs erit vt in furtiuam [c] causam eos incidere dicamus. Etenim fructus quamdiu solo cohæreant, fundi [d] esse: & ideo colonum, quia voluntate domini eos percipere videatur, suos fructus facere. [e] quod certe [f] in ꝓposito [g] non æquè dicitur. Qua enim ratione coloni fieri possint, cum emptor eos suo nomine cogat? [h] ℣ Statuliberum qui si decē dederit, liber esse iussus erat, hæres noxali iudicio defenderat. pendente iudicio seruus datis decem hæredi, ad libertatem peruenit. quæritur, an nō aliter absolutio fieri debeat, quàm si decem quæ accepisset hæres, actori dedisset. Referre [i] existimauit, vnde ea pecunia data esset: vt si quidem aliunde quàm ex peculio, hæc [k] saltem præstet: quoniā quidem si nondum ad libertatem seruus peruenisset, noxæ deditus: ei cui deditus esset, daturus fuerit. [l] si verò ex peculio, quia nummos hæredis dederit, quos vtique is passurus eum nō fuerit ei dare: contra statuendum [est.]

LXIIII. MARCIANVS libro quarto Regularum.

FVrtum non committit qui fugitiuo iter monstrauit. [m]

LXV. MACER libro secundo Publicorum iudiciorum.

NOn poterit prędes prouinciæ efficere vt furti dānatum non sequatur infamia. [n]

LXVI. NERATIVS libro primo Membranarum.

ATitio † hærede homo Seio legatus, ante aditam hæreditatem Titio furtum fecit. Si adita hæreditate Seius legatum ad se pertinere voluerit, furti eius serui nomine aget cum eo Titius: [o] quia neq; tunc, cum faceret furtū, eius fuit. Et vt maximè quis existimet, si seru⁹ esse cœperit eius cui furtum fecerat, tolli furti actionem, vt nec si alienatus sit, agi possit eo nomine: ne post aditam quidem hereditatem Titij factus est: quia ea quæ legantur, recta via [p] ab eo qui legauit, ad eum cui legata sunt, transeunt.

Qui tenetur ex delicto actione originaliter pœnali: non liberatur pœnitētia. Bar.

LXVII. VLPIANVS libro primo ad Edictum ædilium curulium.

QVi ea mente alienum quid contrectauit, vt lucrifaceret: tametsi mutato cōsilio id domino postea reddidit, fur est. Nemo enim [à] tali peccato pœnitentia sua nocens esse desiit. [q]

tio legatario detur: & dicitur quòd sic ex hac cõtrectatione: non ex prima. & redditur ratio. [*EVM QVI.*] Mulionem plures mulas habentem in stabulo, vocaui in ius dolo malo, ad hoc vt mulæ ei subtraherentur: & subtractæ sunt. dicitur quòd teneor furti. [*IVLIANVS RESPONDIT.*] Seruus præpositus ad pecunias domini exigẽdas, manumissus postea fugit. dicitur quòd furtum facit. Idem in tutore cui finita tutela solutum est à debitoribus pupilli. [*SI VT TITIVM.*] Cõmendasti mihi Titium, dicendo quòd erat idoneꝰ, & quòd securè poterã ei mutuare: & ego ignorãs quis sit Titius, mutuaui cuidam alij, puta Seio puero, quem dixisti vocari Titium. & ipse Seiꝰ in hac fraude fuit. dicitur quòd furtũ facis, & teneris furti, & etiam ipse Seius: secus si Seius hoc ignorat. nam hoc casu tu nõ teneris furti, sed actio. in factũ. [*SI STIPVLATVS.*] Promisisti per te nõ fieri quo minus des mihi Stichum intra kalendas Iulias. ante kalẽdas subreptus est tibi, & sic es liberatus ab actio. ex stipulatu. non tamen datur mihi actio furti: licet mea interfit eum non esse subreptum. Fran

a *Speciali.* aliud si generali: vt. C. de ser. pig. da. manu. l. ab eo. Vel dic speciali, id est expresso: vt. C. de nego. gest. l. negotium. quod est audacius: quia ius habet in re: vt ar. ff. de acqui. hære. l. si seruum quis. §. fi. Azo. Item videtur contra. ff. de distra. pig. l. j. Sol. vt ibi. Item facit. ff. eo. interdum accidit. &. l. in actione. §. fin. & quod ibi no. &. C. de vsucap. pro emptore. l. cum sit probatum. Accursius.

b *Suo nomine.* sed nomine defuncti ex prima contrectatione: vt. ff. eo. l. interdum accidit. Item cõtra. j. eo. l. is cuius. §. fina. sed ibi sub conditione erat legatus, vel non erat hæreditarius. item dic vt nota. ff. eo. l. si dominium. & facit. ff. eod. titu. l. à Titio. Accursius.

c *Vocasset.* vt ei mulæ subtraherentur: & sic opem præbuit: vt & supra eo. in furti. §. ope.

d *Manumissus.* sciens se manumissum: secus si ignorans: vt. ff. si certum peta. l. eius. quæ est contra. & fa. ff. de sol. l. si quis seruo. & l. quod seruus. Accursius.

e *Crederem.* id est mutuarem. Accursius.

f *Furtum facies.* vt & ff. eo. l. si quis quid perferendum. sed contra. ff. de iurisdi. om. iudi. l. si quis id. §. fi. sol. vt ibi.

g *In factum.* subsidiaria Aquilia: quia de dolo nõ datur. nam in personã labitur creditor. vnde non transfertur dominiũ: ideoq; cessat de dolo, cum rei vin. duret. & de hoc dic vt dixi. ff. eo. si quis vxori. §. cum Titio.

h *Si stipulatus de te.* id est à te. Accursius.

i *Non tamen.* vt & supra eo. is cui. & infra eo. is cuius. in princ. Accursius.

LXVIII. PAVLVS libro septimo ad Plautium.

2 SI is qui rem pignori dedit, vendiderit eam: quamuis dominus sit, furtum facit: siue eam tradiderat creditori, siue speciali[a] pactione tantùm obligauerat. idque & Iulianus putat. ¶ Si is cui es subrepta sit dum apud furem sit, legauerat eam mihi: an si postea fur eam contrectet, furti actionem habeam? Et secundum Octaueni sententiam mihi soli competit furti actio, cum hæres suo nomine [b] non habeat: quia quacumque ratione dominiũ mutatum sit, domino competere furti actionem constat. ¶ Eum qui mulionem dolo malo in ius vocasset, [c] si interea mulæ periissent, furti teneri veteres respõderunt. ¶ Iulianus respondit eũ qui pecuniis exigendis præpositus est, si manumissus [d] exigat, furti teneri. Quod ei consequẽs est dicere & in tutore cui post pubertatem solutum est. ¶ Si tu Titium mihi commendaueris quasi idoneum cui crederem, [e] & ego* in Titium inquisij, deinde tu alium adducas quasi Titium, furtum facies: [f] quia Titium esse hunc credo: scilicet si & illè qui adducitur, scit. quòd si nesciat, non facies furtum. Nec* hic qui adduxit, opem tulisse potest videri: cum furtum factum non sit: sed dabitur actio in factum [g] in eum qui adduxit. ¶ Si stipulatus de te [h] sim, per te non fieri quo minus homo Eros intra kalendas illas mihi detur: quamuis mea [i] non tamen. interesset eum nõ subripi, cum subrepto eo ex stipulatu non tenearis: si tamen per te factum non sit quo minus mihi daretur, non tamen furti actionem me habere.

LXIX. CELSVS libro duodecimo Digestorum.

INficiando depositum, nemo facit furtum. [k] Nec enim furtum est ipsa inficiatio, licet propè furtum sit. Sed si possessionem eius adipiscatur* interuertendi causa, facit furtum. Nec refert, in digito habeat anulũ,* an datus [l] hypothecæ sit, quem cum [in] deposito teneret, habere pro suo destinauerit.

In actione furti habetur ratio interesse quod est extra rem. Bartolus.

¶ Si tibi subreptum est quod nisi die certa dedisses, pœnam promisisti, ideoque sufferre [m] eam necesse fuit: furti actione hoc quoque coæstimabitur.

Pro toto tempore vnum furtum est, nisi fuerit possessio interrupta. item in actione furti inspicitur quanti plurimi res fuit à tempore furti. Bartolus.

¶ Infans [p] apud furem adoleuit. tam adolescentis furtum fecit ille, quàm infantis: & vnum tantum [n] furtum est: ideoque dupli tenetur [tanti] quanti vnquã apud eum plurimi fuit. nam quòd semel dumtaxat furti agi cum eo potest, quid refert propositæ quæstioni? Quippe si subreptus furi foret, ac rursus à fure altero [o] eum recuperasset: etiã si duo furta fecisset, nõ amplius quàm semel cum eo furti agi posse. nec dubitauerim quin adolescẽtis [p] potius quàm

A *Inficiando.* CASVS. Depositarius negat penes se depositum esse. non propter hoc est fur: sed tunc demum, cum incipit cõtrectare. [*SI TIBI.*] Promiseras Titio Stichũ dare intra certum diem, & sub pœna. tandẽ interim est tibi subreptus Stichus: & sic quia non potuisti dare Titio intra diem, incidisti in pœnã. dicitur quòd hoc totũ consequeris per actio. furti. [*INFANS.*] Subripuisti mihi infãtem. hic infans penes te furem existens adoleuit, & factus est magnus. dicitur quòd diceris furtum fecisse & infantis, & adolescentis. vnum tamẽ furtum est: & vna actione furti agetur: in qua veniet damnum quanti homo plurimi fuit. & sic tempus adolescentiæ spectatur, cum tunc pluris fuerit quàm prius. [*CVM SERVVS.*] Seruum emi. hic seruus fecit nunc mihi plura furta. & quia nunc apparet vitiosus, egi redhibitoria: & sic factus est inemptus. volo agere furti contra venditorem cui nunc reddidi seruũ pro furtis quę fecit seruus penes me existens. dicitur quòd non possum. [*QVOD FVRI.*] Seruus furtiuus ipsi furi fecit furtum. tenetur dominus serui. [*SI COLONVS.*] Colonus qui conduxerat fundum vsque ad quinquennium, finito quinquennio remansit in fundo inuito domino fundi: & fructus percepit. dicitur ꝙ tenetur furti nomine fructuũ, etiam fructibus consumptis. Franciscus Accursius. k *Facit furtũ.* ad hoc ff. de acquiren. pos. l. iij. §. si rem. & ad exhibẽ. l. thesaurus. &. ff. eo. l. j. &. ff. manda. l. si procuratorem. §. dolo. &. l. procurator. &. ff. eo. si quis vxori. § neq;. Ac. l *Datus.* id est obligatus, & creditori traditus. vel dic, depositus in apotheca: & sic interuenit contrectatio. Vel dic quòd erat etiam prius in apotheca. sed tunc quomodo sine contrectatione? Respon. trahitur retro, quasi tũc contrectauerit cum apprehendit. Quid ergo si medio tempore fuit pretiosior res post acceptationem ante interuersionem? nunquid æstimabitur eũ retrotrahitur? Respõ. nõ: quia nõ ad omnia retrotrahitur. sic & aliàs: vt. C. de donat. inter virum & vxo. l. donationes j. vel si velis dicere hoc casu non fieri furtum: dic quòd hæc litera, nec refert &c. refertur ad principium legis, non ad proxime dicta: quod patet: quia subiicit, quem cum in deposito teneret &c. sed prima Io. placet.

m *Sufficere.* aliàs sufferre. & tunc plana. aliàs sufficere. & tũc id est præstare: vel id est suppositam esse vel subrogatam in locum illius: sicut & dicitur: Suffecti cõsules, id est subrogati. An autem pœna dupletur: dic vt. ff. eo. l. in furti. in prin. & facit. j. pxi. Acc.

n *Vnum tantum.* sic. ff. de verbo. obli. l. qui bis. Accursius.

o *Altero.* secꝰ si à dño ad quẽ rediisset: vt. ff. eo. l. interdũ fur. Ac.

p *Adolescentis.* facit. ff. proxi. §. &. ff. de condic. fur. l. ex argento. &. ff. eo. l. in furti. & quod ibi not.

Aplscatur. Flo.

an dactyliotheca quem &c. Nlo.

† *Colligit Bar. hic & male, ex inuito domino fundi: sto textu, quòd fur cõtrectãs rem furtuã per diuersa territoria vnik cũ tantum furtum ex pluribus & diuersis cõtrectationibus cõmittit. de quo dic vt posui in addi. ad l. vulgaris. in princ. in ver. plura sunt furta. & ibi bona glo. in ver. fur erit. ff. eo. quibus adde singu. Alexan. de Imo. cõsi. 91 incip. obiiciatur carcerati. volu. 4 *Flo. tamẽ*

BIU Cujas

a *Existimare.* q.d. nihil. Accursius.
b *Cum seruus.* fa. ff. eo. l. serui & filij. §. cum autem.
c *Placet.* contra. ff. eo. itaque. §. j. sed solue vt not. supra depos. l. j. §. si prædo.
d *Possit.* per condictionem furtiuã. & facit. ff. si cer. peta. l. si quis nec. §. pen. & ff. quod vi aut clã. l. si alius. §. notauimus. Accursius.

Hereditaria.] CASVS. Rei hæreditariæ nõ dicitur fieri furtum: nec datur actio furti nisi in tribus casibus. Primus, si defunctus eam obligauerat. Secundus, si commodauerat. Tertius, si alius habet vsumfru. in ea. his enim casibus si res hæreditaria subripiatur, efficitur res illa furtiua, vt sic nõ possit vsucapi: & hęredi postea adeunti datur actio furti. Francis.

e *Iulianus negabat.* vt ff. de noxa. l. si seruus legatus. & j. de crimine expila. hære. l. ij. & fina. & j. titu. ij. l. j. §. Scæuola. idemque si putauit hæreditariam: vt j. eo. l. si quis ex bonis. secus in Aquil. vt & ff. ad legem Aquil. l. ob id. Accursius.

*Flo. erunt

f *Vt in qua. Alienus est.* vt ff. de vsucap. si homo.

g *His enim. Hæredi quoque.* Per aliũ ergo habet quod per se habere non potest. sic ff. quæ res pigno. obli. nõ pos. l. Aristo. & ff. de acquiren. hæredi. l. cũ hæreditate. Sed argu. contra. C. de vsu. l. eos. in fine. sed illud generale: cætera specialia. vel non potest per aliũ à se submissum. at hic non fuit ab eo submissus. arg. ff. de admini. tut. l. ita autẽ. §. gessisse. Accursius.

Si is cui.] CASVS. Cõmodaui tibi rẽ: tu male vsus es ea. tractas eam. teneris furti, id est condictione furtiua: item commodati: & si agatur furti, id est condic. furti. tollitur ipso iure actio cõmodati. & si agatur primo commodati: tollitur condictio furtiua ope exceptionis. [EIVS REI.] Aliquis hæres rem alienam possidebat titulo pro hærede. interim est ei subrepta. dicitur quòd nõ competit ei actio furti, licet eius interfit: quia vsucepisset eam. sed hoc non dicitur interesse eius qui lucrum sperat cum damno alterius: sed potius illius qui erat eam amissurus per vsucapionem. Francis. Accursius.

h *Admisit.* male vtendo. Si autem damnũ dando: tũc obtinet. ff. commo. l. vnde quæritur. in fi.

infantis æstimationem fieri oporteret. Et quid tam ridiculũ est, q̃ meliorẽ furis conditionem esse, propter continuationem furti, existimare? [a] ℣ Cum seruus [b] inemptus factus sit, nõ posse emptorem furti agere cũ venditore ob id quòd is seruus post emptionẽ antequam redderetur, subripuisset. ℣ Quòd furi ipsi furtũ fecerit furtiuus seruus, eo nomine actionem cum domino furem habiturum placet: [c] ne facinora talium seruorum non solùm ipsis impunitatem [præstẽt,] sed dominis quoque eorum quæstui sint. * Plerumque enim eius generis seruorum furtis peculia eorũdem augentur. ℣ Si colonus post lustrum conductionis, anno ampli[o] fructus inuito domino perceperit: videndum [est] ne messis & vindemiæ furti cum eo agi possit. [d] Et mihi dubium nõ videtur quin fur [sit:] & si consumpserit rem subreptam, repeti ea ab eo possit.

Non habet quis per alium, quod per se habere non potest. Bartolus.

LXX. MARCELLVS libro octauo Digestorum.

HAereditariæ rei furtũ fieri Iulian[o] negabat: [e] nisi fortè pignori dederat defunctus, aut commodauerat,

LXXI. SCAEVOLA libro quarto Quæstionum.

AVt in qua vsusfructus alienus [f] est:

LXXII. MARCELLVS libro octauo Digestorum.

HIs enim casib[o] putabat hęreditariarũ rerũ fieri furtum, & vsucapionem impediri: idcircoque hæredi quoque [g] actionem furti cõpetere posse.

Si is cui commodata res est, male vtitur ea: tenetur furti, id est condic. fur. & commodati: & vna actione experta, tollitur altera. Bartolus.

LXXIII. IAVOLENVS libro quintodecimo ex Cassio.

SI is cui commodata res erat, furtum ipsius admisit: [h] agi cum eo & furti & commodati [i] potest: & si furti [k] actum est, cõmodati actio extinguitur: [l] si commodati, actioni furti [m] exceptio obiicitur.

Actio furti non competit ei qui de lucro certat: sed ei qui de damno vitando contendit. h. d. Lex sequens ponit per se casum.

℣ Eius rei quæ pro hærede possidetur, furti actio ad possessorem non pertinet: [n] quamuis vsucapere quis possit: [o] quia furti agere potest is cuius interest rem non subripi. Interesse autem eius videtur, qui damnum passurus est: nõ eius qui lucrum facturus esset. [p]

LXXIIII. MODESTINVS libro septimo Responsorum.

SEmpronia libellos composuit quasi datura centurioni, [q] vt ad officium [r] transmitterentur: sed non dedit. Lucius [f] [Titius] pro tribunali eos recitauit quasi officio traditos. quęro, * cum non sint in officio inuenti, neque centurioni traditi: quo crimine subiiciatur qui ausus est libellos de domo subtractos, pro tribunali legere, qui non sint dati? Modestinus respondit, si clam subtraxit, furtum commissum [t] [esse.]

Creditor vendens pignus antequam debeat: furtum committit. Ange.

LXXV. IAVOLENVS libro quintodecimo ex Cassio.

SI is qui pignori rem accepit: cum de vendendo pignore nihil conuenisset, vendidit: aut antequam dies venditionis veniret, pecunia non soluta id fecit: furti [u] se obligat.

Qui emit ancillam furtiuam ab aliquo, & alius ei subripuit: tenetur subripiens domino ancillæ in duplum: & emptori in duplum, quanti eius interest. Bar.

LXXVI. IDEM libro quarto Epistolarum.

FVrtiuam ancillam bona fide duorum aureorum [pretio] emptam cum possiderem, subripuit mihi Attius: cũ quo & ego & domin[o] furti agim[o]. quęro quãta æstimatio pro vtroque fieri debet. Rndit, Emptori, duplo quanti eius interest, æstimari debet: domino autem, duplo quãti ea mulier fuerit. Nec nos

i *Et commodati.* sic in deposito: vt. ff. depos. l. si facculum. & in locato: vt. ff. locati. l. si locatum. Accursius.
k *Furti.* id est cõdictione furtiua. & sic non est cõtra. ff. pro socio. l. rei cõmunis. & l. seq. & ff. de actio. & obl. l. qui seruũ. §. si is. in fi. vbi de actione furti dicit. vel solue vt ibi. sed hęc est veritas: hodie videtur tolli electione etiam actio furti: vt. C. eo. l. fi. nec dicas, ibi loqui quãdo extraneus fecit furtum in re commodata.
l *Extinguitur.* ipso iure: cũ tantũ & etiã plus cõtineat cõdictio furtiua, q̃ actio cõmodati. s. extrinsecas vtilitates: vt. ff. de cõdic. fur. l. ij. & ita solutione eius quod debet &c. vt insti. qui. mo. tol. obli. in prin. Itẽ qđ habeo, petere nõ possum: vt. ff. de sol. si stipulatus. §. j.
m *Actioni furti.* i. cõdictiõi furtiuę: & ideo nõ ipso iure, quia plus cõtinet cõdictio: vt dixi. nõ autẽ actio furti, quæ ad pœnã tantũ data tur: vt. d. l. pro socio. l. rei cõmunis. & l. seq. Sed quidã hic dicũt idẽ de act. fur. quia datur ex eo quod interest: sicut cõmodati: licet in duplũ: ar. j. de reg. iur. l. ne plus. ex iis. §. quotiẽs. qđ nihil est. & fa. C. e. l. j.
n *Non pertinet.* pro ea æstimatione ac si esset sua: vt sic non obsit. ff. eo. l. itaque. §. j. & l. cũ æs. §. j. & j. e. l. furtiuã.
o *Possit.* Est ergo extraneus: aliàs contra: vt C. de vsuca. pro hærede. l. nihil. Azo.
p *Facturus esset.* hic est contra. ff. eo. l. si quis vxori. §. pen. sol. vt ibi.
q *Empronia. Centurioni.* sub quo vir eius militabat: quæ cũ nollet ãpli[o] expectare, libellos repudij fecit.
r *Ad officium.* superioris forte.
f *Luci[o].* tabellio forte.
t *Comissum.* cum intererat mulieris eos nõ legi in publicum: quia debitor suus, quem ipsa conuenire volebat, aufugit: cũ in ipsis libellis cõtinebatur de cõmittendo negotio alicui amico gerendo. equiparat ergo hæc lectio instrumẽtorũ furto: vt & ff. e. q. tabulas.

Si is qui.] CASVS. Creditor vendidit pignus, cũ de vendẽdo pignore nihil esset dictũ. vel si esset dictum, vẽdidit ante diẽ appositã de vẽdẽdo. dicit q̃ furti tenet. Frã. Ac.
u *Furti.* nisi ter denuntiauerit: vt. ff. de pigno. actio. si cõuenerit.

Furtiuam.] CASVS. Emi ancillam furtiuam à fure bona fide. tandem Titius mihi subripuit. dicitur quòd tenetur Titius duobus actione furti: scilicet vero domino ancillæ in duplum, quanti

BIU Cujas

quãti ancilla fuit: emptori in duplũ, quanti eius interest. Frã. Ac.

a *Præstanda est.* vt. ff. eo. l. inter omnes. §. si seruus. & l. cum æs. §. j. & l. si is cui. & ff. vi bono. rapto. l. ij. §. in hac. & ff. vti possi. l. si duo. in fi. Sed in creditore & debitore quid sit, habes. ff. eo. l. eum qui. §. idem scribit. Accursius.

Si is qui.] CASVS. Titi[v] dicés se procuratorẽ creditoris mei, fecit quòd sibi promitterẽ, vel ei cui me delegauit, id quod debebam creditori meo. dicitur quòd nõ est fur, cum nullũ corpus interuenerit quod posit contrectari. Francis.

b *Cõtrectaretur.* ex solis verbis non fit furtum: vt. ff. eo. si quis vxori. §. neque. Accur.

Qui re sibi.] CASVS. Commodatarius vtitur re cõmodata ad aliũ vsum quàm accepit: vel depositarius vtitur re deposita, credens se non facere inuito domino: dicitur quòd nõ est fur, nec actione depositi pro hoc tenetur: commodati autem tenetur si non debuerit existimare dominũ (si sciisset) permissurum eũ vti ad talem vsum ad quem vsus est. [*SI QVIS.*] Fur rem furtiuam furto amisit. dicitur quòd domino rei datur actio furti, non furi, licet interfit eius, qa ex inhonesta causa interest. & hæc sunt vera etiam si nemo appareat domin[9] rei furtiuæ, vt quia sit hæreditaria: nec aliquis hæres sit extiturus. nam hoc casu fur nõ habet furti actio. sicut nec ille qui possidebat rem tit. pro hærede, & interim subrepta est. nam nõ habet fur. act. licet si non amisisset, eam vsucepisset. dominus ergo rei habet act. fur. & contra primum furem, & contra secundum: & si agat cõtra vnum, adhuc competit contra alium. Item condictione furtiua vterque tenetur. Francis. Accursius.

c *Non tenetur.* vt & ff. eo. l. inter omnes. §. recte.

d *Existimare.* hoc quo ad actionem commodati. sed furtum nõ fit sine affectu: vt instit. eo. de obli. quæ ex delic. nas. §. placuit. sic & ff. depos. l. quod seruus. & ff. quod vi aut clam. l. Seruius. & ad leg. Aquil. l. ob id. & ff. de neg. gest. sed an vltro. in fi. & ff. de cri. expil. hæredi. l. fi. in fi.

e *Non potest.* immo: vt. ff. eo. l. inficiando. §. infans. sed ibi sine iudicio recuperauit. Accursius.

f *Non prioris.* ex honesta causa: vt subiicit.

g *Furis.* scilicet interfuit.

h *Si honesta ex causa.* vt & ff. eo. is cuius. & l. seq. nisi in casu: vt ff. eo. l. qui vas. §. si ego.

i *Nemo extaret.* vt hæreditariæ.

k *Lucrum.* cum alterius iniuria: vt. ff. eo. l. is cui. §. fi.

l *Condictionem.* sed & si semel condictionem fuerit consecutus, cessat postea: vt. C. de condic. fur. l. j. & ff. eo. l. ei qui. Alij contra. vel dic an rẽ prius cõsequar à primo: & tunc nõ tollitur. an æstimationem, & tunc sic: argu. instit. de lega. §. si res aliena.

Qui saccum.] CASVS. Saccum in quo erat pecunia, subripui, habens animum principaliter subripiendi pecuniã. dicitur & teneor furti nomine pecuniæ & sacci. Frã. Ac.

ff. Nouum.

mouere debet, quòd duobus pœna furti præstabitur. quippe cum eiusdem rei nomine præstetur: emptori, eius possessionis: domino, ipsius proprietatis causa præstanda est.[a]

LXXVII. POMPONIVS libro vicesimoprimo ad Quintũ Muciũ.

SI is qui simulabat se procuratorẽ esse, effecisset vt vel sibi, vel cui me delegauit, promitterem: furti cum eo agere non possum: quoniam nullum corpus interuenisset quod furandi animo contrectaretur.[b] B

LXXVIII. IDEM libro trigesimo octauo ad Quintum Mucium.

QVi re sibi commodata vel apud se deposita vsus est aliter atque accepit: si existimauit se nõ inuito domino id facere, furti nõ tenetur:[c] sed nec depositi vllo modo tenebitur: cõmodati an vt teneatur, in culpa æstimatio erit: id est an nõ debuerit existimare[d] id dominum permissurum.

Fur pro re quam subripuit, non potest furti agere contra eum qui illam subripuit. C *Bartolus.*

¶ Si quis alteri furtum fecerit: & id quod subripuit, alius ab eo subripuit: cum posteriore fure dominus eius rei furti agere potest: fur prior non potest:[e] ideo quòd domini interfuit, non prioris[f] furis,[g] vt id quod subreptum est, saluum esset. Hæc Quintus Mucius refert, & vera sunt. Nã licet interfit furis rem saluam esse, quia condictione tenetur: tamen cum eo is cuius interest, furti habet actionem, si honesta ex causa[h] interest. Nec vtimur Seruij sententia, qui putabat, si rei subreptæ dominus nemo extaret,[i] nec extaturus esset, furem habere furti actionem. non magis enim tunc eius esse intelligitur, qui lucrum[k] facturus sit. dominus igitur habebit cum vtroq; furti actionẽ: ita vt si cũ altero furti actionẽ inchoët, aduersus alterũ nihilo minus duret. Sed & cõdictionẽ:[l] quia ex diuersis factis tenentur.

LXXIX. IDEM libro tertiodecimo ex Variis lectionibus.

QVi saccum habentem pecuniam subripuit, furti etiam sacci nomine tenetur: quãuis non sit ei animus[m] sacci subripiendi.

LXXX. PAPINIANVS libro octauo Quæstionum.

REm inspiciendam quis dedit. si periculum spectet[n] [ad] eum qui accepit, ipse furti agere potest. D

LXXXI. IDEM libro nono Quæstionum.

SI debitor pignus subripuit: quod actione furti soluit, nullo modo repetit.[o]*

LXXXII. IDEM libro duodecimo Quæstionum.

SI vendidero, neque tradidero seruum, & is sine culpa mea[p] subripiatur: magis est vt mihi furti cõpetat actio: & mea

m *Animus.* principaliter & directo, sed secundario: & sic nõ est contra. ff. eo. l. si quid fur. vel solue vt ibi: & sic coacta voluntas, est voluntas, scilicet secundario: vt. ff. quod met. cau. l. si mulier. §. penult. & j. de pœnis. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. Et notãt quidam trẽs casus quibus sine affectu fit furtum. Primus hic. Secundus. j. eodem. l. fullo. §. ij. Tertius. ff. de cõdic. cau. da. l. penul. Accursius.

Voluntas coacta, voluntas est.

Furtũ quãdoque sine affectu cõmittitur.

n *Rem inspiciendã. Spectet.* quod qñ fit, habes. ff. cõmoda. l. eum. §. j. & ff. de præscrip. ver. l. si gratuitã. §. j. & l. si rem.

Si debitor.] CASVS. Debitor subripuit pign[9] creditori: & furti condemnatus soluit pœnam creditori. hãc pœnã quã soluit, nullo modo recuperat. Francis. Accursius.

o *Repetit.* vt & ff. de pigno. act. si pignore. & dic vt ibi. & fac. ff. de condi. indebi. l. pœnæ. & de solu. l. id quod pœnæ. Accursius.

Si vendidero.] CASVS. Vendidi tibi seruum: & antequã traderem, est mihi subreptus sine culpa mea. dicitur quòd actio furti mihi competit, cũ dominiũ serui adhuc penes me sit. [*CVM AVTEM.*] Dũ ago furti ratione dominij, etiã si nõ interfit mea nisi ratiõe æstimationis corporis, illud demum veniet. vnde si hæredi sta- † *Dicit tatuliber est subreptus, mẽ hic Bar.* vel res q̃ erat alij sub *se putare* condit. legata: æstima- *quòd si de*tio demum rei veniet *bitor sit pa*in hac actio. furti. si *ratus solue*autem agitur furti non *re antequã* ratione dominij, sed ra *cõdẽnetur,* tione interesse, siue al- *liberatur* terius vtilitatis: vt cum *ab actione* fulloni sunt subrepta *furti.* vestimenta, vel credi- * *Flo. rec.* tori pignora: tunc id quod interest, veniet in actio. furti, nec inspicietur dominium. [*SI AD EXHIBENDVM.*] Legaueras mihi quem vellẽ de seruis tuis. vnus eorũ hæredi tuo subreptus est. agebam ad exhibendum, petens omnes exhiberi, vt eligam quem volo. dicitur quòd hæres habet actio. furti contra furem. [*CVM RAPTOR.*] Dicitur quòd raptor est fur manifestus. sed ille qui præbuit opem raptori, non est fur manifestus: sed vi bo. rap. tenetur. [*SI TITIVS.*] Credebã debere. x. Titio: solui ea falso eius procuratori, scienti non debere: Titius tamen hoc ratum habet. dicitur quòd Titius habet act. nego. gest. contra illum accipientem: & petam à Titio hæc. x. condic. indeb. Item aduersus falsum procuratorem agam condic. furti. & si agã contra Titium condic. indebi. debeo ei cedere condic. furti. quã habeo contra falsum procur. Si autem debebã. x. Titio, & ratum habuit quòd ille accepit: cessat actio furti, cum sim debito liberatus. Tandem dicit: Falsus procurator tunc facit furtũ, si nomine veri procuratoris vtatur. Idem in eo qui dicit se hæredẽ creditoris, cum alius esset: & petit pecuniam, & habuit. [*QVI REM.*] Non verus procurator Titij, eius Titij nomine soluit decem falso procuratori creditoris: & Titius hoc habuit ratum. dicit & Titius nõ habet act. furti, sed solués. cõdictionẽ autẽ indebiti habet Titius: solués autẽ cõdic. furti. cõtra accipientẽ. Itẽ hic solués habet ne. ge. cõtra Titiũ: quasi agat cõtra Titiũ, & tenebit ei cedere cõd. furtiuã quã habebat cõtra accipiẽtẽ. Frã. Ac.

p *Sine culpa mea.* per quod videbatur mea non interesse.

BIU Cujas

a *Teneor.* vt &.ſ.eo.l.eum qui.in prin. &.ſ.de contrahen.empt. quod ſæpe.§.ſi res.& inſti.de emp.& vendi.§.quòd ſi fugerit.

b *Aliàs.* ſcilicet quando non iure dominij.

c *In ſtatuliberis.* cótra.ſ.eodē.l.ſi quis vxori. in fine.Solu.vt ibi.

d *Naſcitur.* vt fulloni,bonæ fi.poſ. & creditori: vt.ſ.eo.l.itaq; & commodatario: vt.l. eum qui.§. non ſolum. & conductori: vt.d.l. eum qui.§.præterea.

e *Non poteſt.* ſed ad ſolam vtilitatem.No.ergo hic regulam: Quotiens iure dominij datur actio furti,æſtimatur dominium, & cohærentes vtilitates: vt hic,&.ſ.eo.in furti. vbi autē ratione intereſſe, ſolum id æſtimatur: vt hic dicitur. In vſu autem quid ſit, dic vt.ſ.eo.l. qui iumenta.

f *Optaturus.* cum mea erat electio.

g *Cuſtodiam.* ſiue cōductor,ſiue ſarcinator, ſiue fullo ſit: vt hic eſt.

h *Exiſtimandus eſt.* ex ſua publicatione, quia publice & manifeſte facit furtum: non ex deprehenſione: vnde eſt manifeſtus: tamen furti manifeſti non tenetur: niſi fuerit deprehēſus, ſecundum M. vel dic quòd hic fuit deprehēſus, & tenetur actione furti manifeſti: & ſic contra Pla. eſt, vt dixi ſ.eo.l.ſi quis ex domo. Accurſius.

Flo.præſtari cuſtodia

†*Bar. dicit hic eſſe bonū text. & ſing. caſum in materia furti manifeſti, maxime in hoc quòd raptor omnino eſt fur manifeſtus, prout aperte dicitur in text. qui in hoc eſt clariſſimus. Bolo.*

i *Non tenebitur.* ſcilicet manifeſti, ſi deprehenſus nō fuit. Sed nō manifeſti cur non teneatur, non video: cū à raptore factum ſit: vt j.vi bo. ra.l.j. licet P. dixerit cōtrariū, ar. huius literæ, ſcilicet eum non teneri furti etiam non manifeſti.

k *Perperā.* id eſt ſciēs indebitū: & ſic in duobꝰ deliquit: quia falſus, & quia ſciens accepit.

l *Indebiti condictio.* vt ſ. de neg. geſt.l. ſi pupilli.§. item quæritur.

Flo.durabit. electo Titio non inique

&.§.fi. &.ſ. de condic. ob cauſam.l. ſi procuratori.in prin.

m *Condictio.* & actio furti: vt &.ſ.de cōdic. fur.l.quoniam. &.ſ.de ſol.l.cum quis.§.j.

n *Et à Titio.* conuento cōdictione indebiti. ad quod fa. prædic. l.cū quis.§.j. &.j. proximo.§.Accurſius.

o *Vti.* pro vt. Accurſius.

p *Fuit debita.* ſoluta non per iuſtam ignorantiam: aliàs eſſet liberatus: vt.ſ.de ſolu.l.vero procuratori.§.j.&.l.cum quis.§.j.

q *Liberatur.* vt &.ſ.de nego.geſt.l.ſi ego.

r *Adſumpto.* dicens, ego ſum Titius procurator Seij. cum quidam Titius ſit procurator, non tamen iſte: & ſic debitor labitur in perſona: & ſic nō transfert dominium pecuniæ in procuratorem: vt &.ſ.eo.ſi quis vxori.§.cum Titio. vel dicit ſe procuratorem Seij, cum nullus ſit: vel procuratorem procuratoris, cū non ſit. Tu tamen dicas ſemper quòd non trāsferat dominium pecuniæ debitor: vt.ſ.eo.falſus.§.j.& plene dic vt ibi. & fa.ſ.de condic.inde.l.ſi procurator.

ſ *Eius nomine.* ſcilicet Titij. Accurſius.

videtur intereſſe: quia dominiū apud me fuit, vel quoniam ad præſtandas actiones teneor.[a] ¶ Cum autem iure dominij defertur furti actio: quamuis non aliàs,[b] niſi noſtra interſit, competat: tamen ad æſtimationem corporis, ſi nihil amplius interſit, vtilitas mea referenda eſt. Idque & in ſtatuliberis,[c] & in legato ſub conditione relicto, pbatur. alioquin diuerſum pbantibus, ſtatui facilè quantitas nō poteſt. quia itaque tunc ſola vtilitas æſtimationem facit, cum ceſſante dominio furti actio naſcitur,[d] in iſtis cauſis ad æſtimationē corporis furti actio referri non poteſt.[e] ¶ Si ad exhibendum egiſſem, optaturus[f] ſeruum mihi legatum, & vnus ex familia ſeruus ſubrept⁹ [ſit:] hæres furti habebit actionem. eius [enim] intereſt. nihil enim refert, cur præſtare* cuſtodiā[g] debeat. ¶ Cū raptor† omnimodo furtum facit: manifeſtus fur exiſtimandus eſt.[h] Is autem cuius dolo fuerit raptū: furti quidem non tenebitur,[i] ſed vi bonorum raptorum.

Primo loquitur quando falſus procurator recipit indebitum. Secundo quando recipit debitum. Tertio ponit quaſdam quæſtiones circa prædicta. ſecunda ibi, quòd ſi pecunia. tertia ibi, falſus autem. Bartolus.

¶ Si Titius,cuius nomine pecuniam perperam[k] falſus procurator accepit,ratum habeat: ipſe quidem Titius negotiorū geſtorum aget: ei verò qui pecuniam indebitam dedit,aduerſus Titiū erit indebiti condictio:[l] aduerſus falſum procuratorem furtiua durabit* condictio:[m] & à Titio[n] non iniquè per doli exceptionem vti[o] præſtetur ei furtiua cōdictio,deſiderabitur. Quòd ſi pecunia fuit debita:[p] ratum habēte Titio, furti actio euaneſcit: quia debitor liberatur.[q] Falſus autē procurator ita demum furtum pecuniæ faciet, ſi nomine quoq; veri procuratoris quē creditor habuit, adſumpto,[r] debitorem alienū circūuenerit. Quod æquè probatur & in eo qui ſibi deberi pecuniam, vt hæredi Sempronij creditoris, adſeuerauit, cum eſſet alius. ¶ Qui rem Titij agebat, eius nomine[ſ] falſo procuratori creditoris ſoluit:[t] & Titius ratum habuit. non naſcitur ei[u] furti actio: quæ ſtatim cum pecunia ſoluta eſt: ei qui dedit, nata eſt:[x] cum Titij nummorum dominium non fuerit, neque poſſeſsio:[y] ſed condictionem indebiti quidē Titius habebit:[z] furtiuam[a] autē, qui pecuniam dedit. quæ[b] ſi negotiorum geſtorum actione Titius cōueniri cœperit,[c] arbitrio iudicis ei præſtabitur.[d]

t *Soluit.* de ſua burſa.

u *Ei.* ſcilicet Titio.

x *Nata eſt.* ſi dominiū non tranſtulit: vt &.ſ. proxi.§.notatur.

y *Neque poſſeſsio.* bona ratio: vt &.ſ.de preſcrip.l. ſi rem.§. fin. & adde, id eſt neque ius habebat in ea: vt non ob.ſ.eo.in actione furti.§.fi.&.l.ſi is qui.i pri.

z *Titius habebit.* quia eius nomine ſolutum eſt, & ratum habet: vt &.ſ.de condic. indebi. l.ſi procurator. & de condic.fur.l.quoniam. vbi plene dixi.

a *Furtiuā.* ſcilicet cōdictionem, quæ ſoli domino datur.

b *Quæ.* ſcilicet condictio furtiua.

c *Cœperit.* ab illo qui ſoluit propter ratihabitionem. aliàs non tenetur: vt.ſ. de ne. geſt. l.ſi quis negotia. Ac.

d *Præſtabitur.* ab eo qui conuenit. Accur.

LXXXIII. IDEM libro primo Reſponſorum.

OB pecuniam ciuitati[e] ſubtractam, actione furti, nō crimine peculatus, tenetur.[f]

Qui rei vſum peruertit, furti tenetur. h.d.

LXXXIIII. PAVLVS libro ſecundo Sententiarum.

FVllo, & ſarcinator, qui polienda vel ſarcienda veſtimenta accepit, ſi fortè his vtatur, ex contrectatione eorum furtum feciſſe videtur: quia non in eam cauſam ab eo videntur accepta. § ¶ Frugibus ex fundo ſubreptis, tā colonus quàm dominus furti agere poſſunt:[h] * quia vtriuſque intereſt rē perſequi. ¶ Qui ancillam[i] non meretricem libidinis cauſa ſubripuit, furti actione tenebitur: & ſi ſuppreſsit,[k] pœna legis Fauię coërcetur. Qui tabulas[l] cautionéſve ſubripuit: in adſcriptam ſummam furti actione tenebitur. Nec refert, cācellatæ, nécne ſint: quia† ex his debitum magis ſolutum eſſe cōprobari poteſt.

LXXXV. NERATIVS libro primo Reſponſorum.

e *Ciuitati.* alij q̄ Romanæ: vt.j.ad.l. Iuliā pec.l.iiij.§. fina. cótra.

f *Tenetur.* ſcilicet fur.

FVllo.]CASVS. Fullo & ſarcinator ſi vtantur veſtibus illis quas acceperūt ad fulliendum: furti tenētur. Secundo dicit, fructibus ex agro ſubreptis act. furti datur tam domino fundi, quàm colono. Tertio dicit: ancillam tuam nō meretricem ſubripui cauſa libidinis, fur ſum: & ſi eam celem, teneor pœna legis Fauiæ. Quarto dicit: inſtrumenta tua ſubripui. teneor furti in tōtum in quitum continebant debitum. Franciſ.

Flo.

g *Accepta.* vt inſtitu. eo.§.furtum autem.

h *Agere poſſūt.* de hoc plene habes.ſ. eo.ſi a-pes.§.fi.

i *Qui ancillā.* de hoc dixi.ſ.eo.l.verum eſt.& fa.j.ad.l.Fa. de pla.l.non ſtatim.

k *Suppreſsit.* id eſt abſcondit.

l *Qui tabulas.* & de hoc plene habes.ſ.eodem.l.qui tabulas.

SI quis.]CASVS. Si ego apprehendi pro hærede bona alicuius quem credebā mortuum cum adhuc viueret: dicitur q̄ nō cōmitto furtum. Secundo dicit: ſubripuiſti mihi rem. ſeruus tuus aliā rē ſubripuit mihi. dicitur quòd ſi agā cótra te furti pro tuo furto, nō tollitur alia actio furti pro furto facto à ſeruo tuo. Frā.

Non fa-

BIU Cujas

a *Non facere.* nec tamẽ vſucapit pro hærede: vt.ſ. p hærede.l.j.
b *De alia re.* quid mirũ? immo & de eadem: vt.ſ.eo. vulgaris.§. pe.&.l.inter.§.hæc actio.in fi.
c *Vnà.* id eſt inſimul.

Qvamuis.]*CASVS.* Res furtiua non poteſt vſucapi niſi ad dominum reuertatur. hoc fallit in caſibus. primus ſi domin⁹ rei æſtimationem accepit, vel eam vendidit furi. Franciſ. Accurſius.

d *Non poſſit.* vt inſtit. de vſuca. §. furtiuæ. & ſ.de vſucap.l.ſequitur. §.quod autem.
e *Iam.* in futuro. erit enim vſucapibilis.& facit.C.p ẽptore.l.ſciẽs. &.ſ. de vſucap.l.ſi fur. &.l.ſequitur.§. tunc in poteſtatem.

IS cuius.]*CASVS.* Actio furti datur ei cuius intereſt. hinc eſt quòd & cõductori cõpetit hæc actio, ſi ei ſit ſubrepta. geſtori autẽ, vel protutori, vel vero tutori, vel vero curatori eius cui eſt ſubrepta res, nõ datur hæc actio ſuo nomine, ſed nomine pupilli ſic. Itẽ ei cui debebatur res ex cauſa ſtipulatio. vel ex teſtamento, ſi antequã ſit ei tradita, aliquis ſubripuerit eam: nõ habet hanc actionem. Itẽ habet nec fideiuſſori coloni datur. Fran. Accurſius.

f *Locata eſt.* vt &.ſ.eo. l.cum qui.§. præterea.
g *Non habebunt.* ſuo nomine. ſic &.ſ. eod.l. qui iniuriæ.§.qui alienis. ſed nomine pupil. ſic: vt.ſ.eo.l.interdum. ij.§.qui tutelam.
h *Stipulatu.* vt &.ſ.eo. l.is cui. & facit.l.cuius intereſt. & quod ibi not. Item contra.ſ.eo. l.ſi is qui rem.in princ. ſed ibi habet ius in re. *ADDITIO.* Intellige hoc, quòd res erat ſibi obligata ſub conditione: vel nõ erat res hereditaria: vt per Bar. hic.

SI ad dominum.]*CASVS.* Res mihi ſubrepta eſt, vel vi accepta. reuerſa eſt ad me, & hoc ignoro. tandem deſij eam poſſidere. dicitur quòd non deſiit eſſe furtiua: vnde nec vſucapi poteſt ab aliquo. Franciſ. Accur.

i *Non videtur.* vt.ſ.de vſuc.l.ſequitur.§.tunc in poteſtatem.&.j. de verbo.ſigni.l.Labeo.§.j.

Creditori.]*CASVS.* Creditor cum agit furti: aut agit contra extraneum: & tunc valentia libri æſtimatur quaſi tãtum interſit ſua.& hoc intelligas quando in ſe creditor ſuſcepit periculum. ſi autem agit cõtra ipſum debitorem ſubripientẽ: tunc ſumma pecuniæ debitæ & eius vſura ſpectatur & duplabitur. Fran.

k *Pignoris.* hoc eſt verum vbi cõpetit ei ſoli: quod eſt cũ ſuſceperit pignus ſuo periculo: vel cũ culpa eius ſubtrahitur: alioquin creditotenus aget: vt.ſ.eo.l.eum.§.idẽ ſcribit. vbi plene dixi. Ac.

SI quis ex bonis eius quem putabat mortuum, qui viuus erat, pro hærede res [hæreditarias] adprehẽderit: eum furtum non facere. a ¶ Ei cum quo ſuo nomine furti actum eſt, ſi ſerui nomine de alia re b aduerſus eũ agatur, non dandam exceptionem furti vnà c facti.

LXXXVI. PAVLVS libro ſecundo ad Neratium.

QVamuis res furtiua, niſi ad dominum redierit, vſucapi non poſſit: d tamen ſi eo nomine lis æſtimata fuerit, vel furi dominus eam vendiderit: nõ interpellari iam e vſucapionis ius, dicendum eſt.

LXXXVII. IDEM libro ſecundo Manualium.

IS cuius intereſt non ſubripi, furti actionẽ habet, ſi & rem tenuit domini voluntate: id eſt veluti is cui res locata eſt f. Is autem qui ſua voluntate, vel etiam pro tutore negotia gerit: item tutor vel curator, ob rem ſua culpa ſubreptam non habebunt g * furti actionem. Item is cui ex ſtipulatu h vel ex teſtamento ſeruus debetur, quamuis interſit eius, non habet furti actionẽ: ſed nec is qui fideiuſſit pro colono.

Non videtur poſſidere, qui ſe ignorat poſſidere.

LXXXVIII. TRYPHONINVS libro nono Diſputationum.

SI ad dominum ignorantem peruenerit res furtiua, vel vi poſſeſſa: non videtur i in poteſtatẽ domini reuerſa: ideo nec ſi poſt talem domini poſſeſſionem bona fide ementi venierit, vſucapio ſequitur.

LXXXIX. PAVLVS libro primo Decretorum.

CReditori actio furti in ſũmam pignoris k non debiti competit. Sed vbi debitor ipſe ſubtraxiſſet pignus, contra probatur: vt in ſummam pecuniæ debitæ & vſurarum eius furti conueniatur. l *

XC. IDEM libro ſingulari de Concurrentibus actionibus.

SI quis egerit vi bonorũ raptorum, etiam furti m agere non poteſt. quòd ſi furti elegerit in duplum agere, poteſt & vi bonorum raptorum agere, ſic vt non excedat* quadruplum.

XCI. IDEM libro ſingulari de Pœnis paganorum.

SI libert⁹ † patrono, vel cliẽs, vel mercenarius ei qui eum conduxit, furtum fecerit: furti actio non naſcitur. n

Ille non poteſt furti agere, cuius non intereſt: aut ſi intereſt, deſinit tamẽ facto furto intereſſe. Bartolus.

XCII. IAVOLENVS libro nono ex Poſterioribus Labeonis.

2 FVllo actione locati de domino o liberat⁹ eſt: negat p eum furti rectè acturũ Labeo. Item ſi furti egiſſet priuſquam ex locato cum eo ageretur, & antequam de furto iudicaretur, locati actione liberatus q eſſet: & fur ab eo abſolui debet. r Quòd ſi nihil eorum antè accidiſſet: furem ei condemnari oportere. Hæc idcirco, quoniam furti eatenus habet actionem, quatenus eius intereſt. ¶ Nemo ſ opem aut conſiliũ alij præſtare poteſt, qui ipſe furti faciẽdi conſilium capere nõ poteſt.

XCIII. LABEO libro ſecundo Pithanon à Paulo epitomatorum.

SI quis cum ſciret quid ſibi ſubripi, non prohibuit: non poteſt furti t agere. u Paulus: Immo contra. Nam ſi quis ſcit ſibi rapi: & quia nõ poteſt prohibere, quieuit: furti agere x poteſt. At ſi potuit prohibere, y nec prohibuit: nihilo minus furti aget. Et hoc modo patronus quoq; liberto, z & is cuius magna verecũdia, ei quem in præſentia pudor ad reſiſtẽdum impedit, furtum facere ſolet.

1 *Conueniatur.* ſcilicet in duplum, licet ſua culpa amiſerit: quia debitor eſt in dolo: qui præponderat. Et facit ſupra eo.l.ſi debitor.& ſupra de pign.l.ſi inter.§.fin.& ſupra de ſolu.l. id quod. & C.de pig.l.ſi tibi.

SI quis egerit.]*CASVS.* Si agatur actione vi bonorum raptorum, tollitur actio furti non manifeſti. ſecus ecõtra in eo quod excedit. Franciſ.

m *Furti.* non manifeſti. Ioan. & facit.j. vi bono.rap.l.j. Accur.

SI libertus.]*CASVS.* Libert⁹ patrono leue quid ſubripuit, vel capiſer domino, ſiue ſcholari. non habet locum hæc actio. Fran.

n *Non naſcitur.* in re viliori: vt &.ſ.eo. ſerui & filij. & inſtitu. eo. de obli. quæ ex delic. naſ. §. hi.&.j. de pœn.l. reſpiciendũ. ſecus in non vili, ſi eſt fur libera perſona: vt.C.eo.l. apud. §.ſi. Accurſius.

FVllo.]*CASVS.* Locaui tibi veſtimenta mea ad fullien-dum. ea ſunt tibi ſubrepta. tibi cõpetit actio furti: quæ tollitur ſi te liberem ab actione locati, qua mihi teneris: ſiue te liberaui priuſquam cœpiſſes agere furti: ſiue poſtea. ſi autem non te liberaui, cõdemnabitur tibi fur. Vltimo dicit: qui non tenetur furti: ſi facit furtum, vt impubes: ille idem nõ dicitur dare conſilium vel opem furi; nec teneẽ ex hoc, Franciſcus.

o *De domino.* id eſt à domino.
p *Negat.* ſcilicet Põponius.
q *Liberatus.* puta per pactum.
r *Abſolui debet.* ſ. eo. l.inter.in prin. contra. ſolu. vt ibi. Itẽ facit.ſ. eod.l.itaque.&.ſ.loca. & cõdu.l. ſi merces.§. fi. Accurſius.
ſ *Nemo.* hoc habes.ſ. eo.l. impuberem. in fi.

SI quis cũ ſciret.]*CASVS.* Cum ſcirem mihi ſubripi rem, nihil dixi: nõ ago furti. Paulus dixit contra. nam ſi non prohibuit quia nõ poterat prohibere: bene agit furti. & hoc ſæpe accidit cum ſubripit patronus liberto, qui verecundia ductus non dicit aliquid. Franciſ.

t *Furti.* non manifeſti: vt.ſ.eo.l. ſi quis in ſeruitute.§. cæterum. & hic.& facit.j. de re iudi.l. nullum crimen eſt. Accurſius.
u *Agere.* ſed certe cõſentire videtur: vt.ſ. de his qui notan. infa. l. quid ergo.§. ſi quis alieno. ſed hic expreſſus conſenſus exigitur: vt.ſ.eo.l. qui vas.§. vetare. Accurſius.
x *Agere.* ait Labeo: vt patet ex legis inſcriptione. Accurſius.
y *Prohibere.* quia erat multitudo furum qui interfeciſſent eum.
z *Liberto.* qui aget in factum: vt.ſ. de obſe. à lib.l. honori. &.l. parens.&.l. licet. Accurſius.

* *conueniretur. Flo.*
* *Flo. excederet*
† *No. iſtã.l. dicit Bart. ad hoc q̃ vbi iſti domeſtici furã tur, non oritur ac. furti. quod eſt verũ, ſi res eſt modica vel vilis: vt dicit glo.*

BIU Cujas

MEminisse.] CASVS. Nunc dicit furem posse accusari de furto: & accusans inscribet: & nihilo minus furti ciuiliter potest agere.

a *Plerumque.* propter domestica: vt. j. de pœn. l. respiciẽdum. & facit. ſ. titu. j. l. fin. & quod ibi not. item facit. ſ. eo. interdum. ij. §. qui furẽ. & j. ad Turpil. l. & in priuatis.

DE TIGNO iniuncto.

Supra dictũ est de furto in genere. sed quia iniũgere tignum alienum suis domibus, est species furti: ideo ponitur rubri. de tigno iniũcto. vel ita: supra dictum est de furtis cuiuscunque rei, hic de furto tigni iniuncti. Et hæc rub. ponitur materialiter. Vel dic, de furto p tigno iniũcto bene est vt videamus. Vel sic. ſ. de fur. generali. ab Alex. li. 6. Cen. dier. cap. 10. ter dixit: nũc de quadam specie, in qua sunt quædã specialia.

† Quibus legibus criminaliter in fures animaduersum fuerit, declarat Alexã.

†Fl. iuncto

LEx duodecim tabularũ.] CASVS. Si tignũ meum mihi subreptum in ædificio tuo posuisti, vel in vineis: non possũ petere illud tolli siue remoueri de ædificio, neque vindicare. & hoc dixit lex duodecim tabularũ. & reddit ratio: ne ędificia diruãtur, vel vinearum cultura turbetur. sed in eũ qui iniunxit, datur actio in duplum ęstimationis tigni. Et appellatione tigni omnis materia significatur ex qua ædificia vel vineæ fiunt: & sic lapides & tegulæ & trabes & similia comprehenduntur. & tignum dicitur à tegendo. comprehenditur tamen lapis & cæmenta & similia. & in vineis tignum comprehendit omne id ex quo fiunt vineæ: & sic pali & perticæ & pedamenta. Tandem dicit quòd datur actio ad exhibendum contra eum qui sciens alienum tignum suo ædificio imposuit: nec conuenietur quasi possidens, sed quasi dolo desiit possidere. Vltimo dicit: si agitur tigni iniuncti, non tollitur rei vindi. immo intentari poterit, vt saltem iuretur in litem. & hoc dicit hæc lex & seq. Francis.

† iunctum Flo.

† iunxisse Flo.

b *Soluere.* id est dissoluere. Accursius.

c *Vindicare.* & ita nec tenetur rei vindi. sed quasi dolo desierit possidere, tenetur ad exhibendum, vel rei vindi. & ita soluitur contrarium in fi. l.

d *Actionem.* vt &. ſ. de acquiren. rerum do. l. adeo. §. cum in suo. & instit. de re. diui. §. cum in suo. Accursius.

e *Tigni.* facit. j. de verbo. signi. l. pali. & l. tigni. Accursius.

f *Vtputa perticæ.* quæ ponuntur in longum vt vites sustineant.

g *Pedamenta.* sunt quæ figuntur in terra.

h *Ad exhibendum.* iste finis videtur tollere quicquid positum est in princip. quare dic quòd te possum conuenire actione tigni iniuncti ad duplum, vel ad exhibendum, vel rei vindi. vt non eximas: sed quasi dolo malo desieris possidere. & not. quòd. v. actionibus hic tenetur: furti, & condic. fur. & de tigno iniuncto, & ad exhiben. & rei vindica. & de hoc dicit hæc litera, si bene aduertas.

i *Sciens.* secus si ignorãs: vt. ſ. ad exhiben. l. gẽma. & l. tigni. quæ sunt contra. Item fa. ſ. quod vi aut clam. l. nam origo.

k *Sed si proponas. Non dubito.* vt tamen & hic iuretur in litem: vt supra de solu. l. qui res. in fi. idem si separetur: vt. C. de rei vindica. l. ij. Sed quid si alius iniunxit, alius habet iniunctum? Respon. is tenetur qui habet iniunctũ: vt. ſ. ne quid in lo. publi. l. ij. §. prætor ait. cætera dic vt dixi. ſ. de rei vindi. l. in rem. §. tignum. Idem facit. ſ. de exce. rei iud. l. si quis cum totũ. §. sed in cæmẽtis.

SI QVIS TESTAMENTO LIBER esse iussus fuerit &c.

Habuimus. ſ. de furtis in genere perpetratis à quacunque persona, & qui agit actio. furti criminaliter, debet subscribere se ad pœnam talionis: sicut fit in criminibus publicis. hoc dicit. Titulus sequens per se patet.

XCIIII. VLPIANVS libro trigesimooctauo ad Edictum.

MEminisse oportebit, nunc furti plerumque a criminaliter† agi: & eum qui agit, in crimen subscribere: non quasi publicum sit iudicium, sed quia visum est temeritatem agẽtium etiã extraordinaria animaduersione coërcendam. Nõ ideo tamen minus, si quis velit, poterit ciuiliter agere.

DE TIGNO INIVNCTO.†

TITVLVS III.

I. VLPIANVS libro trigesimoseptimo ad Edictum.

LEx duodecim tabularũ neque soluere b permittit tignũ furtiuũ ædibus vel vineis iniunctũ, †neq; vindicare: c quod prouidenter lex effecit: ne vel ædificia sub hoc prętextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur. sed in eum qui cõuictus est iniunxisse, † in duplum dat actionem. d ¶ Tigni e autem appellatione continetur omnis materia ex qua ædificium constat, vineæque necessaria. Vnde quidam aiunt, tegulam quoque, & lapidem, & cæmenta, * cæteraque siqua ædificiis sunt vtilia, (tigna enim à tegendo dicta sunt) hoc amplius & calcem, & arenam, tignorum appellatione contineri. Sed & in vineis tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur: vtputa perticæ, f pedamenta. g Sed & ad exhibendum h dãda est actio. Nec enim parci oportet ei qui sciẽs i alienam rem ædificio inclusit, iniunxítve. *non enim sic eum conuenimus, quasi possidentem: sed ita quasi dolo malo fecerit quo minus possideat.

II. IDEM libro quadragesimosecundo ad Sabinum.

SEd si proponas tigni furtiui nomine ædibus iuncti actum: deliberari poterit, an extrinsecus sit rei vindicatio. Et esse non dubito. k

¶ Si quis astrologus, vel qui aliquam illicitā diuinationē pollicetur, cōsult⁹ aliquē furē dixisset, qui non erat: iniuriarū cum eo agi non potest:[l] sed cōstitutiones[m] eum*tenent. ¶ Iniuriarum [actio] quæ ex conuicio[n] nascitur: in hæredes nō est reddenda, sed nec hæredi.[o]

Talis quis esse præsumitur, in quali habitu reperitur. Bartolus.

¶ Si quis † virgines[p] appellasset, [q] si tamen ancillari veste vestitas, minus[r] peccare videtur: multo minus[s] si meretricia veste fœminæ, nō matrūfamiliarū vestitę fuissent. Si igitur nō matronali habitu fœmina fuerit,& quis eā appellauerit,[t] vel ei comitē abduxerit: iniuriarū[nō]* tenetur.[u] ¶ Comitē[x] accipere debem⁹ eū qui comitetur,& sequatur: &(vt ait Labeo)siue liberū, siue seruum, siue masculū, siue fœminā.[y] & ita comitē Labeo definit, qui frequētādi cuiusq; causa, vt sequeretur destinatus, in publico priuatóve abductus fuerit. Inter comites vtique & pædagogi[z] erunt. ¶ Abduxisse videtur (vt Labeo ait) nō qui abducere comitē cœpit: sed qui perfecit[a] vt comes cum ea*non esset. Abduxisse autē nō tantū is videtur qui per vim abduxit: verū is quoq; qui persuasit[b] comiti vt eam desereret. ¶ Tenetur hoc edicto nō tantū qui comitē abduxit: verūetiā si quis eorū quem[c] appellauisset, adsectatúsve esset. ¶ Appellare est blāda oratione alterius pudicitiā attentare. Hoc enim nō est cōuiciū facere, sed aduersus bonos mores attentare. ¶ Qui turpibus verbis vtitur: nō tētat pudicitiā, sed iniuriarū tenetur. ¶ Aliud est appellare, aliud adsectari. Appellat enim, qui sermone pudicitiā attentat: adsectatur, qui tacit⁹ [d] frequēter insequitur. Adsidua*enī frequētia quasi præbet nō nullā[e] infamiā.

Memini sse autē oportebit, nō omnē qui adsectat⁹ est, nec omnem qui appellauit, hoc edicto cōueniri posse. Neq; enim si qs colludendi,[f] si quis officij[g] honestè faciēdi gratia id facit, statī in edictū incidit: sed q contra bonos mores hoc facit. ¶ Sponsum quoq; ad iniuriarū actionē admittendū puto. Etenim spectat ad contumeliam eius iniuria quæcūque[h] sponsæ eius fiat.

Non est superfluum post generalem clausulam subiicere speciales, causa res elucidandæ.h.d.

¶ Ait prætor: *Ne quid infamandi causa fiat.*[i] *Si quis aduersus ea fecerit: prout quæque res erit, animaduertam.* Hoc edictum superuacuum[k] esse Labeo ait, quippe cum ex generali[clausula][l] iniuriarū agere possimus. Sed videtur & ipsi Labeoni,& ita se habet, prætorē eandē causam

nam nullum aliud propositũ est nisi id quod est.ff.ea.l.§.ait prætor qui. ex illo autem constat hic non agi.sed respondeo : vetus fuit edictum, quod non habemus,de quo fit mẽtio.ff.eo.l.prætor edixit.vel si intelligas superiorem.§. generaliter, planũ est quod hic dicit.Accursius.

a *Notabiliter*.id est generaliter & regulariter:& generalibus verbis dicuntur. nam talia notabiliter notãda fũt. vel dic,notabiliter, id est quæ fiunt ad notam & infamiam alicuius. vel notat,id est mãdat.

b *Notentur*. id est specialibus verbis notentur ad vindictam imponendam.

c *Neglecta*.à prætore. sic &.ff.nau.cau.ſtabu. l.& ideo.§.j.& de pub. l.j.§.dixerit aliquis.ibi, sed bene putauit. plus ergo quod specialiter fit vel dicitur,valet: vt &.ff.de acquir.hęre.l.ſi quis mihi bona. §. sed vtrũ.& de auro & arg. lega.l. Quintus.j.§.sed quod Quintus. & in auth. de nup.§. soluto. ibi, vnde donec. col. iiij.&.C. de ser. pign. da.l.ij.&.ff.de act.emp. l. quæro. argu.cõtra.j. de reg. iur.l. expressa. Azo.

d *Fieri*. generaliter ergo hic accipiendum est:& hoc subiicit:proinde &c. sic.ff. de lega. præstan.l.j. & de lega. iij.l.ſi plures. in fine ti.

e *Qui fecerit*. hoc ex verbis edicti.

f *Vel dixerit*. hoc ex sententia. Azo.

g *Ad inuidiam*. id est iniuriam.

h *Veſte*. facit.j. eo.l. vestẽ.& in auth.de san. epi.§. penultimo. col. ix.&.C. de his qui notan.infa.*l.decreto.

i *Si carmẽ*. facit.ff.eodẽ.l.lex Corne.in fine. &.l.sequenti.&.j.eo.§. prætor ait.Accursius.

k *Quod ait prætor*. vt ff.eodẽ.§.ait prætor ne quid &c.

l *Mouerit*. ne debeat audire agentem.

m *Qui agit*. vt quia talis est cui facta sit iniuria: cui famæ damnũ nõ est iniuria: vt.C.vt intra certũ tempus.l.ij.

n *Aduersus quem*. vt quia libertus aduersus patronum pro leui iniuria: vt.ff.eo.l.prætor.§.præterea.&.§.penul.

o *In re ipsa*. statim se exponit,id est in qualitate etiam:vt est cũ sit seruo non atrox:vt.j.eo.§.ait prætor.

p *Qui agit*. scilicet actione iniuriarum. vel agit contra id quod prætorem mouet.vel tertio agit,id est facit iniuriam: audit tamẽ eum qui actionem proponit. vel agit,id est excipit, dicẽdo se nõ teneri:quæ duæ vltimæ in idem recidunt, & alium sensum dant quàm dixerim exponẽdo. & facit vt ex qualitate agatur.j.de ter. moto.l.ij.§.de pœna. &.ff.de neg.gest.l.Póponius.ij.& de leg.j.l.

causam secutũ, voluisse etiã specialiter de ea re loqui. Ea enim quæ notabiliter[a] fiunt:nisi specialiter notẽtur,[b] vidẽtur quasi neglecta.[c] ℣ Generaliter vetuit prætor quid ad infamiam alicuius fieri.[d] Proinde quodcũque quis fecerit[e] vel dixerit,[f] vt alium infamet: erit actio iniuriarum. Hæc autẽ ferè sunt quæ ad infamiã alicuius fiunt:vtputa [si quis] ad inuidiam[g] alicuius veste[h] lugubri vtitur, aut squalida,aut si barbam demittat, vel capillos summittat, aut si carmen[i] conscribat,vel proponat, vel cantet aliquid quod pudorem alicuius lædat. ℣ Quod ait prætor: [k] *Si quis aduersus ea fecerit, prout quæque res erit, animaduertam*: sic intelligendum est, vt plenior esset prætoris animaduersio : id est & quodcũque eũ mouerit,[l] vel in persona eius qui agit[m] iniuriarum actione, vel eius aduersus quem[n] agitur, vel etiam in re ipsa,[o] [id est] in qualitate iniuriæ : [non] audiat eum qui agit. [p] ℣ Si quis libello[q] dato vel principi vel alicui, famam alienam infectatus fuerit, iniuriarũ erit agendum,[vt] Papinianus ait.℣ Idẽ ait, eum[r] qui euentum sententiæ, velut laturus,pecunia vendidit:* fustibus à præside ob hoc castigatũ, iniuriarum damnatum videri. Vtique autem apparet hunc iniuriã ei fecisse, cuius sententiam vendidit.[f]*℣ Si quis bona alicuius, vel rem vnam[t] per iniuriam occupauerit:iniuriarum actione tenetur. Item si quis pignus proscripserit, venditurus tanquam à me acceperit, infamandi mei causa:Seruius ait iniuriarum agi posse. Si quis nõ debitorem[u] quasi debitorẽ appellauerit, iniuriæ faciẽdæ causa: iniuriarum tenetur.℣ Prætor ait: *Qui seruum alienum aduersus bonos mores verberauisse, dẽue eo iniussu domini quæstionem*[x] *habuisse dicetur: in eum iudicium dabo. Item si quid aliud factum esse dicetur: causa cognita iudiciũ dabo.* ℣ Si quis sic fecit iniuriã seruo, vt domino faceret:[y] video dominum iniuriarum agere posse suo nomine.Si verò nõ ad suggillationem domini id fecit:ipsi seruo facta iniuria,inulta à prętore relinqui nõ debuit: maximè[z] si verberibus vel quæstionibus affligeret.* hoc enim & seruum sentire[a] palam est. ℣ Si cómunem quis seruum verberauerit,vtique hac actione non tenebitur:cum iure dominij[b] id fecerit. Nec si fructuarius id fecerit,dominus cum eo aget: vel si proprietarius fecerit,fructuarius eũ cõueniet.[c] Adiicitur,[d] *Aduersus bonos mores*: vt nõ omnis omnino qui verberauit, sed qui aduersus bonos mores verberauit, teneatur. Cæterum si quis corrigendi animo[e] [verberauerit,]aut si quis emendandi:nõ tenetur. Vnde quęrit Labeo, si magistratus municipalis seruum meum loris ruperit : an possim cũ eo experiri,quasi aduersus bonos mores verberauerit. Et ait,iudicem debere inquirere,quid facientem seruum meum verberauerit. nam si honorem ornamentaque petulãter attentãtem ceciderit, absoluendum[f] eum. *Verberasse* dicitur abusiuè, & qui pugnis ceciderit. ℣ Quæstionẽ[g] intelligere debemus tormenta, & corporis dolorem ad eruendam veritatem. Nuda ergo interrogatio, vel leuis territio, non pertinet ad hoc edictum. Quæstionis verbo etiam ea quam malam mansionem dicunt,[h] continebitur. Cum igitur per vim & tormenta habita quæstio est: tunc quæstio intelligitur.Sed & si iussu domini quis quæstionem habeat, modum tamen[i]

A si seruus plurium.in fi.&.ff.eo.l.prætor edixit.§.pen.&.§.fi.

q *Si quis libello*.infamatorio.& facit supra eo.l.lex Cornelia.§. fin.&.l.seq. vel dic in ciuili etiam ex causa vexãdi:vt supra eo.l. iniuriarum.§.ij.

r *Idem ait eum*.adsessorem,vel comitem.

s *Vendidit*. aliàs vendidit : & aliàs indicauit: & aliàs iactauit: & punitur æquali pœna dans,& accipiẽs: vt.C. de accu.l.qui explicãdi.vbi plene dixi.ar.in authen. de san.epis.§.ſi quis autem erit. &.§. præ omnibus.&.C. de episc.& cleri. si quemquam.in fin.facit supra de suspe.tut.l. tutor.§. tutor q ad aliẽta. Act *Vnam*.facit.ff.vi bo. raptorum.l.ij.§.vel cuius.Accursius.

Flo. quasi fieret.

u *Si quis non debitorẽ*. vt.j.l.ſi creditor.&.l. ſi iniuriæ.

hanc enim. Hal. quæstionib⁹ adfecerit. hoc enim & Serium sent. opinor legẽdũ,satisfieret. nam est ferè similis locutio. j. eo.l. sed si. §. Ait prætor.

x *Quæstionẽ*. hoc expone vt.j. eo.§. quæstionẽ.&.§.quęstionis.

y *Vt domino faceret*. id est ad eius suggillationem vt eum cruciaret facta est. sic institu. de excu. tut.§. item si propter inimicitias.

z *Maxime*. hoc ideo, quia idem dicetur etiã si aliàs atrociter cruciet eum.&sic concor. insti.eo.§.seruus. &.§. si communi.

a *Sentire*. ergo ipsemet agit. & hoc quidã concedunt. & pro eis ff.vi bo.rap.l.prætor.§. pe. &.j. de sepul.vio.l. iij.§.ſi seruus. sed quãlibet earum expone vt suo loco dictum est.& hic dicas dominum,nõ seruum,agere:vt.C.de iudi.l.seruus.licet sentiat (vt dicit) inspecto iure naturali : vt.ff. de his qui sui iur.sunt vel alie.l.ij.§.dominorum. & facit.j. eo.§. interdum.Accursius.

b *Cũ iure dominii*. nobilis præsumptio: vt & ff.pro soc.l. merito.nisi cõtrà probetur: vt in ar. contra.ff.de ser.cor.l.ſi qs seruũ.& ad le. Aql. l.sed si communem.

c *Cõueniet*. repete negationẽ.& facit.j.ea.l. §.ſi vsumfructum.

d *Adiicitur*.in.§.prętor ait.qui est.ff.ea.l.

e *Animo*. in hoc facit.C.de emẽda.propinquo.& de emenda.ser.&.j.ad Turpil.l.j.§.calumniatoribus. Ac.

f *Absoluendum*.scilicet iudicem.

g *Quæstionem*.facit.j.proxi.§.&.ff.ad Sylla.l.j.§.quæstionem.& C.de iura.calum.l.j.in fi.& de rei vin.l.cum super vernis.

h *Dicunt*.vt si ponitur in carcerem[a] vt non comedat donec dicat id de quo quæritur.& facit.ff.depoſi.l.ſi hominem.Accur.

i *Modum tamen*. facit.C.de emenda.ſer. & de emenda. propinquo.&.ff.de ſerui.l.ſi cui.&.ff.ſolu.ma.l.ſi cõſtãte.§.ſi maritus.& ff.de condic.cau.da.l.cum ſeruus.

a Vide Bu. in annota. posteri. hic, quæ dicatur mala mansio.

Excesserit.

BIU Cujas

excesserit: [a] teneri eum debere Labeo ait. ¶ Prætor [b] ait: *Si quid aliud factum esse dicetur: causa cognita iudicium dabo*. Proinde si quidē verberatus sit seruus, vel tormentis de eo quæstio habita est: sine causę cognitione [c] iudicium in eum competit. Si vero aliam iniuriam passus sit: non aliter competit, quàm si causa cognita. Itaque prætor non ex omni causa iniuriarum iudiciū seruī nomine promittet. Nam si leuiter percussus sit, vel maledictum ei leuiter, non dabit actionem. At si infamatus sit vel facto aliquo, vel carmine scripto: puto causæ cognitionem prætoris porrigendam, & ad serui qualitatē. Etenim multum interest qualis seruus sit, bonæ frugi, [d] †ordinarius, dispē sator: an verò vulgaris, vel mediastinus: an qualisqualis. & quid si compeditus, vel male notus, vel notæ extremæ? Habebit igitur prætor rationem tam iniuriæ quæ admissa dicitur, quàm personæ serui in quē admissa dicitur: & sic aut permittet, aut denegabit actionē. ¶ Interdum iniuria seruo facta ad dominum redundat, interdum non. Nam si pro libero se gerentem, aut cum eum alterius potius quàm meum existimat quis [cæciderit,] non cæsurus [e] eum si meum scisset: non posse eum, quasi mihi iniuriam fecerit, [f] sic conueniri, [g] Mela scribit. ¶ Si quis seruo verberato iniuriarū [h] egerit, deinde postea damni iniuriæ agat: Labeo scribit eandem rem [i] non esse: quia altera actio ad damnum [k] pertineret culpa datum: altera ad cōtumeliam. [l] ¶ Si vsumfructū in seruo habeam, tu proprietatem: ísque verberatus sit, vel quęstio de eo habita: iniuriarum actio magis [m] proprietario quàm mihi competit. Idémque probatur & si seruum meū quem bona fide possidebam, cecideris. domino enim magis competit iniuriarum actio. ¶ Item si liberum hominem, qui mihi bona fide seruiebat, quis cecideri: distinguendum est: vt si in [meam] contumeliam pulsatus sit, competat mihi iniuriarum actio. Idem ergo & in seruo alieno bona fide mihi seruienti: vt totiens admittamus iniuriarum actionem, quotiens in meam contumeliam [n] iniuria ei facta sit. Nam ipsius quidē serui nomine domino dabimus [o] iniuriarum actionem. Si autem me [p] tangat & pulset: iniuriarū mihi quoque [actio] est. Ergo & in fructuario idem distingui potest. ¶ Si seruum compluriū cecidero: competere iniuriarū actionem omnibus, plus quàm manifestum est.

a *Excesserit.* ad iniuriam domini. Accursius.
b *Prætor.* vt.ff.ea.l.§.prætor ait qui.
c *Causa cognitione.* vt &.ff.ca.l.§. quod ait prætor.
d *Bonæ frugi.* sunt enim diuersę qualitates in seruis: vt.ff.de vsufru.l.sed & si quid.§.mancipiorum. & de ædil.edic.l.fi.§.fi.&.l.j. in fin. cum seq. &.ff. de offi.præ.l.fi. & institu. eo.§.pœna. in fine.§.
e *Nō cæsurus.* cecidit, non cæsurus. Accur.
f *Iniuriā fecerit.* at cōueniretur à domino, p iniuria atroci facta quasi seruo, non quasi sibi. aliàs esset contra.ff. ea. l.§.si quis sic fecit. nec obstat ei quod dico nō agi.j.eo.l.eum.§. fin. in prin. quoniam licet ibi non agat pater vel maritus: agit tamē ea persona quæ passa est iniuriam. at hic si non ageret dominus, nemo alius posset agere: & sic iniuria esset inulta: qđ esse non debet. Itē arg. contra.ff. de ser. cor. l. doli.§.j.
g *Conueniri.* contra.j. eo. l. eum.§. si iniuria. sed ibi aliud in seruis: aliud in liberis. vel plene ibi dices. Item arg. contra.ff. de nego. gest. l. item si cum. &.ff. de adquir. hæred. l. is qui putat. in eo quod hic non inspicitur nec qđ in opinione, nec quod in vero est omnino. Accursius.
h *Iniuriarum.* ex eodem facto.
i *Eandem rem.* id est eandem causam: quia iam interuenirent quæ dicūtur.ff. de excep. rei iudi. l. cum quæritur.§. & an eadem.*
k *Ad damnum.* vt Aquilia. Accursius.
l *Altera ad contumeliam.* vt iniuriarum. sed si primo egit iniu. ciuiliter, postea nō aget criminaliter: vt.ff. eo. l. prætor edixit.§.j. Item videtur huic. l. cōtra.ff. arbo. fur. cæ. l. si colonus. Solu. vt ibi. Item contra.ff. de act. & ob. l. qui seruum. in prin. hęc secundum illam. Item cōtra. C. eo. l. dominum. sed dico ibi loqui in actione legis Aquiliæ: & de ea dico eam continere damnum. Alij dixerunt de actione iniuriarum vt contineat damnum non principaliter, sed secūdario, sicut ibi. sed secundum eos nō video quare si egit vna, non debeat repelli si agat alia: nisi dixerit hoc tunc esse cum noluit rationem damni haberi in actione iniuriarum. Item facit ad legem istam.ff. de priua. deli. l. ij. Sed arg. contra.ff. de adquir. hære. l. illud dubitari.
m *Magis.* electiuè ponitur. [a] & hoc etiam nisi in contumeliam fructuarij facta sit: vt.j. proxi.§. in fi. &.ff. de vsufru. l. vsusfructus. quę sunt contra. & est ad hoc.ff. ad leg. Aquil. l. item Mela.§. pen. &.§. fin. &. l. sequen. &. l. si dominus. & insti. eo.§. si communi seruo. versi. quòd si vsusfructus.
n *In meam contumeliam.* vt & insti. eo.§. sed si libero. & facit.ff. proxi.§.&.§. si quis sic. Accursius.
o *Dabimus.* si læsus est in eius contumeliam: si atrox sit, etiam si non sit læsus in eius contumeliam: vt differat à fructuario.
p *Si autem me.* possessorem.
q *Sed non esse æquum.* alias æquum: & hęc est bona. & aliàs iniquum: & tunc Pedius male dixit: & ideo corrigitur statim.
r *Damnationem.* sic & de leg. j. l. si seruus plurium. in prin. & de stipu. seruo. l. proinde. in prin. Sed cōtra instit. eo.§. si communi. vbi dicit plus vnius iniuriam æstimari quàm alterius, si nobilior vel dignior est. Solu. hic corrigitur: vel hic sunt æquè nobiles & boni: vel illud cum ad suggillationē dominorum fit iniuria, hic non: sed atrociter est seruus tractatus. Vel verius: hic non negat vnum plus pro sua dimidia petere, quàm alter: cum si totus esset nobilioris, peteret. xx. nunc petit. x. si econtra totus esset vilioris domini, peteret x. nunc petit. v. Accur.
s *Portiones.* aliàs petitiones.

XVI. PAVLVS libro quadragesimoquinto ad Edictum.

SEd non esse æquū [q] pro maiore parte quàm pro qua dominus est, damnationem [r] fieri, Pedius ait: & ideo officio iudicis portiones [s] æstimandæ sunt.

XVII. VLPIANVS libro quinquagesimoseptimo ad Edictum.

SEd si vnius permissu id fecero: si quidē solius eius esse putaui, nulli competit iniuriarū actio. Planè si sciui [esse] pluriū: i quidem qui permisit, iniuriam remisisset nuda voluntate. Idem si tempore extincta sit actio iniuriarum: vt his casibus non possit esse iniuriarum actio. [*SI IVSSV.*] Seruus meus me iubente fecit tibi iniuriam: teneor act. iniuriarum etiam meo nomine. seruus autem manumissus postea ipse tenetur. nō enim debebat domino parere. vnde & si occidit hominem meo iussu: licet sit postea manumissus, tamen tenetur. si tamen causa defendendi dominum seruus alicui iniuriam fecit: nō tenetur factus liber, nec ego pro eo. [*SI SERVVS.*] Seruus in quo habebam vsumfructum, fecit mihi iniuriam: competit mihi actio iniuriarum noxalis contra proprietarium. secus si esset seruus communis mei & alterius nam pro iniuria quam mihi facit, non habeo act. cum si extraneo fecisset, tenerer pro eo. [*AIT PRAETOR.*] Ponitur edictum, cuius sensus est: facta iniuria alicui qui sit in alterius potestate: si is qui habet eum in potestate, non sit præsens: neque procurator aliquis existat qui velit agere pro eo: ipsi passo iniuriam prætor permittit agere actio. iniuriarum causa cognita. Secundo

† *Vide in hunc locum Bud.ff. de ser. cor. l.* 1. *de seruo autem ordinario vide Cælium Rho. lib. lect. antiq. 6. cap.* 32.

* *est. l. & non.§.*

a *Gl. est similis l. l.* 2. §. 1. *ff. si certū pet. & in. l. in cōmodato.§. fic. ff. comm.*

BIU Cujas

cundo loquitur Vl. facta iniuria filio Titij, & Titius sit præsens, non potest tamen agere, quia furiosus est: vel alio iusto impedimento: dicitur quòd iste filius aget hac act. cũ pater eius pro absente sit. Sed pone quòd Titius est sanæ mentis, & præsens: non vult tamen agere iniuriarum: sed remittit hanc actio. Dicitur q filius non potest agere.

& redditur ratio: nisi persona patris sit vilis: persona filij actoris habilis. nam hoc casu remissio patris non nocet filio. Sed pone q pater cœpit agere, & lite contestata incipit abesse, vel negligit ꝓcedere, cũ sit vilis persona: hoc casu filius ꝓcedet in causa, etiam si non sit emancipatus. Postea exponit verbũ edicti: illud scilicet, neq; procurator & cętera. scias enim quòd si procurator patris vult agere: filius non posit agere. si tamẽ ipse procurator negligat aut colludat: tunc filius agere potest. & procuratorem intelligo etiã generalem. Postea exponit alia verba edicti, si causa cognita. nam inspicitur si pater à lõge abest, & si cito est reuersurus, vt sic expectetur. Item quæ persona sit filij: vt si non idonea ad agendum, vt sic nõ admittatur. postea exponit alia verba edicti: scilicet, ei qui iniuriam accepit: & dicit quòd comprehendũt etiam patrem pasi iniuriam. vbi facta est iniuria nepoti: & pater est præsens, auus abest: patri dabitur actio. Postea dicit: dictũ est patre absente filio dari act. plus dico, quòd & filius potest hoc casu agere per procuratorem. Item si nepoti facta est iniuria, & non sit auus præsens: pater pasi iniuriam poterit agere per procuratorem. & subiicitur notabilis regula. Postea dicit, filius absente patre egit iniuriarum actio. pater reuersus nomine filij agere nõ poterit. Vltimo dicit: filio datur hæc actio, quotiens nemo agit pro patre. Idem est sentiendum siue sit in potestate, siue emancipatus: siue mortuus sit pater, & filius sit exhæredatus: vel ex parte scriptus hæres, & eam adiuit: siue abstinuit se à paterna hæreditate: nam semper his casibus filio prædicto passo iniuriam, datur hæc actio. Fran.

rum actio non competit,[a] cæteris competit. ℣ Si iussu tutoris aut procuratoris[b] vel curatoris quæstio habita sit: consequens erit dicere cessare[c] iniuriarum actionẽ. ℣ Seruus meus opera vel querela[d] tua flagellis cæsus est à magistratu nostro. Mela putat dandam mihi iniuriarum [actionem] aduersus te, in quantum[e] ob eam rem æquũ iudici videbitur. Et si seruus decesserit, dominum eius agere posse[f] Labeo ait: quia de dãno quod per iniuriam factum est, agatur. & ita Trebatio placuit. ℣ Quædam iniuriæ à liberis hominibus factæ, leues, * & nullius momenti esse videntur: * eædem tamen[h] à seruis factæ, graues sunt. Crescit enim contumelia ex persona eius qui cõtumeliam fecit. ℣ Cum seruus iniuriam facit: maleficium eum admittere, palã est. merito igitur, sicuti ex cæteris delictis, ita & ex hoc iniuriarum noxalis actio datur.[i] Sed in arbitrio[k] domini est, an velit eum verberandum exhibere, vt ita satisfiat ei qui iniuriam passus est. Neque [enim] erit necesse domino vtique eum verberãdum præstare:[l] sed dabitur ei facultas[m] præstare ei seruum verberandum: aut si de eo verberibus satis non fiat,[n] noxæ dedendum, vel litis æstimationẽ sufferendam.[o] Ait prætor. *Arbitratu iudicis*. vtique quasi[p] viri boni: vt ille modũ verberum[q] imponat. Si ante iudicẽ dominus verberandum seruum [suũ] exhibuerit, vt satis verberibus ei fieret, & erit factum arbitratu iudicis:[r] * postea actor agere iniuriarum perseueret: non est audiendus. Qui enim accepit satisfactionem: iniuriam suam remisit.[f] Nam & si nuda voluntate[t] iniuriam remisit, indubitate dicendum est extingui iniuriarum actionem: nõ minus quàm si tempore[u] abolita fuerit iniuria. ℣ Si iussu domini seruus iniuriam fecerit: vtique dominus conueniri poterit etiam suo nomine[x]. Sed si proponatur seruus manumissus, placet Labeoni dandam in eum actionem: quia & noxa caput[y] sequitur, nec in omnia seruus domino parêre debet. Cæterùm[z] & si occiderit iussu domini: Cornelia eũ eximemus?[a] Planè si defendẽdi domini gratia aliquid fecerit, rationem ei constare apparet:[b] ínque eam rem aduersus agentem exceptio obiicienda erit. ℣ Si seruus in quo vsusfructus meus est, iniuriam mihi fecerit: aduersus dominum noxali iudicio experiri potero:[c] neque debeo deterioris conditionis[d] ob hoc esse quòd vsumfructum in eo habeo, quàm si non haberem: aliter atque si seruus communis esset. tunc enim nõ daremus socio actionẽ, eapropter, quia & de iur. om. iudi. l. si quis. §. in seruos. & de his qui deiec. vel effu. l. j. §. cum seruus. & ff. si ex noxa. cau. agatur. l. si seruum.

a *Non competit.* quia non fit iniuria volenti: vt supra eod. l. j. §. vsque. & infra. §. proxi. & argu. ff. soluto matrimonio. l. cum mulier. & ff. cõmo. l. si vt certo. §. plane si sic. & ad hoc. ff. de ser. rusti. prædio. l. per fundũ. & de leg. ij. cum pater. §. libertis. & manda. l. si præcedente. in fine. & de ope. noui nuntia. l. de pupillo. §. si plurium. & quorum lega. l. j. §. si alter. & de separa. l. j. §. quæsitum. & ad senatusconsul. Sylla. l. finali. Accursius.

b *Aut procuratoris.* habentis generalem & liberam administrationem. Accursius.

c *Cessare.* facit hic tutor ne pupillo quæratur actio: vt & aliàs C. de administra. tuto. l. pupillorum. nõ vt quæsita pereat: vt. ff. de administra. tuto. l. Lucius. in fin. & ff. de fur. l. tutor. quæ sunt arg. contra. & facit. ff. quod vi aut clam. l. aut. §. similiter. Accur.

d *Vel querela.* scilicet falsa. Accursius.

e *In quantum.* facit insti. eo. §. pœna.

f *Agere posse.* actione. l. Aquiliæ: vt probat sequens litera: quia &c. non autẽ in actione iniuriarum venit damnum: vt. ff. eo. l. itẽ apud. §. si quis seruo. & competũt etiam seruo mortuo: vt & ff. de actio. & obliga. l. quæcumque. & facit. ff. eo. l. item. §. feciſſe. & C. de accu. l. non ideo. & ff. de condictio. ob causam. l. penul.

g *Videntur.* & ita modicè coërcendæ.

h *Eædem tamen.* aliàs tamẽ eædem: & aliàs enimuero. & facit. ff. eo. l. prætor. §. atrocé. & l. item apud Labeonẽ. §. quod ait prætor. & §. * Plo. alipretor ait si quid. & C. de epi. & cleri. si quis i hoc. & de liber. & eorũ libe. l. ij. Item facit. ff. soluto matrimo. l. si cũ dotem. §. eo autem tẽpore. & ff. l. §. filiofa. versi. interdum tamen. & §. quod autẽ ait. & ff. si ex noxa. cau. agatur. l. si seruum. Accur. cuius

i *Actio datur.* vt & insti. de noxa. in princ. & §. sunt autẽ. in actione autem de dolo distinguitur: vt & ff. de dolo l. si oleũ. §. hæc de dolo actio. Accur.

k *Sed in arbitrio.* actore scilicet pro vindicta postulante, secũdum Barto.

l *Præstare.* vt iniuriam passus habeat seruum apud se. sic & in Lõbarda de libero homine exhi. l. si seruus cum voluntate. & l. si quis liber homo. Acc.

m *Facultas.* iniuriam passo hoc postulante. Accursius.

n *Satisnõ fiat.* amittit ergo electionẽ ꝓpter moram: vt. ff. de pecu. le. l. j. in fin. Accur.

o *Sufferendam.* alternatiua est ergo sententia: vt insti. de off. iudi. in prí. & ff. de re iudi. l. miles. §. decé. & de cõfes. l. certum. §. j. & facit. ff. de mino. l. quod si minor. §. si seruus. & ff.

p *Quasi.* assertio veritatis est: [a] nam iudex bonus vir dicitur: vt hic, & ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cum ita. & in hoc facit. ff. pro socio. l. in proposita. & de leg. iij. l. fideicommissa. §. sic fidei. a *Adde gl. si. cõcor. i. l. i. de trãsac. & in l. Lucius Titius. in l. cum in hanc. de re. credi. & in l. si vero ante. ff. soluto matrimo.*

q *Verberum.* cum verberandus traditur ex causa quæ. ff. proxi. §. dicitur. & hoc edictum non habemus cui hoc adiungitur.

r *Iudicis.* vt. ff. proxi. §. aliàs alicuius.

f *Remisit.* sic. ff. de admi. tu. l. si pupillum alterum.

t *Nuda voluntate.* vt per abolitionem: vt instit. eo. in fine. & ff. eodem. l. non solum. §. j.

u *Si tempore.* anni: vt. C. eo. l. si non conuicij.

x *Suo nomine.* scilicet domini. Accursius.

y *Noxa caput.* vt insti. de noxa. §. omnis.

z *Cæterum.* id est si noxa caput non sequatur.

a *Eximemus?* respõ. non: & sic interrogatiuè lege. & ad hoc. ff. de noxa. l. ij. & quod vi aut clã. is qui. §. si tutoris. & de ac. & obli. l. seruus nõ in. & j. de reg. iur. l. ad ea. & C. ad leg. Iul. de vi. seruos.

b *Apparet.* vt non teneatur: vt. ff. ad Syl. l. cum dominus occidi- tur. & ar. ff. de bo. lib. qui cum maior. §. si patris.

c *Experiri potero.* sic. ff. de noxa. l. qui vsumfructum.

d *Conditionis.* sic. j. de capti. l. in bello. §. si quis seruũ. ibi, rursus eum constitutio &c. Accursius.

a *Tenetur.* si extraneo fecit iniuriã.& est bona ratio : vt &.ff.de noxa.l.cũ seruus cõmunis.in prin.& ad.l.A quil.l.si seruus seruũ. §.j.&.ff.de fur.l.si seruus cõmunis.in prin. &.l. apud antiquos.& ff.fami.er.l.& puto.§.fi.& ar.ff.de neg.gest.l.siue hæreditaria.

b *Ait prætor.* plene subsequenter hæc verba exponuntur.

c *Filiofamilias.* dativi casus.

d *Absentis loco est.* vt &.ff.de iure codi.l.ij.§. furiosus. sed contra.ff. de pcu.l.ij.§.j. sed expone vt ibi. & facit.ff. solu. ma.l. si cum dotem.§.si soluto.& de in ius voc.l. si libertus. & de act. & ob.l. filiussa. &.j.eo.l.seruo.§. filio. &.ff. de iudic.l. si longius.§.j. & de procur. filiussam. &.l. non solum.§.si pater.Item facit ad hoc vt pater iniuriam filij remittat.j. ad.l.Iul.de vi. qui cœtu.§.fi.&.ff.ad Syl.l.diuus.&.C.de reuo.do.l. fi.& in auth. de iureiu. à mo.§.j.col.v.

e *Filio actio.* secus in filio qui in patris præiudicium non remittit: vt.ff.de pact.l.in personam. item secus in bo. pos.quam pater nõ remittit in præiudicium filij: vt.C.de repu. bo. possi.l.ij. Item hæc vera etiã si ex lege Cor. actio iniuriarum oriatur, secundum H. alij contra.ff. eod. tit.l. lex Cornelia.§.illud. &.§. seq. Item secus in querela inoffi.testa.vt.ff.de inoffic.testa.l. Papi.in princip. *ADDITIO.* Die secundum Bart. q̃ ibi erat iniuria soli filio, quæ non transibat ad patrem:ideo per patrem nõ potest remitti. vide circa hunc.§. quod not.per glo in.l. in personam.ff.de pact. & per Inno. extra de senten.excommu.c. nõ dubium.

*†Iste tex. est valde not. & sing. ad hoc quòd quẽ admodũ pcurator cõstitutus ad negotiũ siue negotia, potest per cõ sequentiam etiam deducere rem in iudiciũ: per glo.no.in.l. cum minor. ff.rẽ ra. ha. ita etiã constitutus hoc modo,cõstituo te pcuratorẽ rerũ mearũ. nã videtur cõstitutus ad recuperãda & exigẽda nomina debitorũ. Bol. *l.adhuc.*

f *Actorum.* facit.ff.de verb.obl.l.cõtinuus.§. cum ita stipu.in fi. Sed argu. cõtra.ff.solu.ma. l.ij.§.voluntate.

g *Vilitatem.* aliàs vilitatem: aliàs vtilitatẽ. & ad hoc.ff.sol. matrimo.l. si cum dotem.§. eo autem tempore.

h *Abesse.* nec sit pcurator patris qui agat.

i *Causa cognita.* hoc expone vt.j.eo.§.quod autem. & facit.j.c.l.§. idem ait filio.Accur.

k *Si emancipatus.* post litem contest.à patre : in potestate tamen erat cum sibi facta fuit iniuria.alioquin sine distinctione ageret.& facit ad hanc translationem.C.de rei vxo.ac.l.j.§.videamus.&.ff. de vsufru.l. sed & si quis*.§.si operas.&.C.communia de le.l.fi.§.j.ibi, sancimus itaque &c.& de leg.j.l.cum res.&.j. de sepulc. vio.l.iij.§. non perpetuæ. &.j.ea.l.§.fin. &.ff. de iudiciis.l. tam ex contractibus. sed ipse iniuriarum actione tenetur. [a y] Ait prætor : [b] *Si ei qui in alterius potestate erit, iniuria facta esse dicetur: & neque is cuius in potestate est, præsens erit: neque procurator quisquam existat qui eo nomine agat: causa cognita, ipsi qui iniuriã accepisse dicetur, iudicium dabo.* Filiofamilias [c] iniuriam passo, si præsens sit pater, agere tamen non possit propter furorẽ; vel quem alium casum dementiæ: puto competere iniuriarum actionem. nam & hic pater eius absentis loco est. [d] Planè si præsens agere nolit,vel quia differt, vel quia remittit atque donat iniuriam: magis est ut filio actio [e] non detur. nam & cum abest,idcirco datur filio actio, quia verisimile est patrẽ,si præsens fuisset,acturum [f] fuisse. Interdum tamen putamus & si pater remittat, iniuriarum actionem filio dandam:vtputa si patris persona vilis abiectáq; sit, filij honesta.Neque enim debet pater vilissimus, filij sui contumeliam ad suã vilitatem [g] metiri. Ponamus esse eum patrem, cui iure meritóque curator à prætore constitueretur. ℣ Sed si pater lite contestata cœperit abesse, [h] vel etiã negligere executionem pater vilis:dicendum est causa cognita [i] trãslationem filio competere. Idem[est]& si emancipatus [k] filius esse proponatur.℣ Procuratorẽ patris prætulit prætor ipsis personis quæ iniuriam passæ sunt. Si tamen procurator aut negligat,aut colludat,aut non sufficiat [l] aduersus[eas] personas quæ iniuriam fecerunt: ipsi potius qui passus est iniuriam, actio iniuriarum competit. Procuratorem [m] autẽ † accipere debemus,non vtique [n] eum cui specialiter mandata est procuratio actionis iniuriarũ: verùm sufficit eum esse cui omnium rerum administratio mandata est. ℣ Quod autem ait prætor, causa cognita ipsi

A an de nouo incipiat agere filius, an procedet in instantia patris? dic quòd in prima instantia procedet : vt argu.d.l.tam ex contractibus.de rei vxo.acti.de calumnia tamen iurabit filius : vt.C. de iureiur.propter calum.dan. auth.principales.

l *Non sufficiat.* vel quia nõ potest probare mandatum, vel quia pauper.argu.ff.man.l.si procuratorẽ.§.signorantes. Vel quia aliàs habet tot administrare, vt huic non possit supersedere.ar.ff.de pcu.l.si filiussamil.§.j.& l.seq. vel forte propter potentiam aduersarij: argumen.ff. de alij.iudi. l.iij.in princi. vel quia *nescit talia facere,quia tur. est simplex: vt.j.eod.§. sequitur* quod autem ait.

m *Procuratorem.* ff. de solu. l. vero. & supra de adminis.tuto.l. si duo. in fine. &.ff. de pac.l.nam. sed argu.cõ lactra. ff. de procurato. l. Pomponius.in prin.cũ suis concor.

n *Non vtique.* scilicet tantum.

o *Peruẽturus.* sit:vt.ff. de iudi.l.si longius. in princip.

p *Is qui.* scilicet filius.

q *Admodum.* id est valde.

r *Ad actionem.* intentandam.

s *Quod deinde ait,* ei daturum actioné.Acc.

t *Patri potius.* vt procuratori aui.& facit supra de procuratorib.l. filius.

u *Agere debere.* quando ipse accepit iniuriã: vt.ff.de actio. & oblig. l.filius.Accur.

x *Potestatem.* ad hoc ff.de procur.l.j.§. vlus. &.C. de procu.l.j.§.finali.&.ff.familiæ ercis. l.plane. &.ff.eod.l.non solum. §. agere. quandoque etiam est necesse per procuratorem agere:vt.C.de procurato. l. penult. quandoque etiam non potest, etiam si vult: vt in criminalibus : vt infra de publi. iudi.l. penult.§. ad crimen. nisi quandoque in crimine iniuriarum: vt.C.de iniur. l.fi. extra iudicium autem constat quemlibet posse ordinare procuratorem in sua re:vt.ff. de procuratoribus.l.j. in prin.Accursius.

y *Suo nomine.* ergo hoc casu de calumnia iurabit, cum legitimã habeat administratio-

C an de nouo incipiat agere filius, an procedet in instantia patris? dic quòd in prima instantia procedet : vt argu.d.l.tam ex contractibus.de rei vxo.acti.de calumnia tamen iurabit filius : vt.C. de iureiur.propter calum.dan. auth.principales.

l *Non sufficiat.* vel quia nõ potest probare mandatum, vel quia pauper.argu.ff.man.l.si procuratorẽ.§.signorantes. Vel quia aliàs habet tot administrare, vt huic non possit supersedere.ar.ff.de pcu.l.si filiussamil.§.j.& l.seq. vel forte propter potentiam aduersarij: argumen.ff. de alij.iudi. l.iij.in princi. vel quia *nescit talia facere,quia tur. est simplex: vt.j.eod.§. sequitur* quod autem ait.

m *Procuratorem.* ff. de solu. l. vero. & supra de adminis.tuto.l. si duo. in fine. &.ff. de pac.l.nam. sed argu.cõ lactra. ff. de procurato. l. Pomponius.in prin.cũ suis concor.

n *Non vtique.* scilicet tantum.

o *Peruẽturus.* sit:vt.ff. de iudi.l.si longius. in princip.

p *Is qui.* scilicet filius.

q *Admodum.* id est valde.

r *Ad actionem.* intentandam.

s *Quod deinde ait,* ei daturum actioné.Acc.

t *Patri potius.* vt procuratori aui.& facit supra de procuratorib.l. filius.

u *Agere debere.* quando ipse accepit iniuriã: vt.ff.de actio. & oblig. l.filius.Accur.

x *Potestatem.* ad hoc ff.de procur.l.j.§. vlus. &.C. de procu.l.j.§.finali.&.ff.familiæ ercis. l.plane. &.ff.eod.l.non solum. §. agere. quandoque etiam est necesse per procuratorem agere:vt.C.de procurato. l. penult. quandoque etiam non potest, etiam si vult: vt in criminalibus : vt infra de publi. iudi.l. penult.§. ad crimen. nisi quandoque in crimine iniuriarum: vt.C.de iniur. l.fi. extra iudicium autem constat quemlibet posse ordinare procuratorem in sua re:vt.ff. de procuratoribus.l.j. in prin.Accursius.

y *Suo nomine.* ergo hoc casu de calumnia iurabit, cum legitimã habeat administratio-

D *Filiofam. datur actio iniuriarũ existẽti in patris potestate, & etiam emancipato: vel aliàs liberato à patria potestate. Bart.*

℣ Idem ait filiofamilias iniuriarum nomine actionẽ dari, quotiẽs nemo est qui patris nomine experiatur: & hoc casu [b] quasi patrem familiæ constitui. Quare siue emancipatus sit, siue ex parte hæres scriptus fuerit, vel etiam exhęredatus,siue paterna qui iniuriam accepisse dicetur, iudicium permitti: ita accipiendum est, vt in cognitione causæ hoc versetur, quàm longè pater absit,& quando superuẽturus: [o] & numquid is qui [p] iniuriarum vult actionem mouere,segnior,* vel inutilis admodum [q] [fit,&] qui nõ sufficiat ad rei alicuius administrationem, ac per hoc nec ad actionem. [r] ℣ Quod deinde † ait, [s] *Qui iniuriam accepit*: interdum ita accipiendum est, vt patri eius competat actio: vtputa nepoti facta iniuria est: pater præsens est: auus abest. scribit Iulianus patri potius [t] dandam iniuriarum actionem,quàm ipsi nepoti: ad cuius(inquit)officium pertinet etiam viuente auo filium suum in omnibus tueri. Idem Iulianus scribit, filium non tantum ipsum agere debere, [u] verũ procuratorem dare posse. Alioquin (inquit) nisi ei permiserimus procuratorem dare [posse,] futurum est, vt si valetudine impediatur,neque sit qui iniuriarum actionem exequatur: impediatur actio. Idem ait & si nepoti facta sit iniuria,& nemo sit qui aui nomine agat,permittendum esse patri experiri: & is procuratorem dabit. omnibus enim qui suo nomine actionem habent,procuratoris dandi esse potestatem. [x] Intelligi autem filium inquit familias suo nomine [y] agere, cum patre cessante prætor ei agere permittit. ℣ Si filiussamilias iniuriarũ egerit, [z] patri actio [a] non competit.

nem:vt.C.de iureiur.prop.calum.dan.l.ij.§.quod obseruari.

z *Egerit.* & exegerit. Idem tamen videtur & si non egerit in casu licito.Accursius.

a *Patri actio.* voléti agere pòst de iniuria filij nomine, actione iã intẽtata per filiũ:at suo potest:vt.ff.e.l.j.§.fi.&.j.eo.l.pater.Ac.

b *Hoc casu.* facit.ff.ea.l.§.filio.Accursius Floren.

BIU Cujas

a *Ad hæredes patris.* eũ forte pater iam nomine filij esset lit. cõtest. secundum R. & fa. ff. de ope. liber. l. si operarum. &. C. de rei vxo. actio. §. videamus. &. §. & hoc. Item facit. ff. soluto matrimonio. l. si marito. §. si voluntate. &. C. de vsufru. l. fi. Accur.

Eum qui nocentem.] CASVS. Dixi de aliquo multa mala: & erant vera: non teneor hac actiõe: & redditur ratio in litera. Secũdo dicit: seruus tuus fecit iniuriã seruo meo. habeo hanc actionem perinde ac si mihi fecisset iniuriã. quod exponе vt in gl. domini mei Acc. Tertio: filiam tuã duxi in vxorẽ: facta est ei iniuria. dicitur q̃ oriri actio patri, itẽ mihi viro: & in quãtũ, dicit. si autẽ erat sui iuris, & ego agã, & ipsa: nec vna tollitur per alterã. Quarto dicit: quidam me non cognoscẽs fecit mihi iniuriam. bene tenetur. idem si credebat me esse aliũ. nam & hoc casu mihi tenetur hac actione. si autem qui facit mihi iniuriam, credit me esse patrẽfamilias, hoc casu non videtur fieri iniuria viro: secus si faciens iniuriam sciat me filium esse: licet ignoret cuius: vel sciat Bertam nuptam, nec sciat cui. nam his casibus fit iniuria patri: item viro: & eis competit hæc actio. Fran.

b *Infamauit.* Non tamen libello famoso: vt C. de famosis libel. l. j. Item hoc siue in iudicio agẽdo iniuriarum, siue alio modo, etiam extra ius: vt patet generali ratione: peccata enim &c. & ad hoc. C. eo. l. si non es. &. l. si nõ cõuicij. &. l. penul. &. ff. ad Sylla. l. lege. &. C. de offi. recto. prouin. l. iustissimos. & in decretis. ij. quæstio. j. si peccauerit. Accursius.

Vt in suo

c *Perinde agẽdum est.* & ita iniuriarũ nascitur actio: sed nõ in tantum: vt. ff. eo. l. prætor. §. pe. &. ff. de pericu. & commodo rei vendi. l. custodiam. & facit. ff. cod. l. item apud. §. ait prætor. sic econtra maior dicitur quæ à seruo fit: vt. ff. l. proxima. §. quædam. Accursius.

d *Iniuriarum.* vt. ff. eo. l. j. in fine. &. C. eo. l. ij. & insti. eo. §. patitur. Accursius.

e *Quòd.* id est quia.

f *Nomine.* scilicet viri, id est pro iniuria quæ videtur viro fieri, cum eius vxori fiat.

g *Certus ego sum.* & sic non ob. ff. eo. l. item apud. §. cui. vbi dicitur incertæ personæ non fieri iniuriam.

h *Putet me.* ad. §. istum facit. ff. quod vi aut clam. l. aut qui. §. si quis dum. & ad. l. Aquil. scientiam. §. qui cũ aliter. & de fur. l. falsus. §. qui alienũ. & de neg. gest. item si cum putaui. §. fi. & de ser. cor. doli. &. j. de adul. l. si postulauerit. §. si liber. &. j. proxi. §. in fi. sed contra. j. proxi. §. in prin. Sed ibi extra personã patientis producitur: & sic duo cõtra propositum inferentis: quod non potest esse: & sic etiam potest tolli aliud contra. ff. eodem. l. item apud. §. interdum. item non obstat. ff. eodem. l. illud. §. fina. quia ibi non habuit animum inferendi iniuriam alicui. & eodẽ modo respondeo ad. l. si cum seruo. ff. eo. Item facit arg. contra. ff. qui. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. quod si aduersus. &. C. de hære. instit. l. si pater. &. ff. de iurisdi. om. iudi. si per errorem. sed in hoc exigebatur consensus duorum: quod hic non est.

i *Cum aliquis filiumfamilias.* ex parte suppositi, patremfamil. ex parte appositi. Accur.

k *Putat.* id est credit patremfam. qui filiusfam. est. Accur.

l *In personam eorum.* scilicet parentum.

m *Affectus.* qui inspicitur: vt supra eo. l. illud. in prin.

n *Scisset.* mutat casum. & sicut hic subiicit, loquitur supra eodem. l. j. in princi. &. §. siue autem.

o *Virum.* posse agere.

p *Sciret.* licet ignoret cuius esset. aliud est in seruo. nam si fiat iniuria ab ignorante, cum esset non facturus si dominũ cognouisset: non tenetur: vt in contrario. ff. eod. l. item apud. §. interdum. Vel dic q̃ licet non crederet eius filium vel vxorem: tamen animus eius erat, vt cuiuscũque esset filius, vel vxor, idem facturus esset: vt subiicit. secus si nullo modo fecisset si Titij puta filium vel vxorẽ cognouisset esse: vt ibi: potest tamen tunc agi filij vxorísve nomine: argu. ff. eo. l. itẽ apud. §. si quis sic. & facit supra ad Ma ced. sed Iulia. §. item si duos.

† *Adde an iniuriã filio illatam pater remittere possit: vide in. l. sed si vnius. §. si iussa. ff. eo. gl. & Bar. in. l. in per sonã. supra de pac. vbi quòd sic: nisi sit illata p̃ coniunctam personã. l. Lucius. secũdum Bar. ff. sol. ma. & Alexan. in præalle. §. Quãti per legem. 12. Tab. æstimarẽtur iniuriæ, declarat Aulus Gell. lib. 20. Noct. Attic. cap. 1.*

q *Tenetur.* ff. qui satisda. cog. l. si verò pro. §. qui pro. Accur.

Si creditor.] CASVS. Creditor meus cũ vellem ei soluere, interpellauit fideiussores meos causa me iniuriã di. Dicitur q̃ habeo hanc actionem contra eum. Franciscus.

Si iniuriæ.] CASVS. Domum debitoris absentis in iniuriã eius signaui quasi debitoris mei, sine auctoritate eius qui potest hoc concedere. dicitur quòd teneor hac actione. Franciscus.

r *Posse respondit.* & facit. ff. de furtis. qui vas. in prin. &. §. fi. &. l. qui iniuriæ. &. C. vt nemini lice. sine iudi. auct. sig. impo. l. j. &. ij. &. j. de pœnis. l. ij. & infra de reg. iur. l. nemo de domo. &. C. ad. l. Iul. de vi publi. l. in possess. &. l. is qui in domum. j. eo.

Si liber.] CASVS. Cepi liberum hominem, sciens eum liberum, quasi fugitiuum seruũ meum: teneor ei hac actione. Fran.

XVIII. PAVLVS libro quinquagesimoquinto ad Edictum.

EVm qui nocentem infamauit: [b] non esse bonum æquum ob eam rem cõdemnari. Peccata enim nocẽtiũ nota esse & oportere & expedire. ¶ Si seruus seruo fecerit iniuriam: perinde agendum [est c] quasi si domino fecisset. ¶ Si nupta filiafamiliæ iniuriam acceperit: & vir & pater iniuriarum [d] agent. Põponius rectè putat tãti patri cõdemnandum esse reum, quanti cõdemnaretur si ea vidua esset: viro tanti, quanti cõdemnaretur si ea in nullius potestate esset: quòd sua cuiusque iniuria propriam æstimationem haberet. Et ideo si nupta in nullius potestate sit: non ideo minus eã iniuriarum agere posse, quòd [e] & vir suo * nomine [f] agat.

Quando iniuria infertur in aliquẽ principaliter, veritas inspicitur potius quàm opinio: & cum infertur in aliquem per consequentiam, inspicitur opinio potius quam veritas. Bartolus.

¶ Si iniuria mihi fiat ab eo cui sim ignotus, aut si quis putet me Luciũ Titiũ esse, cũ sim Gaius Seius: præualet quod principale est, iniuriã eum mihi facere velle. nã certus ego sum, [g] licet ille putet me [h] aliũ esse quàm sum: & ideo iniuriarũ habeo [actionem.] At cũ aliquis filiumfamilias [i] patremfamilias putat, [k] nõ potest videri iniuriã patri facere: non magis quàm viro, si mulierem viduam esse credat: quia neque in personam eorum [l] cõfertur iniuria: nec transferri per personæ putationẽ ex persona filiorum ad eos potest: cũ affectus [m] iniuriã facientis in hunc tãquam in patremfamilias cõsistat. quòd si scisset [n] filiũfamilias esse, tamẽ si nescisset cuius filius esset, dicerem (inquit) patrẽ suo nomine iniuriarũ agere posse: nec minus virum, [o] si ille nuptã esse sciret. [p] Nam qui hæc non ignorat: cuicumque patri, cuicumque marito, per filium, per vxorem † vult facere iniuriam.

XIX. GAIVS libro vicesimosecundo ad Edictum prouinciale.

SI creditor meus cui paratus sum soluere, in iniuriã meã fideiussores meos interpellauerit: iniuriarum [mihi] tenetur. [q]

XX. MODESTINVS libro duodecimo Responsorum.

SI iniuriæ faciẽdæ gratia Seia domũ absentis debitoris signasset, sine auctoritate eius qui cõcedẽdi ius potestatémve habuit: iniuriarum actionẽ intendi posse respondit. [r]

XXI. IAVOLENVS libro nono Epistolarum.

INiuriarum æstimatio [s] † nõ ad id tẽpus quo iudicatur, sed ad id quo facta est, referri debet.

[s] *Iniuriarum æstimatio.* aliàs actio: aliàs æstimatio. & dic referri ad tẽpus illatæ iniuriæ, cum forte postea sit facta vilior persona, vel econtra honestior. & fiet hæc æstimatio per sacramentum agentis: qui iuret quòd tantum de suo potius amisisset, quàm hanc iniuriam esset passus: & non se passurum iniuriam pro tanto, vel nolle esse tantum lucratum. argu. j. de pœnis. l. penul. & sic intelligitur insti. eo. §. pœna. sed cum hæc actio descendat ex lege Corne. non iniuriam passus, sed iudex æstimat: vt infra eod. l. cõstitutionibus. §. fi. & est sic ad legem. ff. si quis cau. l. qui autẽ. §. illud. &. ff. si tabu. testa. exta. l. j. in fin. & de eden. vbi. §. j. & de ser. cor. doli. §. fi. Sed argu. contra. ff. man. l. si procuratorẽ. §. mandati. & infra de iure fis. l. iij. §. diui fratres.

a *Apprehensus.* à sciente liberum,& causa inferendæ iniuriæ:ne obsit.ff.eo.l.illud.§.si quis.at seruum fugitiuum capere licet:vt.ff. de ser.fu.l.j.§.vnusquisque.

b *Agit.* apprehensus.Accursius.

Is qui in domum.]CASVS. Qui domum alienam inuito domino domus intrat: licet intret causa vocãdi eum in ius,act.iniuriarum tenetur.Fran.

c *Is qui in domum.* vt &.ff. de in ius vocan.l. plerique.& in auth. vt defun.seu func.§.j.col. v.&.ff. de furtis.l. vulgaris.§. q furti. &.j.de reg.iur.l. nemo de domo.&.ff.eo.l.si iniuriæ.

* *Flo. Qui in domum*

Si quis.]CASVS.Si quis prohibet me vẽdere seruum meum: iniuriarum actione tenetur.Fran.

d *Experiri potest.* vt supra eo.l. iniuriarũ.§. pe.&.§.fin.

Si stuprũ.]CASVS. Stuprasti ancillam meã. teneris mihi hac actione. si autẽ seruum meũ celasti:furti teneris. si autẽ ancillã meã nõdũ viripotentẽ stuprasti, teneris etiam actione legis Aquiliæ.Frã.

e *Etiam furti.*cũ non erat meretrix:aliàs cessat furti: vt.ff.de fur.l. verũ. &.l.fullo.j.§.qui ancillam.quæ sunt cõtra.& facit.ff.e.l.sed est quæstionis.§.fi. &.j.de adul.l. inter liberas. in principio.

f *Actionem.*sed si matura,cessat Aquil. vt.ff. ad legem Aquil.l.si seruus seruum.§ .si oliuã. Accursius.

* *Flo. vtcũque tunc locum &c.*

Si quis seruum.] CASVS. Seruum meũ vel filium meum ludibrio habuisti, vt si in popinam eum posuisti, si malã ducere eum feciſti vitam:licet ipse filius his cõsentiret:si tamen animo mihi iniuriandi hoc feciſti, teneris mihi hac actione.si autem ignorabas eum seruum,& ei persuasisti hoc:serui corrupti accusatione teneris mihi.Fran.

g *Consentientem.*sic.ff.e.l.j.§.vsque.&.j.de fica.l.lege.§.fi.

h *Luserit.* id est ludere fecit.

i *Hoc vbicumque.* aliàs vbicumque:& aliàs vtcumque.

k *Necessaria esse.* quia cessat iniuriarum:vt supra.l.item apud.§. interdum.& facit supra de ser.cor.l. doli verbum.§. si quis dolo. &.l.j.§.fin.Accursius.

Si statua.]CASVS.Statuas positas in honorẽ patris mei iuxta monumentum eius, si aliquis proiiciens lapides eas destruxit, hac act.agam,non act.sepulchri violati.Fran.

l *In monumento.* id est iuxta monumentum : alioquin si in ipso monumento affixa vel non affixa esset, secus esset : vt.j.de sepul. vio.l.ij.contra.vel ibi erat sepulchrum, hic monumentum nondum religiosum. Item nec ibi dicitur dari sepulchri violati : sed interdictum quod vi aut clam.

m *Saxis.* id est percussione lapidum.

Iniuriarum.]CASVS. Actio iniuriarum mihi competens non dicitur in bonis meis:& ideo nõ transmittitur ad hæredes ante litem contestatam.Fran.

n *In bonis nostris.* quo ad hoc vt transmittamus ad hæredes : vt insti.de perpe.& temp.actio.§. sed hæredibus. sed dum viuimus, est in bonis:vt tam per nos quàm per alios exerceamus:vt.ff.eo.l. sed si vnius.§.idem ait & si nepoti. vnde & vendere eam possum: vt.C.de hæredi.vendi.l.fi.licet quidam cõtra per.l.istam. est autem ratio quare nõ transmittimus: quia ad solam vindictã datur: vt.ff. de col. bo.l. cum emancipati.§. emancipatus. & facit supra eo.l. iniuriarum actio. in prin.&.ff.eod.l.item apud.§. si quis astrologus. versi. iniuriarũ.& de verbo. significa.l. si cui.§.j.& de popula.actio.l. pen. &.ff. si quis eũ cau. l.fi eũ.§. qui iniuriarũ.& de hisqui deie. vel effu.l.si vero.§.hæc autẽ.& supra ad.l. Fal. pœnales. in prin.& de fideiussor. lega.j.l. si pluribus. in fi.&.C.ex delic.defun. l.j.Accursius.

Si statua patris tui in monumẽto posita saxis cesa est: sepulchri violati agi non posse, iniuriarũ posse Labeo scribit.

XXII. VLPIANVS libro primo ad Edictum prætoris.

Si liber pro fugitiuo adprehẽsus erit : iniuriarum cum eo agit.

XXIII. PAVLVS libro quarto ad Edictum.

Si qui in domũ alienã inuito domino introiret, quãuis in ius vocati, actionem iniuriarum in eum competere Ofilius ait.

XXIIII. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum prætoris.

Si quis propriũ seruũ distrahere prohibeatur à quolibet, iniuriarum experiri potest.

XXV. IDEM libro octauodecimo ad Edictum.

Si stuprum serua passa sit: iniuriarum actio[domino]dabitur.at si celauit mancipiũ, vel quid aliud furandi animo fecit,etiam furti: vel si virginem immaturam stuprauerit, etiam legis Aquiliæ actionem competere quidam putant.

XXVI. PAVLVS libro nonodecimo ad Edictum.

Si quis seruum meum vel filium ludibrio habeat, licet consentientem: tamen ego iniuriam videor accipere : veluti si in popinam duxerit illum, si aleam luserit. Sed hoc vbicumque locum habere potest, quotiens ille qui suadet, animum iniuriæ faciendæ habet. Atquin potest malum consiliũ dare & qui dominum ignoret: & ideo incipit serui corrupti actio necessaria esse.

XXVII. IDEM libro vicesimoseptimo ad Edictum.

Si statua patris tui in monumẽto posita saxis cesa est: sepulchri violati agi non posse, iniuriarũ posse Labeo scribit.

XXVIII. VLPIANVS libro trigesimoquarto ad Sabinum.

Iniuriarũ actio in bonis nostris non computatur, antequam litem contestemur.

XXIX. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

Si seruum cuius nomine iniuriarum actio tibi cõpetit, manumiseris,aut alienaueris:supereſt tibi iniuriarum actio.

XXX. VLPIANVS libro quadragesimosecundo ad Sabinum.

Seruo autẽ manumisso non competere actionem ob iniuriam quam in seruitute passus est, quis dubitet? Si filio iniuria facta sit : cùm vtrique tam filio quàm patri adquisita actio sit, non eadem vtique facienda æstimatio est:

XXXI. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

Cum posit propter filij dignitatem maior ipsi quàm patri iniuria facta esse.

XXXII. VLPIANVS libro quadragesimosecundo ad Sabinum.

Nec magistratibus licet aliquid iniuriosè facere. Si quid igitur per iniuriam fecerit magistratus, vel quasi priuatus,vel fiducia magistratus: iniuriarũ potest conueniri.Sed vtrũ posito magistratu, an verò & quamdiu est in magistratu? Sed verius est, si is magistratus est qui sine fraude in ius vocari

Si seruum cuius nomine iniuriarum actio tibi cõpetit, manumiseris,aut alienaueris:supereſt tibi iniuriarum actio. B

Seruo autẽ manumisso non competere actionem ob iniuriam quam in seruitute passus est, quis dubitet? Si filio iniuria facta sit : cùm vtrique tam filio quàm patri adquisita actio sit, non eadem vtique facienda æstimatio est: C

Cum posit propter filij dignitatem maior ipsi quàm patri iniuria facta esse. D

Nec magistratibus licet aliquid iniuriosè facere. Si quid igitur per iniuriam fecerit magistratus, vel quasi priuatus,vel fiducia magistratus: iniuriarũ potest conueniri.Sed vtrũ posito magistratu, an verò & quamdiu est in magistratu? Sed verius est, si is magistratus est qui sine fraude in ius vocari

n *In bonis nostris.* quo ad hoc vt transmittamus ad hæredes : vt insti.de perpe.& temp.actio.§. sed hæredibus. sed dum viuimus, est in bonis:vt tam per nos quàm per alios exerceamus:vt.ff.eo.l. sed si vnius.§.idem ait & si nepoti. vnde & vendere eam possum: vt.C.de hæredi.vendi.l.fi.licet quidam cõtra per.l.istam. est autem ratio quare nõ transmittimus: quia ad solam vindictã datur: vt.ff. de col. bo.l. cum emancipati.§. emancipatus. & facit supra eo.l. iniuriarum actio. in prin.&.ff.eod.l.item apud.§. si quis astrologus. versi. iniuriarũ.& de verbo. significa.l. si cui.§.j.& de popula.actio.l. pen. &.ff. si quis eũ cau. l.fi eũ.§. qui iniuriarũ.& de hisqui deie. vel effu.l.si vero.§.hæc autẽ.& supra ad.l. Fal. pœnales. in prin.& de fideiussor. lega.j.l. si pluribus. in fi.&.C.ex delic.defun. l.j.Accursius.

Seruum.]CASVS. Seruo meo facta est iniuria:& sic mihi nata in.l.j. est actio iniuriarũ, hãc forte actionem nõ perdo licet seruum illum vendam,vel manumittam, & hoc dicit hæc.l. & princ.sequen.Secundo dicit: filio facta est iniuria : & sic tam patri quàm filio nata est hæc actio. nõ tamen fit æstimatio eadem. potest enim esse maior iniuria ratione filij, cum sit forte in dignitate, non pater. & hoc dicit hæc l.& duæ seq.Fran.

o *Actio.* adiungitur legi sequenti. & facit supra ar. fur.cæsa.l.fin. & quod vi aut clã.l.is qui in puteũ.§. si postea. & de op. lega. l. si Pamphilo.& si quid in frau. patro.l.j.§. si seruo.Accursius.

p *Seruo.* facit.ff. de act. & obligati.l. quæcumque. & de ser. cor.doli.in fine.sed argu. contra.ff. quando dies le.ce.l. si vsusfructus.in fi.Accur.

q *Quis dubitet.* quasi dicat , nullus dubitat quin cõperat etiã post

r *Filio.* facit supra de procuratoribus.l.non solum.§.si pater.& infra eod.l.pater.&.ff.eo.l.sed & si.§.filiofami. interdum.&.ff.de pac.l.in personam.

Nec magistratibus.] CASVS. Si magistratus facit alicui iniuriam:tenetur hac act. &.si est de magnis magistratibus, cõuenietur finito officio. si autem est de minimis magistratibus, conuenietur etiam durante officio.Fran.

f *Qui, sine fraude.* id est pœna: vt.ff. de ædil.edic.l.cum autẽ.§. excipitur. vt quia habet merum imperium : vt hic,&.ff. de in ius vocã.l.ij.&.ff.quibus ex cau.ma.l.sed & si per prætorẽ.§. ait prætor.& hoc casu loquitur.ff.de iudi.l.pars.quæ videtur contra fin. huius.l. hoc autem fallit quando in officio delinquunt : vt.C.ad legem Iul. repetun.l. iubemus. & quando actio tempore periret vsque ad contest.lit.vel hodie ad executionẽ:vt.ff. de offi.præsi.l. senatusconsulto.&.C.de anna.excep.l.vt perfectius. sed hodie dicunt quidam indistincte eos cõueniri etiam durante magistratu coram episcopo locorũ:vt in auth. vt diffe.iudi.§.si tamẽ.col.ix. sed Io.dicit,ibi quãdo in officio delinquunt:vt hic erat. minores autem dic, qui habent simplicem iurisdictionem : tamen hi possunt conueniri:vt subiicit, &.ff.quod me.cau.l.continet.& ad le. Aquil.l.quemadmodum.§.magistratus. & facit ad primã partem

tantum

BIU Cujas

tantum.ĭ.de adul.l.si adulterium.§.fi.&.ĭ.l.proxi.&.s̆.de ope.nou. nun.l.de pupillo.§.si quis ipsi.&.s̆.de tute.& ratio.distra.l.nisi.§. fi.&.l.seq.item ad totam.l.facit.s̆.eod.l. iniuriarũ.§.j. &.ij.&.C. de offi.præfec.prę.ori.& Illyri.l.vnica.de ordinario apparet ex præmissis,quòd in casu huius legis indistincte conuenitur,etiam durante magistratu:cũ in eo deliquerit.Acc.

a *Abeat.* id est recedat.Accursius.

Quod reipublicæ.] CASVS. Cum quidã miles se malè habuerat in prælio: iudex siue potestas terræ fecit scutũ prædicti militis perforarit & hoc fecit vt alij milites sint fortes in prælio. Dicitur ꝙ iste potestas non tenetur hac act.Fran.

b *Ad contumeliam.* vt si alicuius scutũ perforet, quia in bello male se habuerat.Azo.& faciit.s̆.eod.l.iniuriarũ.§. j.&.ij.&.§.quæ iure.& de fur.l.qui iniuriæ. in prin.& infra de termino moto.l.ij.§.de pœna. &.s̆. si omiss. cau. test.l. quia autem.§. si patronus.in fi.§. &.s̆.l. proxi.Accur.

Si plures serui.] CASVS. Plures serui aliqué verberauerunt. quilibet dicitur delinquere: & tot sunt iniuriæ,quot sunt personæ facientes iniuriã.quod expone vt in glo.Frã.

c *Maleficium.* vt.s̆.ad leg.Aquil.l. ita vulneratus.in fi.

d *Quot & personæ.* si sunt plurium serui. vel die ꝙ vnius, sed tunc sufficeret tantum præstari, quantum si liber præstaret: vt.s̆.si famil. fur. fecisse.dica.l.j. & ad leg. Aquil.l.illud.licet sint plura facta : vt supra de iurisd.om. iudi.l. si familia.

Si quis.] CASVS. Quidam fecit mihi iniuriam : & nihil habet:& sic nõ potest mihi satisfacere.Dicitur quòd punitur corporaliter.Fran.

e *Contemnere.* contẽnit,quia emendare iniuriã pecuniariter nõ potest. Item nec nocet ei infamia.ad quod.C.vt in cer.tem.l.iij. Infamatur enim iniuriarũ dãnatus:vt.s̆.de his qui notan.infa.l.j.

f *Coercere.* corporaliter ad quod.ĭ.de pœnis.l.j.§.fin.&.ĭ.eo.l.fi. &.s̆.de admi.tu.l.Alfenus.& de in ius vo.l.fin.

Si filii nomine.] CASVS. Filius tuus fecit mihi iniuriam.volo agere contra te patrem nomine filij tui. tu ordinas quendam procuratorem qui defendat filium tuum.qui procurator nõ vult satisdare iudicatum solui. Dicitur quòd non dicitur defendi hic filius:& ideo ipse filius se debet defendere.Fran.

g *Satisdetur.* vt.s̆.qui satisd.cog.l.si filius.&.s̆.qui.ex cau.in pos. ea.l.hæc autem.§.fina.&.C.de tuto.& cur. qui satis non de.l.fin.

h *Danda erit.* sic ergo defensio filij in subsidium conceditur filio:vt hic,& supra de noxa.l.noxalis.&.l.quotiés. sic & aliàs appellandi tempus indulgetur seruo. Item no. quòd licet patri recusare defensionem,cum nullum vsumfructũ ei afferat lex:vt.C. de bo.quæ libe.l.fi.§.sin autem patre.Accursius.

Constitutionibus.] CASVS. Carmen famosum de aliquo est positũ supra quoddã monumentum. Dicitur ꝙ tolli debet

non potest: expectandum esse quoad magistratu abeat,[a] Quòd & si ex minoribus magistratibus erit, id est qui sine imperio aut potestate sunt magistratus : & in ipso magistratu posse eos conueniri.

XXXIII. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

QVod reipublicæ venerandæ*causa secundũ bonos mores fit:etiã si ad cõtumeliã[b] alicuius pertinet: quia tamen nõ ea mẽte magistratus facit,vt iniuriã faciat,sed ad vindictã maiestatis publicę respiciat: actione iniuriarũ non tenetur.

XXXIIII. GAIVS libro tertiodecimo ad Edictum prouinciale.

SI plures serui simul aliquem ceciderint, aut conuiciũ alicui fecerint : singulorum proprium est maleficium:[c] & tanto maior[est]iniuria,quanto à pluribus admissa est : immo etiam tot iniuriæ sunt, quot & personæ[d] iniuriam facientium.

XXXV. VLPIANVS libro tertio de omnibus tribunalibus.

SI quis iniuriã atrocem fecerit,qui contẽnere[e] iniuriarũ iudicium posit ob infamiã suã, & egestatẽ : prætor acriter exequi hanc rem debet : & eos qui iniuriam fecerunt,coërcere.[f]

XXXVI. IVLIANVS libro quadragesimoquinto Digestorum.

SI filij nomine cum patre iniuriarum agere velim, & is procuratorẽ det: non intelligitur filius defendi, nisi iudicatũ solui satisdetur:[g] & ideo actio aduersus filium,tãquam à patre non defendatur,danda erit.[h]

XXXVII. MARCIANVS libro quartodecimo Institutionum.

CONstitutionibus principalibus cauetur, ea quæ infamãdi alterius causa in monumẽta publica posita[i] sunt, tolli de medio. Etiam ex lege Cornelia[k] iniuriarum actio ciuiliter moueri potest,condemnatione æstimatione[l] iudicis facienda.

XXXVIII. SCAEVOLA libro quarto Regularum.

SEnatusconsulto cauetur, ne quis imaginem imperatoris in inuidiam alterius portet:[m] & qui contra fecerit, in vincula publica mittetur.

XXXIX. VENVLEIVS libro secundo publicorum iudiciorum.

VEstem sordidam† rei[n] nomine in publico habere,capillúmve[o] summittere, nulli licet:nisi ita cõiunctus est adfinitate,† vt inuitus in reũ testimonium[p] dicere cogi non possit.

XL. MACER libro secundo publicorum iudiciorum.

DIuº Seuerº Dionysio Diogeni ita rescripsit: Atrocis iniuriæ damnatus,in ordine decurionum esse nõ potest:[q] nec prodesse tibi debet error[r] præsidum,aut eius qui de te aliquid pronuntiauit,[s] aut eorũ qui cõtra formam iuris mansisse te in ordine decurionũ putauerũt.[t]

XLI. NERATIVS libro quinto Membranarum.

PAter,cuiº filio[u] facta est iniuria,nõ est impediẽdº quo minus duobus iudiciis & suam iniuriam persequatur,& filij.

XLII. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

A siue remoueri.& qui imposuit,tenetur act.iniuriarũ ciuili,nõ solũ lege Cornelia prætoria:& fit cõdẽnatio arbitrio iudicis.Frã.

i *Posita.* id est publicè posita,vt carmen famosum.

k *Etiam ex lege Cornelia.* nõ solum prætoria.& facit insti.eo.§. sed & lex.&.§.in summa.&.s̆.eod.l.prætor.§.posse.

l *Æstimatione.* quod dic vt supra eo.l. iniuriarum æstimatio.sed si criminaliter : tunc dic vt.ĭ.eo.l.fin.

B *Senatusconsulto.*] CASVS. Portabã quãdam statuam principis, ideo(vt dicebam)quia timebam Titium, qui me volebat occidere: vt dicebam. & hoc faciebam in iniuriã Titij. dicitur quòd Teneor Titio hac actione.Fran.Accursius.

m *Portet.*ĭ.de pœnis.l. capitaliũ.§. ad statuas.

Vestem.] CASVS. Cum quidã esset accusatus de aliquo crimine:portare volebam vestes nigras vel barbã longam, quasi in signũ tristitiæ futuræ de accusato. dicitur ꝙ non possum, nisi essem de coniunctis.Fran.Acc.

n *Rei.* id est accusati.

o *Capillúmve.* Sic dictum in signum tristitiæ,& causa inferendæ iniuriæ faciebat.

p *Testimoniũ.* quæ istę sint, habes.s̆.de testi.l. lege Iulia. his enĩ hoc facere permittitur ꝓpter doloré.& sic ratio sanguinis tollit præsumptionem inferendę iniuriæ. sic.C. de adul. l.si quis adulterij. & de epis.& cle.cum qui. & quod falso tuto.auct.l. penul. & facit supra.l. ité apud.§.generaliter.

†*Sordes reorũ quæ sint, quis reatus, sordidus,& sordidatus: quidve sordes eximere, vide hic ex Budæo.*

Rei. Egi.Per.

†*Ratio aũt huius text.est: quia animus iniuriandi non præsumitur inter coniunctos, vsq; ad septimũ gradum glo.est no. in.l.vt ité.ĭ.de iniuriis.*

Iuuus.] CASVS. Dãnatus pro iniuria atroci, est infamis:& ideo non potest esse decurio : nec prodest ei error iudicis. quod dic vt in glo.Frã. Accursius.

C *Iuus.*] CASVS. Quidam pro iniuria atroci, est infamis:vt.C.de digni.l.ij.lib.xij.&.C.qui.ex cau.infa.irro.l.decuriones.&.C.de decu.l.infamia.lib.x.Accur.

q *Non potest.* quia est

r *Error.* in iure.Azo.

s *Pronuntiauerit.* super iniuria : non autem aliquid dixit de remotione ab ordine:sed putauit te posse remanere. Alij dicunt ꝙ expresse pronuntiauit quòd in ordine remaneret.

t *Putauerunt.* immo minorata pœna,minoratur infamia: vt.C. ex qui.cau. infa.irro.l. & si seuerior. Solu. ibi causa cognita fuit minorata:hic non:vt hic,& infra ad munici.l.ordine.circa prin. Vel dic quòd hic non fuit minorata : sed hoc dicit hæc lex. Alij vt P.dicunt in hoc crimine pœna minorata non tolli infamiam, vtpote atrociori:sed aucta sic.Item nec ob. infra de pœ.l.in seruorum.quia & ibi fuit aucta.quod hic non fuit.

D *Pater.*] CASVS. Facta iniuria filio,pater potest suo nomine agere iniuriarum:item & nomine filij.Fran.Accur.

u *Pater cuius filio.* facit supra eo.l.j.§.fi.&.l.sed si vnius.§.fi.& de procu.l.non solũ.§.si pater. &.s̆.eo.l.seruo.§.filio.&.l.cũ possit.

Vdici.] CASVS. Qui appellat à sententia iudicis, non debet iniuriã dicere ipsi iudici à quo appellat.& si dicit, tenetur hac actione:& condemnatus fit infamis.Fran.Accursius.

a *Iudici ab appellatoribus.* vt infra de appel.l. illud idem.& ecõtra:vt.C.de appel.l.& in maioribus.&.l.si quis prouocatione.

b *Notãtur.* post cõdemnationẽ in actione iniuriarũ de eis factã.

Qui iniuriarum.] CASVS. Qui accusat per calumniam criminaliter Titium de iniuria,& non probat: extra ordinem dãnatur, & datur in exilium, vel similem pœnam patitur. Fran.Accursius.

c *Qui iniuriarũ actionem.* id est accusationẽ.

d *Extra ordinẽ.* id est criminaliter.& facit.ĵ. ad Turpil.l. si quis repetere.§. si stellionat⁹.

Si inferiorum.] CASVS. Dominus inferioris domus facit fumum causa me iniuriãdi in alta domo.dicitur ꝙ tenetur hac ac.Item si proiicio aquam vel aliquid aliud in inferiorem domum iniurię causa: teneor hac act. Fran. Accursius.

e *Si tamen.* facit.ſ. si ſerui.vin.l ſicuti.§. Aristo.sed quidã ſignant contra.sed nõ est.Acc.

De iniuria.] CASVS. Iniuriã faciẽs potest puniri extra ordinem,ſecundũ qualitatẽ perſonæ quæ facit iniuriam,& quę ſuſtinet. hinc est ꝙ ſeruus faciẽs iniuriã,verberatur:& domino redditur. liber vero, ſi est vilis perſona, fuſtibus ſubiicitur. cæteri autẽ homines vel in exiliũ dantur, vel certo loco interdicũtur.Fran.Ac.

f *Ex perſona.* dic vt.ſ. eod.l.prætor.§.atrocẽ. &.l.ſed ſi vnius.§.quędã.& facit.ſ.l.lex Cor. §.fi.& inſti.e.§.in ſumma.&.ſ.eo.l.ſi quis iniuriam.& de ſuſpec.tuto. l. tutor. §. tutores. verſ.ſed ſciendum.

g *Vel interdictione.* quia interdicetur forte ei ars ſua. Accur.

DE EXTRAORDINARIIS CRIMINIBVS.

Cõtinuatio

Supra de priuatis & nominatis crimi. nũc de innominatis,ſecundũ Azo. Vel dic ſecundũ R.ſic: De priuatis delictis ex quibus etiam ciuiles naſcũtur actiones,poſuimus: dicturi infra de his criminibus ex quibus ſolæ criminales oriuntur actiones, publicam ordinariámque pœnam irrogãtes,præmittimus de his criminibus ex quibus ſunt executiones criminales & extraordinariæ & priuatæ.

Solicitatores.] CASVS. Qui ſolicitat vxorem alienam, volens cum ea iacere, vel dicit quòd vult eam accipere in vxorem: licet non habuit effectum hoc delictum: ad aliquem tamen peruenit actum:extra ordinem punitur. Secundo enumerat quædam delicta quæ puniuntur extra ordinẽ:vt ſi quis ſimum corruptũ in aliquem deiecit: vel aquas vel lacũ deſtruxit: vel quid aliud ad iniuriam publicam contaminauit. Tertio enumerat quædam alia delicta quæ puniuntur extra ordinem. Fran.

h *Nuptiarum.* id est vxorum nuptarum, vt cum eis rem habeãt.

i *Interpellatores.* qui eas volunt ad vxores: licet hoc esse non posſit. Accursius.

IVdici ab appellatoribus[a] cõ iudicium fieri nõ oportet:alioquin infamia notantur.[b]

XLIII. GAIVS libro tertio Regularum.

QVi iniuriarum actionem[c] per calumniã instituit, extra ordinẽ[d] dãnatur: id est exilium, aut relegationẽ, aut ordinis amotionem patitur.

XLIIII. IAVOLENVS libro nono ex posterioribus Labeonis.

B SI inferiorum dominus ędiũ, ſuperioris vicini fumigandi causa fumum faceret: aut ſi ſuperior vicinus in inferiores ædes quid aut proiecerit, aut infuderit, negat Labeo iniuriarum agi posse: quod falsum puto, ſi tamen[e] iniuriæ faciendæ causa immittitur.

XLV. HERMOGENIANVS libro quinto Epitomarum.

DE iniuria nunc extra ordinem ex causa & perſona[f] ſtatui ſolet. Et ſerui quidem flagellis cęſi dominis reſtituuntur: liberi verò humilioris quidem loci, fuſtibus ſubiiciũtur: cæteri autem vel exilio tẽporali,vel interdictione[g] certæ rei coërcentur.

DE EXTRAORDINARIIS CRIMINIBVS.

TITVLVS XI.

I. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

C SOlicitatores alienarum nuptiarũ,[h] itémque matrimoniorum interpellatores,[i] etſi effectu ſceleris potiri non poſſunt,propter voluntatem[k] [tamen]pernicioſæ libidinis extra ordinem puniuntur.

D FIt iniuria contra bonos mores,veluti ſi quis fimo corrupto aliquẽ perſuderit:[l] cœno, luto oblinierit:aquas ſpurcauerit:[m] fiſtulas, lacus, quídve aliud ad iniuriam publicam contaminauerit:[n] in quos grauiter animaduerti ſolet. FQui puero ſtuprũ, abducto[o] ab eo vel corrupto comite perſuaſerit: aut mulierẽ puellámve interpellauerit:quíd ve impudicitiæ gratia fecerit: donum præbuerit: pretiúmve quo id[p] pſuadeat, dederit: perfecto flagitio punitur[q]* capite: imperfecto, in inſulam deportatur:[r]* corrupti comites ſummo† ſupplicio[s] adficiuntur.

Cœtus illicitos prohibet fieri, etiam à veteranis, ſub prætextu religionis. Fran.

II. VLPIANVS libro quarto Opinionum.

SVb prætextu religionis, vel ſub ſpecie ſoluẽdi voti,cœtus illicitos[t] nec à veteranis[u] tentari oportet.

De ſtellionatus crimine,vel expilatæ hæreditatis,poteſt quis accuſari: non tamen publicæ accuſationes ſunt. Fran.

III. IDEM libro tertio de Adulteris.

C STellionatus, vel expilatæ hæreditatis iudicia accuſationem quidem habent: ſed nõ ſunt publica.[x]

Fœmina quæ ſtudioſe fecit abortum, in exilium temporale damnatur. Fran.

IIII. MARCIANVS libro primo Regularum.

DIuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt eam quę data opera [partum] abegit,[y] à præſide in temporale exilium[z] dandam. Indignum enim videri poteſt, impune eam maritum liberis fraudaſſe.

V. VLPIANVS libro quinto de officio proconſulis.

IN eum cuius inſtinctu ad infamandum dominũ ſeruus ad ſtatuã confugiſſe cõpertus erit: pręter corrupti ſerui actionem, quæ ex edicto perpetuo competit,ſeuerè animaduertitur.[a]

k *Propter voluntatem.* ſic.C.de epiſc. & cle.l. ſi quis non dicam. & de fur.l.ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit.& ad le.Iul.maie.quiſquis. &.C.ſi quacũque prædi.pot.l.j.in prin.Sed ar.cõtra.ſ.de his qui not.infa.l.qui autẽ.Item ar.contra.ſ.quod quiſq; iur.l.j.in fi.ſed hic ſpeciale propter enormitatẽ criminis.ſed an hic peruenerunt ad aliquẽ actũ? Reſpõ. ſic, vt ad colloquium, vel baſia,quę ſunt præcedentia veneris: vt.ĵ. de adul.l.quod ait lex. aliàs cõtra:vt.ĵ.de pœnis.l. cogitationis. & adde hic quod not.C. de his qui ad ec. cõfu. præſenti.circa prin. & facit.ſ.tit.j.l. itẽ apud. §.ſi quis virgines.&.C. de ſica.l.fina.

l *Perſuderit.* id est ſi quid cõburatur cũ ali- * *Flo.* quo cuius ſumus est pe * *ſtifer,* vt ſulphur: qno * *depu* caſu fumus dicitur cor *ruptus.* aliàs est ſimo † *Vel* corrupto: & tunc eam turpitudiné in aliquem deiecit. Accurſius.

m *Spurcauerit.* i.cõtaminauerit.ſpurca tamẽ *proprie* est quod ab ore porci cadit.

n *Contaminauerit.* facit.C.de re mili.l.cum *ſupra.lib.xij.*

o *Abducto.* ſ.comite.

p *Quo* id. aliàs is.

q *Punitur.* hic ergo de ordinario crimine tractat,ſcilicet de adul. & ſtupro.vel dic punitur, id est puniri ſolet.& facit inſtit.de pub.iud. §.item lex Iulia.

r *Deportatur.* erant enim corrupti comites: & ſic aliquod conamẽ interuenit. Accur.

ſ *Summo ſupplicio.* qđ mors est &c. vt infra de pœnis.l.vltimum ſupplicium.

t *Vb prætextu. Illicitos.* quales omnes ſunt, niſi ſpecialiter cõtra probetur: vt infra de col.illi.l.iij.§.j.& ſacit.C.de ſac. ſanc.ec.l. qui ſub prætextu.

u *Nec a veteranis.* nõ ſolum à iuuenibus.

x *Stellionatus. Nõ ſunt publica.* vt ſupra de his qui no. infa.l. quid ergo.§.fin.&.ĵ.de cri. ſtel.l.j.&.iij.§.pe. &.C. de cri.ſtel.l.iij.

y *Diuus. Abegit.* id est abortum fecit.

z *Exilium.* ante quadraginta dies: a quia ante non erat homo:poſtea de homicidio tenetur,ſecundum legem Moyſi,vel legem Pópeiam de parricidiis:vt infra ad leg. Pompe.de parric. l.j.& facit.C.ad legem Corne.de ſica.l.ſi mulierem. Accurſius.

In eum.] CASVS. Inſtigaſti ſeruum meum vt fugeret ad ſtatuã,quaſi conquerens de me ꝙ nimis eram crudelis contra eũ: & ſic cauſa me infamandi.dicitur ꝙ non ſolum teneris act. ſerui corrupti,ſed etiam extra ordinem puniris. Fran. Accur.

a *Animaduertitur.* facit.ſ.de ſer. corrup.l.corrumpitur. &.ĵ.de pœ.l.capitalium.§.ad ſtatuas.

ANnonam.] CASVS. Erant olim quidam qui emebant omne bladum quod poterant:& poſtea vẽdebant carius: & iſti vocabantur

vocabantur dardanarij, erant & quidam alij qui colligebãt multum bladi, & nolebant vendere nisi cum erat carum. Dicitur ergo q̃ præsides curent ne hæc fiant, puniẽdo eos qui talia faciũt. iubet etiã puniri eos q̃ stateras siue mẽsuras habẽt falsas. Fr. Ac.

a *Dardanarii.* qui sic à quodã Dardano functionũ auctore dicebantur: qui maxime dabat operam vt annona carior fieret, emẽdo omnem quam inuenire posset: vt postea solus venderet sicut vellet.

b *Debebis.* ô præses prouinciarum.

c *Mercis sint.* s. cõparatores, vel negotiatores, id est interdicas eis negotiatoribus, quales sunt Tricoli. & facit. ff. de pœnis. l. moris.

d *Coemptas.* quia plures simul emunt, vt sic annonã cariorem faciant. & sic habeas coemptas. aliàs est emptas.

e *Supprimunt.* supple vt ãnona oneret: quod est infra.

f *Prouentus.* id est vt plus vendatur: & caue, quia non cogit locupletes vendere: nec punit si nõ vendant: vt & infra ad legem Iuliã de anno. l. ij. sed illos qui emunt vt carius vẽdãt. nam per illos etiam locupletes seruant.

g *Humiliores.* i. inferiores, quales sunt vt C. de incest. nup. l. humilem. & facit. ff. tit. j. l. fi. & de incen. l. Pedius.

h *Stateræ.* i. mensuræ, vel instrumenta quædam quibus fit mẽsura.

i *Corneliæ.* de falsis, quæ est ff. de fal. l. pe.

k *Relegauit.* vt & ff. ad. l. Corñ. de fal. l. pe. §. fi. & facit. ff. de pœnis l. in dardanarios. & qd̃ not. supra de dol. l. arbitrio. §. de eo.

Accularii.] CASVS. Præcipit puniri saccularios. & qui sint dicit vt in glo. domini mei Acc. Item præcipit puniri directarios, & exponit qui sint directarij, & dicit quæ pœna eis imponatur. Secũdo dicit: qui instrumẽtum meum alicui recitauit, ex quo doleo, & passus sum damnum: punitur extra ordinẽ. Tertio iubet puniri capite eos qui ponũt lapides in aliquo fundo, & per hoc dant intelligere, q̃ si quis colat illũ, q̃ occidetur ab eis. Quarto dicit: cũ in Aegypto non pluat, aqua Nili spargebatur certo tẽpore anni p fundos: & quilibet includebat de illa aqua in fossatis suorum fundorũ. si ergo aliquis ista fossata rumpat vel destruat, & sic aqua recedit, punitur extra ordinem. Item cum arbores plãtentur in riuis illorũ fossatorũ, vt ripæ non ruãt: si quis illas arbores inciderit, grauissime punitur. Item cum sint aliqua instrumenta siue duchæ per quas diuiditur aqua Nili quæ veniebat in fundos: de stercorib⁹ si quis ea obstruat, grauiter punitur. Franciscus Accursius.

l *Saccularii.* qui saccos ferunt plenos mercibus falsis, & falsis nũmis: & cũ eis soluitur pro merce pecunia, partẽ pecuniæ furãtur, negãtes se accepisse quãtum acceperant: & quod reddunt, ex parte fuit dãtis, ex parte eorum tantũ. & ideo fallunt retenta bona pecunia cum sibi cãbiri traditã poscunt. Azo. Vel saccularij. i. ioculatores, vel tertio secũdũ H. id est q̃ in saccis portãt merces desuper bonas: inferius malas in eodem sacco.

m *Subducunt.* vetitas supponentes bonis mercibus quas ostendunt. H. ad hoc & superius primũ respõ. facit infra de effra. l. j. §. simili modo. &. C. de prin. agen. in reb. l. j. in fi.

n *Vnt Executionẽ.* aliàs persecutionem. *Flo. executio.

o *Prodita esse dicat.* i. manifestata esse, ex quo est læsus: ar. ff. de pœnis. l. si quis aliquid. ij. §. instrumenta. † *Vide in hanc. l. Alcia. lib. prætor. 2. hoc ipso tit. & Crinitũ lib. 8. c. 10.*

p *Executio.* aliàs, persecutio.

q *Vnt*] *Arabia.* sequitur Græcum. & facit infra de pœnis. l. aut facta. §. fina. †*Id est, lapidum positionem.*

r *Plerique.* vt est in illo Græco.

s *Indicio.* id est vt indicaretur quòd si quis &c.

t *Scopulos.* i. lapides.

u *Quæres.* id est delicta, vel facta.

x *Hanc rem.* id est delictum. & facit. C. vt nemi. li. sine iudi. auct. o. l. j. & ij.

y *IN Aegypto.*] *Chomata.* i. aggeres: vt statim ponit. choma enim proprie dicitur diuisio. nã diuidũtur, scilicet aggeres seu chomata loca abinuicem. dicitur etiam fieri cõma vocis: cum in fine vox exaltatur. sima vero, cum in eodem statu retinetur: periodus vero, cum deprimitur. †*Id est, aggeres, qui terra aggesta facti sunt, quibus Nili aqua coercetur. Bud. hic. E. P.*

z *Hi sunt.* melius dixisset, hæc sunt: & ponit chomata.

a *Aggeres.* id est, chomata. Accursius. *Flo. æquẽ. *Chomata.*

b *Niloticam.* in Aegypto non pluit: & ideo certis temporibus anni egreditur aqua Nili per prędia: & quilibet in suo prædio facit aggeres vt aquam contineat: & de his dicit hic. Sunt & alij aggeres qui sunt iuxta flumen Nili: & si quis eos rumpit, flammis ibi comburitur: vt. C. de Nili aggeri. l. j. Accursius. †cõmatahic sunt aquarum emissoria, & incilia, ad hoc structa vt Nilꝰ viciẽm admittatur in arua, aut intra alueũ cõtineatur. gallice, bõdes. E. P.

c *Quidam.* s. prædictorum rumpentium dictam aquam.

d *Et metallo.* id est, in opus metalli. & est differentia inter hanc pœnam, & metallum, de quo subiicit: vt. ff. de pœ. l. aut damnum. §. inter eos. Accursius. †*i. meatus quidam intercisi & hiantes, per quos Nili aqua trãsmittitur in arua remotiora segetibus destinata. E. P.*

e *Sycaminonem.* ficus est Aegyptia prædulcis, sine granis.

f *Colligant.* id est retinent, ne ruant.

g *Coercentur.* ne fluant. Accursius.

h *Commata etiam & diacopi.* hæc duo idem significant. & dicitur diacopi, à dia, quod est duo: & copos, quod est diuisio: quia in duas partes aquæ diuidebantur. sunt ergo hic commata, instrumenta quibus aqua diuidebatur & deriuabatur.

i *In aggeribus.* id est iuxta aggeres. Accursius.

k *Efficiunt.* id est, faciunt eos puniri. Azo.

VI. IDEM libro octauo de officio Proconsulis.

ANnonã attẽtare & vexare vel maxime dardanarij [a] † solent. Quorũ auaritię obuiam itum est tam mandatis quàm cõstitutionibus. Mandatis deniq; ita cauetur: Præterea debebis [b] custodire, ne dardanarij vllius mercis [c] sint: ne aut ab his qui coëmptas [d] merces supprimũt, [e] aut à locupletioribus qui fructꝰ suos æquis pretiis vendere nolunt, dum minus vberes prouẽtus [f] expectant: annona oneretur. Pœna autẽ in hos variè statuitur. nam plerumque si negotiantes sunt, negotiatione tantũ eis interdicitur: interdum & relegari solent: humiliores [g] ad opus publicum dari. ¶ Onerant annonã etiam stateræ [h] adulterinæ: de quibus diuus Traianus edictum proposuit, quo edicto pœnam legis Corneliæ [i] in eos statuit: perinde ac si lege testamentaria, q̃ testamentũ falsum scripsisset, signasset, recitasset, dã natꝰ [quis] esset. Sed & diuꝰ Hadrianus eum qui falsas mẽsuras habuit, in insulam relegauit. [k]

VII. IDEM libro nono de Officio Proconsultis.

SAccularij † [l] qui vetitas in sacculo artes exercẽtes, partem subducunt, [m] partem subtrahunt: item qui directarij *appellantur, hoc est hi qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plus quàm fures puniendi sunt: idcircóque aut ad tempus in opus dantur publicum: aut fustibus castigantur, & dimittuntur: aut ad tempus relegantur.

VIII. IDEM eodem libro.

SVnt prætẽrea crimina, quæ ad executionem [n] * præsidis pertinent, vtputa siquis instrumenta sua prodita esse dicat. [o] Nã huius rei executio [p] * pfecto vrbis à diuis fratribus data est.

IX. IDEM eodem libro.

SVnt quædã † quæ more prouinciarum coërcitionẽ solẽt admittere: vtputa in prouincia Arabia [q] σκοπελισμὸν † crimẽ appellant, cuius rei admissum tale est: plerique [r] inimicorum solẽt prædium inimici σκοπελίζειν, id est lapides ponere indicio [s] futuros, quòd siquis eum agrum coluisset, malo letho petitur [o] esset insidiis eorũ qui scopulos [t] posuissent. Quæ res [u] tantum timorẽ habet, vt nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatẽ timens eorum qui scopelismõ fecerunt. hanc rẽ [x] præsides exequi solẽt grauiter vsque ad pœnam capitis: quia & ipsa res mortem comminatur.

X. IDEM eodem libro.

IN Aegypto qui chomata [y] † rũpit, vel dissoluit, (hi sunt [z] aggeres [a] qui quidẽ solent aquã Niloticam [b] continere) æque plectitur extra ordinem, & pro conditione sua, & pro admissi mensura. quidam [c] opere publico, aut metallo plectũtur. & metallo [d] quidem secundum suam dignitatem, si quis arborẽ sycaminonem [e] exciderit. Nam & hæc res vindicatur extra ordinem non leui pœna, idcirco quòd hæ arbores colligant [f] aggeres Niloticos, per quos incremẽta Nili dispẽsant & coërcẽtur, & deminutiões aquę * coërcẽtur. [g] * Cõmata † etiã & diacopi † [h] qui in aggerib⁹ [i] fiũt, plecti efficiũt [k] eos qui id admiserint.

IN circulatores.] CASVS. Quidam portant secum serpentes, siue biscas: & faciunt timorem aliquibus: qui ducti timore fugiunt, & sua dimittunt quę ibi habebãt: & alij veniunt qui ea furantur. dicitur quòd isti portantes serpentes grauiter puniuntur. Franciscus Accursius.

a *In circulatores.* à circũfero: & est in, præpositio. Accursius.

b *Et proponunt.* scilicet subito alicui vt metu serpentino fugiat, suáque dimittat, vt interim alius occupet.

c *Actio dabitur.* id est accusatio, de qua pœna est extraordinaria.

DE SEPVLCHRO violato.

d *Epulchri. Actio.* scilicet in factum: vt infra. l. iij. in prin. non solum accusatio.

e *Irrogat.* condemnatione facta.

SI sepulchrũ.] CASVS. Destruxi sepulchrum tuũ diruendo ipsum. teneor quod vi aut clam. idem si statuã supra sepulchrum tuũ positam destruxi: siue sit affixa, siue sit applumbata sepulchro, siue non. nam teneor interdicto quod vi aut clam, nõ Aquil. Fr. Ac.

f *Diruit.* sine iudicis auctoritate: vt supra de aqua plu. ar. l. quamquam. §. j.

g *Cessat Aquilia.* quia non possum me dicere dominum sepulchri. aliàs Aquil. actio competit hero: vt supra ad leg. Aquil. ité Mela. §. legis. Accursius.

h *Aut clam.* scilicet ad opus restituendum.

i *De monumento.* quæ affixa fuerat monumẽto: vt differat à sequenti. Accursius.

k *Scribit.* scilicet vt non agatur Aquilia: sed interdicto quod vi aut clam, & de sepulchro violato.

l *Fuit.* scilicet statua. Accursius.

m *Esse.* scilicet statuam. Accursius.

n *Ossuariam.* in lib. Ioan. ossaria. Et dic ossuariam, vrnam in qua ossa reconduntur: vel id est monumenta.

o *Interdicto.* & cessat Aquilia. & ad hoc supra quod vi aut clam. l. is qui in puteum. §. si quis de monumento. & l. denique. §. quæsitum. in fine. Sed contra supra de iniur. l. si statua. Sol. vt ibi.

PRætor.] CASVS. Dolo cuius sepulchrum violatum est, tenetur ac. in factum ad interesse ei ad quem pertinet sepulchrũ. si nemo sit ad quem pertineat, vel si est, non tamen vult agere: prætor permittit cuicunque volenti agere act. vsq; ad. c. aureos. sed si plures sunt qui volunt agere, præfertur qui iustiorem causam habet. Item si quis in sepulchro alieno habitauerit, vel ædificium aliquod non sepulchri causa ibi fecit: quicũque vult agere contra eum, prætor permittit vsque ad quantitatem ducẽtorum aureorum. Postea Vlpia. exponit verba prædicta, & dicit: apparet ex primis verbis edicti, eum qui violat sepulchrum, ita demum teneri, si dolo malo hoc facit. impuberes ergo non tenentur hoc edicto, cum dolo careant. & appellatione sepulchri, omnis locus sepulturæ continetur. [*SI QVIS.*] Hæres si inferat mortuum in hæreditarium sepulchrum, tenetur quandoque sepulchri violati: vt si prohibuerat testator ne hæredes aliquem ibi inferrent. seruari enim debet volũtas testatoris. Idem si vni hæredum concessit inferre, aliis vetuit. nam seruabitur voluntas defuncti. Secundo dicit: corpus positum in vno loco, animo alibi portandi, bene potest transferri: & non patitur pœnam qui transfert: licet si bene vellet facere, debet licentiam impetrare ab episcopo vel principe. Tertio prohibet sepeliri aliquem intra ciuitatem, & pœna imponitur in eos qui sepeliunt intra ciuitatem, & in magistratum qui hoc patitur: & locum sepulchri publicari iubet: & inde mortuum trãsferri. & si cõsuetudo erat ante hanc. l. posse in ciuitate sepeliri: eam cõsuetudinem tollit. [*SI QVIS IN SEPVLCHRO.*] Qui habitat in sepulchro, vel ædificium ibi facit: quicunque vult agere contra eum, potest. Secundo dicit: qui cadauera spoliãt: si quidem cum armis, capite puniuntur. si sine armis, in metallũ dãnantur. Tertio dicit: iudex qui cognoscit super act. sepulchri violati: debet æstimare interesse agentis, inspecta iniuria: item lucro violantis sepulchrum: item damno ex hoc contingente. non tamen minoris condemnet iudex quàm si extraneus ageret: quod est. c. aureorum contra violantem: & cõtra inhabitãtem, ducentorũ. [*SI AD PLVRES.*] Sepulchrum pluriũ violaui. dicitur quòd hęc act. omnibus datur contra me in eo quod cuiusq; interest. Secundo dicit: sepulchro violato ille cuius interest, non vult agere, immo renuit. dicitur quòd potest pœnitere ante lit. contest. ab alio. Tertio dicit: seruus tuus in sepulchro meo habitat, vel ibi ædificauit. dicitur quòd potest accusari. noxalis autem non datur. sed si domũ habeat seruꝰ in sepulchro, nõ tamẽ habitat ibi, noxalis dat. Vltimo dicit: hæc actio q̃ ex hoc edicto dat, est popularis. Fr. Ac.

† *De sepulchris, & eorum violatione nonnihil Cælius li. 17. c. 19.*

XI. PAVLVS libro primo Sententiarum.

IN circulatores[a] qui serpentes circũferunt & proponunt,[b] si cui ob eorum metum dãnum datum est, pro modo admissi actio dabitur.[c]

DE SEPVLCHRO violato.†

TITVLVS XII.

Condemnatus act. in factũ de sepulchro violato, est infamis. Fran. Accursius.

I. VLPIANVS libro secundo ad Edictum Prætoris.

SEpulchri violati actio[d] infamiam irrogat.[e]

II. IDEM libro octauodecimo ad Edictum Prætoris.

SI sepulchrum quis diruit,[f] cessat Aquilia:[g] quod vi tamen aut clã[h] agendum erit. Et ita de statua de monumento[i] euulsa Celsus scribit.[k] Idẽ quęrit, si neque adplumbata fuit,[l] neque adfixa, an pars monumẽti effecta sit: an vero maneat in bonis nostris. Et Celsus scribit sic esse[m] monumenti, vt ossuariam:[n] & ideo quod vi aut clã interdicto[o] locum fore.

III. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Edictum Prætoris.

PRætor ait: *Cuius dolo malo sepulchrum violatum esse dicetur, in eum in factum iudicium dabo: vt ei ad quem pertineat, quanti ob eam rem æquum videbitur,* P *condemnetur. Si nemo erit ad quem pertineat, siue agere nolet:*[q] *quicumque agere volet, ei cẽtum aureorum*[r] *actionem dabo. Si plures agere volent: cuius*[s] *iustissima*[t] *causa esse videbitur, ei agendi potestatem faciam. Si quis in sepulchro dolo malo habitauerit, ædificiúmve aliud quàm quod* sepulchri causa factum sit, habuerit: in eũ si quis eo nomine agere volet,*[u] *ducentorum aureorum iudicium dabo.* PPrima verba ostendunt eum demum ex hoc[x] [edicto] plecti, qui dolo malo violauit. Si igitur dolus absit: cessabit* in eiusdem personaʸ pœna.[z] Igitur doli non capaces, vt admodum impuberes,[a] item omnes qui non animo violandi accedũt:[b] excusati sunt. PSepulchri autem appellatione omnem sepulturæ locum contineri existimandum est.[c] PSi quis in hereditarium[d] sepulchrum inferat, quamuis hæres, tamen potest sepulchri violati teneri, si fortè contra voluntatem testatoris intulit. Licet enim cauere testatori, ne quis eò inferatur: vt rescripto imperatoris Antonini cauetur. seruari enim voluntatem eius oportere. Ergo & si cauit, vt vnus tantùm hæredũ inferret, seruabitur vt solus inferat. PNon perpetuæ sepulturæ tradita corpora posse transferri, edicto diui Seueri cõ

p *Æquum esse videbitur.* ad interesse: nunquam tamen minoris quàm extraneo: vt. j. ea. l. §. qui de sepulchri. versi. item. & versi. nunquã. & in hoc potest esse ꝓcurator: vt. ff. de proc. licet. in pri.

q *Nolet.* ad hoc. C. de adulte. quãuis. ij. & j. eo. l. sepulchri violati. & de suc. edi. l. j. §. quibus. & ad Tertul. l. j. §. si nemo. Accur.

r *Centum aureorum.* immo videtur. x. pondo auri: vt. C. eo. l. qui sepulchra. sed ibi criminaliter.[a] & infertur fisco: hic ciuiliter, & datur priuato. in iudice autem negligente punire, est pœna. xx. lib. auri: vt. C. eo. si quis sepulchrum.

s *Cuius.* nunc respondet.

t *Iustissima.* ad hoc. ff. de lib. ho. exhi. l. iij. §. si tamen plures. & j. de accu. si plures. & ff. de fideicõ. lib. l. iiij. §. creditoribus tamẽ caueri. & de admi. tut. l. iij. §. pe. & de pac. l. iurisgẽtiũ. in fi. & l. maioré. & j. de popu. act. l. ij. & iij. Ité hoc accipe quãdo nõ sterat horũ q̃ agere volebãt: aliàs omnes ageret: vt. j. ea. l. §. si ad plures.

u *Volet.* No. curiosè in primo edicto haberi delectum personarum: in hoc non.

x *Ex hoc.* scilicet. edicto. Accursius.

y *Eiusdem.* aliàs, in eãdẽ personã: aliàs, in eiusdẽ persona pœna.

z *Pœna.* i. non erit ea persona, quæ teneatur.

a *Impuberes.* quidam, sed non omnes: vt. ff. de excep. doli. apud. §. quæ in tutore.

b *Accedunt.* quos ignorantia consilij tuetur. Accursius.

c *Existimandum est.* vt & ff. quod vi aut clam. l. fi. §. si quis.

d *Si quis in hæreditarium.* quod hæreditarium, & quod familiare sit,

BIU Cujas

sit,habes.ff.de religio.l.familiaria.&.l.sequen.

a *Cõtinetur*.ad hoc.C.de religio.l.si necdũ.& arg.ff.de leg.iij.l.si ita legatum.&.ff.de religio.si quis eo animo. Sed arg.contra.ff.de transac.l.cum hi.§.siue igitur.versi.sed si non fuerint.

b *Prohiberentur*.facit.ff.de religio.l.ne corpora.

c *Per territoria*.quid sit, dic vt.ff. de verb. sign. l.pupill⁹.§.territoriũ.

d *Diuus tamen*.quãquã diui Seueri sufficiat decretum. Ro. vel de his quę nõ perpetuę sepul. tradita sunt, dixit: vel de his quæ tradita sunt perpetuę,vt hic: vel hic nulli sepulturę traditũ.

e *Sine permissu*.vt omnis euitetur suspicio.ad quod.C.de relig. l. fin. & supra de relig.l. ossa.i prin.Et not.hic delictũ sine pœna:vt.ff.de relig. at si quis.§. idem Labeo.&.C. de pigno. l.iij.&.ff.quod me. cau. l.fi.§.fi.&.j. quãdo appel.sit.l.j.§.biduũ.& de inter. & rele.l. relegatorum.§.ad tẽpus.&. ff. de fur.l.j.

f *Eorum*. s.põtificum vel prĩcipũ:vt.ff.de religio.l.ossa.i prin.Acc.

g *Quam*.s.pœnã quadraginta aureorum.

h *Passi*.vt.C.de commer.l.ij.ité facit.C. de religio.l.mortuorum.

i *Sepelirí*.quidam hic colligũt quòd consuetudo nõ vincit legem: quasi primo fuerit lex Hadriani,& postea superuenerit cõsuetudo. pro qbus est.C.de vsu. l.eos.in fin. & supra ad leg.Rho. de iac. l. domine imperator Antonine.* secundum quod vno modo legitur. Tu dic quòd cõsuetudo superueniẽs vincit legẽ: siue sit generalis,& tũc generaliter:vt supra de leg.& senatusl.de quibus.§.inueterata. siue specialis,& tũc specialiter:vt hic,& supra cõmunia prędio.venditor.§.si constat.& supra quod cuiusque vniuer.l.item. in princip.in glo.vel perpetua.& secundum hoc fiat hic pũctum interrogatiuè post dictionem sepeliri.& de his dixi in.d.l.de quibus.Accursius.

* *Alias deputatio.*

Hîc text. non. & sic ad hoc quod interpretum nostrum quando videatur tenere lucrum quod facit aduersus eum.Bolog.

k *Principalia rescripta*.facta post leg.municipalem.

l *Ab hoc*.rescripto Hadriani.R.sed cautè in plurali de rescript. loquitur.vnde dic,ab hoc,& quod statuitur in rescrip.Hadria.

m *In omni loco*.ad hoc.C.de tẽpo.in integ. resti.l. superuacuam.

n *Adgrediantur*.hic criminaliter agitur.

o *Quatenus interfit*. quod qualiter probetur,dic vt.C. de senten.quæ pro eo quod interest.l.j.

p *Extraneo agente*.quod est.c.aureorum contra violantem. Item.cc.aureorum contra habitantem:vt.ff.eadem.l.§. si nemo.& §.si quis in sepul.& sic institu.de excusa.tu.§. qui autem.&.C.de tempo.in integ.restitu.ea quæ.ij.respon.Accursius.

q *Occupauit*.scilicet dabitur actio.Accursius.

r *Agitur*.quid ergo si vnius interest in.x.alterius in.xx? Respõ. fiat condemnatio in.c.vt bis tantum consequatur is cuius interest in.xx.quàm alius.non enim ideo plus deliquit violans. Item not. quòd dicit omnibus dari:quia omniũ interest. aliàs eligitur vnus:vt.ff.ea.l.§.si ad plures. Item facit.j. de adul.l.si maritus. in prin.&.§.j.&.§.ij.Item insti.de capi,demi.§.fi.

s *Nollet*.siue dicas,nollet dissimulando:siue expresse remittẽdo: est contra.ff.de mino.auxiliũ.sed facilius iniuria.actio tollitur:vt ff.ti.ij.non solum.§.ij.Item contra.j.de adul.si maritus.§.si negauerit.Sol.vt ibi. Item contra.C.qui accusa.non pos.l.accusationem.&.l.si ea.Sol.vt in.d.l.accusationem. Item contra.C.de pac. l.postquam.sed ibi erat lis contestata:hic non.vel ibi ciuilis. Vel dic, secundum alios, noluit agere tunc, nec tamen remittere:ibi sic:vt arg.ff.de iudi.l.destitisse.Sed quid si iste expresse & prorsus remisit? Respon. Ir. & R.adhuc eũdem audiẽdum.& idem in omni crimine publico dicũt: vt not.ff.de pac.l.iurisgen.§.si paciscar. excepto adulterio: vt in.d. §.si negauerit.l.si maritus.j.de adul. licet alij contradixerint quãdo expresse renuntiauit.& facit ad hoc quod hic de pœnitẽtia dicitur.j. de fal.l.qui falsam.&.ff. de iurisd. omni. iudi. si cõuenerit. & qđ quisque iur.l.j. in fin.& de repu.si pœnituit. &.C. ad.l.Iuliam ma.l. quisquis.in fin. &.j. ad leg. Iul.de ambi.l.j.&.C.de pœna iudi.authen.nouo iure.arg.cõtra.ff. de fur.l.qui ea mẽte. & vi bono.rapt.l. non prodest.

t *Cessat*.quia quasi publica est accusatio,& ꝓ priuato crimine tãtum solet noxalis actio dari: vt.ff.de ædil. edic. quis sit fugitiuus.§. qđ aiunt.ver.noxas.

u *Et in eum*. scilicet seruum.

x *Actionem*.id est accusationem. sic in authen.de sanc.episcopis. §.si quis autem pro pecuniaria.col.ix.nam & supra ea.l.§. aduersus. de accu. locutus est. & abs sit vt credam actionem ciuilem dari in seruum, secundum Io. & Ir. Alij dicunt hic speciale : vt supra vi bo. rap.l. antepe.§. pen. vel dic etiam ciuilem : & dices in seruum ,scilicet factum liberum. vel in seruum,id est in dominum nomine serui. sic supra de iurisd. om. iud.l. si familia. & sic intelligitur vi bono. rapt.

*a Ibi in delicto:ne maleficia remaneãt impunita: non est locus pœnitẽtiæ ex pte delinquẽtis: hic ex parte eius qui petit pœnã: secundum Bar. * Flo.hãbere*

y *Ibi*.id est in sepulchro.

z *Noxale iudicium*.quia non est tam graue delictum,vt criminaliter sit puniendus.H.

a *Posse*.sunt enim quædam sepulchra adeo parua,vt in eis domunculam habere non posset.

b *Populari*s. veruntamen ei cuius interest, primo competit: vt supra.l.iij. in princip. sic & supra ne quid in lo. pub.l.ij.§. si quis. versi. aduersus eum.&.§.hoc interdictum.& supra de libe. ho. exhi.l. iij.§. hoc interdictum. &.C. de adulte.l. quamuis adulterij.& infra de popu.act.l.iij.item facit ad hunc.§.supra ad Syl.l.j.in fi.

Sepulchra.] CASVS. Sepulchra hostium quæ cepimus,non sunt apud nos religiosa. vnde qui destruit ea,nõ tenetur hac act.Franciscus Accursius.

c *Non sunt*.nec nostra eis:vt.ff.de reli.l.cum loca.in fi.

Vtimur.] CASVS. In fundo meo habebã sepulchrum. vẽdidi fundum excepto sepulchro. dicitur quòd non possum agere contra emptorem,vt det mihi iter ad sepulchrum. Franciscus Accursius.

d *Adeundorum*.quod est verum si in venditione excipit sepulchrum:

---

tinetur: a quo mãdatur, ne corpora detinerentur, aut vexarẽtur,aut prohiberẽtur b per territoria c oppidorũ trãsferri. Diu⁹ tamẽ d Marc⁹ rescripsit nullã pœnã meruisse eos qui corpus in itinere defuncti ꝑ vicos aut oppidũ transuexerunt:quãuis talia fieri sine permissu e eorũ f quibus permittendi ius est, non debeant. ⁋ Diuus Hadrianus rescripto pœnã statuit quadraginta aureorum in eos qui in ciuitate sepeliunt,quam g fisco inferri iusit. Et in magistratus*eandem statuit [pœnã,] qui passi h sint:& locũ publicari iussit,& corp⁹ transferri. Quid tamen si lex municipalis permittat in ciuitate sepeliri? i post rescripta principalia k an ab hoc l discessum sit, videbimus : quia generalia sunt rescripta. Et oportet imperialia statuta suam vim obtinere,& ĩ omni loco m valere. ⁋ Si quis in sepulchro habitasset,ædificiúmve habuisset:ei qui velit,agendi potestas fit. ⁋ Aduersus eos qui cadauera spoliãt,præsides seuerius interuenire[solẽt:]maximè si manu armata adgrediantur: n vt si armati more latronum id egerint,etiam capite plectantur:vt diuus Seuerus rescripsit. Si sine armis:vsque ad pœnam metalli procedũt. ⁋ Qui de sepulchri † violati actione iudicãt:æstimabunt quatenꝰ interfit, ° scilicet ex iniuria quæ facta est. Itẽ ex lucro eius qui violauit: vel ex dãno quod contigit: vel ex temeritate eius qui fecit. Nũquã tamẽ minoris debẽt condẽnare[his quorũ interest,]quàm solẽt extraneo agẽte. ꝑ ⁋ Si ad plures ius sepulchri pertineat,vtrũ omnibus damꝰ actionem:an ei qui occupauit? q Labeo omnibus dandã dicit,rectè:quia in id quod vnusquisq; interest, agitur. r ⁋ Si is cuiꝰ ĩteresset,sepulchri violati agere nollet: s potest pœnitentia acta,antequã lis ab alio contestetur,dicere velle se agere:& audietur. ⁋ Si seruus in sepulchro habitat, vel ædificauit, noxalis actio cessat: t & in eum u prætor hanc actionem x pollicetur.Si tamen nõ habitet, sed domunculã ibi y habeat seruus,noxale iudicium z erit dandũ:si modò habitare* posse a videatur. Hęc actio popularis b est.

IIII. PAVLVS libro vicesimoseptimo ad Edictum Prætoris.

SEpulchra hostium religiosa nobis non sunt: c ideoq; lapides inde sublatos in quẽlibet vsum conuertere possumus,nec sepulchri violati actio cõpetit.

V. POMPONIVS libro sexto ex Plautio.

VTimur eo iure,vt dominis fundorum in quibus sepulchra fecerint,etiam post venditos fundos adeũdorum d sepul-

chrum:vel si est ibi publicum iter: alioquin transit cum prædio: vt supra de relig.l.si venditor.& de act.emp.si mercedē.§.si eum fundum.& facit de cōtrahen.emp.l.qui fundum.j.§.in lege. quidam tamen dicunt tacite semper exceptum,quod nihil est.

a *Legibus*.id est pactis.sic supra deposi.l.j.§.si conueniat.

b *Cauetur*.id est cauere solet.quod si nō fuerit cautum,dic idem: si modo sepulchrum fuerit exceptum: vt modo dixi.

*Flo. iter eius, aditus ambitus funeri faciēdi sit.

c *Ambitus*.id est circuitus. vel abitus.s. ad redeūdū: & aditus.s.ad veniendum:& iter cōprehēdit vtrūq;, quasi duo sequentia exponāt primum.

Sepulchri.] CASVS. Actio sepulchri violati dat in primis ei ad quem id spectat. sed si ille abest, & alius egit, & obtinuit: amodo ille cui⁹ interest,reuersus si velit agere,non auditur. Frā. Accursius.

d *Dominus*.id est is ad quem ea res pertinet.

e *Sustulerit*. id est soluerit,vel etiam acceperit : vel etiam tantū lis contest. fuerit: vt supra l.iiij.§. si is. nec enim in petitione pœnarum auxilium proditū est: vt supra de mino.l.auxiliū. Sed contra supra ex qui. cau. ma.l. siqua militi. & ibi no. glo. j. in fin.Sol. ibi tempore lædebatur: hic per hoc quòd alius egit,& exegit. facit. j. de popu. act.l.iij.

f *Ad vltionē*. & ideo in bonis nostris nō est ante lit.contest.vt hic, &.j.de verb. signifi.l.si cui.& supra tit.ij.l. iniuriarum. & de acqui. hęr.l.pro hærede.in fi. sic in actione iniuriarū:vt.s.tit.ij.l. iniuriarum. sed videtur huic cōtra.s.l.iij.§.qui de sepulchri.vbi dicit dari ad interesse.sed certe licet veniat ad interesse,nō tamē ad interesse dat tātū,vt ibi:vel dic, venit secūdario.

Sepulchri.] CASVS. Sepulchrum deteriorari prohibitū est. corruptū autem siue destructum potest quis reparare siue reficere corporibus quæ ibi sunt,non contrectatis.Accursius.

g *Prohibitū est*.vt.C.eo.l.qui sepulchra.&.s.eo.l.ij. in prin.Ac.

h *Non contactis*. aliàs contractis : & aliàs contrectatis. & facit supra de mor.inferen.l.j.§.prętor.vsque in fi.& facit.C.de relig. l.j.in fi.Accursius.

Sepulchri.] CASVS. Crimen sepulchri violati pertinet ad.l. Iuliam de vi,in ea parte eius qua cauetur, qui fecit quo minus aliquis funeretur, sepeliatúrve : cum & violando sepulchrum,fit quo minus qs sepultus sit:& sic ea lege potest accusari.Fran.Ac.

i *Pertinere*.vt supra de iniu.l. prætor.§.j. & infra ad legem Iul. de vi pu.l.qui cœtu.& supra eo.l.ij.§.aduersus.Accursius.

k *Sepultus sit*.vt supra de mor.inferen.l.j.in fi.

l *De sepulchro. Pecuniaria*.vt.s.eo.l.iij.§. aduersus.in princip. &.§.j.non solum criminalis.

Quæsitum est.] CASVS. Dicitur quòd hæc actio pro sepulchro violato competens,vadit ad filium defuncti, licet nō succedat patri:nec per hoc videtur succedere.Fran.Ac.

m *Immiscuisset*.quod ei licet per prætorem : vt supra de acquir. hære.l.necessariis.

chrorum sit ius. Legibus [a] nāque prædiorum vendundorum cauetur, [b] vt ad sepulchra quę in fundis sunt:iter eis,*aditus, ambitus [c] funeris faciendi causa sit.

VI. IVLIANVS libro decimo Digestorum.

2 SEpulchri violati actio in primis datur ei ad quem res pertinet:quo cessante,si alius egerit,quamuis reipublicæ causa abfuerit dominus, [d] non debebit ex integro aduersus eū qui litis æstimationem sustulerit, [e] dari.Nec potest videri deterior fieri conditio eius qui reipublicæ causa abfuit: cum hæc actio non ad rem familiarem eiusdē, [sed] magis ad vltionem [f] pertineat.

VII. MARCIANVS libro tertio Institutionum.

SEpulchri deteriorem conditionem fieri prohibitum est: [g] sed corruptum & lapsum monumentum corporibus nō contactis [h] licet reficere.

VIII. MACER libro primo Publicorum.

3 SEpulchri violati crimē potest dici ad legē Iuliā de vi publica pertinere [i] ex illa parte, qua de eo cauetur qui fecerit quid quo minus aliquis funeretur,sepeliatúrve: quia & qui sepulchrum violat,facit quò quis minus sepultus sit. [k]

IX. IDEM libro secundo Publicorum iudiciorum.

DE sepulchro violato actio quoq; pecuniaria [l] datur.

X. PAPINIANVS libro octauo Quæstionum.

QVæsitum est,an ad hæredē necessarium, cum se bonis non miscuisset, [m] actio sepulchri violati ptineret. Dixi,rectè eū ea actione experiri, quæ in bonum & æquum [n] cōcepta est.Nec tamen si egerit, [o] hæreditarios creditores timebit: cum etsi [p] per hæreditatem obtingit [q] hæc actio,nihil tamē ex defuncti capitur voluntate: neque id capiatur quod in rei persecutione, [r] sed in sola vindicta sit constitutum.

XI. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

REi sepulchrorum [s] violatorū,si corpora ipsa extraxerint,vel ossa eruerint : humilioris quidem fortunæ, summo supplicio adficiūtur: honestiores in insulam [t] deportantur : aliàs autem relegātur, aut in metallum damnantur.

DE CONCVSSIONE. TITVLVS XIII.

I. VLPIANVS libro quinto Opinionum.

PAtri.] CASVS. Pater adulterũ inuentũ cum filia sua quã habet in potestate,potest occidere. si ergo hic pater non habet eã in potestate, nõ potest eã occidere:& per consequens nullus alius,vt quia hic pater filiæ sit in potestate sui patris. Itẽ nõ est vis sit verus pater filiæ,siue adoptiuus.nã quilibet horum potest occidere adulterum inuentũ cũ filia quã habet in potestate. Secũdo dicit:scholaris iacuit cũ filia mea vidua . dicitur q̃ quilibet extraneus admittitur ad accusationem stupri: nec ego præferor eis . Tertio dicit : ille adulter potest occidi à patre puellæ qui est inuentus cũ ea in domo patris puellæ,vel in habita.patris puellę,vel in domo generi.Item hic pater puellę potest adulterũ contumeliis afficere . & bene dico quòd pater puellæ potest occidere adulterum & filiam adulteratam : non autem vir fœminæ adulteratæ potest hoc facere:cũ paternus furor refrenetur quandoque vt non occidat:non sic viri furor.& ille demũ adulter occidi potest à patre puellæ, qui est inuẽtus cum ipsa puella in ipsis rebus veneris:vt in lecto cum ea,vel osculando eã.& ille demum pater puellæ potest occidere adulterum,qui eã nunc habet in potestate , licet prius aliquo tẽpore non habuerat. & illum demum adulterum occidit,qué inuenit cũ filia in domo sua pater: siue in ea habitet pater,siue non:vel in domo generi : non si alibi inueniat . & redditur ratio in litera : & debet incontinenti occidere vtrũque: scilicet filiam & adulterum: non ex interuallo: nisi cum occideret adulterum,filia fugit,& pater persecutus filiam,occidit eam postea.nam hoc poterit, quasi incõtinenti videatur occidere.& hoc dicit hæc lex cum tribus sequentibus.Fran.

g *Adulterum simul cum filia.* scilicet inuentum: vt infra eo.l.nihil. &.l. quod ait.in prin.vel eum & filiam, non adulterum tantum: vt dicta.l.nihil.

h *Sic eueniet.Nec alius.* aliàs nec auus:& est bona.aliàs alius : & tunc scilicet qui non habet in potestate:nec etiam pater habet in potestate.

mulierem posse accusari.Sed & si non mors, sed pœna alia [a] reũ subtraxerit:adhuc dicimus posse ad mulierem veniri.* ℣Si eo tempore quo eligebatur reus, adultera nupta [b] non fuit: quo autem absoluatur, nupta inuenitur : [c] dicendum est hanc absoluto quoque adultero posse accusari : quia eo tempore quo adulter eligebatur, nupta [d] non fuit.℣Nupta † non potest accusari, nõ tantum ab eo qui adulterum accusauit, nec obtinuit: sed nec ab alio quidem, si adulter absolutus est.Proinde si per collusionem cum adultero constituerit,fuerítq; absolutus : dedit mulieri nuptæ aduersus omnes [e] securitatem.Planè si nupta esse desierit , accusari poterit: neque enim aliam lex tuetur, quàm eam quæ nupta est,quandiu [f] nupta erit.

XX. PAPINIANVS libro primo de Adulteriis.

PAtri datur ius occidẽdi adulterum cum filia, [g] quã in potestate habet. Itaq; nemo alius ex patribus idem iure faciet,sed nec filiusfamilias pater.

XXI. VLPIANVS libro primo de Adulteriis.

SIc eueniet, vt nec pater nec auus [h] possint occidere . nec immeritò . in sua enim potestate non videtur habere,qui non est [i] suæ potestatis.

XXII. PAPINIANVS libro primo de Adulteriis.

NEc in ea lege naturalis [k] ab adoptiuo pater separatur. ℣In accusatione viduæ filiæ [l] nõ habet pater ius pręcipuũ. [m]

℣Ius occidendi patri conceditur domi suæ, [n] licet ibi filia nõ habitat : vel in domo generi. Sed domus & pro domicilio [o] accipienda est : vt in lege Cornelia de iniuriis. [p] Sed qui occidere potest adulterum: multo magis [q] contumelia poterit[eũ] iure adficere.Ideo autem patri, nõ marito,mulierem,& omnẽ [r] adulterum permissum* est occidere, quòd plerũque pietas [s] paterni nominis consilium pro liberis capit: [t] cæterum mariti calor & impetus facilè [u] fæuiẽtis* fuit refrenandus.

Licitum est patri filiam & adulterum occidere, si eos in flagranti crimine deprehendat, & in domo sua vel generi sui, non in aliena.& redditur ratio in text.ibi,quia maiorem &c.

XXIII. VLPIANVS libro primo de Adulteriis.

QVod ait lex, [x] *in filia adulterum* † *deprehenderit* : non otiosum* videtur. Voluit enim ita demum hanc potestatem patri competere, [y] si in ipsa turpitudine filiam de adulterio deprehendat.Labeo quoque ita probat: & Pomponius scripsit, in ipsis rebus [z] veneris deprehensum occidi . Et hoc est quod Solo [a] & Draco dicunt ὡς ἐπὶ ἔργῳ. ℣Sufficit [b] patri, si eo tempore habeat in potestate,quo occîdit:non quo in matrimonium collocauit . Finge enim postea redactam in potestatem . Quare non vbicumque deprehenderit pater, permittitur ei occidere , sed domi suæ , generíve sui tantum. Illa ratio redditur, quòd maiorem

i *Qui non est.* sed nõne filiusfami.potest esse tutor:& ita habet alium in potestate: vt insti. qui dari tuto.possunt.in prin.& insti.de legi. tu. §.j. sed ibi aliter dicitur potestas.Itẽ contra . j. de mune. & hono.l.ij.sed illud quo ad honores. argu.ff. ad Trebel. l. ille à quo.§. fi.&.l.seq. item facit.ff. de adqui. re. do.l. homo liber.in fi.&.C. de leg.tu.l.fina.

k *Nec in ea lege naturalis.* & legitimus subaudi: filii. autem in adoptiuo habet locũ,quando datur non extraneo: vt dicto ti.§.j.qui potest adulterum quemlibet occidere,vt hic dicitur.

l *In accusatione viduæ filiæ.* cum qua stuprum commissum est . Et sic non ob.ff.eo.l. is cuius. §.ex senatusco. versi.

m *Præcipuũ.* nã extraneus sicut ipse pater stat tim poterit accusare.

n *Domi suæ.* in qua habitat:vt.j.l.proxi.§.sed si pater.

o *Et pro domicilio.* id est habitatione.

p *De iniuriis.* sic.ff. de iniur.l.lex Corn.§.domum. &.ff.de aleato.l. j.§.domum.

q *Multo magis.* vt.j.de regu.iu.l.nõ debet cui. & de in lit. iuran.l. videamus.in fin.Accur.

r *Omnem.* sed marito turpem tantum : vt.j.l. marito.sed certe immo videtur quòd mulierẽ occidere liceat viro: vt.ff.ad Syl.l.si quis grauí.§.si maritus. contra. Sol.subuenitur vt puniatur minus:vt ibi,&.C.eo.l. Gracchus.& infra eo.l.si adulterium.§. imperatores. &.j. de sica.l.j.§.fin. non vt prorsus ei parcatur:vt hic.

f *Pietas.* sic infra ad.l. Pompeiam de parri.l.diuus.&.C.de pat. potesta.l.iij.

t *Capit.* vt non occidat eam.

u *Facilè.* ad quod.ff.ad Velle.l.iiij.&.C.eo.l.quamuis.ij.

x *Quod ait lex.* supra eo.l.patri.

y *Competere.* sed an filio adulterũ matris,vel fratri sororis.f.adulterum liceat occidere, vt marito,vel patri? quidã q̃ sic:vt extra in decre.de adul.c.sicut.§.fi.alij cõtra. Itẽ pater & vir si nolũt occidere,possunt eum seruare:vt.j.eo.l.capite.

z *In ipsis rebus.* sunt enim res veneris,antecedẽtia ipsum scelus: scilicet apparatus, colloquia : vt.ff.eod.l.& si amicis. in fin.locus constitutus,conuiuia,basia,tactus. Nam ab ipsis argumentũ sceleris inducitur:vt in topicis Marci Tullij. vnde versus : Visus & alloquium,tactus,pòst oscula,factum.

a *Solo.* propria nomina:de quorum legibus dicitur insti.de iure naturali.§.sed ius.& fit de his mentio.ff.regun.l.fina.

b *Sufficit.* postea ex ingratitudine:vt.C.de ingratis libe.l.j.

BIU Cujas

iniuriã putauit legislator, quòd in domũ patris aut mariti ausa fuerit filia adulterum inducere. Sed si pater alibi habitet, [a] habeat autem & aliam domum, in qua non habitet: deprehensam illò filiam vbi non habitat, occidere non poterit.

Interposito die non dicitur aliquid fieri incontinenti. Item quæ incontinenti fiunt, inesse videntur. hoc dicit vsque ad fin. l.

¶ Quod † ait lex [b] [Iulia,] *incontinenti filiam occidat*: sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero, reseruet, & post dies filiam occidat: vel cõtra. Debet enim propè vno ictu & vno impetu vtrumque occidere, æquali [c] ira aduersus vtrumque sumpta. Quod si non affectauit, [d] sed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpositis horis adprehensa est à patre qui persequebatur: [e] incontinenti videbitur occidisse. [f]

Hac l. enumerantur personæ quæ possunt à marito occidi si deprehendantur in adulterio cum vxore sua.

XXIIII. MACER libro primo publicorum.

MArito † quoque adulterũ vxoris suæ occidere permittitur: [g] sed non quemlibet, vt patri. [h] Nam hac lege cauetur, vt liceat viro deprehensum domi suæ, [i] non etiam soceri, in adulterio vxoris [suæ] occidere [k] eum qui leno fuerit: quíve artem ludicrã ante fecerit: [aut] in scenam saltandi cantandíve causa prodierit: iudicióve publico damnatus, neque in integrum restitutus erit: quíve libertus eius mariti, vxorísve patris, matris, filij, filiæ vtrius [l] eorũ fuerit: nec interest, proprius cuius eorum, an cum alio communis fuerit, quíve seruus erit.

Et præcipitur vt is maritus qui horum quem occiderit, vxorem sine mora dimittat. [m] Cæterùm sui iuris, an filiusfamilias sit maritus: nihil interesse à plerisque dictum est. [n] ¶ Illud in vtroque [o] ex sententia legis quæritur, an patri magistratum [p] occidere liceat: [q] item si filia ignominiosa sit, aut vxor cõtra [r] leges nupta: an id ius nihilo minus pater maritúsve habeat: & quid si pater maritús[ve,] leno, vel aliqua ignominia notatus est. Et rectius dicetur eos ius occidendi habere, qui iure patris maritíve accusare possunt. [s]

XXV. VLPIANVS libro secundo ad legem Iuliam de Adulteriis.

CApite quinto legis Iuliæ ita cauetur, vt viro adulterum in vxore [t] sua deprehensum, quem aut nolit aut non liceat occidere, retinere [u] horas diurnas nocturnásque continuas non plus quàm viginti, testandæ [x] eius rei causa, sine fraude [y] sua, iure [z] liceat. Ego arbitror etiam in patre id seruandum, quod in marito expressum est. Sed & si non in domo sua deprehenderit maritus, poterit retinere. [a] Sed semel remissus adulter reduci non potest. [b] Quid ergo si euaserit? [c] an reductus custodiri viginti horis possit? Et putẽ hic magis dicendum, reductũ retineri posse, testandæ [eius] rei gratia. ¶ Quod adiicitur, *testãdæ eius rei gratia*: ad hoc pertinet, vt testes inducat testimonio futuros accusatori [d] deprehensum reũ in adulterio.

Constante matrimonio non debet mulier accusari de adulterio, nisi prius accusetur maritus de lenocinio. hoc dicit.

Capite quinto legis Iuliæ] CASVS. Adulterum inuẽtum cum vxore mea, si nolo eũ occidere, vel non possum eũ de iure occidere, & volo eum retinere per aliquas hõras, vt ostendam eum aliis qui postea testificentur contra eũ: bene possum eũ retinere per horas saltẽ. xx. nec est vis vbi eũ inuenerim: siue in domo mea, siue alibi. & quod dicitur in viro, idem in patre. sed si dimisi eũ ire: non possum petere vt reducatur. sed si fugit, bene reducetur si hoc volo, ad hoc vt aliqui videãt eum ibi: vt sic ferant postea testimoniũ. Frã. Accursius.

Arito.] CASVS. Maritus potest occidere adulterũ vxoris suæ inuentum cum ea in domo sui viri: nõ inuentum in domo soceri. nec quẽlibet adulterum occidit: sed vilẽ personã. de quibus vilibus dat exẽpla multa. & cum occidit vir aliquem istorum, statim debet vxorẽ dimittere: nec refert sit sui iuris hic vir, an non. Vltimo dicit: quid si inuenio magistratum cum filia mea: nũquid eum possum occidere? itẽ quid si filia mea est ignominiosa, aut contra leges nupta: vel quid si vir est leno, vel turpis persona: an possum adulterum occidere? & ad omnia respondet, dicens quòd ille pater & ille vir potest occidere, qui & posset accusare. non ergo turpis persona patris & mariti potest occidere magistratũ: & sic hoc expone vt in glo. domini mei Accur. hic posita: quæ incipit, ergo &c.

Et est sic. C. de agrico. & censi. l. cum scimus. in prin. & in authẽ. vt lice. ma. & auiæ. §. his quoque. col. viij. vbi similiter adhibentur, vt possit de adulterio probari. Item sic. C. de an. excep. l. vt perfectius. §. sin autem. & supra quæ in frau. credi. l. ait prætor. §. si quis particeps. Item no. sic de hac acclamatione. ff. ad. le. Aquil. l. itaque. §. j. sic. ff. de libero homi. exhi. l. iij. & iiij.

Constante.]

a *Habitet.* alibi, in lib. R. est: sed in lib. B. deest alibi. & facit. ff. de rit. nupt. l. palam. §. penulti. &. §. fina.

b *Quod ait lex.* in loco quem non habemus.

c *Æquali.* ad hoc. ff. de vi & vi ar. l. iij. §. eũ igitur. &. l. qui possessionem. & si cer. pet. l. lecta. & de verbo. oblig. l. continuus. in princ. & de duo. reis. l. duos. in fin. & de test. l. heredes. §. fi. aliàs aliter accipitur: vt. ff. ad. l. fal. l. j. §. item si ita. &. C. de erro. aduoca. l. fin.

d *Non affectauit.* scilicet fugam filiæ. & habeas hic, non: & in fine sine non: & sic plana. alij hic sine non: quasi pater affectauit fugam filiæ: sed eã postea occidit mutato proposito: & habent in fin. nõ videtur. vel si habent hic non, dicunt nõ affectare, scilicet occidere. cætera dicunt vt dixi. prima verior.

e *Persequebatur.* subaudi, & tunc pater occidit. Accursius.

f *Occidisse.* scilicet & sic non tenebitur pater. Accursius.

g *Permittitur.* Immo non: vt infra de sica. l. j. in fine. secundum quosdam. sed certè immo sic: vt infra statim determinat. Sed an adulteram? quidam sic: vt supra ad Sylla. l. si quis graui. §. si maritus. in fi. sed tu de ea dic vt. ff. ea. l. nec in ea. §. fin. no. Accur.

h *Vt patri.* vt supra quod metus causa. l. nec timorem. §. fina. &. l. sequenti.

i *Domi suæ.* & etiam alibi quandoque hodie: vt in authen. vt lice. ma. & auiæ. §. his quoque. col. viij.

k *Occidere.* scilicet eũ qui &c. & non sit hic. §. alij habent hic. §. & male. Item & hodie quandoque quemlibet occidere licet: vt dicta authen. Accursius Floren.

l *Vtrius.* aliàs vtriusque: aliàs vtriusque. Accursius.

m *Dimittat.* diuertendo ab eo.

n *Dictum est.* quod secus est in patre & filiofam. vt. ff. eo. l. patri.

o *Illud in vtroque.* scilicet marito & patre.

p *Magistratum.* scilicet si inueniat eum cum filia sua.

q *Liceat.* scilicet marito & patri.

r *Vxor contra.* vt. ff. eo. l. si vxor. §. j.

s *Accusare possunt.* ergo si filia ignobilis est, vel matrimonium cõtra legem: vel pater vel maritus turpis persona sit: nõ poterit magistratum occidere: cũ eũ iure viri vel patris accusare non possit: cũ talis persona est: vt. ff. l. si maritus. ij. in princi. Accursius.

t *In vxore.* i. cũ vxore. & aliàs cũ vxore.

u *Retinere.* liceat.

x *Testandæ.* scilicet ostendendo eũ testibus.

y *Sine fraude.* id est sine pœna. Accur.

z *Iure.* scilicet viri. Accursius.

a *Poterit retinere.* ad hoc vt ostenderet aliquib[a] qui possint postea testificari qualiter viderint eum. Accur.

b *Reduci nõ potest.* vt C. de remis. pig. l. fina.

c *Si euaserit.* ita quòd tunc non potuit capi.

d *Accusatori.* sed hoc dicere, scilicet ꝙ inuenerint captũ: non prodest accusanti: sed si in rebus veneris: vt. ff. qđ ait. Sic & aliàs in pecuniariis: vt. ff. de testi. l. testium. vnde dicit P. hoc genus testimonij non multum approbo: vt. C. quod met. cau. l. metum. Alij, quòd est speciale vt valeat testimonium de auditu. ad quod. ff. de proba. l. si arbiter. & in auth. de instrumen. caute. & fide. §. si quis igitur. coll. vj. Tu dic quòd duo audient, & probabunt. ff. hunc confessum de crimine: item & quòd [a] pro hoc est captus: quod prodest ad indicium vt torqueatur, & stetur cõfessioni factæ in tormentis: cui aliàs nõ stat[u]r: vt. j. de quæsti. l. j. §. diuus. & §. pe. Sed si in iudicio non confitetur, hoc factum extra ius non valet: vt. ff. de inter. act. l. j. in fi. nisi ad liberãdum: vt. C. de testi. auth. rogati. vt lice. ma. & auiæ. §. his quoque. col. viij. vbi similiter adhibentur, vt possit de adulterio probari. Item sic. C. de an. excep. l. vt perfectius. §. sin autem. & supra quæ in frau. credi. l. ait prætor. §. si quis particeps. Item no. sic de hac acclamatione. ff. ad. le. Aquil. l. itaque. §. j. sic. ff. de libero homi. exhi. l. iij. & iiij.

a *Scriben. hic dicunt hãc glo. esse no. ad hoc quòd cõfessio extraiudicialis est sufficiens causa seu indiciũ ad torturã. Bolog. Adde*

BIU Cujas

q̃t no. Pa. in.c.de hoc. in.7.& ibi posui in addi. ad eum vbi alleg. hãc glo.pro sing.ad hoc in verb. ad supponẽdũ terrorẽ. extra de simo. & in ea. quàm sit graue. nu. 21.vbi etiã notaui in apostil. in ver. tortu-rę. de excep-tia. & notaui etiã in apostil. post Culielm. de cung.in.l.si quis in hoc genus. nu. 1.in ver.suæ cõfessiõi. C. de episc. & eler. Quod tamẽ limita bis nisi re-uocasset illã extraudi-cialẽ cõfes-sionẽ. istud est sing. di-ctũ Bal.in.l. in dominica. col. fi. ver. item dicit Inno. C.de confes. refert quod sequitur Pa nor. in.c.o-lim. 2. & ibi notaui in apostil. ad ipsum in ver. subiicit torturæ. nu. 9.& ibi om nino Feli. col.2. ver. secũdo. nisi reuocet.ex-tra de re-scrip.& do. meus do.Ia son in.l.ma gistratibus col.2. ver. 2.singula-riter limita.ff.de iu-risd. om.iu.

Flo.pecu-niã, adul-terũ quan-tam eum.

Hal.pe-cunia

Constante.] CASVS. Vxorem tuam non possum accusare de adulterio constante matrimonio inter te & eam,nisi te virũ de lenocinio accusauerim,& conuicerim.Fran.Accur.

a *Extra maritum.* sed nec maritus : vt.j.cod.l. miles.§. volenti. &.C.eo.l.crimen.nec ob.j.eod.l.vim passam.§.j.vt ibi dices: sed hodie contra in viro: vt in auth. vt lice. ma. & auiæ.§.qa vero plu-rimas.col.viij.

b *Inquietare.* C. eo.l. quãuis. ij. &.ff. de libe. homi.exhi.l.j.§.j.in fi.

Si postulauerit.] CASVS. Accusaui quẽdam de adulterio: peto quendam seruum tor-queri. siue velim quæ-stioni esse præsens,siue non, iudex æstimabit seruum, & condemna-bit me & accusatum in quãtitatem pecuniæ in quantum deteriorabi-tur seruus:& hæc æsti-matio deteriorationis dabitur ei ad quem ser uus pertinet. Postea di cit ad quem seruus di-citur pertinere. postea dicit de quibus seruis habeatur quęstio in cri mine adulterij. Itẽ di-cit: seruos accusati qui torquentur, iubet lex Iulia publicari, vt sic serui secure dicant ve-ritatem,ex quo sciunt se non debere reuerti in dominium domino-rum antiquorum.Item serui accusatoris qui torquentur, debent pu blicari. Item accusatus vel accusata de adul-terio,si absoluatur,de-bet emendari damnum seruorum eius qui erãt deteriorati ppter tor-turam, & debet emen-dari simplũ damni da-ti. si autem seruus tuus accusetur de adulterio, & torqueatur,& sit lę-sus ex hac tortura : in duplum hoc damnum emendatur domino eius à me accusante. Vltimo dicit quòd condictio ex lege datur ad petendam dete-rioratione seruorum aduenientem propter tormenta. & hoc dicit hæc.l.& seq.

XXVI. IDEM libro tertio Disputationum.

COnstante matrimonio : ab eo qui extra maritum[a] ad accusationẽ admittitur,accusari mulier adulterij nõ potest.Pro-batam enim à marito vxorem, & quiescens matrimonium non debet alius turbare atq; inquie-tare, [b] nisi prius lenocinij mari-tum accusauerit. Derelictã verò à marito accusationem etiã ab alio excitari vtile est.

Hæc lex concatenata de quæstionibus seruorũ loquitur:nec succinctius potest sum-mari quàm textus loquatur. vide eam per te:quia est valde philosophalis, id est ra-tionibus aquis fulta:& præcipuè ibi,ratio au-tem publicandorum seruorum.

XXVII. IDEM libro tertio de Adulteriis.

SI postulauerit accusator [c] vt quæstio habeatur de ser-uo adulterij accusato: [d] siue vo-luit [e] ipse interesse, siue noluit, iubẽt iudices eum seruum æsti-mari : & vbi [f] æstimauerint,tan-tam pecuniam*, & alterum [g] tã-tum eum [h] qui nomen eius ser-ui detulerit, [i] ei ad quem ea res pertinet,dare iubebunt. ℣ Sed dispiciamus cui ista pœna* præ-standa sit: quia lex eum nomi-nauit, ad quem ea res pertine-bit. Igitur bonæ fidei emptorẽ quamuis ab eo emerit qui do-minus non est, rectè dicemus eum esse, ad quem ea res perti-net. Eũ quoq; qui pignori [k] ac-cepit, magis admittimus in ea-dem causa esse : scilicet quia in-tererat eius quæstionem nõ ha-beri.Sed & si vsusfructus in ser-uo alienus sit : inter dominũ & fructuarium diuidi debet [l] æsti-matio.Et si communis plurium seruus erit : vtiq; inter eos quo-que erit æstimatio diuidenda. Si liber homo dum seruus exi-stimatur, tortus sit, quia & ipse cõditionem suam ignorat: ma-gis admittit Cæcilius actionem vtilem [m] ipsi dandam aduersus eum qui per calumniam appe-tit:ne impunita sit calũnia eius ob hoc,quòd liberum hominẽ quasi seruum deduxit in quæ-stionem. ℣ Haberi quæstionem lex[Iulia]iubet de seruis ancil-lísve eius de quo vel de qua quæreretur: parẽtísve [n] vtriusq; eorum,si ea mancipia [o] ad vsum ei à parentibus data sint. Diuus autẽ Hadrianus Cornelio La-tiniano rescripsit & de exte-ris seruis quæstionem haberi. [p] ℣ Quæstioni interesse iubẽtur [q] reus [r] reáve, & patroni [s] eorum, & qui crimen detulerit: [t] inter-rogandíque [u] †facultas datur pa tronis. [x] ℣ De eo quoque ser-uo, in quo vsumfructum reus habuit,magis est vt quæstio ha-beri possit. Licet enim seruus eius non fuerit, in seruitute ta-men fuisse videtur. Nec tã pro-prietatis causa ad quæstionem, cum quasi.§.si plures.ad quod dicunt quidam eas concurrere: vt arg.ff.de actio. & obli.l.quotiẽs. Vel dic quòd diuersi sunt casus: & sic sola cõdictio habet locum.Item habet etiam locũ ac.iniur. cum calumnioſẽ petit : vt hic dicit. ad quod.ff.de iniur.l.si liber. & facit.ff.ad leg. Aquil.l.liber homo. in prin. & not. q̃ pro sola calumnia hoc casu agitur:quam qui obiicit,debet probare : vt.ff. de proba.l.quotiens.§.qui dolo.

a *Accusator.* adulterij alicuius.

d *Accusato.* aliquo non seruo:vt infra eo.§.fin.& sic sunt abla-tiui absoluti.

e *Voluit.* scilicet accusator.Accursius.

f *Vbi.* id est postquam.

g *Adulterum.* id est illũ qui dicebatur adulter.& no.quòd aliàs alterum : aliàs adulteram: aliàs deest adulterum. & facit infra de quæsti.l.certo.Accursius.

h *Quantam eum.* quia ambo conferunt ad simplum deteriora-tionis præstandum quando seruus extranei erat. ad quod.C. de rebus credi.l.generaliter.§.his de præsentibus. & secundum hoc non est contra.j.ead.l.§.fi.vt ibi no.&.ff.de calum.l.fi.sed secun-dum hoc quare adulter aliquid præstat ? Respon.quia pro vtro-que dicit.arg.C.de episcopis & cleri.auth. sed iudex. Sed Io.ex-posuit prædicta.& habet secundum hoc,adulterij accusato.& hic habet,adulterum. Alij habent,adulteram : quasi dicat,non adul-terum accusatum:quia forte absolutus est:sed eum qui nomẽ ser-ui detulit.hoc non placet. Alij dicunt,adulterum:scilicet quando condemnatur quantum &c. scilicet quando absoluitur adulter: & ita totam præstabit,alter tantum. Alij dicunt duplum æstima-ri:& sic dicit, iubet iudex æstimari : id est quantum lex iubet : id est duplum:vt.j.§.fina. & quod ibi dicit,hoc capite non cauetur: dic de quo lex ibi dicit:sed alio bene cauetur : vt hic. Vel potest legi lex ista quòd seruus adulterij accusabatur:& quod dicit,de-tulit,id est accusauit. Sed tunc opponitur, quomodo potest duos reos simul de adulterio accusare : vt.C.eo.l.reos. scilicet adulte-ram,siue alium adulterum:vt hic videtur dicere? Respondeo,erat iste seruus adulter:non quòd adulteraſſet,sed quia opem & cõsilium dedit adulterio com-mittendo: tunc ipse si-mul cum adultera po-test accusari: vt.j.eo.l. nihil.§.fin.Accur.

i *Detulerit.* i. petierit vt habeatur quæstio.

k *Qui pignori.* cõtra. argu.ff.ad Syl.l.j.§.j.& de ędil.edic.sciendũ.§. dictũ.& arg.ff. de pro-cur.l. non solũ.§.quæ-ritur. ADDITIO. Dic secundum Bar.hic quòd ibi actio quæri-tur per hominem : hic vero datur per legem.

l *Diuidi debet.* idẽ di-cas inter bonæ fidei possſ. & verum domi-num. argu. ff. de fur. l. furtiuam ancillam. Et idem inter creditorem & debitorem.Vel illud in duobus casibus tan-tum : scilicet cum de-bitor est non soluen-do : vel cum tempore accusatio expirauit : vt supra ad.l.Aquil.l. qui occidit. §. j. vel dicas creditori dandum cre-ditótenus : superfluum debitori. vel melius to tũ creditori : sed reddi debitori quod super- †fluũ est,pigno.ac. vt.ff. de fur.l.creditoris. Itẽ facit.ff. eo.tit. de fur.l. inter omnes.

m *Vtilem.* condi. ex lege : vt.j. l. proxi. sed videtur in factũ, quasi ex re iudicata, quia iudex æstimauerit : vt supra de fideicõ. lib.l.

n *Parentis.* iusti dumtaxat: vt.C.eo.l.iij.

o *Si ea mancipia.* hoc non ad seruos adulteræ vel adulteri re-fertur:ne sit contra.ff.qui & à quib.l.prosperit.Alij quòd hæc il-lam corrigit.Accursius.

p *Quæstionem haberi.* & si ipsi sint in vsu mulieris : vel aliàs ve-risimile est eos scire veritatẽ: vt.ff.qui & à quib.l.prosperit. Alij dicunt,etiam si non sunt in vsu.pro quibus est quod de extraneis dicitur.j.de quæstio.l.extraneo. &.l.diuus. & quod no.C.eod.l. verba.* sed lex illa, prosperit, videtur contra quo ad quid, in eo quòd extranei hic torquentur. Quare dic quòd hic supplet:licet alij quòd hic corrigat. Item facit.C. eod.l. in adulterij.&.C.de repu.l.consensu.§.penulti.

q *Quæstioni interesse iubentur.* sic in authen. de testib. §. & hic vero. Accursius.

r *Reus.* qui accusatur.

s *Patroni.* i. aduocati.Accursius.

t *Detulerit.* scilicet accusator.Accursius.

u *Interrogandique.* supra de inter.act.l.si fine.§.j.

x *Patronis.* sic.j.de exhi.reis.l.ij.in fine.

BIU Cujas

a *Seruiat.* ad hoc & ſuperius reſponſum eſt arg.cõtra.ſ.ad Syl-
la.l.j.§.qui ſeruum.ſed concordat ſupra de noxa.l.quotiens.§.j.
b *Vel ſtatuta.* vt in ſtatuliberis:vt.j.de quæſtio.l.edictum.§.fin.
c *Magis eſt.* arguitur contra.ſ.ad Syllanianum.l.j.§.ſerui appel-
latione.&.§.ſed in eo.item facit.j. de quæſtioni.l.is cui. &.l.pa-
tre.&.l. extraneo. in
principio.&.ſ. qui & à
quib.l.proſpexit.
d *Publicos eſſe.* ſed an
fiſcus dabit pretiũ?Re-
ſpon. ſic,argu. C. pro
quibus cauſis ſerui pro
premi.li.ac.l.ij.ſed cur
æſtimatur & cauetur:
vt hic, &.j.§. ſi reus.&
C.eo.l.verba?*Reſpõ.
demũ torti & deterio-
rati publicantur. vnde
in deteriorationem cõ
mittitur ſtipulatio, ſe-
cundum Ioan.
e *In cõmuni.* accuſati
& accuſantis extranei.
f *Alienum ſeruũ.* bona
fide poſſeſſum:vt.ſ.pe-
xi.§. vel veri⁹ extranei
omnino: vt.ſ.§.diuus.
ratio eſt vt.j.px.§.Ac.
g *Regreſſuros.* id eſt
remanſuros.
h *Habita fuerit.* & fi-
nita: quia poſtea cum
eſſent publici, nõ tor-
quentur. Alij dicũt in-
choata tantum.
i *Reuerſuros.* id eſt re-
manſuros.ſic.ſ. vſufru.
quemad.ca.l.iij.§.j.
k *Recedunt.* ſed an
redeãt, hic non aperit:
ſed ſatis innuit ꝙ non:
argu.j. de pœnis.l. aut
damnum.§.fin.ſed Ro.
& B.contra.Accur.
l *Abſoluti.* ſerui erãt
accuſatæ vel accuſati:
vel patris ſcilicet:& ſic
emendatur demũ ſecu-
ta abſolutione: vt.C.
eod.l. verba.* in fi.ſed
ſi extranei, tunc indi-
ſtinctè: vt.ſ.in princi.
huius.l. & plene dic vt
no.C.eod.l. verba.* in
fine illus gloſſ.nõ ali-
ter &c.quæ eſt fin.glo.
ſed an ecõtra ſi ſeruus
accuſatoris petatur tor
queri?reſpon. B.idẽ vt
caueatur,& demũ con-
dẽnato reo emẽdetur.
m *Factúmue.* nõ ergo
publicationis damnũ:
quia id à fiſco:vt.ſ.dixi
ſecũdũ B. Sed R. con-
tra. & facit.j. de quæ-
ſtioni.l.patre. Accur.
n *Nono cauetur.* quod
lex aliàs iuber.ſ. duplũ
domino præſtari &c. quod eſt.j.ca.l.§.ſi ſeruus. & facit.ſ. de ca-
lum.l.fi.&.C.de calum.l.dominus.&.C.eo.l.verba.*
o *At hic ſimplum.* quando non ſeruus,ſed alius accuſatur: & di-
midiũ huius ſimpli accuſator,& dimidiũ accuſatus præſtat: vt.ſ.
ead.l.in prin.ſic eſt extranei ſeruus. Alij dicũt accuſati.
p *Quod ex his. Petitur.* de hoc dic vt ſupra de condictione ex
lege.l.j. Accurſius.

quàm miniſterij pertinet. Ergo & ſi bona fide ſeruiat[a] reo ſeruus alienus: admittit quis, interrogari eum per quæſtionem poſſe. Sed & ſi ſeruus [is] ſit cui fideicommiſſa libertas debetur, vel ſtatuta [b] ſperatur: torqueri eum poſſe magis eſt. [c] ℣ Iubet lex eos homines, de quibus quæſtio ita habita eſt, publicos eſſe. [d] Proinde in communi [e] partem publicamus: in proprio, cuius * vſuſfructus alienus eſt, nudam proprietatem:in quo tantum vſumfructum habuit reus, magis eſt vt perceptio vſuſfructus ad publicum incipiat pertinere. Alienum ſeruum [f] vtique non publicabimus. Ratio autem publicandorum ſeruorum ea eſt, vt ſine vllo metu verum dicant: & ne,dũ timeant ſe in reorum poteſtatem regreſſuros,[g] obdurent in quæſtione. non tamen prius publicantur, quàm quæſtio de illis habita fuerit.[h] Sed & ſi negauerint: nihilo minus publicantur. Ratio enim adhuc eadẽ eſt: ne dum hi ſperant ſe in poteſtatem dominorum reuerſuros:[i] ſi negauerint, ſpe meriti collocandi in mendacio perſeuerent. Sed & ſerui accuſatoris, ſi de his quæſtio habita ſit, publicẽtur. Eius enim ſerui,ne mẽtiantur, meritò à dominio eius recedunt:[k] extranei verò non habent cui gratificentur. ℣ Si reus vel rea abſoluti[l] fuerint,æſtimari per iudices lex damnum voluit:ſiue mortui fuerint,quãtæ pecuniæ ante quæſtionẽ fuerint: ſiue viuent, quantæ pecuniæ in his damnum datum fuerit,factúmve[m] eſſet. ℣ Notãdũ eſt, quod capite quidẽ nono cauetur: [n] Si ſeruus adulterij accuſetur, & accuſator quæſtionem in eo haberi velit: duplum pretium domino præſtari lex iubet:at hic ſimplum.[o]

XXVIII. MARCIANVS libro primo de iudiciis publicis.

QVod ex his cauſis debetur: per condictionem quæ ex lege deſcẽdit, petitur.[p]

Continuat expoſitionem ſuam verborum legis Iuliæ de adulteriis.

XXIX. VLPIANVS libro quarto de Adulteriis.

MAriti lenociniũ ¶ lex coërcuit, qui deprehenſam[r] vxorẽ in adulterio, retinuit, adulterúmque dimiſit. debuit enim vxori quoque iraſci, quæ matrimonium eius violauit. Tunc autem puniendus eſt maritus, cum excuſare ignorãtiam ſuam non poteſt, vel adumbrare patientiam prætextu incredibilitatis. Idcirco enim lex ita locuta eſt, *Adulterum in domo deprehenſum dimiſerit:* quòd voluerit in ipſa turpitudine deprehendentem maritum coërcere. ℣ Quod ait lex, adulterij dãnatam ſi quis duxerit vxorem, ea lege teneri:an & ad ſtuprum referatur, videamus, quod magis eſt.[s] Certè ſi ob aliã cauſam[t] ea lege ſit cõdẽnata: impune vxor ducetur. ℣ Plectitur[u] & qui pretium pro comperto ſtupro[x] acceperit. nec intereſt vtrũ maritus ſit qui acceperit,an ali⁹ quilibet. Quicũque enim ob conſciẽtiam ſtupri accepit aliquid: pœna erit plectendus. Cæterum ſi gratis quis[y] remiſit:ad legem nõ pertinet. ℣ Qui quæſtũ ex adulterio vxoris ſuæ fecerit, plectitur. Nec enim mediocriter[z] delinquit, qui lenocinium in vxore exercuit. Quæſtum autem ex adulterio vxoris facere videtur, qui quid accepit vt adulteretur vxor. Siue enim[a] ſæpius,ſiue ſemel accepit:nõ eſt eximendus. Quæſtum enim de adulterio vxoris facere propriè

A vel de ſtupro:ſecus ſi ob aliam cauſam damnata erat. Item punitur qui pretium accepit pro comperto ſtupro. [*SEX MENSIVM.*] Adultera poteſt accuſari de adulterio intra ſex menſes vtiles:& aut remanet vidua:& tunc incipiunt ſex menſes currere ex die commiſſi criminis. aut hæc nupſit ſecundo: & tunc incipiũt ex die diuortij facti. Secundo dicit: vir ſeparauit ſe ab vxore. habet.xl.dies:ítra quos poteſt iure mariti accuſare.cucurrerũt prędicti dies.ité quinquẽnium cucurrit à die cõmiſſi criminis computandum. dicitur quòd amodo non poteſt vir eã accuſare:& ſex menſes vtiles qui dãtur ad eam accuſandam, non poſſunt extendi vltra quinquẽnium. Item cũ quinquẽnium detur ad accuſat.adulterij faciẽdam: intelligas illud quinquennium cõpetere quocũque capitulo legis Iul. accuſetur quis. quæ ſunt vltra, dic vt in gloſſ. & hoc quinquennium incipit à die commiſſi criminis: & connumeratur vſque ad diẽ inceptæ accuſationis. Ité ſi plures eundẽ accuſauerint de adulterio, & vnus eorum tãtum perſeuerauerit: inſpici debet dies qua data fuit accuſatio iſtius: vt ſciatur an illa die retro cucurrit quinquenniũ. Vltimo dicit: qui per vim aliquam vel aliquẽ ſtuprauerit, perpetuo poteſt de hoc accuſari, cum.l.Iul. de vi teneatur. Franciſcus.

q *Lenocinium.* aliter ponitur. ſ. de his qui not. infa. athletas. §.j. & adde quod dicitur.j. e.l.ſi quis. in prin.&.§. ſi quis adulterũ. &.C. eo. l.ij. &.l. ſine metu. &.xxxij.q.j.ſicut.Acc.
r *Deprehenſam.* aliàs vxorem: aliàs ſine. ſed hodie videtur corrigi quod hic dicitur, &.j. proxi.reſpõ. per auth. vt li.ma. §. adulterum. col.viij.vel dic vt not. ſupra de mino.l.auxilium.§.fin.
ſ *Quod magis eſt.* vt nõ poſsit ducere damnatã de ſtupro.
t *Ob aliã cauſam.* quæ explanatur.ſ.de mino.auxilium.§.fi.& fa.C.e.l.caſtitati. &.l.ſerui ob.&.ſ.quod met.cau.l.iſti quidem.&.ſ.eo.l.ij.§.j.
u *Plectitur.* id eſt punitur.l.Iul.
x *Stupro.* id eſt adulterio:vt.ſ.eo.l.inter liberas.§.lex Iulia.
y *Gratis quis.* vir, vel alius. & facit.ſ.ſi quis omiſ. cau. teſta.l.ſi quis pecuniam.& de his qui no.infa.furti.§.pactus.&.ſ.de poſtu. l.j.§.beſtias.&.C.ad Velle.l.antiquæ.&.j.ad leg.Iul.de vi publ.l. qui cœtu.ſed quia vxorem retinet,puniri poteſt:vt ſupra in prin. Accurſius.
z *Mediocriter.* id eſt non parum,ſed multum.
a *Siue enim.* ad hoc.C. de ſeruis fugi.l. quicumque. &.j.de pœ. capitalium.

Aviti.] CASVS. Vir vxorẽ inuentam cum ſcholari in lecto,ſinxit ſe non videre: & ſcholarem recedere dimiſit: & vxorem retinuit. dicitur quòd hic punitur de lenocinio. Ité punitur qui duxit in vxorem fœminam de adulterio cõdemnatam,

BIU Cujas

capitalium.§.grassatores.&.C.ad.l. Iuliam de vi.l. seruos.§.j. & fa.C.eo.l.ij.&.l.castitati.&.l.serui.&.l.de crimine.

a *Vel nimiam.* argu.contra.ff.de eo per quem fa.erit.l.j.§.j.

b *Sex mensium.* quorum duo iure mariti, quatuor iure extranei dantur: vt.ff.l.iiij.Accursius.

c *In nupta.* secundo viro, renûtiato primo.

d *Diuortij.* à primo viro. Accursius.

e *Commissi criminis.* de adulterio cõstat quòd vltra quinquenniũ cõtinuum non accusatur: vt.C.eo adulter.nisi in tribus casibus.ff. eod.l. iiij.&.j.eo.l.quinquennium. &.j.ea.l.§.fi. sed in adultera videtur hic distinguere inter nuptam secundo, & viduam, ad hoc vt quælibet vsque ad sex mẽses vtiles,& non vltra: sed in nupta incipiunt à die diuortij: in vidua à die commissi criminis.& est ratio,quia facilius accusatur vidua: ideoque facilius præscribit. & ad hoc.j. ad Turpilianum.l.j.§. accusationem. hi tamen sex menses vtiles non excedunt quinquenniũ continuum: vt.j.proxi. §.alij exponunt criminis, scilicet computetur quinquennium.vel dic, sex menses. sed ad quid? Respon. vt qui repudiauit ex delicto commisso, postea iure mariti accuset. vel forte loquitur de stupro quod in viduam committitur. Vel verius loquitur de muliere quæ cõmisso adulterio diuerterat. si enĩ interim nupta est, tuetur se sex mensibus à die diuortij.si vidua, quinquennio à die commissi criminis.prima placet: vt not. C. eod.l. adulter. Sed quid si tribus annis continuis in adulterio perseuerauerit? Respõ.à die primo cõmissi secundũ quosdã: arg.ff. de fur.l. ei qui. sed absurdũ est: vt no. j.de pœ.l.si diutino.

f *Sexaginta dies.* qui dantur marito: vt.ff.eo.l.si maritus.ij.§.si negauerit. Azo.

g *Sex menses.* duo iure mariti, quatuor iure extranei.

h *Similes.* vt.ff.de mino.l.auxilium.§.fi.&.ff.eo.l. qui domũ. Ac.

i *Et ad eum.* id est vsque ad eum.

k *Et non ad eum.* sufficit ergo accusationẽ incipere ante quinquennium.non autem est necesse perficere.ad quod est.C. de rei vind.l.moræ.&.ff.de collu.dete.l.ij.§.quinquennium.

l *Postulationis.* in scriptis factæ.Ioan.

m *Exigatur.* vt fiat intra quinquennium.

n *Spectet.* aliàs expectet.f.intra quinquennium fieri.

o *Non alienos.* nec enim ei prodest vt accusare possit. sed contra.j.eo.l.quinquennium.solu. hic vnus in accusatione præcesserat non tamen in litem processerat secundum Io. Item no. hic quòd interruptio ciuilis non prodest alij.ad quod.ff. de diuer. & temporali.præscrip.l.intra.& ne de sta. defun.l.ij.§.præscriptio.

p *Huius temporis.* quinquennij. & caue quia loquitur si accusetur.l.Iul.de vi,& non Iul.de adul. Duplex est enim delictum. & facit.j.tit.j.l.qui cœtu.§.fi.secundum H. vel forte.l.Iul.de adul. vt bene conueniat prædictis, & aduersetur coniunctio, autem: ibi,eum autem &c.& fac.C.de apost.l.apostatarum.

Ater.] CASVS. Pater adulteratæ,accusans de adulterio, si committat calumniam euidentem: punitur. Item in lx. diebus, qui dãtur viro vt iure mariti accuset: computantur &.lx.dies.Itẽ quinquennium quod datur ad accusationem adulterij,continuũ est: non tamen computatur tẽpus accusare volẽti intra quod adulter erat accusatus, vel intra quod alius egerat, & præuaricatus fuerat.& hoc dicit hæc.l.& seq. Francis. Accursius.

q *Calumnia.* euidentis: vt.ff.eo.l.is enim.in fi.ne sit contra.ff.de publi.iudi.l.fi.

r *Sexaginta dies à diuortio.* hoc dic vt.ff.l. proxi.§.sex mensium.

s *Dies est.*j.de reg.iur. l.vbi lex. Accursius.

t *Quinquennii. Cõtinuum.* ex hoc colligit Ioã. quòd vtile est quo ad sui initium: sed continuum quo ad processum: vt & aliàs infra quando appel. fit.l.j.§. biduum. & supra de ædil.edic.l.cum sex. Itẽ est contra. huic.l.ff. l. mariti.§. hoc amplius. solu. vt ibi. Itẽ ad hoc quòd negligenti non currit præscriptio.ff.de statuli.l. cum hæres.§. Stichus.& de col.dete. l.ij.§.j. sic.C. q admit. ad bo.pos.l.fin.&.ff.eo. l.iiij. & de mino.l. intra vtile.

u *Non potuit.* vt supra l.denũtiasse. §. quæritur.&.j.l.proxi.§. cum alterum.

x *Transierit.* certe bene poterit accusari adulter non obstante quòd lapsum sit quinquennium.

y *Postulauerat.* id est accusauerat.

z *Repetere.* id est accusare.

Nihil.] CASVS. Pater si occidat adulterum filiæ suæ, & filiam debet occidere: nec est vis quem prius occidat, dum tamen vtrumque occidat. Item satis est si occidat adulterum, & vulneret filiam: licet filia non decedat ex his vulneribus. Item si vir accusat vnum de adulteris, interim alium accusare non potest: eum tamen qui præbuit domum vt adulterium ibi fiat, vel qui consilium in hoc dedit: potest accusare simul cum vno de adulteris. Franciscus Accursius.

a *Prius.* quàm adulterum.

b *Alterum occidat.* non deprehensum in opere veneris: vt.ff.eo. l.quod ait.vel,id est adulterum tãtum,quasi sit in dolo, cum sine filia occidat.ideo.l.Cor.de sica.tenetur: vt hic,&.ff.eo.l.patri.& facit.ff.eo.l.nec in ea.§.fina.

c *Alter.* scilicet adultera.

d *Non liberatur.* scilicet pater.

ille existimãdus est, qui aliquid accepit vt vxorẽ pateretur adulterari meretricio quodã genere. Quòd si patiatur vxorem delinquere non ob quæstũ, sed [ob]negligentiam, vel culpam, vel quandam patientiam, vel nimiam [a] credulitatẽ: extra legem positus videtur. ¶ Sex mẽsium [b] hæc fit separatio, vt in nupta [c] quidẽ ex die diuortij [d] sex menses computentur: in vidua vero ex die commissi criminis. [e] quod significari videtur rescripto ad Tertyllum & Maximum consules. Præterea si ex die diuortij sexagĩta dies [f] sint, ex die verò cõmissi criminis quinquenniũ præteriit: debuit dici nec mulierẽ posse accusari: vt quòd dantur sex mẽses [g] vtiles, sic sit accipiendum, ne crimen quinquennio continuo sopitum excitetur. ¶ Hoc quinquennium obseruari legislator voluit, si reo vel reæ stuprum, [vel] adulterium, vel lenocinium obiiciatur. Quid ergo si aliud crimen sit quod obiiciatur quod ex lege Iulia descendit: vt sunt qui domũ suam stupri causa præbuerunt, & alij similes? [h] Et melius est dicere omnibus admissis ex lege Iulia venientibus quinquennium esse præstitutum. ¶ Quinquennium autem ex eo die accipiendum est, ex quo quid admissum est: & ad eum [i] diẽ quo quis postulatus postulatáve est: & non ad eum [k] diem quo iudicium de adulteriis exercetur. ¶ Hoc amplius senatusconsulto adiectum est, vt si plures eundem postulauerint: eius qui perseuerauerit reum reámve facere, postulationis [l] dies prima exigatur: [m] scilicet vt qui accusat, suos libellos accusatorios spectet, [n]* non alienos. [o] ¶ Eum autẽ qui per vim stuprũ intulit vel mari, vel fœminæ: sine præfinitione huius tẽporis [p] accusari posse dubium non est: cum eũ publicam vim committere, nulla dubitatio sit.

XXX. PAVLVS libro primo de adulteriis.

PAter sine periculo calumniæ [q] non potest agere. ¶ Sexaginta dies à diuortio [r] numerantur. In diebus autem sexaginta & ipse sexagesimus [dies] est. [s]

XXXI. IDEM libro secundo de adulteriis.

QVinquennium non vtile, sed continuum [t] numerãdũ est. Quid ergo fiet si prior mulier rea facta sit, & ideo adulter eodẽ tẽpore reus fieri non potuit, [u] & diu tracta lite quinquennium transierit? [x] Quid si is qui intra quinquennium quem postulauerat, [y] non peregerit, aut præuaricatus est, & alius eundem repetere [z] velit, & quinquennium transactũ sit? Aequum est computationi quinquennij eximi id tempus quod per postulationẽ præcedentem consumptum sit.

XXXII. MACER libro primo de publicis iudiciis.

NIhil interest, adulteram filiam prius [a] pater occiderit, an non: dum vtrumque occîdat. [b] Nam si alterum occîdit: lege Cornelia reus erit. Quòd si altero occiso, alter [c] vulneratus fuerit: verbis quidẽ legis non liberatur: [d] sed diuus Marcus & Cõmodus rescripse-

runt impunitatē ei cōcedi: quia licet interempto adultero mulier superuixerit post tam grauia [a] vulnera quæ ei pater inflixerat, magis fato quàm voluntate eius [b] seruata est: [c] quia lex parē in eos qui deprehensi sunt indignationem exigit, & seueritatem requirit.

Vno electo adultero ad accusandum, expectatur de alio donec iudicium primum finitum sit. potest tamen simul cum adultero accusari qui domum concessit vt adulteriū committeretur.h.d.

¶ Cum alterum ex adulteris elegerit maritus, [d] alterum non antè accusare potest, quàm pri⁹ iudicium finiatur: quia duos simul ab eodem accusari non licet. [e] non tamē prohibetur accusator simul cum adultero vel adultera eū quoq; accusare qui domum [f] suam præbuit, vel cōsilio [g] fuit vt crimen redimeretē.

XXXIII. MARCIANVS libro primo de publicis iudiciis.

SI quis adulteriū à seruo suo commissum[esse] dicat in eā quam vxorem habuit: diuus Pius rescripsit accusare potius mulierem eum debere, quàm in præiudicium eius [h] seruum suū torquere. ¶ Si quis adulterū nō dimiserit, sed retinuerit, forsan filium [i] in nouercam, vel [k] etiam libertum vel seruum [suum] in vxorem: ex sententia legis [l] tenetur, quamuis verbis [m] non continetur. quæ autem retinetur, punitur. [n] Sed si dimissam reduxerit, verbis non tenetur: sed tamen dicendum est vt teneatur, ne fraus [o] fiat. ¶ Si vxor ex adulterio viri pretium † acceperit, [p] lege Iulia quasi adultera tenetur. [q]

Qui filium vel seruum, qui commiserunt adulterium in vxorem suam, retinet: punitur quasi leno, & mulier etiam retenta punitur. & si eam dimissam postea maritus reduxerit, tenetur etiam ipse.h.d.

XXXIIII. MODESTINVS libro primo Regularum.

STuprum committit, qui liberam mulierem [r] consuetudinis causa, non matrimonij, retinet: *excepta † videlicet cōcubina. [s] ¶ Adulteriū in nupta admittitur: stuprum in vidua, [t] vel virgine, vel puero committitur.

Per correctionem libelli malè concepti non interrūpitur præscriptio adulterii. Bar.

XXXV. IDEM libro octauo Regularum.

ACcusatur⁹ adulterij, si quid circa inscriptionē errauerit: si tempora [u] largiantur, emēdare non prohibetur: ne causa aboleatur.

XXXVI. PAPINIANVS libro tertio Quæstiōnum.

SI minor annis adulteriū cōmiserit, lege Iulia tenetur: quoniam tale crimen [x] post pubertatem incipit.

XXXVII. IDEM libro quinto Quæstionum.

FIliumfamilias publico iudicio adulterium in vxore sine volūtate patris arguere posse, constitutū est. vindictā enim proprij doloris consequitur. [y]

SI minor.] CASVS Minor. xxv. an. si adulterium cōmisit, potest accusari. intelligas tamē si maior erat. xiiij. an. Fran. Accur.

x *Crimen.* s. adulterij: sed stuprum etiā prius: vt. s. eo. l. stuprum. in fi. & facit. s. de mino. l. auxilium. §. in delictis. versic. sed vt ad. & l. si ex causa. §. nunc videamus. &. §. si mulier. & C. de pœ. l. impunitas. Accursius.

FIliusfamilias.] CASVS. Filiusfa. scholarem qui iacuit cum vxore sua, potest de adulterio accusare, etiā sine volūtate patris sui. Franciscus.

y *Consequitur.* ad hoc s. de iniu. l. sed si vnius. §. filiosa. &. s. eod. l. inter. §. pen. & quod ibi nota. Accursius.

SI adulterium.] CASVS. Titius iacuit cum prītigna sua, alij nupta: vel cū nuru sua, vel cum nouerca: & sic commisit adulteriū & incestum. dicitur quòd ipsa mulier potest accusari de adulterio: & punietur sicut Titius. hoc idem esset si de stupro accusaretur. nā puniretur sicut vir. Secūdo dicit: Titius iacuit cum filia sororis suæ, nupta cuidam. queritur an sufficit si puniatur pœna stupri? & certe duo sunt delicta: vnde augēda est pœna: quia hic & in sequenti casu vbi duo sunt delicta, maior imponitur pœna. si enim filiam sororis meæ accipio in vxorem, refert an errore hoc feci: an non: vt magis vno casu puniar: scilicet quādo sciēs ius & factum hoc feci, quàm si nescirem. & quia plus delinquitur vbi est cōtumacia iuris: apparet quòd mulier incestum committens minus dicitur delinquere: quia in ea non dicitur esse contumacia iuris: vt si adoptiua filia cum fratre contraxit matrimonium. nam hoc casu ei non parcitur: cum ius gentium, id est naturale, non debeat ignorare. Item qui per matrimonium cōmittit incestum: humanius tractatur quàm adulter. & dat exemplum. iubet tamen dirimi tale matri. mulier tamē in iure errās, à crimine incest⁹ liberatur: ab adulterio nō liberaretur. Ité si accepi nouercam meam in vxorē bona fide: & cū sciui hoc esse illicitum, separaui me ab ea: amodo non possum accusari de crimine incestus. & hoc idem subiicit in sequenti. §. generaliter tamen. Vltimo dicit: incestu per adulterium commisso, parcitur mulieri ignorāti ius. Item parcitur minori ætati masculi vel fœminæ: vel etiam quandoq; modice puniuntur, si error allegatur: & hoc cū accusatore: & facilius puniuntur sine accusatore. [IMPERATORES.] Vxorē meā in adulterio deprehēsam occidi. nō punior l. Cor. de sica. mitius tamē. nā si humilis sum, in opus perpetuum trador. si honestus sum, in insulam relegor. LIBERTO.] Libertus non admittitur de facili ad accusandum patronum suum: sed de adulterio quod cōmisit patronus cū vxore liberti, potest libertus accusare patronum suum: sicut & de atroci iniuria sibi facta

a *Tam grauia.* hic collige maiora vulnera sustinere fœminam, quàm marem. sic. s. ad. l. Aquil. qua actione. §. si quis.

b *Voluntate eius.* scilicet patris.

c *Seruata est.* id est viuit.

d *Maritus.* litem contestando.

e *Accusari nō licet.* vt &. s. de accusa. l. hos. §. lege. & facit. C. eod. l. reos. &. j. vim passam. §. duos. Accursius.

f *Domum.* vt. s. eod. l. qui domum.

g *Vel consilio.* ad hoc s. eo. l. is cuius. in prin.

h *In præiudicium eius.* scilicet mulieris, seruo aliquid in se confitente quod esset mulieri præiudicium qualequale: ad quod. j. de appel. à sententia. H. vel dic eius, scilicet domini: quia forte in tormentis periret. & sic incipit ab adultera etiam secundo nupta, contra generalem regulam: vt. C. eo. l. si dum. & fa. s. de ri. nup. l. stuprum.

i *Forsitan filium.* j. eo. l. si adulterium. in princip.

k *Vel.* pro saltem.

l *Legis.* quæ est. s. l. mariti. Accursius.

m *Verbis.* quæ sunt. s. l. mariti. in princip.

n *Punitur.* hoc accipe vt. s. l. constante. in fine.

o *Ne fraus fiat.* l. Iuliæ. & ad hoc. C. eo. l. castitati. Accursius.

p *Acceperit.* à viro, vel ab adultera.

q *Tenetur.* sic ergo pœna lenocinij est eadem quæ adulterij.

r *Stuprum. Mulierem.* viduā: vt. j. pxi. §. & facit. j. de verbo. sig. l. inter stuprū. &. C. eo. l. quæ adulterium. &. s. eo. l. inter. §. j.

s *Concubina.* in qua protestatio est necessaria: vt. s. de concubi. l. j. §. cum Attilicino. & l. in concubinatu.

t *In vidua.* honestè viuente: vt instit. de pub. iud. §. item lex.

Accusaturus.] CASVS. In libello accusationis adulterij errāui. possum emendare, si sum intra tempus, scilicet. xxx. dierū. & hoc habuisti supra de accusa. l. libellorum. in fi. potes & aliter hanc. l. exponere vt in gloss. Francis. Accursius.

u *Si tempora.* statuta à iudice: arg. s. de accu. l. Titia. &. C. qui accu. non poss. si ea. vel à lege, scilicet. xxx. dierum: vt. s. de accu. l. libellorum. §. fi. vel quinquennij: vt. s. eo. l. quinquennium. & facit. j. ad muni. l. libertus. §. error. Sed argu. contra. s. de arbi. l. quia arbiter. & de leg. ij. si is cui. Accursius. ADDITIO. Dic secūdum Barto. quòd ibi totum ius suum consumpserat ille qui volebat mutare & variare: hic vero secus.

† *præmium* an. Fran. Accur.

* *Flo. conti-* *net:* † *Innuit iste textus adul-* *teriū nō cō-* *mitti cū cō-* *cubina. q̄* *fallit in cō-* *cubina pa-* *tris: vt in* *auth. vt cū* *de appel.* *co. §. cau-* *sas. col. 8.* *& in. c. quā-* *tauallis. ex-* *tra de iure-* *iuran.*

BIU Cujas

facta à patrono posset eum accusare. Libertus si inueniat patronum suum cum vxore sua in lecto, an possit eum occidere: cũ sit persona patroni vilis? & dicitur q̃ non. Vltimo dicit: Titius cõmisit adulterium. postea in aliquo officio publico est collocatus. debet interim differri accusatio: sed promittit stare iuri cum erit officium finitum. Fran.

Si committatur adulterium cum incestu: mulier punitur vt vir. Idem si committatur stuprum & incestus: sed ab incestu excusatur propter ignorantiam, quæ præsumitur in muliere minore, & statim pœnitente. hoc dicit vsque ad. §. imperatores. Diuiditur principaliter in quinq; partes. Primo loquitur quando committitur adulterium cum incestu. Secundo loquitur quando cõmittitur stuprum & incestus à masculo. Tertio, quando committitur stuprum & incestus à muliere sub colore matrimonii. Quarto, quando masculus aliqualiter excusatur. Quinto, quando in totum liberatur. secunda ibi, stuprum. tertia ibi, quare mulier. quarta ibi, nonnunquam. quinta ibi, fratres denique. Bartolus.

XXXVIII. IDEM libro trigesimosexto Quæstionum.

SI adulterium [a] cum incestu committatur, vtputa cum priuigna, [b] nuru, nouerca: mulier [c] similiter quoque punietur. [d] id enim [e] remoto etiã adulterio eueniret. [f]

Hæc secunda pars legitur duobus modis. Primo, quòd hic loquitur finaliter de adulterio & incestu. Secundo, quòd loquitur de stupro & incestu. & quòd hæc lex loquitur de incestu & adulterio, primo facit textus qui dicit an adulterii pœna sufficiat. item quòd loquitur de stupro & incestu, facit tex. qui dicit, stuprũ. primæ lecturæ applaudit glossa super verbo, adulterii. & super verbo, duplex. & super verbo, errore. Bart.

c *Ex ſenatuſconſulto.* cuius nomen non habemus.
d *Malo exemplo.*vt.d. §.qui abortionis.
e *Alio ſenatuſconſulto.* cuius nomen non habemus.
f *Pigmentarii.* id eſt ſpeciarij.
g *Cantharidas.* ſub. ſcilicet.
h *Sciente.*& prohibere valente: vt.ſ.de noxa.in delictis.Accur.
i *Recuperandæ.*ex interuallo: aliud ſi incótinenti:vt.ſ.de vi & vi ar.l. qui poſſeſsionem.
k *Item qui auctor ſeditionis.* ad hoc. ſ. de ſer. corr. l. in hoc iudicio. &.C. ad.l. Iul. de vi.l. quoniam. &.C. de ſeditio.per totum.
l *Falſa indicia.* vt ſi dixit, vade hinc, & nó hinc: cum ſciat homicidas ibi eſſe qui eum occidere volunt.
m *Circumueniretur.* aliàs circúueniretur: aliàs conueniretur.
n *Libidinis.*quia luxurioſus erat. dic ergo.ſ. refrenádæ.*ad quod.j. l.proxi.§.j.&.C.de eunuchis.l.ij.Accur.
o *Punitur.* ſ. ad.l. Aquil. ſi ſeruus ſeruũ.§. & ſi puerum.cótra. ſed licet ceſſet Aquil. non tamen hæc accuſatio.
p *Ademptio.*hodie cõtra:vt.C.de bonis proſcrip.ſeu damnato. authen.bona.
q *Capite.* hoc ſtatim expone,quòd ſubiiciatur beſtiis.
r *Deportãtur.* hoc verũ ſi non aliqua ſpecialis pœna imponitur.& facit ad.l.Iul. pecu.l.ſacrilegij pœnã. &.j. de pœnis.l. reſpiciẽdũ. §. fi.&.j.eo.l.penul.
ſ *Transfugas.* contra C.de ſer.fugi.l.iij. Sol. ibi in itinere: hic perfecto flagitio. & facit infra de pœ.l,ſi quis.§. ij. & infra de re mili.l. proditores.

*Flo. bubraſtim. Cæterum quid bupreſtis & pityocãpa, declarat Alexã. ab Alexã. lib. 2.Gen.dier. cap.10.
*Flo.apiſcendæ.
†Vide hic Bud.
*Immo vt in deliciis habeantur ſpadones. Bud.hic.

L*Ege.*] CASVS. Magiſtratᵛ qui curauit vt aliquis occideretur cõtra legem: tenetur.l.Cor.Item ſi quis per culpam cauſam mortis alicui præbuit,vt putator arboris iuxta viam exiſtẽs, cum deiiceret ramũ, non prẽclamauit:& ſic homo inde tranſiens percuſſus & occiſus eſt:in quinquenniũ relegandus eſt:& ſic fuit de facto.Itẽ qui ſpadones faciunt ſiue ſeruos,ſiue liberos.l.Cor. puniuntur:& ſi ſunt ſerui,morti dantur.Item in abſentem poteſt hæc ſententia.l.Cor. ferri. vnde conquerentem quia ſit ſpadatus à Titio,& ſic petit Titium puniri: audiet præſes prouinciæ. punitur enim medicus qui caſtrauit: item punitur qui ſe fecit ſpõte caſtrari.& vterque capitaliter punitur.Fran.
t *Non ſit.* vt.ſ.l.j.in prin.&.§.j.
u *Per laſciuiã.* ergo per culpã.ª ſic.ſ.ad.l.Aquil.ſi putator.&.j. de re mili.omne.§.per vinum.&.j.l.in lege.&.ſ.l.j.§.ſed ſi claua.
x *Cõſtitutum.* aliàs eſt §.conſtitutum quidem &c.aliàs eſt.§.idem.
y *Eos.*ſ.liberos.
z *Crimine.* ſ.quòd fecit ſpadones.
a *Arguerẽtur.*id eſt accuſarentur.
b *Teneri.*ſ.eo.l.iij.§. qui hominẽ.& contrarium ibi ſignatũ,& hic ſigna. item facit. C. de eunu.l.j.&.ij.
c *Bona.* hodie cótra: vt no.ſ.l.proxi.§.pe.
d *De abſentibus.* quia non veniunt ad ius.
e *Pronuntiandum eſſe.* infra de pœ.abſentem. contra.Sol.hic ſpeciale. vel hic non pronuntiatur in.l.Cor.de ſica, ſed pronuntiatur in eo in quo ibi conceditur, ſcilicet vſque ad relegationem.
f *Sinentémve.* ſic.ſ.de iniur.l.j.§.vſque adeo. &.l.ſi quis ſeruũ.&.C. de rap.vir.&.C.de metat. & epi.l. deuotum. lib. xij. &.C. de fur.ſi quis. &.C. de nup.l.& ſi contra mãdata.&.C. de re mili.l.ſi. lib.xij.& in auth. vt nul.iud.§.j. col. ix. item facit ad hoc. C. de eunuchis. per totum.
g *Præbuit.* ſcilicet erit capitale.

V. PAVLVS libro ſecundo de officio Proconſulis.

HI quoque qui thlibiasʰ† faciunt, ex conſtitutione diui Hadriani ad Ninium Haſtam in eadem cauſa ſunt qua hi qui caſtrant.ⁱ

VI. VENVLEIVS SATVRNINVS libro primo de officio Proconſulis.

IS qui ſeruũ caſtrandũ tradiderit,pro parte dimidia bonorum multaturᵏ ex ſenatuſconſulto quod Neratio Priſco & Annio Vero cõſulibˡ factũ eſt.

In pœnis corporalibus lata culpa non comparatur dolo, ſed mitius punitur. Bart.

VII. PAVLVS libro ſingulari de publicis iudiciis.

IN lege Cornelia dolusᵐ pro facto accipitur: nec hac lege cõtra hominis necem, quod legibus permiſſum non ſit.ᵗ Cũ quidam per laſciuiamᵘ cauſam mortis præbuiſſet:cõprobatum eſt factum Ignatij Taurini proconſulis Beticæ à diuo Hadriano, quòd eum in quinquenniũ relegaſſet. Idem diuus Hadrianus reſcripſit:Conſtitutũˣ quidé eſt,ne ſpadones fierent:eosʸ autem qui hoc crimineᶻ arguerentur,ª Corneliæ legis pœna teneri,ᵇ eorúmque bonaᶜ meritò fiſco meo vindicari debere. Sed & in ſeruos qui ſpadones fecerint, vltimo ſupplicio animaduertendum eſſe: & qui hoc crimine tenentur, ſi nõ adfuerint, de abſentibusᵈ quoq; tanquam lege Cornelia teneãtur,pronuntiandum eſſe.ᵉ Planè ſi ipſi qui hãc iniuriam paſsi ſunt,ᶠ clamauerint: audire eos præſes prouinciæ debet,qui virilitatẽ amiſerunt. Nemo enim liberum ſeruúmve inuitum ſinentémveᵍ caſtrare debet:néve quis ſe ſponte caſtrandum præbere debet. At ſi quis aduerſus edictum meum fecerit: medico quidem qui exciderit, capitale erit: item ipſi qui ſe ſponte excidendum præbuit.ˢ

Hl quoq;.] CASVS. Qui faciunt thlibias, id eſt inſtrumẽtũ quo quis caſtratur:puniuntur eadem pœna qua caſtrantes. vel aliter vt in glo.Fran.
h *Thlibias.* id eſt inſtrumentum cum quo quis leuiter caſtratur. vel venæ ſunt quibus incisiis virilia amittuntur:vnde inſtrumẽtum quo inciduntur, ſic dicitur.vel aliter vt.j.de verb.ſignifi.l.ſpadonũ. aliàs eſt tibias.
i *Caſtrant.*in qua autem hi ſunt, habes ſupra.l.proxi.

IS qui.] CASVS. Qui ſeruum tradidit caſtrandum:in dimidia parte bonorum punitur.Fran.Accur.
k *Multatur.* infra de bo.dam.l.j.in fin.& de inſa.quid ergo.§.pœna.Accurſius.

IN lege.] CASVS. Dolus ᵖ facto habetur,vt puniatur quis ex hac lege: & da exemplum vt in glo.hic poſita. & qui per culpam occidit alterum, non tenetur: vt ſi quis in arbore exiſtens iuxta viam non prẽclamauit, & ſic ſe deiecit in terram, & ſuper tranſeuntem cecidit: vel ramum deiecit, & prætereuntem occidit:non tenetur hac.l.Franciſcus.
l *Dolus.* id eſt doloſum propoſitum,vt ſi ambulauerit cum telo

causa occidendi, tenetur ac si occidisset: vt supra l.j. in princip. Accursius.

a *Culpa lata.* a vt intantum puniatur culpa vt dolus: punitur tamen culpa: vt supra eo.l.lege.§.j.&.l.j.§.sed si claua.& in.l.iij.§. sed ex senatusco. idem puto in aliis criminibus: vt patet ex hac litera in eo quod culpa lata a pro dolo accipitur. quare si quis [ex]alto se precipi tauerit,& super alium venerit, eumq; occiderit: aut putator ex arbore cum ramũ deiiceret, nõ præclamauerit, & prętereũtem occiderit: ad huius legis coërcitionem non pertinet. b

VIII. VLPIANVS libro trigesimotertio ad Edictum.

SI mulierem visceribus suis vim intulisse, quò partũ abigeret, c constiterit: d eã in exilium e præses prouinciæ exiget.

IX. IDEM libro trigesimoseptimo ad Edictum.

FVrem nocturnum † si quis occiderit: ita demum impunè feret, si parcere ei sine periculo f suo non potuit.

X. IDEM libro octauodecimo ad Edictum.

SI quis dolo [malo] insulam meam exusserit: capitis pœna plectetur, g quasi incẽdiari.

XI. MODESTINVS libro sexto Regularum.

CIrcuncidere h Iudæis filios suos tantùm, rescripto diui Pij permittitur: in non eiusdem religionis [hominem] qui hoc fecerit, castrantis pœna i irrogatur. ℣ Seruo sine iudice ad bestias dato: k nõ solũ qui vendidit, pœna, l verùm & qui cõparauit, tenebitur. m ℣ Post legem n Petroniam, & senatusconsulta ad eam legem pertinẽtia, dominis potestas ablata est ad bestias depugnandas suo arbitrio seruos tradere. oblato tamen iudici seruo, si iusta sit domini querela, sic pœnæ tradet.

XII. IDEM libro octauo Regularum.

INfans o vel furiosus si hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur: p cum alterum innocentia consilij tuetur, alterum fati q infelicitas excusat.

XIII. IDEM libro duodecimo Pandectarum.

EX senatusconsulto r eiusdẽ legis pœna damnari iubetur, qui mala sacrificia f fecerit, habuerit.

XIIII. CALLISTRATVS libro sexto de Cognitionibus.

DIuus t Hadrianus in hæc verba rescripsit: † In maleficiis voluntas spectatur, non exitus.

XV. VLPIANVS libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.

NIhil ĩtereſt, u occidat quis, an causam mortis x p̃beat.

XVI. MODESTINVS libro tertio de pœnis.

QVi cædẽ admiserunt y spõte, dolóve malo, in honore aliquo positi deportari solent: qui secundo gradu sunt, capite z puniuntur. Facilius hoc in decuriões fieri potest: a sic tamẽ, vt cõsulto prius b principe & iubẽte id fiat: nisi fortè † diuus. vt supra eodem.l.j.§.diuus.& dic voluntas: vt si deliquisti, sed noluisti: non tenearis: vt supra de iniur.l.illud. & de furt.l.qui iniuriæ.in princip.&.l.verum.&.l.qui ea. vel dic voluntas, quia delinquere voluisti, sed non perfecisti.& tunc est sic.C.ad.l.Iul.ma. quisquis.&.C. si quacunque præ. potestate.l. j. & infra titu.j.l.j.in fi. & secundum hoc est contra infra de pœnis.l.cogitationis.& supra quod quisque iur.l.j.in fin.Sol.vt not. C.de his qui ad eccle.confu.l.præsenti. in princ. & de episc. & cle. si quis non dicam.& supra de extraor.cri.l.j. & de fur. qui ea mente. item sic supra de neg.gest. sed an vltro.§.j. & infra de re mili.l.iij.§. is qui. Item arg.contra infra de fal.qui falsam. itẽ fa.C.eo.l.fi.& supra eo.l.infans.& infra titu.j.l.j. in fin. & supra quod quisque iur.l.iij. *ADDITIO.* Dic secundum Bart.quòd in.l.contraria potuit delictum perficere,& noluit: hic nõ potuit.

NIhil.] *CASVS.* Siue occidam aliquem, siue causam mortis præstiti, vt dando cultellum in manu furiosi qui se occidat, vel alium: teneor hac.l.Franciscus.

u *Interest.* quantum ad hanc accusationem, sed quantum ad Aquil. interest: vt.ſ.ad.l.Aquil.l.item si obstetrix.in prin. quia altero casu vtili Aquil. altero directa teneatur. Accursius.

x *Mortis.* vt si gladium furioso dederis, vt se occidat, vel alium. & facit.ſ.eo.l.iij.in prin.&.§.j.& vi bo.rap.l.prætor.ij.§. si cum.&.ſ.ad.l.Aquil.qui occidit.§.pe. Accursius.

y *Qui eadem admiserint.* id est commiserint.

z *Capite.* vt bestiis subiiciantur: vt.ſ.l.iij.§.pe.

a *Fieri potest.* vt deportentur.

b *Prius.* de hoc dic: vt.j.de pœ.l.diui fratres.§.j.& de bonis eo.

No.glo. ibi. sine text. quod licet culpa lata culpa dolus in quibusdam aliis enim est in eis casibus. Bal.

Concor. Inst. de iniurijs. §. si quis. Bal. Ang. Imol. Alex. & Iaſon. §. ſi ad l. Aquil.

Tempus delictum aggrauat.

I. mulierem.] CASVS. Mulier procurans vt abortum faciat, & facit abortum: in exilium relegatur. Franciscus.

c *Abigeret.* id est faceret abortum. Ac.

d *Constiterit.* ed est fecerit abortum. Accur.

e *In exilium.* fa. C. eo. l. pe. & infra de pœ.l. Cicero. & supra de extraordi. cri. l. diuus. vbi plene dixi. Accursius.

Furem.] CASVS. Qui furem nocturnum occidit: non punitur si aliàs parcere ei non potuit sine periculo. quod expone vt in glo.

f *Periculo.* imò indistincte permitti videtur occidi: dummodo clametur: vt.ſ.ad.l.Aquil. itaque.§.lex.j. respõ. quę est cõtra. Sol. secundũ B. sub. hic maxime: & sic hæc secundum illam. vel secũdum alios ibi secundum. l. xij. tab. hic secũdũ æquitatem iuris cõsultorum, quæ præualet: vt. C. de iudi. l. placuit cũ eam interpretentur & reducant ad formã diurni furis. & secundum hoc non differt diurnus à nocturno, vt ibidem. ij. respon. & supra de fur. si pignore. §. furem. Vel verius dic quòd nocturnum possum etiam recedentem & fugientem cum rebus occidere, licet se non defendat telo: vnde dic periculo, scilicet personæ vel rerum suarũ. sed diurnum non ita facile: sed ita demum, si resistat telo: & ita pro timore personæ tantum. & potest esse ratio, quia nocturnũ, si recedat cum rebus, postea non recognoscam: quod secus est in diurno, qui poterit accusari, & sic non facilè occidi: argu. supra ad legem Iuliam de vi pri. l. hac lege. Item quia tempus aggrauat delictum: vt. C. de adulte. Gracchus. & secundum hoc illa secundum istam intelligatur: & non ad modum diurni reducitur. & facit. C. eo. l. si vt allegas. &.ſ. quod met. cau. nec timorẽ. §. j. Ac.

Si quis.] CASVS. Qui dolo insulam meam excusserit, imponendo ignem: capite punietur. Franciscus Accursius.

g *Plectetur.* hac. l. quasi enim occidit qui incendit. & dic vt supra. l. j. in prin.

Circuncidere.] CASVS. Iudæis permittitur filios suos circuncidere, id est pellem quæ est in summitate virgæ, incidere: non autem aliis personis hoc permittitur: imò si faciunt, vt castrantes puniuntur. Item qui seruum suum vendit hoc pacto vt ad bestias detur, punitur pœna huius. l. tam vẽditor quàm emptor. & ad hoc concordat lex prætoria, cuius sententia statim subiicitur in litera. Franciscus.

h *Circuncidere.* id est pellem quæ est in summitate virgæ naturalis, circuncirca incidere. Accursius.

i *Castrantis pœna.* quæ sit, dicitur supra eo. l. lege. in fin.

k *Dato.* id est vendito. l. hac. vel dic ad pœnam huius. l. necesse esse dari. & nota quòd secundum hanc l. potest intelligi institu. de his qui sunt sui vel alie. iuris. ibi, bonis &c.

l *Pœna.* scilicet huius legis. Accursius.

m *Tenebitur.* facit supra de contrahẽ. empt. l. domini.

n *Post legem.* aliàs lege: aliàs rem.

Infans.] CASVS. Si furiosus vel infans occidat aliquem, non tenetur. l. Cornelia. & redditur ratio in litera. Franciscus.

o *Infans.* C. de iure delibe. l. si infanti.

p *Non tenẽtur.* vt pupill⁹. C. si aduersus delictum. l. j.

q *Fati.* id est casus, vel morbi. & fa. C. eodem. l. j. & supra de rei vindica: quod infans. & supra de administra. tut. l. fin. & supra de offic. præsi. diuus. &. l. cõgruit. in fin. & ad. l. Aquil. sed & ſ. ş. pe. &. j. titu. j. l. pe. §. fi.

Ex senatusconsulto.] CASVS. Qui mala facit sacrificia, punitur pœna. l. Corneliæ. & da exemplum vt. C. de paga. sacri. & temp. l. ij. &. iij. Franciscus.

r *Ex senatusconsulto.* l. Cornelia de sica. & da exẽplum. C. de paga. sacrificiis. l. ij. &. iij. &. iiij. §. pen. & fin.

ſ *Sacrificia.* vt faciunt pagani.

Diuus.] CASVS. Si in hæc verba rescripsit: In maleficiis voluntas spectatur, non exitus. Franciscus.

t *Diuus.* vt supra eodem. l. j. §. diuus. & dic voluntas: vt si deliquisti, sed noluisti: non tenearis: vt supra de iniur. l. illud. & de furt. l. qui iniuriæ. in princip. &. l. verum. &. l. qui ea. vel dic voluntas, quia delinquere voluisti, sed non perfecisti. & tunc est sic. C. ad. l. Iul. ma. quisquis. &. C. si quacunque præ. potestate. l. j. & infra titu. j. l. j. in fi. & secundum hoc est contra infra de pœnis. l. cogitationis. & supra quod quisque iur. l. j. in fin. Sol. vt not. C. de his qui ad eccle. confu. l. præsenti. in princ. & de episc. & cle. si quis non dicam. & supra de extraor. cri. l. j. & de fur. qui ea mente. item sic supra de neg. gest. sed an vltro. §. j. & infra de re mili. l. iij. §. is qui. Item arg. contra infra de fal. qui falsam. itẽ fa. C. eo. l. fi. & supra eo. l. infans. & infra titu. j. l. j. in fin. & supra quod quisque iur. l. iij. *ADDITIO.* Dic secundum Bart. quòd in. l. contraria potuit delictum perficere, & noluit: hic nõ potuit.

Nihil.] CASVS. Siue occidam aliquem, siue causam mortis præstiti, vt dando cultellum in manu furiosi qui se occidat, vel alium: teneor hac. l. Franciscus.

u *Interest.* quantum ad hanc accusationem, sed quantum ad Aquil. interest: vt.ſ.ad.l.Aquil.l.item si obstetrix. in prin. quia altero casu vtili Aquil. altero directa teneatur. Accursius.

x *Mortis.* vt si gladium furioso dederis, vt se occidat, vel alium. & facit.ſ.eo.l.iij.in prin.&.§.j.& vi bo.rap.l.prætor.ij.§. si cum. &.ſ.ad.l.Aquil.qui occidit.§.pe. Accursius.

y *Qui eadem admiserint.* id est commiserint.

z *Capite.* vt bestiis subiiciantur: vt.ſ.l.iij.§.pe.

a *Fieri potest.* vt deportentur.

b *Prius.* de hoc dic: vt.j.de pœ.l.diui fratres.§.j.& de bonis eo.

† *Iuxta hoc est quod dicit Cicero in orat. pro Milone, Interest causam non interitũ spectari oportere.*

† *No. quòd propter tumultum & scandalũ aliqua postponuntur, & fiunt, quæ aliter nõ fierent. cõcor. tex. in cano. de his vero. 50. dist. text. in. c. placuit. de cõse. di. 1.*

l.ij.§.j.& de leg.iij.l.j.§.hi.& de iniu.rup.test.si quis filio exhę.§. eius.&.ĭ.quãdo ap.ſit.l.j.in fin.j.reſpõ.&.ĭ. de pœnis.l.moris.§. iſtæ.&.l.ij.§.j.

a *Non poſſit.* quàm hominis occiſione qui tunc punitus erit iudicio populi.

Si in rixa.]*CASVS.* SIn quadã rixa percuſſus Titi⁹ fuit,& deceſsit. ictus cuiuſlibet inſpicitur,vt præſumatur quis percuſſerit animo occidendi,vt ille teneatur.Franciſcus.

b *Vniuſcuiuſque.*vt pſumatur quis occidendi animo percuſſerit, quis non:vt.ſ.l.j.§. diuus. vt ille,& non alij teneantur.quod ſi non poteſt apparere, tunc omnes: vt.ſ.ad.l. Aq̃l. item Mela.§.ſed ſi ſeruum plures.&.ſ.de his qui deiec.l.j.§. fin.&.l. ij. &.ſ. ad.l. Iul. de vi priua.l.iij. & vi bono. rap.l.ij.§.ſi quis.&.l.ptor ait.ij.§. hoc autem. &.§.hoc edicto.&.§. ſi cum ſeruum.caute ergo dixit,rixa. nam ſi ex propoſito,tũc etiam ſi non percuſſiſſet:vt.ſ.l. j.in prin.

** Flo.de lege Pópeia.* † *Quàm ſit deteſtandũ hoc crimen quamq; acerbè vindicandũ,præclare M. Cic.pro Roſcio Amerino.*

ADLEGEM Pompeiam de parricidiis.

Pompeius ſtatuit pœnam,ſed accuſationẽ inuenit Corne. Syl. vt.ſ. de orig.iur.l.ii.§.deinde Cornelius.

c *Lege. Cauetur.* Nõ expreſsim de omnibus q̃ ſequuntur, ſed ex ſententia.nam de ſolo patre & matre in ea exprimitur.Io.

d *Auiam.* idem puto & in infinitũ: arg.ſ. de in ius vocan.l.quiq;.§. parentes.Accurſius.

e *Matruelem.*id eſt amitinã:vt inſti.de gradi.§.iiij. cum.ĭ. dicatur de conſobrina.

f *Conſobrinam.*not.quòd non excedit quartum gradũ ex latere.

g *Socerum.* aliàs ſocerum:& bene:& comprehendit etiam ſocrũ: vt.ĭ. de verb.ſig.l.j.aliàs ſocrum.

h *Patronum.*expone vt.ſ.de in ius vo.adoptiuum.§.j.

i *Vt.*hoc vt,abundat,propter aliud vt, quod eſt in principio.l. ſic.C.de agri.& cen.l.litibus.li.xj.

k *Pœna.*no.quòd primo dicit de linea aſcendẽte.& dic,in infinitũ.ſecundo de tranſuerſali,& ponit de tertio & quarto gradu. idẽ in ſecundo:vt.ĭ.eo.l.ſed ſciendũ.tertio de quibuſdã affinib⁹: de quibus adiicit in.l.ſed ſciẽdum.&.l.cũ pater. quarto de linea deſcendẽti:& hoc in infinitũ.Sed duo obſtãt:primo quia dicit q̃ l.Cor.de ſica.habet locũ.ſed alibi dicitur aliam pœnã habere locũ,& hanc & omnẽ ſolennitaté ceſſare:vt inſti. de pu.iud.§.alia. &.C.eo.l.j. quę ſunt cõtra. Sol.hęc per illas corrigitur.vel ſecũdũ Io.hic tenetur:ſed nõ accuſatur.vel dic q̃ tenet pœna.l.Cor. id eſt capitis.nã vtraq; eſt pœna capitis:licet diuerſo modo imponatur.vel dic,nulla alia,ſi primo illa.l. Cor.accuſetur: vt.ſ.de accu.l.ſenatus.Vel dic q̃ cõtraria habẽt locum in patre & in matre,& in aliis perſonis hic enumeratis:arg.ĭ.eo.l.proxi. Secundo obiicitur,quia non iſtæ perſonæ omnes hac.l.videntur cõtineri, ſed ſolũmodo pater,mater,auus,& auia:vt.ĭ.eo.l.pe.Solu. vt ibi.

l *Filium.*hoc in infinitum:vt.ſ.de in ius voc.l.ſed ſi hac.§.liberos.idem de parre:vt.C.eo.l.j.& inſti.eo.de publi.iudi.§.alia.

m *Qui emit.*vt daret.hic plꝰ punit⁹,q̃ ſi ipſemet daret:vt.ĭ.e.l.vtrũ.

tumultꝰ aliter ſedari nõ poſsit.[a]

XVII. PAVLVS libro quinto Sententiarum.

SI in rixa q̃uſſus homo perierit:ictus vniuſcuiuſque [b] in hoc collectorum cõtemplari oportet.

AD LEGEM POMPEIAM* de parricidiis.† *TITVLVS IX.*

I. MARCIANVS libro quartodecimo Inſtitutionum.

LEge Pompeia de parricidiis cauetur,[c] vt ſi quis patrem, matrẽ, auũ, auiam,[d] fratrem, ſororem, patruelem,matruelem,[e] patruum, auunculum, amitam, [materteram,]conſobrinum, conſobrinam,[f] virum, vxorem, [nurũ,] generum,[ſocerum,[g]] ſocrum, vitricum, priuignum, priuignã, patronum,[h] patronam occiderit,cuiuſve dolo malo id factũ erit:vt[i] pœna[k] ea teneatur,quæ eſt legis Corneliæ de ſicariis. Sed & mater quæ filiũ[l] filiámve occiderit, huius legis pœna adfcitur:& auus qui nepotem occiderit:& præterea q̃ emit[m] venenum vt patri daret,[n] quãuis non potuerit dare.

II. SCAEVOLA libro quarto Regularum.

FRater autẽ eius qui cognouerat tantum,nec patri indicauerat, relegatus eſt, & medicus[o] ſupplicio affectus.

III. MARCIANVS libro quartodecimo Inſtitutionum.

n *Daret.*de hoc dic vt.ſ.titu.j.l.diuus.

o *Frater. Et medicus.* in lib.B.medicus,qui dedit venenum filio vt patri daret,ſub.tenetur.l.Cor. de ſica.vt.ſ.titu.j.l.iij.§.j. ſed in libro Al.eſt mediocri,& tunc id eſt relegatione: vt de filio hic dicitur.Accurſius.

PSed ſciendum.Comprehenſum eſſe.quo ad ſententiam.

q *Complecti.* quo ad verba,nec quo ad ſententiam ante ſenatuſcon.Mar.

r *Qui pari.*ſ.gradu in in quo eſt conſobrinꝰ, ſcilicet in quarto,qualis eſt patruus magnus & alij qui ſunt inſti.de gra.cognatio.§.quarto gradu. itẽ prioré,id eſt proximioré quàm ſobrinꝰ,qualis eſt frater, ſoror,qui ſunt in ſecũdo,vt inſtit. de gradi. cogna.§.ſecundo gradu.de quibꝰ nõ eſt dictũ in.l.j.ſed tãtum de patruelibus. Itẽ qualis eſt filius fratris qui eſt in tertio.ſed licet nec verbis,nec ſentẽtia ante ſenatuſcõ. Mar.iſtæ perſonæ cõprehendãtur: ex interpretatione tamen huius Martiani continebuntur amodo ſentẽtia. Alij dicũt has perſonas non contineri verbis,nec ſententia. & quod dicit in fin.ad nouercas tantũ & ſpõſas referũt. Itẽ cõtinua l.ſequẽté cum iſta. Ac.

* *Flo.*

† *Clof.*

Sed ſciendum.Comprehenſum eſſe.

*Vm pater.Vt.*i. ſicut. Liberorũ,id eſt filiorũ:vt.ſ. de gradibus.l. Labeo.&.ſ. de teſti.l.in legibus.

Iuus.] *CASVS.* Qui filiũ occidit qué cũ nouerca iacere credebat,& erat forte verum : deportatur in inſulam.Franciſcus.

t *Deportaſſe.* videbatur excuſari pater propter adulterium,cũ ſi-

lius erat vilis:vt ſupra de adul.l. marito. ſed non in opere veneris. Itẽ ſecundo,quia patri licet occidere filium : vt ſupra de lib. & poſthu.l. in ſuis. ſed illud quando vt pater. ſed hic vt adulterum & extraneum latronem.relegatur ergo, quia accuſare, non occidere debuit:vt ſupra titu.j.l.inauditum.à Pompeia excuſatur propter iuſtum dolorem: vt ſupra de adul. ſi adulterium.§. imperatores. Item & quia meruit filius perdere filij priuilegium,cum deliquit non vt filius : vt in authen.vt cum de ap. cog.§. cauſas. col viij. Item quia vt latronem, non vt filium occidit:vt ſubiicit.

u *Conſiſtere.*vt &.ſ.de adul.l.nec in ea.§.pe.

Vtrum.] *CASVS.* Non ſolum filius qui occidit patrem,punitur hac.l. ſed etiam ſi fuit tantum conſcius.idem in extraneo. item creditor qui mutuat pecuniam ad venenum comparandum, vel vt detur alicui qui occidat patrem: punitur hac.l. Item proxeneta qui hoc ſciens inuenit pecuniam ad hoc. item qui fideiuſſerunt pro hac pecunia. & hoc dicit hæc l.& ſeq.Franciſcus.

x *Occiderunt.*tantum.

y *Conſcii.* [a] ſubaudi,& participes. nam ex ſola ſcientia non punirẽtur.

z *Adſciendi ſunt.*at plus puniuntur,quàm ſi ipſi occidiſſent: cũ extranei.l.Corne.teneantur,ſi occidant.

a *Sciente. Ad ſcelus.*id eſt delictum.

SEd ſciendum eſt,lege Pompeia de conſobrino cõprehenſum eſſe,[p] * non eos etiam pariter complecti[q] qui pari[r] priorẽve * gradu ſunt. Sed & nouercæ & ſponſæ perſonæ omiſſæ ſunt:ſententia tamen legis continentur:

IIII. IDEM libro primo de publicis iudiciis.

B CVm pater & mater ſponſi [&]ſponſæ,ſocerorũ (vt[s] liberorum ſponſi, generorum) appellatione contineantur.

V. IDEM libro quartodecimo Inſtitutionum.

DIuus Hadrianus fertur,cũ in venatione filium ſuum quidam necauerat,qui nouercã [ſuam] adulterabat, in inſulam eum deportaſſe:[t] quòd latronis magis quàm patris iure eum interfeciſſet. nam patria poteſtas in pietate debet,non[in]atrocitate conſiſtere.[u]

VI. VLPIANVS libro octauo de Officio Proconſulis.

C VTrum qui occiderũt[x] parentes,an etiã conſcij[y] pœna parricidij adficiantur, quæri poteſt. Et ait Mæcianus etiam conſcios eadem pœna adficiẽdos:non ſolùm parricidas. Proinde conſcij etiam extranei eadem pœna adficiendi ſunt.[z]

VII. IDEM libro viceſimonono ad Edictum.

SI ſciente † creditore ad ſcelus[a] cõmittendũ pecunia ſit ſubminiſtrata, vtputa ſi ad ve-

D non occidere debuit:vt ſupra titu.j.l.inauditum.à Pompeia excuſatur propter iuſtum dolorem: vt ſupra de adul. ſi adulterium.§. imperatores. Item & quia meruit filius perdere filij priuilegium,cum deliquit non vt filius : vt in authen.vt cum de ap. cog.§. cauſas. col viij. Item quia vt latronem, non vt filium occidit:vt ſubiicit.

BIU Cujas

a *A quo.* id est ei à quo data est pecunia.
b *Cauerint.* id est fideiusserint. aliàs curauerint. Et not. arg. contra proxenetas, vt teneantur reddere vsuras secundum ecclesiam, ac si ipsi accepissent. & sa. ȳ. titu. j. l. lege Cor.

Parricidii.] C A S V S. Accusatus parricidij, interim decedens, si mortem sibi intulit, fiscus ei succedit. si naturaliter decessit, & testat[o]: instituti succedunt. si intestatus decessit: & agnati eius ei succedunt. Franciscus.
c *Postulatus.* id est accusatus.
d *Debebit.* vt. C. qui testa. facę. pos. l. ij. & ȳ. de bo. corū qui ante sententiam. l. fin.
e *Quem voluit.* finitur ergo hic crimē morte: vt & aliàs regulariter: vt. s̄. de accusa. l. ex iudiciorū. & sa. C. si reus vel accus. mort. fue. l. defunctis.

Poena.] C A S V S. Hic dicit q̄ sit pœna parricidij. Secundo dicit: qui aliquam personā occidit, exceptis his qui nominantur in l. j. huius titu. capite punitur, aut vltimo supplicio damnatur. Tertio dicit: filius furiosus si occidat patrem, non punitur.
f *Sanguineis.* id est de ligno illo. vel dic de quocunque, dummodo sanguis exeat, id est sic verberetur.
g *In culleo.* de corio cocto.
h *Gallinaceo.* id est cū gallo qui nō habet testiculos, quia forti[s] pugnat cum serpente: vel gallo, qui habet testiculos: & gallinaceo, q nō habet, secundum alios: vnde dicimus in vulgari, iste est gallus gallinaceus, id est fœmineus. vel dic gallinaceus, qui diligit gallinas: qui fortior est: vt vir vxorius, qui diligit vxorem.
i *Aliquin.* imò videtur in proximum amnem: vt. C. eo. l. j. & instit. de pub. iudi, §. alia. Solu. hic non erat. vel dic mare comprehendere etiam amnem & flumen, cum mare sit congregatio aquarum multarum.
k *Qui alias.* quæ non continentur appellatione parentum, scilicet prout probatur instit. eo. titu. §. alia. &. s̄. l. j. Alij dicunt quę appellatione parricidij continentur.
l *Et auiam.* & alias similes, quas habes. s̄. l. j. & C. e. l. j. quæ sunt contra. vel illi soli verbis & sententia: alij sententia tantum: vt supra eo. l. sed sciendum. sed prima placet. similis expositio fit. C. de adul. l. ita nobis. & s̄. de noua. l. cui.
m *Capitis.* scilicet ciuitatis: vt. s̄. l. diuus.
n *Supplicio.* forte in metallum, vel deportatione, quæ sunt similes morti: vt infra de pœnis. l. capitalium. in princ. vel dic propriè: vt supra titu. j. l. iij. §. pe. & optimè dicitur institu. eo. de publi. iudi. §. j.

neni mali comparationem, vel etiam vt latronibus aggressoribusque daretur, qui patrem interficerent: parricidij pœna tenebitur, qui quæsierit pecuniā, quique eorum ita crediderint, aut à quo [a] ita cauerint. [b] †

Qui parricidii postulatu est, & nondum condemnatus, potest testamentum facere, nisi sibi mortē metu pœnæ conscierit: quia tunc fiscus succedit. h. d.

VIII. IDEM libro octauo Disputationum.

PArricidij postulatus [c] si interim decesserit: si quidem sibi mortem cōsciuit, successorem [sibi] fiscum habere debebit. [d] si minus, eum quē voluit: [e] si modò testamentū fecit. si [verò] intestatus decessit: eos hæredes habebit, qui lege vocantur.

IX. MODESTINVS libro duodecimo Pandectarum.

PAena parricidij † more maiorum hæc instituta est, vt parricida virgis sanguineis [f] verberatus, deinde culleo [g] insuatur cum cane, gallo gallinaceo [h] & vipera & simia: deinde in mare profundum culleus iactatur. hoc ita, si mare proximum sit: alioquin [i] bestiis obiicitur † secundum diui Hadriani constitutionem. Qui alias [k] personas occiderint præter patrē & matrem, & auum & auiam, [l] quos more maiorum puniri supra diximus: capitis [m] pœna plectunt: aut vltimo supplicio [n] mactant.

Nemo debet duplici contritione conteri, quia afflictio non est danda afflictio. h. d.

⁋ Sanè si per furorē aliquis parentē occiderit, impunitus erit: vt diui fratres rescripserunt super eo qui per furorem matrem necauerat: nam sufficere furore ipso eum puniri. [o] diligentiusq; custodiendum esse, aut etiā vinculis coërcendum. [p]

X. PAVLVS libro singulari de pœnis omnium legum.

A [o] *Puniri.* sic. s̄. titu. j. l. infans. & dic vt ibi.
p *Coercendum.* s̄. de offi. præsi. diuus.
q *Eorum. Semper.* i. in perpetuū est accusatio parricidij. sic. ȳ. ti. j. qui falsam. in fi. & s̄. ad leg. Iul. de adul. l. mariti. §. fin. & ad Syl. l. in cognitione. & de accu. l. j. regulariter contra. C. de fal. l. querela.

EOrum qui parricidij pœna teneri possunt: semper [q] accusatio permittitur.

AD LEGEM CORNELIAM* de falsis, & de senatusconsulto Liboniano.

TITVLVS X.

Diuiditur in tres partes. Primo loquitur de eo qui vere falsum commisit, & in hoc proponuntur septem vel octo casus. Secundo loquitur de eo qui commisit quasi falsum. Tertio ponitur pœna falsi, & quasi falsi. secunda ibi, ad testamenta. tertia ibi, pœna. loquitur in scribente falsum: vel in eo qui tradidit dicta testium falsa iudici. Bartol[o].

I. MARCIANVS libro quartodecimo Institutionum.

PAena legis Corneliæ [r] irrogatur ei qui *[in] falsas testationes faciēdas [s] testimoniáve falsa inuicem dicenda dolo malo coierit. [t] Itē [qui] ob instruendam aduocationē [u] testimoniáve pecuniam acceperit, pactúsve fuerit, societatem coierit ad obligationē innocentium: ex senatusc̄o sulto [x] coërcetur. Sed & si quis ob renuntiandū [y] remittendúmve testimonium, dicendum vel non dicendum, pecuniam acceperit: pœna legis [z] Corneliæ adficitur: & qui iudicem corruperit, corrūpēdúmve curauerit. [a] Sed & si iudex cōstitutiones principū neglexerit, punit. [b] † ⁋ Qui in ratiōib[s]. [c] tabulis, [d] cereísve, vel alia qua re [e] sine cōsignatiōe falsum fecerint, vel rem amouerint: [f] perinde ex his causis atq; si erant falsarij, [g] puniuntur. Sic & diuus Seuerus lege Cornelia de falsis damnauit præfectū Aegypti, quòd instrumētis suis cū præerat prouincię, falsum fecit.

⁋ Is qui peruerterit [h] *viui testamentum, legis Corneliæ pœna tenetur. ⁋ Is qui deposita instrumenta apud alium, ab eo [i] dita esse aduersariis suis dicit:

AD LEGEM CORNELIAM, de falsis, & de senatusc̄o sulto Liboniano.

Facto ad eā supplēdā.

r PAena legis Corneliæ. s. de falsis. Accur.
s *Faciendas.* s. vt aliter scriberent dicta testium, quàm dixissent. Item curauit vt iudex inspiceret ea falsa dicta tāquā vera. & hoc subiicit. & facit. ȳ. c. l. falsi.
t *Coierit.* aliàs cōiecerit. i. procurauerit. Ac.
u *Aduocationem.* accepit quis pecuniā vt falsam aduocationē faceret. Item vt faceret falsum testimoniū: vel etiam verū redderet per pecuniā: vt diximus de iudice qui accepit vt etiā bonā sententiā det: vt supra de condi. ob tur. cau. l. ij.
x *Ex senatusco.* Volusiano: vt. s̄. tit. iij. l. ex senatusc̄o. & dic vt ibi.
y *Ob renūtiandum.* officialis, puta notari[us] retulit iudici talē tulisse testimoniū qui nō tulerat: & hoc per pecuniā. vel idē notarius pecuniā accepit vt remitteret dicendū, vel nō dicendū. nā etiā quē gratis debet relaxare, si pecunia accepta relaxet: ex hac. l. tenet: arg. eius quod de iudice dixim[us]. Vel dic, non dicendum idē significare q̄ etiā dixerat remittendum. Vel dic q̄ accepit ob non dicendum aduersario producentis.
z *Pœna legis.* quæ est ȳ. ca. l. §. fi.
a *Curauerit.* vt. ȳ. eo. l. qui duobus. ij. respon.
b *Punitur.* hac. l. & aliis etiam: vt not. C. ad leg. Iul. maie. l. j. Et no. quòd secundū. ll. debet iudicare. [a] ad quod est quod no. C. de iu. l. rē nō nouā. authen. ibi posita. & facit. ȳ. eo. l. fi.
c *Qui in rationibus.* quid sit ratio, dic vt. ȳ. de eden. si quis ex. §. rationem. & dic, in membranis: vt differat à seq. Accursius.
d *Tabulis.* s. ligneis, vel lapideis: vt. s̄. de secun. ta. l. j. Accursius.
e *Alia qua re.* vt cum subscribitur pro quanto detur liber: vel alia signa: quia alio signo quandoque aliquis signat torsellū, vel aliàs res: in quibus potest committi falsitas.
f *Vel rem amouerint.* i. veritatem amouerint, id est fecerint vt verum apparere non possit: vt. ȳ. eo. l. Paulus. §. j. vnde dicimus: ita est in re. id est in veritate: & hic est bonus nomine & re. Ac.
g *Falsarii.* ex alio falso, de quo constaret.
h *Is qui peruerterit.* aliàs puerterit: aliàs aperuerit. & facit. j. de pœnis. si quis aliquid. ij. §. qui viui. Accursius.
i *Ab eo.* scilicet depositario.

* *Flo. De lege Corneliæ*

* *Flo. quę fal. testat. faciend. testimoniáve falsa inspicienda dolo malo coiecerit. Sed. ȳ. eo. l. 9. §. pœna. vt hic legitur.*

† *Pœna scilicet de qua in fine hui[us] capitis. & apud Paulum libro quinto sententiarū hoc ipso titulo.*

* *Flo. aperuerit a Fallit in iudice qui est supra leges, vt papa & imperator: quia debent secundū cōscientiā iudicare: vt not. in. l. i. C. vt quæ desunt aduoca. secundū Bar. ibi. & in. c. venerabi. de cōsti. lib. 6. in aliis autē iudicibus an & quādo procedat quod i gl. dicitur: quia est materia brocardica: remitto te ad Feli. post Panor. & alios in c. pastoralis extra de of. deleg. & Cardi. ī cle. sæpe. §. i. de. ver. sig.*

Fals

BIU Cujas

a *Falsi potest.*& est.ĭ.de pœnis. si quis aliquid.ij.§.instrumenta. item iniur.vt.ŝ.depositi.l.j.§. si quis tabulas.& act. in fac. subsidiaria Aquil. vt.ŝ.ad leg. Aquil. si quis testamentum.§. sed & si quis.facit.ŝ.de tab.exhi.l.locus.§.si quis dolo.

b *Lege Cornelia.*de fal.ad quod est.C.de his qui sibi adscri.l.pe.

c *Inter filium & seruũ.* siue extraneus, siue filius,vel seruus,sine iussu adscribant sibi, vel alij qui tangit eos per potestatem, incidũt in Corne. & legatum nõ habent. sed si iussu, filius vel seruus à pœna Corne.excusantur : licet legato carent : extraneus in nullo excusatur. Vltra si filius, vel seruus,vel extraneus sibi adscribant, & postea testator recognouit: si quidem specialiter,prodest filio & seruo, & etiam extraneo quo ad vtrũque. si vero generaliter:tunc filio vel seruo prodest quo ad vtrũque,& etiã extraneo quo ad pœnam Corne.tantum.& probantur hæc hic, & ĭ.eod.filius.&.l. diuus. Et facit ad hoc quòd plus specialis q̃ generalis recognitio valeat ŝ. communia prædi. l. in tradẽdis.&.ŝ. de acqui.hære. si quis mihi. §.iussum.Accursius.

Flo. Ac si qui aduersus hanc legem profectus arar.

d *In extraneo.*ergo in emancipato qui extraneus est: vt.ĭ.eo. filius. sed contra .C. eo.l. j. Solu.vt ibi. Accursius.

e *Facta est.* postea à testatore.

f *Quod illi.*verba subscriptionis.

g *Et recognoui.* id est illud recognoui: & placet mihi,& confirmo.

h *Pœna cessat.*sed quo ad pœnam euitandam etiam generalis sufficit:vt infra eo.diuus.§.plane.

i *Vel generalis.*vel pro saltem,vel pro etiam.

k *Subscriptio.*specialis est si dico,decẽ quę tibi adscripsisti,recognosco & confirmo.generalis,quando sic:omnia quæ tibi Titio adscripsisti(vel etiam non nominando personam)confirmo.

l *Euitandam.*immo sine subscriptione pœnam euitant:vt.ĭ.eo. l.filius.&.C.eo.l.fi.& dic vt.C.eo.l.ij.

m *Ex illa.*aliàs est.§.& aliàs non est.§.

n *Falsi* i.si aliquis hãc subscriptionẽ falsificauerit.vel dic,etiam si verũ scripsit:sed testator generaliter vel specialiter non recognouit,vt prædixit.Item an in nuncupatiuo habeat locum.

o *Non possunt.* nec contrahere matrimoniũ cum pupilla : vt.C. de inter.ma.l.si patris.videntur enim fraudare fiscum,quasi adserant se nulli teneri:vt.C.ne tut.vel cura.vec.con.l.j.

p *Præfecto.*in lib.Al.prefecto:& bene.sed in li.R.prefectus.sq̃ videtur puniri prefectus,si obrepserit cõtrahẽdo cũ tutore:& est prefectus.i.procurator fisci:vt &.ŝ.de fideicõ.lib.l.iiij.§.si bona.

q *Sed ad illos.*scilicet tutores vel curatores.

r *Cesserunt.*id est cum fisco contraxerunt.

s *Excusationes.*id est dicere, licet tutor qui prius cum fisco cõtraxerat,nõ excusat se à tutela postea ei delata,cum possit ex aliqua causa:nõ ideo tenetur crimine falsi,sed quãdo fraudẽ cõmitteret:quod esset si prius fuisset tutor, & tunc cõtraheret cũ fisco. & sic admisisse & exclusisse ad tutores refertur:vel fraudẽ exclusisse quo ad pupillũ fictione huius.l.& sic in veritate in fraudem pupillorũ sit factũ: tenetur tamẽ crimine stellionat⁹:vt.ŝ.de pig.

accusare eum falsi potest.[a]

Hic incipit secunda pars:in qua incipit tractare de crimine falsi.Bartolus.

¶ Ad testamenta militum senatusconsultum pertinet: quo lege Cornelia[b] tenentur, qui sibi legatum fideicõmissúmve adscripserint.¶ Inter filium & seruum[c] & extraneum testamentũ scribẽtes hoc interest, quòd in extraneo[d] si specialiter subscriptio facta est: [e] *Quod illi*[f] *dictaui,& recognoui*: [g] pœna cessat, [h] & capi potest. in filio vel seruo vel generalis[i] subscriptio[k] sufficit & ad pœnam euitandam,[l] & ad capiendũ. Ex illa[m] quoque causa falsi[n] pœnæ quis subiicitur: vt diui quoque Seuerus & Antoninus constituerunt, vt tutores & curatores, & [ij] qui officio depositio nõ restituerũt tutelã vel curationem, cũ fisco contrahere non possint.[o] At*si quis aduersus hanc legem præfecto[p] ęrario obrepserit:vt perinde puniatur,ac si falsum cõmisisset. Sed ad illos[q] hoc nõ pertinet(vt iidem principes rescripserunt) qui antequam tutelam susciperent, hęc gesserunt.[r] nec enim excusationes[s] admisisse, sed fraudes exclusisse [videntur.] Iidẽ principes rescripserunt,ita demum eum qui rationem tutelæ vel curæ nõdũ reddidit, cum fisco cõtrahere non debere, si viuat is cuius tutela

A ac.tutor.§.cõtrariã.An autẽ hæc sit iusta excusatio à tutela, quia cum fisco contraxerat:quidam sic:vt.C.ne tu. vel cu.l.j.in fi. vel dic contra:vt.C.de excu.tu.l.coloni.& illam,ne tu.vel cu.expone vt ibi dixi. Alij dicunt quòd admisisse & exclusisse refertur ad principes.q.d.principes non admittũt excusationẽ à tutela, quia tenetur fisco:sed excludunt fraudẽ quæ esset in cõtrario casu.§.quãdo prius fuisset tutor. & facit.C.de inter.ma. l.iiij.aliàs.iij.& de iure fisc.l.j. Item no. ex hoc §. quòd fraus facta fisco,inducit hoc crimẽ: sed facta pupillo, non. & sic fiscus fauorabilior est.[a] Accursius.

a Alii

t *Eum contrahere.* fa- *mutauit* cit.ŝ. de rit. nup.l.non *addit.* solum.§.si puellæ.&de *lac.P.* admi.tut.l.ex plurib⁹. *fi.in vi*

u *Vel curator.*qa suc. *vel fiscus* cesserunt eis qui fisco *me.q.d.* tenebantur. & facit.ĭ. *fi.fiscus* de decu.l. decurio qui. *lib.10* &.ĭ. de re mili.l. mili- † *Lege* tes prohibentur.§.fi.& *antiquæ* ŝ.quod cum eo.l.iiij.§. *si cum* soli.&.C. de cuic.l.fi. *de fact.* &.ŝ. quæ res pig. ob. *iici inde* posl. Aristo. &.ŝ. de ba, vi inoffic. testa.l. filius.§. *fort. Alias* multo. Sed arg. contra *ob. Alex.* in authẽ. vt hi qui ob. *lib.6.C.* se ha.per. res mi.§. hac *dicit.a.* itaque. versi. sed & si quis.col.vj.

x *Pœnam.* scilicet.l. Corne.de fal.Accur.

y *Pœna falsi.*vt si vtitur falso instrumento scienter, quod non fecit :vt.C. eo. si falsos. quod nõ videtur bonũ exẽplũ : vt.ĭ.eo.l.falsi. §.ordine. sed dic exẽplum.ŝ. ea.l.§. tutores. Itẽ in eo qui sibi adscribit:vt.ŝ.§.ad testamẽta.

z *Publicatio.*hoc hodie corrigitur:vt in authẽ. vt nul.iudi.§.fi. col.ix.

a *Eorum.*quæ prohibentur leg.Cor.Et no. hic pœnã fal.vel quasi:vt.C.eo.l.vbi.in fi.& inst.eo.de pub.iud. §.item lex.sed quandoque grauior, quãdoque mitior imponitur casualiter:vt.C.eo.l.maiorem.&.ĭ.eo.l.quicunque.&.l. diuus.§. j.&.l.hodie.§.j.&.l.qui duobus. Accursius.

b *Qui testamentum. Interleuerit.*& in hoc videtur esse contra.ĭ. eo.l.falsi.§.j.Sol.hæc secundum illam.Itẽ cõtra.ĭ. de pœnis.si quis aliquid.ij.§.qui viui.sed ibi ipso iure nõ valebant,quia non erant signatæ tabulæ.ad quod.ĭ.eo. si quis legatũ, & facit.ŝ.eo.l.j.§.qui in rationibus.&.§. seq. &.ĭ.eo.l.si quis patris.&.l.Paulus.§.j.&.C. de Iustini.co. con.§. hunc igitur.&.C. eo.l.eum.&.ŝ.de dolo.si quis adfirmauerit.in fi.Accursius.

Qui ignorans.]*C A S V S.* Hæres qui adiuit hæreditatem,ille qui accepit legatum, credens testamentum valere, potest accusare testamentum de falso.Francis.Accursius.

c *Adiit.*Quomodo potuit adire: vt.ŝ.de adquiren. hære.l.cum falsum? Respon.erat falsum in aliquo legato: non in institutione hæredis.Vel dic,ignorans adire potest:vt.C.de edic.diui Hadria.tol.l.ij.at ibi sciebat,quia quæstio iam erat mota.Accur.

d *Non prohibetur.*facit.ŝ.de inoffi.test.Papinianus.§. si cõditioni.&.l.nihil.§.si cum filius.&.l. mater.&.C. eo.licet. &.ff.de his quibus vt indig.l.post legatum. hic tamen post legatum videtur facere distin.inter agentem primo de inoffi. testa.& agentem de falso.& dic vt ibi. Accursius.

Si quis.]*C A S V S.* Qui falso sibi legatum adscribi curauit, & decesit:ab hærede eius hoc legatum extorquetur. Secundo dicit:filius hæres institutus, grauatus in cõdicillis restituere hæreditatem

administrata est.nam si decesserit,licet nõdum hæredi eius rationem reddiderit,iure eũ contrahere.[t] Sed si iure hæreditario successerunt in fiscalem cõtractum tutor vel curator,[u] licet ante rationem redditam: nõ puto pœnam[x] locum habere: licet adhuc viuat is cuius tutela vel cura administrata est.

B *Hic ponitur tertia pars de pœna falsi, & quasi falsi. Bartolus.*

¶ Pœna falsi,[y] vel quasi falsi, deportatio est,† & omnium bonorum publicatio.[z] Et si seruus eorum[a] quid admiserit, vltimo supplicio adfici iubetur.

II. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

QVi testamẽtum amouerit, celauerit, eripuerit, deleuerit,interleuerit,[b] subiecerit, resignauerit, quíve testamentum falsum scripserit, signauerit, recitauerit, [mutauerit] dolo malo, cuiúsve dolo malo id factum erit: legis Cornelię pœna damnatur. C

III. VLPIANVS libro quarto Disputationum.

QVi ignorãs falsum esse testamentum, vel hæreditatem adiit,[c] vel legatum accepit, vel quoquo modo agnouit: falsum[esse]testamentũ dicere non prohibetur.[d]

IIII. IDEM libro octauo Disputationum.

BIU Cujas

reditatem alicui,hos codicillos destruxit, & decessit. apud fiscũ quarta remanet.Franciscus.

a *Extorquendum est.*turpia enim &c.vt.ff.de calum.l.in heredẽ. & quod met.cau.l.quod autẽ.&.j. eo.l. cum falsi.&.l. si quis patris.&.C.ex deli. defun.l.j.& confiscantur:vt.j.proxi.§. Sed arg. contra.j.eo. filius.§. fi. sed.j.proxi. §. solues. Accursius.

b *Codicillos.*quib⁹ rogatus erat restituere alij hæreditatem.

c *Fisco.*si habes fisco: dic vindicandum efficaciter. & erogari, id est detineri: quod est quarta:vt.C.ad.l.Fal.l. etiã.sed si habes,à fisco: dic quòd fideicom. à fisco vindicabit, id est petet dodrãtem,vt hic, &.ff. ad Syl.l. cũ fisco. &.j.de iure fisci.l.dicitur. & sic quartam sibi retinet: vt dixi.nec ob. j.eo.filius.§.fin.&.ff. de his quę pro non scri.l. fi.vbi remanet hæredi: quia hic deliquit hæres, ibi non. Ad quod est.ff.ad Trebel.l.Paulus respon. si certa. & de his quib. vt indig. l.rescriptum.

d *Erogari.* id est retineri.Accursius.

Senatus.]CASVS. Filius scripsit testamentũ patris,in quo est hæres à patre institutus, & legata pluribus relicta.postea filius idem scripsit codicillos patris,in quibus legata omnia à patre in testamento relicta erãt reuocata. dicitur hic quòd remittitur filio pœna falsi, eo quòd erat minor.xxv.annorũ, & fecerat iussu patris: & erit hæres patris.h. d.Franciscus.

e *Ei.*scilicet filio.

f *Ase.*hærede ĩstituto.

g *Data.*i.dãda relicta.

h *Ademerat.*per quod videtur adscribere in codicillis.

i *Annorum.* id est ĩ his annis, nõ enim eos compleuerat.aliàs magis esset ratio in contrarium.

k *Capere.*vt.C.eo.l.j.

Si quis.]CASVS. Qui adscripsit sibi legatũ,tenetur pœna.l. Cor.licet sit inutile legatũ, vt quia rei sacræ. idẽ si testamẽtũ in quo sibi adscripsit,est postea ruptum. secus si testamẽtum non sit perfectum : vt quia non signatum. nam qui in tali testamento adscripsit,non punitur, cum nec testamẽtum sit,nec interdictum de tabulis exhibendis competat. Item hæres institutus si adscribat ex hæredi.filij vel aliarum personarum : punitur per hanc legẽ.idem si ademit sua manu libertatẽ relictam seruo. Vltimo digẽ:patronus in testamento liberti adscripsit sibi legatum: & impetrata venia vt remittatur pœna falsi,abstinuit à legato.dicitur quòd non habet bo. pos.contra tab. testamenti liberti prædicti. secus si vxor scribit in testamento viri dotem sibi pure restitui, vel creditor id quod in diem sibi debetur,& venia impetrata abstinet ab huiusmodi legato. nam mulier bene poterit petere dotem tempore à lege statuto,& creditor debitũ die veniente: cum non esset bonum debito eos carere.Franciscus.

l *Legatum sit.*puta rei sacræ,vel fundi Albani: vt.ff.de leg.j.l. apud Iul.§.j.Et not.pœnam, licet non habeat effectum delictum.

SI quis cum falso sibi legatũ adscribi curasset, decesserit: id hæredi quoque extorquendum est. [a] Inde diuus quoque Marcus cum quidã à patre hæres institutus codicillos [b] intercidisset,& decessisset:fisco [c] tantum esse putauit vindicandum, quantum per codicillos erogari [d] posset: id est vsque ad dodrantem.

V. IVLIANVS libro octogesimosexto Digestorum.

SEnatus pœnam [falsi] remisit ei [e] qui legata à se [f] testamento data, [g] codicillis sua manu scriptis ademerat. [h] sed quia & iussu patris id fecerat, & annorum [i] vigintiquinque erat: hæreditatem quoque ei capere [k] permissum est.

Si legatum est inualidum ratione rei legatæ,vel alterius vitii visibilis : adscribens pœna falsi tenetur. secus si vitium esset inuisibile.Bartolus.

VI. AFRICANVS libro tertio Quæstionum.

SI quis legatum sibi adscripserit: tenetur pœna legis Corneliæ, quamuis inutile legatum sit. [l] Nam & eum teneri constat, qui eo testamẽto quod postea ruptum [m] [est,]vel etiã quod initio non iure [n] fieret,legatum sibi adscripserit. hoc tamen tunc verum est,cum perfectum [o] testamentum erit.cæterum †si nõ signatum fuerit, magis est vt senatusconsulto locus nõ sit:sicuti nec interdictum de tabulis testamenti exhibẽdis locum habet. prius enim oportet esse aliquod testamentum, vel [p] non iure factum,vt senatusconsulto locus sit.nam & falsum testamentum id demum rectè dicitur,quod si adulterinũ [q] non esset, verum* testamentum rectè diceretur. Similiter igitur & non iure factum testamẽtum id appellatur, in quo si omnia ritè facta essent,iure factum diceretur. ℣ Si institutus hæres exhęredationem nominatim filij [r] vel aliarum personarum [s] adscribit: senatusconsulto tenetur. Similiter & is [t] qui libertatem sua manu ademit seruo* testatoris, & maximè cui à se legata vel fideicommissa data erãt: senatusconsulto tenetur. ℣ Si patronus[in] testamẽto liberti legatum sibi adscripserit,& venia impetrata [u] abstinere[à]legato iussus est: an emolumẽtum bonorum possessionis contra tabulas habere possit? Et magis placet non posse. [x] Nec tamen huic consequens est, vt & si vxor dotem, [y] vel creditor id quod in diẽ sibi deberetur, sibi adscripserit, & similiter venia impetrata abstinere se[à]legato iubeantur: aut mulieri dotis, aut creditori actio sua denegari debet: ne eorũ vterque meritò debito [z] careat.

VII. MARCIANVS libro secundo Institutionum.

NVllo modo serui cum dominis suis consistere possunt: cum ne quidem omnino iure ciuili,neque iure prætorio, neque extra ordinem computentur: [a] præterquam quòd fauorabiliter diui Marcus & Cõmodus rescripserũt,cum seruus eodem.l.impuberem.in fi.

A

B

C

D

m *Ruptũ est.*natiuitate posthumi:vt institu.quib.mo.testa.infir. §.j.idem de irrito:vt.§. alio.dicto tit. item si aliud secundum fecit.ar.ff.de tabu.exhib.l.j.§.siue autem.Accursius.

n *Non iure.*puta præterito filio iã nato, vel non rite exhæredato, vel præterito.Acc.

o *Perfectum.*ea perfectione quæ dicitur in- *Flo.verũ tamen
sti.de testa.scilicet.vij. testium præsentia: & quòd sigillent,& quòd subscribãt:licet quo ad præteritiones vel exhæredationes non sit perfecte factũ: quia nõ sit rite factum.& secũdum hoc intelligitur etiam de tab.exhi.l.j.§. hoc interdictũ.quæ est cõtra.& quẽadmo.test. * Flo.serui
ape.l.ij.§.j.quib⁹ dicitur quòd etiã pro imperfecto testamẽto datur interdictum. Nam dicit imperfectum quo ad prẽteritiones vel exhæredationes:aliàs autem erat perfectum, vt hic dicitur.Cæterum si nec quo ad ista esset perfectũ, nec illud interdictũ daretur:vt hic subiicit. & facit.j. de pœnis.l.si quis aliquid. ij.§.testamẽta. Alij dixerunt quòd pro falso & imperfecto nõ habet locũ.l. Cor. nec interdictũ de tab.exhib.nec illud quẽadmodũ test. ape. pro falso verò & imperfecto,vel ꝓ vero & imperfecto omnia hæc locum habent. & hæc colligũtur ex hac lege.Accursius.

p *Vel.*pro etiã. & nõ iure, expone vt.ff. vel pro saltem. Accursius.

q *Adulterinũ.* i. falso fabricatũ.ad quod fa.j. de verbo. sig.l.Paulus.

r *Nominatim filij.*scilicet testatoris,non sui ipsius:vt supra de contra tabu.l.non putauit. §.si quis sua manu.&.j.

s *Personarũ.*quas necesse habet exhęredare,vt ĩst.de exhę.l.j.§.fi.

t *Et is.*hæres institutus.& fa.ff.l.proxi. & infra eo.l.impuberẽ. §.qui codicillos.

u *Impetrata.*vt remittatur pœna falsi: sicut dicitur in multis.ll. C.eodem.l.ij.&.iij.& pen. & scias quòd illis casibus tantum datur venia in quibus expresse dicitur:& non aliàs.

x *Non posse.*secus in filio:vt.C.eo.l.j.quia magis debetur hæreditas filio.nam & aliàs patronus per contra tabu.irritat testamẽ. pro parte filij in totum:vt institu.de succes.li.§. sed nostra.ver. si vero.& de le.præst.l.j.& sic exęquamus filium cuilibet creditori de æquitate:licet secus sit de rigore:vt.j.eo.l.filius.

y *Dotem.*sibi debitam annua bima trima die.

z *Debito* est enim magis debitum,quàm id quod patrono : quia ex conuentione & legẽ,sed patrono ex lege tãtum.& facit.ff.quæ in frau.credi.l.qui autem.§.si quid.&.C.de eodicil.l.fin.

Nvllo.]CASVS. Seruus non potest esse in iudicio contra dominum, nisi accusaret eum de testamento suppresso quo libertas erat ei relicta.Franciscus.

a *Computentur.*inter homines. vel dic pro aliquo: vt.j.de regul. iur.l.

BIU Cujas

iur.l.quod attinet.

a *Quereretur.* id est conquereretur.

b *Admittendum.* & in quibusdam aliis: vt not.ff.de iudi.l.vix.

Qvicunque.] *CASVS.* Qui nummos aureos imminuit, vel qui tingit puta æs auro, vel fingit, id est ex toto falsos fabricat: si est liber homo, ad bestias datur. si est seruus: vltimo supplicio adficitur. Franciscus.

c *Raserint.* radūt, minuendo: tingunt, puta ex auro vel aureo colore. fingunt, qui ex toto falsos fabricāt: quibus parcitur si nō peregerint: vt.j. eodem.l. qui falsam.

d *Ad bestias.* specialis pœna pro hoc falso. & sic nō ob.ff. eo.l.j. in fi. nam habet multa capitula falsum. Item contra. C. de fal. mo.l.j. & ij. vbi alia pœna imponitur falsatoribus monetæ. sed dic vt ibi no. Accur. *ADDITIO.* Dic secūdū Bart. quòd si aliquis falsat monetā ciuitatis: punitur vt ibi. si falsat monetam principis, aliter punitur: vt in eo.titu.l.ij. illi enim qui aliter radunt vel tingunt, puniuntur: vt hic dicitur & ca. quanto. extra de iureiur.

Ege Cornelia.] *CASVS.* Qui in auro aliquid vitij addit, item qui argēteos nummos facit adulterinos: pœna falsi tenetur. eodem modo punitur qui potuit prohibere ne aliquid tale fiat: & non prohibuit. Item prohibetur ne quis nummos stanneos, plumbeos, emat vel vendat dolo malo. Item pœna legis Corneliæ irrogatur ei qui aliquid falsum signauit, vel signari fecit, etiam in alio quàm in testamento. Item ei qui procurauit falsam attestationem fieri, vel falsum testimoniū. item qui delatorem submisit in causa, eadem pœna tenetur qua tenentur aduocati qui ob instituendas lites falsas pecuniam acceperunt. Franciscus.

* *Fl. vt qui*

† *Vide Budæum in l. 1. ff. eo.*

quereretur [a] quòd tabulæ testamenti, quibus ei data erat libertas, supprimerentur: admittendum [b] ad suppressi testamēti accusationem.

VIII. VLPIANVS libro septimo de officio proconsulis.

QVicumque nūmos aureos partim raserint, [c] partim tinxerint, vel finxerint: si quidē liberi sunt, ad bestias [d] dari: si serui, supremo supplicio adfici debent.

IX. IDEM libro octauo de officio proconsulis.

LEge Cornelia cauetur, eū qui† in aurum [e] vitij quid addiderit, quí[ve] argēteos nūmos adulterinos cōflauerit: falsi crimine teneri. Eadem pœna adficitur etiam is qui cum prohibere tale quid posset, nō prohibuit. [f] Eadem lege exprimitur, ne quis nummos stanneos, plumbeos, emere vendere dolo malo vellet. ℣ Pœna legis Corneliæ irrogatur ei qui quid aliud [g] quàm in testamēto sciēs dolo malo falsum signauerit, signaríve curauerit: item qui[ad] falsas testationes faciendas, testimoniáve falsa inuicem dicēda dolo malo coierint. [h] †℣ Qui delatorē summisit in causa pecuniaria: [i] eadem pœna tenetur [k] qua tenentur hi [l] qui ob instruendas lites [m] pecuniam acceperunt. [n]

X. MACER libro primo publicorum.

DE eo qui ei ° cuius in potestate est, eiúe qui in eadem potestate est, adscripserit, nihil senatusconsultis cauetur: sed hoc quoque casu committitur [p] in legem: [q] quia huius rei emolumentum ad patrem dominúmve pertinet, ad quē pertineret, si filius seruúsve sibi [r] adscripsissent. ℣ Illud constat, si extraneo quis adscripserit legatum: licet postea viuo testatore in potestate eum habere cœperit, [s] senatusconsultis locum nō esse. [t]

XI. MARCIANVS libro primo de iudiciis publicis.

SI pater filio suo militi, quem habet in potestate, testamēto cōmilitonis filij aliquid adscripserit, quem commilitonem in militia nouit: [u] quia patri nō adquiritur, extra pœnam est. Et cum matri filius adscripserat: diui fratres rescripserunt, cum iussu [x] testatoris hoc scripsit, impunitum eum esse, matrémque capere posse.

Turpia lucra sunt ab hæredibus extorquenda. h.d.

XII. PAPINIANVS libro tertio de publicis iudiciis.

CVm falsi reus [y] ante crimen illatum aut sententiam dictam vita decedit: cessante [z] [lege] Cornelia, quod scelere quęsitum est, hæredi [a] non relinquitur.

XIII. IDEM libro quintodecimo Responsorum.

FAlsi nominis vel cognominis adseueratio, pœna falsi coërcetur. [b]

Spoliatus dignitate ad tempus, finito tēpore restituitur ad suam dignitatem. Bar.

A ambo in potestate patris eorum: incidit in legem Cor. & redditur ratio in litera. secus si extraneo adscripsit, quē postea in potestate habere cœpit. Item secus si pater scribens testamentū cuiusdā militis adscripsit legatū filio suo militi, qui erat socius testatoris. nam punitur hoc casu pater, cum hoc legatū non acquiratur patri: qa ex causa castrēsi filio est quæsitum. Item cum filius adscribit legatum matri suæ iussu testatoris, non punitur per hāc.l. & hoc dicit hæc.l. & seq. Fran. Accursius.

o *Ei.* puta fratri.

p *Committitur.* scilicet.l. Corne. de fal. sed quis incidit? filius, vel seru° adscribēs: & in filio potest tolerari quoquo modo: quia videtur dominus etiā patre viuēte. in seruo potest esse ratio: quia & ipse à domino habet sustentationem sui, & quia ab eo sperat præmiū. vel posset dici vt hic pater dominúsve incidāt, cū eorum voluntate filius & seruus adscribāt ei, vel alij in eorum potestate constituto: vt.j. eo. diu°.§. scribere autē. nō autē filiꝰ vel seruus incidūt i Cor. Acc.

q *In legem.* scilicet Corne. de falsis.

r *Sibi.* facit.ff. de inoffi. testa.l. nihil.

s *Cæperit.* sed si tunc esset in potestate, incidit: vt.j. eo. filius. in prin. nisi in casu: vt.j. eo.l. proxi. Accur.

t *Non esse.* nam nō vitiatur, licet ad eum casum perueniat à quo incipere non potest: vt ff. de noxa.l. in delictis. §. si extraneus. & C. de interdi. ma.l.iij. & ff. de dona.l. donationes. in prin. & ff. de ritu nup. si qua. & ff. vnde lib.l. fi. & ff. quod iussu.l. si tutoris. §. fi. & j. de reg. iur.l. in ambiguis. §. nō est. Sed arg. cōtra. j. de decu.l.ij. §. in filiis. Et not. q° tribus modis tangit quis alium per potestatem: vt. ff. de dona. inter virum & vxo.l.iij. §. qui in eiusdē.

u *Si pater. Nouit.* hic declarat quod sit castrense: vt.j. de castre. pecu.l. miles. & l. si forte. & l. castrense.

x *Cum iussu.* idem si sine iussu, quia non est in potestate: vt instit. de adop. §. fœminæ. vel forte secus si sine iussu: cum sperat ad se peruenturum per successionem.

Cvm falsi.] *CASVS.* Accusatus de falso, decessit ante crimē probatum: dicitur quòd cessat hæc lex: hæredi tamē eius extorquetur quod scelere erat quæsitum. Francis. Accursius.

y *Reus.* id est accusatus. & illatum, id est probatū, vel dic reus, id est nocens: quia commiserat falsum, sed non erat accusatus & illatum, scilicet antequam accusaretur.

z *Cessante.* vt.ff. de pub. iud.l.iij. & l. defuncto.

a *Hæredi.* de hoc dixi. ff. eo.l. si quis cum. in prin.

Falsi.] *CASVS.* Qui sibi mutat nomen vel cognomen, pœna falsi punitur. & dic de hoc vt in glos. Item aduocatus qui falsum instrumentum recitat corā præside, ob hoc remotus decennio ab ordine decurionum, finito tempore dignitatem decurionatus recuperat. Item plebeius prædictam pœnam passus finito tempore poterit creari decurio. Franeis. Accursius.

b *Coercetur.* in seruo in quo fraus præsumitur. in libero contra: vt.C. de

BIU Cujas

vt.C.de muta.no.l.j. Vel ibi sine fraude, hic cum ea. Alij dicunt quòd aliud est mutare generaliter, aliud in casu adserere.

a *Qui falsum.* subaudi, ideo.

b *Cognoscente.* de quocunque negocio.

c *Post finem temporis.* alias finitum tempus.

d *Dignitatẽ.* est enim dignitas decurionatus: vt.C. de decur.l.ij. & intellige si locus vacet. alias expectat donec vacet: vt.j.de decur.l.ij. §.alia.

e *Recuperare.* innuit hic & infra proxi. respon. quòd statim recuperat. & sic videtur cõtra infra ad muni.l. ordine. in princip. vbi dicit quòd tanto tempore debet expectare postea, quantum fluxit in pœna. Sol. hæc secũdum illam: & sic post reditum, & non statim. sic.ff.de verbo. obliga. l.si stipulatus sum Damam. in fin.l. in verbo continuo. Alij distinguunt: aut dãnatur ex crimine quod irrogat infamiam: quo casu licet finita sit infamia: vt C.ex quib. causis infamia irroga.l.& si seuerior. adhuc tamen debet abstinere: vt ibi.argu.C.de episco.& cleri.authen. sed neq; curialem. aut non famoso: & tũc statim: vt hic, &.j.de decurio.l.ad tẽpus. & de re mili.l. qui cum vno.§.ad tempus. hoc non valet: quia hic ex famoso. cum enim sit publicũ crimẽ falsi: vt.ff. de publicis iudic. l.j. ergo infamat: vt eodem tit.l.infamem. sed ipsi dicunt quòd nõ est publicum, nisi pro testamento: vt.j. eodẽ.l. Paulus. quod non placet: vt no.d.l.j.de publ. iudi. Tu ergo dic q̃ ibi ad nouum honorẽ volebat aspirare, hic ad veterem: quia vacabat: ad quem statim admittitur cum vacet: vt.j.de decurio.l.ij. §.j.& adde (si vis) quod no.C.ex quibus cau.infa. irroga.l.si Posidoniũ.& l. etsi seuerior.&.ff.de his qui not.infa.l. quid ergo.§. pœna grauior. Accursius.

f *Non facto.* à se. & sic mitius cum eo agitur: vt aliàs.C.eo.l. si falsos. Accursius.

Ordine † decurionum decem annis aduocatum motum, qui falsum [a] instrumentum cognoscente [b] præside recitauit, post finem temporis [c] dignitatem [d] respõdi recuperare: [e] quoniam in Corneliam, falso recitato, nõ facto, [f] non incidit. eadem ratione plebeium ob eandẽ causam exilio temporario punitũ, decurionem post reditum rectè creari.

Filius emancipatus adscribens legatum sibi & Titio, vel seruo suo & Titii, in testamento patris: non excusatur à pœna falsi licet iussu patris fecerit: & legatum nulli adquiritur.

XIIII. PAVLVS libro vicesimosecundo Quæstionum.

FIlius emancipatus cum scriberet patris testamentũ, iussu patris seruo communi Titij & suo [g] * legatum adscripsit. quæro quis exitus quæstionis sit. Respondit: Plures quæstiones cõiunxisti. & quidem quãtum [h] ad senatusconsultũ [i] [pertinet,] quo prohibemur, nobis, vel his quos in potestate habemus, adscribere legatum: [k] emãcipatus quoque filius eadẽ pœna [l] tenebit̃: licet iussu [m] [quoq;] patris scripserit. Excusat [n] enim is [o] videtur, qui in potestate est, sicut [p] seruus: [q] si tamen iussũ ex subscriptiõe [r] testatoris appareat. sic enim inueni senatum censuisse. Sequẽs quæstio est, an quoniam placet id quod illicitè scriptũ est, pro non scripto esse: quod seruo communi scribẽtis & alteri [s] adscriptũ est, vtrum in totum pro nõ scripto sit, an quantum ad eum tantum qui adscripsit, cæterũ socio totum debeatur. Et inueni Marcellum apud Iulianũ adnotasse. [t] nã cũ Iulianus scripsisset, [t] si sibi & Titio adscripsisset, [u] aut seruo cõmuni: cum pro nõ scripto sit, facillimè quæri posse quantum Titio & socio [eius] adquiratur. ita adiicit iste Marcellus: Quemadmodum socio debebitur si quasi falsum nomẽ serui subducitur? [x] quod & in præsenti quæstione [y] obseruandum est.

Iste.§.diuiditur in quinque partes. primo ponit thema & quæstionem. secundo ponit duo euidentialia, ad solutionem. tertio ponit solutionem quæstionis. quarto ponit vnũ dictum contra solutionem, & illud soluit. quinto ponit aliud dictum, & illud determinat. secunda ibi, respondeo. tertia ibi, ergo. quarta ibi, an ideo. quinta ibi, an ideo non. Bartolus.

Maritus seruum dotalem manumisit: & in testamento eius [z] legatum sibi adscripsit. [a] quæsitũ est, quid mulier ex lege Iulia [b] consequi possit. Respondi: & patronum [c] incidere in pœnam edicti [d] diui Claudij dicẽdum est, [e] & filium emancipatũ, licet prẽteriti possint petere bonorum possessionẽ. Ergo si nihil habet patronus ex bonis liberti, [f] non tenebitur mulieri. An ideo teneri potest, quòd scripsi, quia Titij nomen quasi falsum non subuertitur, sed totum habet: ad quod est.ff.qui.ad li.procla.non licet.l.fi.&.C.de cadu. tol.l.j.§.in primo.& de lega.j.plane.j.§.si cõiunctim.& de leg.ij. si Titio.& arg.ff.de do.inter vi.& vxo.si sponsus.§.j.& de aucto. tut.si seruus cõmunis. Sed ar.cõtra.ff.de leg. ij.l.& Proculo.&.l. si duobus seruis.& de vsufr.accrescẽ.l.j.§.si cõmuni. &.§.idem. *aliàs idem ait & si cõmuni.

B C D

g *Et suo.* s.filij. Ac.

h *Et quidẽ quantum.* ad euidentiam huius.l. dic vt no.ff.l.j.§. inter. in princip.

i *Ad senatusc̃ũltum.* scilicet pertinet.

k *Legatũ.* vel ei in cuius sum [o] potestate: vel ei qui est nobiscum in potestate eiusdẽ: vt.ff. eo.l.de eo. Accur.

l *Eadẽ pœna.* scilicet legis Cor.& amissionis relicti. secus si est extrane [o]. sed certe immo iussus videtur eum excusare ab vtroque: vt C.eo.l.j. quæ est contra. Solu. vt ibi. Ac.

m *Licet iussu.* est enim extraneus: vnde iussus nihil ei prodest.

n *Excusatus.* s. à pœna.l.Cor. vt habeat cõmodũ. sed hoc nõ propter iussũ, sed propter subscriptionẽ: vt subiicit. & facit.ff. de his quibus vt indig. l. in fraudem. Accursius.

o *Is.* filius. Accur.

p *Sicut.* similitudinarie.

q *Seruus.* hoc verũ q̃ ist̃i excusent, si tñ &c.

r *Ex subscriptione.* etiam generali. secus in extraneo.

s *Adnotasse.* i. reprehẽdisse. hoc.s. q̃ hoc totum socio debeatur.

t *Scripsisset.* hãc quæstionem: si sibi &c.

u *Adscripsisset.* quis legatum &c.

x *Subducitur.* q.d. nihil: seu nullo modo.

y *Quæstione.* secus si forte mihi & Titio adscripsi, quia Titij nomen quasi falsum non subuertitur, sed totum habet: ad quod est.ff. qui.ad li. procla. non licet. l. fi.&. C. de cadu. tol. l. j. §. in primo. & de lega. j. plane. j. §. si cõiunctim. & de leg. ij. si Titio. & arg. ff. de do. inter vi. & vxo. si sponsus. §. j. & de aucto. tut. si seruus cõmunis. Sed ar. cõtra. ff. de leg. ij. l. & Proculo. &. l. si duobus seruis. & de vsufr. accrescẽ. l. j. §. si cõmuni. &. §. idem. * aliàs idem ait & si cõmuni.

z *In testamento eius.* scilicet manumissi.

a *Adscripsit.* scilicet marito.

b *Lege Iulia.* quæ vult quòd quicquid ad virum peruenerit, restituat mulieri: vt.ff. solu. matri. l. si vero. in prin.

c *Et patronũ.* hic copula &, cõtinuat cũ illo qđ sequit̃, & filiũ.

d *Edicti.* quod sequitur Cor. vt.j. l. proxi. in prin.

e *Dicendum est.* hic not. quòd hic duo dicenda sunt. s. quòd patron [o] sibi adscribẽs in testamẽto liberti incidat in edictũ: vt hic, &.ff. eo. l. si quis legatũ. §. fi. & q̃ filius adscribẽs se hæredẽ in testamento patris, nõ incidat de æquitate, sed petat bo. pos. secũdũ tab. vt subiicit. &. C. eo. l. iij. licet sec [o] sit de rigore: vt.ff. ea. l. i prí. licet prætereri possit: quia aliàs erat ingratus: vel possit, quia nihilo minus valet testamentum, licet haberet contra tab & sic petitur bo. pos. in bonis patris ab emãcipato. vel dic quòd loquitur de illa bo. pos. quæ datur in bonis liberti. nã licet filius. s. patroni poterat prætereri, habet tamẽ bo. pos. contra tabu. in bonis liberti. Idem si fuit exhæredatus, sed non mala mẽte, vel prætereritus: vt ff. sol. matri. l. si vero. §. si filium. & de bo. lib. f. Paulus.

f *Ex bonis liberti.* quia quod sibi adscripsit, sibi aufertur.

Ilius.] CASVS. Filius emancipatus scribẽs testamentum patris, iussu patris adscripsit legatum seruo suo & Titij. quæritur quis exitus sit huius legati? Et certe duæ quæstiones ex hoc nascuntur. nã hic filius incidit in hoc senatusconsultum, nec excusat eum iussus patris, cum non esset in eius potestate. Secunda dubitatio est: quid de hoc legato sit: an totum adquiratur Titio, an pars? Et certe Iul. dixit, si quis adscribat legatũ sibi & Titio, vel seruo communi: cum pro non scripto sit, facile potest quæri quantum Titio vel socio quæratur. vnde dicendũ est quòd nihil quæratur Titio vel socio. [MARITVS.] Maritus seruum dotalem manumisit: & illius manumissi testamentum scribens, adscripsit sibi legatum. quæritur ad quid vir teneatur vxori, cum. l. scripsit sibi legatum. quæritur ad quid vir teneatur vxori, cum. l. Iul. vult virum teneri vxori restituere quicquid ad cũ peruenit? Et certe hic maritus qui est patron [o] ad manumissum, punitur per hanc legem. sed filius emancipatus scribens se hæredẽ patris, nõ punitur de æquitate: sed petat bo. pos. secundum tabu. hic ergo vir cum nihil habet de bonis liberti, cum legatum sibi adscriptũ non teneat, in nihilo tenetur suæ vxori: nec ob hoc tenetur quasi

In lege.

a *In lege.* prædicta Iul.vt.d.l.si vero.§.adiicitur.
b *Excogitauit.* ad hoc.ff. quæ in frau.cre.l.ait prætor.§.j.&.ff. sol.matri.l.etiam.§.j.& quib.ex causis in posses.ea.l.Fulcinius.§. quod si aduersus.
c *Huic.* scilicet patrono.
d *Vti.* id est vt.
e *Remanere.* cõtra.ff. eo.l.si quis cum. in fin. solu. vt ibi. Item arg. contra.ff.de inof. testa. l.Papinianus.§.meminisse.& supra de excu. tut.l. legatarius.&.ff. si quis ali.testa. pro.l.j.§. j.versi. sed & si legatũ. sed similia sunt.ff.de his qui. vt indig.l.fi.&.C. de cadu. tol.§.i primo.
f *Fideicommissi.* quæstionem non soluit, sed satis remanet soluta ꝙ sint denegandæ.

**Vide ad hoc caput Sueto. in Nerone Claudio ca. 17.*

DIuus.] *CASVS.* Si quis scribẽs alterius testamẽtum, vel codicillos, adscripsit sibi legatum: pœna legis Corne. affligit. & hoc diuus Claudius in edicto dixit, & adiecit.l. Corne. nec prodest ei quòd dicat se ignorasse hoc edictum. Item non est vis siue sua manu adscribat, siue manu serui sui vel filij. si tamen testator in subscriptione sua dixit de sua voluntate illud adscriptum Titio à seruo Titij: debetur legatum, & non punitur seruus. Si autem generaliter subscripsit, omnia confirmando quæ in eo testamento erant adscripta, legatum non debetur: non tamen punitur seruus: tutius tamen puto veniam petendã à principe. [*ITEM SENATVS.*] Seruus in testamento domini adscripsit sibi libertatem. senatus censuit non cõpetere ei libertatẽ directam, sed hæres testatoris manumittat eum. & hoc est verum si testator in subscript. sua confirmauerat ea quæ in testamẽto sunt scripta. diuus tamen Pius plus dixit: & dixit libertatem pure competere si testator postea subscripsit. sed in alias psonas quę nõ sunt in potestate testatoris, si adscribãt sibi legatũ vel libertatẽ: nõ pdest eis generalis subscriptio testatoris. nã per hãc nõ habent legatũ vel libertatẽ. de quibusdã autẽ personis quæ nolentes adscribere legatũ quasi cõpulsæ scripserũt: dubitatur an puniantur: vt ecce seruꝰ Bertæ scribẽs testamentũ filij Bertæ adscripsit legatũ Bertæ. bene valet tale legatũ: nec punitur talis seruus. Itẽ si filia scribẽs testamentum matris, adscripsit sibi legatũ matre iubẽte, ignorãs hæc iura: bene facit hęc filia. [*SI QVIS DVOBVS.*] Quidã instituit sibi duos hęredes: & adiecit, si alteruter corũ decedat sine filiis: ei qui supererit, & habebit filios, restituatur hæreditas. vel si contingat vtrũque mori sine liberis, hæreditas restituatur Titio: & Titius præ-

adiectum est in lege, [a] *Aut dolo fecit quo minus ad eum perueniat?* Sed nihil perfecit in fraudẽ mulieris. non enim aduersus illam hoc excogitauit. [b] An ideo non denegamꝰ huic [c] actiones, quoniam alij restituturus est? Atqui cũ is qui sibi iussu testatoris legatum adscripsit, etiam si fidei suæ similiter iubente testatore cõmisisset, vti [d] id alij restitueret, senatus iusit eũ nihilo minus legato abstinere: idque apud hæredem remanere [e] cum onere fideicommissi. [f]

XV. CALLISTRATVS libro primo Quæstionum.

DIuus* Claudiꝰ edicto præcepit, adiiciendũ legi Corneliæ, vt si quis cum alterius testamentum vel codicillos scriberet, legatum [g] sibi sua manu adscripserit: proinde teneatur, ac si commisisset in legem Corneliam: & ne [h] vel his venia detur, [i] qui se ignorasse edicti seueritatem prætendant. Scribere autem sibi legatum videri nõ solùm eum qui manu sua id fecit, sed etiam [eum] qui per seruum suum vel filium quem in potestate [k] habet, dictante testatore legato honoratur. ℣ Planè constitutionibus principalibus cauetur, vt si testator specialiter [l] subscriptione sua [m] declarauerit [se] dictasse seruo alicuius vt domino eius legatum ab hæredibꝰ suis daret, id valere: nec generalem subscriptionem testatoris valere aduersus senatusconsulti [n] auctoritatẽ: & ideo legatum pro non scripto [o] habendum: & seruo [p] qui etiam sibi legatum adscripsit, veniã dari. [q] ego tutius esse puto veniã petendam [r] ab imperatore, scilicet eo quod relictum est, abstinentibus. ℣ Item senatus censuit, vt si seruus domini sui iussu testamẽto codicillísve libertatem sibi adscripserit: ob eam rem, quòd ipsius manu adscriptum est, [non ideo] minꝰ liber sit: sed libertas ei ex fideicommissi causa præstetur: si modò post eam [f] scripturam manu sua testator testamento codicillísve subscripserit. ℣ Et quatenꝰ [t] de sola specie fideicommissæ libertatis hoc senatusconsulto cõtinebatur: diuꝰ Pius rescripsit, [u] sententiam magis sequendã esse huius senatusconsulti, quàm scripturam. nam seruos, quum dominis suis parent, necessitate potestatis excusari: [x] si tamẽ accedat domini auctoritas subscribentis [y] se ea [z] dictasse, & recognouisse. videri enim ait ipsius domini manu scripta, cuius volũtate ea scripta sunt. Quod tamen [a] (inquit) ad liberas personas, in quas nullum ius testator habuerit, extendi non debet. Quæri tamen debet, an æquè subsequendi necessitas, & honesta excusatio est non facientibus [b] quod non sit concessum. ℣ Matri quoq; cui per seruum suum dictante filio legatũ scriptum esset, veniam [c] tribuẽdam [d] legis Corneliæ placuit. Idem [e] in filiam quæ dictante matre sua per ignorantiam iuris legatum sibi scripserat, [f] senatus censuit. ℣ Si quis [g] duobus hæredibus institutis, adiecerit, vt si alteruter hæres sine liberis decessisset: ei qui superesset, & liberos haberet, hæreditas redderetur: vel si vterque sine liberis decessisset, [vt] hæreditas deinde alia manu scriptori testamenti restitueretur: placet testamẽtario [h] pœnam legis Corneliæ remitti. [i] sed benignius est, vt etiam ea quæ supra scripta sunt, [k] simili modo consequatur.

A
B
C
D

a *Quòd tamẽ.* i. similiter.
b *Non facientibus.* id est nolentibꝰ facere nisi compulsi.
c *Veniam.* nunc respondet: & subaudi, &c. Accursius.
d *Tribuendam.* id est dandam, vel tuendam.
e *Idem.* subaudi, respondit.
f *Scripserat.* iuste ergo obedit filio seruus matris: item filia matri. itẽ iuste fœmina errat in iure: ad quod. C. de iur. & fac. igno. l.fi.&.j. de iure fis. l.ij. in fin.&.ff. de eden. l.j. in fi.
g *Si quis.* aliàs.§. senatus censuit si quis. aliàs.§. si quis &c. Acc.
h *Testamentario.* id est scriptori prædicto.
i *Remitti.* criminaliter non punitur, nec ciuiliter: vt sequitur. Accursius.
k *Scripta sunt.* in testamẽto. & est ratio: quia per aliũ cõsequitur. argu.

BIU Cujas

argu.ſ.de hære.inſtitu.l ſi is qui.Itē quia nō pure,ſed ſub pluribus conditionibus eſt reſtituenda hæreditas ei.Vel forte erat filius teſtatoris:vt.C.eodem.l.j. vel forte teſtator ſpecialiter recognouit:vt.ſ.eodem.l.j.§.inter.

Paulus.]CASVS. Qui ſurripit publicum inſtrumentum,nō cōmittit crimē publicū. nam furti tenetur,quod eſt priuatum crimē:ſecus ſi ſurripit teſtamentum alicuius: cū crimine falſi teneaſ, quod eſt publicum.Secundo dicit:pœna falſi tenētur qui etiam extra teſtamenta alia falſa ſignarūt.Item qui in tabulis vel rationib⁹ vel in ſimilibus falſum fecerunt,vel vt non appareat celauerunt,pœna falſi tenentur. Fran. Accurſius.

a *Paulus.* aliàs Paul⁹. aliàs incipit, inſtrumētorum.

b *Crimen.* furti.nā falſum non eſt niſi teſtamentū ſubtrahatur. & ſic non eſt pro P.in eo quod no.ſ.de publi.iudi.l.j. aliud ſi ſignaſſet: vt.j.proxi.

c *Alicuius.* vt &.C.e.l.eum qui.&.ſ.eo.l.ij.

d *Signaſſet.* id eſt ſigillaſſent.ſic ponitur.ſ.de teſta.l.ad teſtiū.§. poſſe.vel aliàs ſignaſſet,vt dicit i authē.de fide inſtru*.§.oporet.col.vj.

e *In rationibus.* ad hoc ſupra.l.j. in princ.&.§. qui in rationibus.

f *Subripuerūt.* ſi quidē ſuppreſſerunt. vel non ſimpliciter ſurripuerūt ſed ſic vt non eſſent,vt veritas apparere non poſſet:aliàs cōtradicēret ad id quod in principio dixit.

Cum quidam.]CASVS. Vnus hæredum in teſtamento teſtatoris aſſcripſit ſibi ſeruum legatum:& cum hoc erat rogatus eum manumittere.certe hic ſeruus eſt manumittendus ab omnibus hæredibus teſtatoris:& ſic legatū ſerui non tenet.Fran.Acc.

g *Cum quidam.* de hæredibus.

h *Manumittēdū.* & ſic nō valet legatū primū.& fa.ſ.eo.l.fili⁹.ſi fi.

Vxori.]CASVS. Scribens teſtamentū alicuius non prohibetur aſſcribere legatū ſuæ vxori,ſcilicet ſcribēdo.is. itē ſi aſſcribat ſe tutorē filio impuberi teſtatoris:licet ex hoc ſuſpectus præſumitur,tamē ſi aliàs eſt idoneus,dandus eſt à iudice:nec poteſt ſe excuſare à tutela. Franciſcus Accurſius.

i *Non prohibemur.* nos mariti.

k *Aſſcripſit.* ſic ergo ſi fideicommiſſarium eadem ratione.

l *Præſumitur.* vt &.ſ.de procura.l.quæ omnia.&.C. de epiſco. & cle.l.ſi quemquā.& de offi.præto.l.prætor nec.

m *Vltro.* id eſt ſpontaneè.

n *Adprobetur.* ad hoc.ſ.de condi.inſtitu.l.quidam.ij. reſpon. & de iudi.l.obſeruare.

o *Decreto.* id eſt à iudice.

p *Admittetur.* quā excuſationē aliàs habebat:vt inſt.de excu.tu.§.itē ſi propter.&.ſ.de teſta.tu.l.ex ſentētia. & fa.ſ. de cōtra tab. l.nō putauit.§.ſi quis ſua manu.& de leg.ij.cū pater.§.filius matrē.&.j.de iure immu.ſemper.§.cōductores.&.j.e.impuberē.§.fi. &.ſ.de interro.actio.l. de ætate.§.j. & depoſi.l.j.§. ſæpe euenit. verſi.ſed & ſi ſe quis. Accurſius.

Qui falſam.]CASVS. Qui percuſſit falſam monetā,non tamen perficere eā vult,id eſt formare:abſoluitur, id eſt nō punitur. Secūdo dicit: Accuſatio ſuppoſiti partus petuo cōpetit,etiam ſi deceſſerit mulier quæ dicitur ſuppoſuiſſe partum.nam poſſunt adhuc accuſari qui fuerunt conſcij & participes illius delicti. Franciſcus.

q *Percuſſerint.* ſed nondū formauerint. nā formare,id eſt perficere.& fa.ſ.de adul.l.ſi adulteriū.§.iidē imperatores.&.C.e.l. ſi falſos.& de appel.ſi qs.& de hęres. & mani.l.Manichęos.&.ſ.de in ius voc.quāuis.& quod quiſq; iuris.l.j.in fi.& de infami.l.qui aūt.&.C.de his qui. vt indig.l.alia.& de inof. teſt.Papinian⁹.§.memi niſſe.&.j.de bo.eo.l.fi. §.ſi autē.&.ſ.de fur.l.j. Sed ar.contra.C. de apoſ.l.hi qui.& de ædil. edi.l.quis ſit fugitiuus. &.ſ.de fur.l.ei qui.

r *Depellitur.* no.ſpeciale:regulariter cōtra.C. e.querela. ſic.ſ.ti.j.l.fi. &.ſ.de adul.l.mariti.§. fi.Itē fa.C.e.l.j.&.ſ.de Carb.edic.l j.in fi.&.j. eo.l.lege.§.j.Accur.

ſ *Contēditur.* quia participes puniuntur.vt.ſ. de Carbo.edic.l. licet.

Falſi.]CASVS. Pœna falſi coērcenſ q acceperūt pecuniā ob litē falſam inſtituendā, id eſt mouendā contra aliquē:vel ob aduoca. falſam:vel ob teſtimoniū falſum dicēdū: vel ob aliquid ſimile qđ in litera ſubiicitur.Fran.

t *Inſtruendam.* falſo.

u *Teſtibus.* not. q̄ lis inſtruitur duobus,ſcilicet aduocato & teſtib⁹.ſ.eo.l.j.in prin.§.j. *Lis duobus inſtruitur.*

Qui duobus.]CASVS. Titius vēdidit eandem rē duobus,cuiq; in ſolidū diuerſis cōtractib⁹ pœna falſi punitur. Itē qui iudicē corrupit,pœna falſi punitur. ſolent tamen prædicti mitius puniri.ſolent enim ad tempus relegari:nec bona eis auferuntur.Franciſcus.

x *Coercetur.* ſed ſi obligatum vni,vendat alij:tunc crimine ſtel. vt.ſ.de cri.ſtel.l.iij. An autem illud cum iſto concurrat,dic vt.j. eo.ſi à debitore.& fa.C.de rei vin.l.quotiens.

y *Corrumpit.* ſ.e.l.j.§.j.verſi.& qui iudicem.

z *Auferantur.* quæ aliàs regulariter auferuntur:vt.ſ.eo.l.j.in fi.

Impuberem.]CASVS. Impubes non dicitur poſſe committere hoc crimē falſi. Secundo dicit:in teſtamento alicuius aſſcripſi legatū filio meo,qui erat captus ab hoſtib⁹.eo filio reuerſo incido in pœnā ſenatuſconſulti:nā de falſo punior. ſi autē ibi decedat,nō punior:cū legatum non valeat. Item ſi filio meo emancipato,vel in adoptionē dato,legatū aſſcribo,nō punior. Itē ſi ſeruo meo legatū aſſcribo,cui debebā libertatē ex cauſa fideicōmiſ. & ſim in mora dādi:non punior. Idē ſi ſeruo alieno,qué bona fide poſſidebā,legatum aſſcribo.nam non punior. & redditur ratio in litera.Idem ſi ſeruo meo aſſcripſi legatū ſub cōditione,cū liber erit.idem in filio.[*QVI CODICILLOS.*] Scripſi codicillos Titij:in quibus confirmatum eſt teſtamentum quod prius fecerat Titius:in quo teſtamento mihi erat legatū relictū. Dicitur q̄ in ſenatuſconſultū incido.punior enim de falſo.Sed quid ſi in teſtamento erat mihi ſeruus legatus,& rogatus ſum de manumittendo:in codicillis autem quos ſcripſi,dixi ademptū eſſe on⁹ manumittendi?certe punior de falſo:& ſi hæc ſcripſi volūtate teſtatoris,nō dabitur libertas:aliàs ſic. Idē ſi ī codicillis ademi on⁹ fideicōmiſſi mihi legatario impoſitū in teſtamēto:nam punior de falſo. Idē ſi aſſcripſi mea manu aſſignationē liberti mihi factē:nā incido in ſententiā ſenatus. Itē ſi ſeruus Titij ſcribens teſtamentū alteri⁹ aſſcripſit ſibi libertatē per fideicō. dandā à Titio domino ſuo,cui aliquid erat relictū:punitur hic ſeru⁹ de falſo.ſed ſi ſcribēs teſtamētū alterius,ſcripſit ſeruo ſuo deberi libertatē,nō punitur niſi hoc fecit vt magno pretio ſeruus redimatur.Item qui

ſcribens

BIU Cujas

XVI. PAVLVS libro tertio Reſponſorum.

PAulus a reſpondit,* inſtrumentorum ſubreptorū crimen b non eſſe publici iudicij, niſi teſtamentum alicuius c ſubreptū arguatur. ℣ Paulus reſpōdit,legis Cornelię pœna omnes teneri qui etiam extra teſtamēta cætera falſa ſignaſſent. d Sed & cæteros qui in rationibus, e tabulis, literis publicis, aliáve qua re ſine conſignatione falſū fecerunt,vel,vt verum non appareat,quid celauerūt,ſubripuerunt, f [deleuerunt,]ſubiecerūt, reſignauerunt,eadem pœna adfici ſolere dubium non eſſe.

XVII. IDEM libro tertio fideicommiſſorum.

CVm quidam g ſua manu ſeruū ſibi legatum ſcripſiſſet, & eū manumittere rogat⁹ eſſet: ſenatus cenſuit,ab omnibus hęredibus eū manumittendum. h

XVIII. IDEM libro tertio Sententiarum.

VXori † legatū in alieno teſtamento ſcribere non prohibemur. i ℣ Qui ſe filio teſtatoris impuberi tutorem adſcripſit: k etſi ſuſpectus eſſe præſumitur, l quòd vltro m tutelā videatur adfectaſſe: tamen ſi idoneus eſſe adprobetur, n non ex teſtamento,ſed ex decreto o tutor dādus eſt:nec excuſatio eius admittetur: p quia cōſenſiſſe videtur voluntati teſtatoris.

XIX. IDEM libro quinto Sententiarum.

QVi falſam monetā percuſſerint: q ſi id totū formare noluerūt,ſufſragio iuſtæ pœnitentiæ abſoluuntur. ℣ Accuſatio ſuppoſiti part⁹ nulla tēporis præſcriptione depellitur: r nec intereſt deceſſerit nēcne ea quæ partū ſubdidiſſe contenditur. ſ

XX. HERMOGENIANVS libro ſexto iuris Epitomarum.

FAlſi pœna coērcētur & qui ad litem inſtruēdam t aduocatione,[vel]teſtibus, u pecuniā acceperunt, obligationem,pactionē[ve] fecerunt,ſocietatē inierūt,[&] vt aliquid eorū fieret curauerunt.

XXI. PAVLVS libro ſingulari ad Senatuſconſultū Turpillianum.

QVi duobus in ſolidū eandem rem diuerſis contractibus vēdidit: pœna falſi coërcetur. x & hoc & diu⁹ Hadrianus conſtituit. His adiūgitur & is qui iudicē corrumpit: y ſed remiſsius puniri ſolēt, vt ad tempus relegētur,nec bona illis auferantur. z

scribens testamẽtũ cum esset legatus Titio fundus, adiecit, si ipsi scriptori detur.x.punitur de falso. filius autem scribens testamẽtum patris sui, voluntate eius scripsit se exhæredatum, vel sibi legatum ademptũ, quod erat ei prius relictum: nõ punitur. Frã. Ac.

a *Vix.* id est nullo modo. sic.ff.ad Velle.l.tutor.aliter.ff.de iudi. l.vix.

b *Aetatẽ.* nisi sit doli capax, vt proximus pubertati: vt.j. de regu. iur.l.pupillum. Accur.

c *Adscripserit.* in testamento alterius. Ac.

d *Pater.* scilicet qui erat tabellio.

e *Senatusconsulti.* scilicet quo tenetur ac si commisisset falsum: vt ff.eo.l.diuus.in prin.

f *Existimatur.* quia nõ valet legatum: vt.ff.de leg.j.l. si seruo meo.§. j.sed obstat.ff.eo.si quis legatũ.in princ.sed hic quasi conditionale.s. si redierit: ibi purum inutile. vel ibi directo sibi: hic per obliquum. Item hic videtur mortuus ante captiuitatẽ.

g *In adoptionem dato.* qui iure isto est in potestate adoptiui: vt.ff. de adopt.l.j. sed hodie distinguitur: vt.C. de adop.l.cum in adoptiuis. Item fa.ff. eo.l. de eo.&.l. diuus.§.j. & .§. ij.&.l.si pater. Item videtur hodie distinguẽdũ de eo qui est in potestate, cum ei quęrantur aduentitia. sed dico contra, quia saltem vsusfru. quæritur patri.

*Flo. quod

† *Eximere pœnæ aliquẽ, est eũ à pœna subtrahere, immunẽq; facere. vide hic Bud. E.P.*

h *Manumisso.* vt.ff. de leg.ij. si quis seruo. in fi.&.C.ad Syl.l.pen. & fa.ff.de pec.leg.l. denique.§.fi.& de ali. lega. cũ vnus.§.verbis. Ac.

i *Adscripsit.* s. in alio testamento.

k *Ad cogitationem.* id est scientiam suam.

l *Adquiritur.* nisi cõtẽplatione bonæ fidei pos. relinquatur: quo casu caderet in legem domin' si scriberet: vt ff. de vsufru.l. sed & si quid. Accursius.

m *Eximendum.* No. puniri affectum. sic.ff. de iur. & fac. igno. l. regula.§. q ignorauit. & instit. de ob. quæ ex de.§. placuit. & .ff. de fur. inter omnes.§. recte.& facit.ff. de acqui.

*eodemq;. Flo.

re.do.l.liber homo.& de acquir.hæredi.si quis mihi. in princip. Sed argu.contra.ff.ad leg.Cor.de sica.l.diuus. *ADDITIO.* Dic secundum Bar. quòd hic loquitur de quasi falso, quod nõ potest committi adscribendo alij, nisi adscribenti quæratur. & ideo cũ ad perfectionem delicti requiratur euentus adquisitionis: ideo inspicitur euentus, non animus. sed in.l.contraria ad perfectionem illius delicti sufficit animus cum aliquo actu, vt colligitur ex verbis legis Corneliæ.

n *Postea emancipato.* vt si adscribat filio legatum dandum cum erit emancipatus. & facit quod dixi supra.§. item si seruo. item facit.ff.de manumiss.testa.l.si quis locuples. Accursius.

XXII. IDEM libro singulari ad Senatusconsultum Libonianum.

IMpuberẽ in hoc edictum incidere, dicendũ non est: quoniam falsi crimine vix [a] possit teneri: cum dolus malus in eam ætatem [b] non cadat. ¶ Si ei filio qui apud hostes est, adscripserit [c] pater [d] legatum: dicendum est reuerso eo incidere in pœnam senatusconsulti. [e] Quòd si ibi decesserit, innocens pater existimatur. [f] Sed & si emancipato filio adscribit, rectè id faciet: itẽ in adoptionem dato. [g] ¶ Item si seruo, cui moram fecit in fideicõmissaria libertate pręstanda, adscripserit: dicendum est, extra sententiam senatusconsulti eum esse: quoniam placet, omne quod per huiusmodi seruum adquisitum est, restitui oportere manumisso. [h] [Sed]& si ei seruo qui bona fide seruit, aliquid adscripsit: [i] quo*ad cogitationem [k] animi nocens est: quia ei adscribit quẽ suum putat. sed quoniã neque legatum, neq; hæreditas bonæ fidei possessori adquiritur, [l] dicamus eũ pœnæ eximendum [m] †esse. ¶ Si dominus adscripserit seruo legatũ, cum liber erit: dicimus senatusconsulto dominum excusatum esse, qui compendio suo nullo modo prospexerit. Eadẽ & de filio postea emancipato [n] [dici possunt.] ¶ Qui codicillos [o] ante testamentum factos, in quibus legatum ei adscriptũ erat, confirmat: [p] in senatusconsultũ incidit. quod & Iulianus scribit. ¶ Adimendo quoque aliquid, incidere in pœnam debet, quasi sibi aliquid dederit: veluti si seruo legato sibi, eidemque*manumisso, [q] libertatẽ sua manu ademerit. hoc ita, [r] si volũtate testatoris ademerit. nam si ignorante eo, libertas valet. Item si rogatus restituere legatum sibi adscriptum, fideicommissum ademerit. [s] ¶ Qui [t] liberti adsignationem sua manu adscripsit: non verbis, sed sententia [u] senatusconsulti tenetur. Item non continetur [x] verbis seruus qui [in]alieno testamento fideicõmissam libertatẽ sibi adscripsit. [y] sed de hoc potest hæsitari: [z] quoniam (vt suprà diximus) [a] senatus ita demum ei qui sibi libertatẽ fideicommissam in testamento domini adscripsit, pœnam remisit, si dominus subscripsit. Immo magis dicendum est hunc [b] cõtra senatusconsultũ facere, quàm eum qui [c] legatum sibi adscribit: cũ libertas omnimodo ipsi competitura sit, legatum autem domino adquiri possit. ¶ Si testamentarius [d] seruo suo fideicommissam libertatem dederit, videamus ne extra pœnam sit: quoniam nullum ipsius cõmodum est: nisi ideo adscripserit, vt seru' magno pretio redimatur ab eo, [e] & manumittatur. [f] Sed & ille qui quum Titio fundus legaretur, adiecit sua manu conditionem pecuniæ sibi [g] dandæ: in voluntatem [h] senatusconsulti incidit. ¶ Qui autem voluntate patris se exhęredat, vel legatum sibi adimit: neque verbis senatusconsulti, neque sententia [i] continetur.

XXIII. IDEM libro singulari de pœnis Paganorum.

QVid sit falsum, quæritur. Et videtur id esse, si quis alienũ chirographum imitetur, [k] *aut libellum vel rationes intercîdat, vel describat: non qui aliàs in computatione vel in ratione mentitur. [l]*

A crimine falsi potest quis libere desistere ante sententiam, secundum glo. Bar.

XXIIII. SCAEVOLA libro vicesimosecundo Digestorum.

a *Vix.* id est nullo modo. sic.ff.ad Velle.l.tutor.aliter.ff.de iudi. l.vix.

b *Aetatẽ.* nisi sit doli capax, vt proximus pubertati: vt.j. de regu. iur.l.pupillum. Accur.

c *Adscripserit.* in testamento alterius. Ac.

d *Pater.* scilicet qui erat tabellio.

e *Senatusconsulti.* scilicet quo tenetur ac si commisisset falsum: vt ff.eo.l.diuus.in prin.

f *Existimatur.* quia nõ valet legatum: vt.ff.de leg.j.l. si seruo meo.§. j.sed obstat.ff.eo.si quis legatũ.in princ.sed hic quasi conditionale.s. si redierit: ibi purum inutile. vel ibi directo sibi: hic per obliquum. Item hic videtur mortuus ante captiuitatẽ.

g *In adoptionem dato.* qui iure isto est in potestate adoptiui: vt.ff. de adopt.l.j. sed hodie distinguitur: vt.C. de adop.l.cum in adoptiuis. Item fa.ff. eo.l. de eo.&.l. diuus.§.j. & .§. ij.&.l.si pater. Item videtur hodie distinguẽdũ de eo qui est in potestate, cum ei quęrantur aduentitia. sed dico contra, quia saltem vsusfru. quæritur patri.

† *Eximere pœnæ aliquẽ, est eũ à pœna subtrahere, immunẽq; facere. vide hic Bud. E.P.*

h *Manumisso.* vt.ff. de leg.ij. si quis seruo. in fi.&.C.ad Syl.l.pen. & fa.ff.de pec.leg.l. denique.§.fi.& de ali. lega. cũ vnus.§.verbis. Ac.

i *Adscripsit.* s. in alio testamento.

k *Ad cogitationem.* id est scientiam suam.

l *Adquiritur.* nisi cõtẽplatione bonæ fidei pos. relinquatur: quo casu caderet in legem domin' si scriberet: vt ff. de vsufru.l. sed & si quid. Accursius.

m *Eximendum.* No. puniri affectum. sic.ff. de iur. & fac. igno. l. regula.§. q ignorauit. & instit. de ob. quæ ex de.§. placuit. & .ff. de fur. inter omnes.§. recte.& facit.ff. de acqui.

*eodemq;. Flo.

re.do.l.liber homo.& de acquir.hæredi.si quis mihi. in princip. Sed argu.contra.ff.ad leg.Cor.de sica.l.diuus. *ADDITIO.* Dic secundum Bar. quòd hic loquitur de quasi falso, quod nõ potest committi adscribendo alij, nisi adscribenti quæratur. & ideo cũ ad perfectionem delicti requiratur euentus adquisitionis: ideo inspicitur euentus, non animus. sed in.l.contraria ad perfectionem illius delicti sufficit animus cum aliquo actu, vt colligitur ex verbis legis Corneliæ.

n *Postea emancipato.* vt si adscribat filio legatum dandum cum erit emancipatus. & facit quod dixi supra.§. item si seruo. item facit.ff.de manumiss.testa.l.si quis locuples. Accursius.

o *Qui codicillos.* qui scilicet legatarius.

p *Confirmat.* nam per sequens testamentum erant immutati codicilli, secundum P. sed hodie cõtra: vt instit. de codicil.§. sed cũ.

q *Manumisso.* id est manumittendo per fideicommissum.

r *Hoc ita.* quidam non habent hunc versum, hoc ita &c. vsque illuc, nam si &c. & tũc dic, ignorante eo, scilicet seruo: quia si sciente eo, non valeret libertas. sed tu habeas. & dic si volente testatore, incidit in falsum: & non erit liber. Si vero ignorante, incidit, sed tamẽ seruus erit liber. ad quod.ff. de his quæ in testa. delen.l.j. Sed videtur quòd etiã volente testatore cum onere remaneat apud hę redem: vt.ff. eo.l. filius. in fine. sed hic ademit: quod valet in præiudicium serui: licet non ad vtilitatem scribẽtis.

s *Fideicõmissum ademerit.* ipse legatarius. & concor. cum superiori respon.

t *Qui.* scilicet filius.

u *Sed sententia.* quia liberti non sunt res æstimabiles. Accursius.

x *Non continetur.* verbis edicti vel senatusconsul. Liboniani. Ac.

y *Adscripsit.* cum forte dominus aliquid ex eo testamento percipiat. Accursius.

z *Hæsitari.* id est dubitari.

a *Diximus.* ff. eo.l. diuus.§. item senatus.

b *Hũc.* scilicet seruũ.

c *Qui.* scilicet seruus.

d *Si testamentarius.* id est tabellio qui scripsit testamentum.

e *Ab eo.* scilicet hærede.

f *Et manumittatur.* quo casu videatur legatum quod plus vendit. ad quod.ff. de fideicom. liber.l. sed si alienare.

g *Sibi.* s. tabellioni.

h *In voluntatem.* id est contra mentem.

i *Neque sententia.* de inoffi. testa. tamen non agit: vt.ff. de bono. pos. contra tabu.l. non putauit.§. fi quis. & facit ad hoc quòd qui scribit sibi onus, non incidit. ff. eo.l. vxori.§. j & de inter. act.l. de ætate.§. j.

k *Quid sit falsum. Imitetur.* sic in auth. de fide instru.* in princ. coll. vj.

l *Mentitur.* verum est hunc mentiri: sed non incidit in senatusconsultum. quia non omnis mendax tenetur falsi: & sic nõ obstat C. si contra ius vel vti. publi. l. ij. nam & secundũ iura cano. multa sunt genera mendaciorum.

Thaletus.]CASVS. Vetitus Callimachus instituit filiã suam hæredem in vna vncia, & quosdam alios instituit hæredes in.xj. vnciis, & eosdem grauauit vt Athaleto seruo suo dent libertatem, & duas vncias hæreditatis. nunc iste seruus præsente filia testatoris, & ea interrogante corã iudice professus est se posse probare

BIU Cujas

probare testamentum Vetiti Callinici esse falsum: & sic ad instigationem istius accusauit testamẽtum de falso filia testatoris, & succubuit: & sic amisit vnciam in qua fuerat instituta: & fisco accreuit. Quæritur an Athaletus seruus cui per fideicommissum relicta erat libertas cum parte bonorũ, aliquid de his perdat? Et dicitur quòd non, cum ipse non accusauerit. Franciscus.

a *Portio.* forte duæ vnciæ.

b *Apud.* id est præsente Maximilla.

c *Interrogatus.* Athaletus seruus.

d *Et cum in.* id est cõtra. Accursius.

e *Maximilla.* cũ vellet accusare.

f *In scriptorem.* id est contra tabellionem.

g *Cogi.* quod iustum est, quia accusando succubuit: vt. C. eo. l. qui falsas. & facit. ff. de accusa. hære. l. quæsitum. sed argu. cõtra. C. eo. l. maiorem. Accursius.

h *Iussit.* quod fiscus haberet.

i *Proponerentur.* hoc est contra. ff. de his qui. vt indig. l. post legatũ. §. an libertas. sed ibi tulit testimonium, quod plus fuit: hic autem tãtum quædam verba dixit. Item secundũ hoc contra. j. ad Turpil. l. j. §. incidit. Sed speciale in hoc crimine, vt non prosequendo parcatur instiganti: quia & accusanti & desistẽti parcitur: vt. C. de his qui. vt indig. l. alia. & ff. de inoffi. testa. l. Papinia. §. meminisse. Item cõtra supra de his qui. vt indig. l. post legatũ. §. sunt qui putant. sed hic nõ perseuerauit seruus, licet ab initio verba fecit: sed pœnituit. ibi perseuerauit.

Vi nomine.] CASVS. Quasdã literas præsentaui alicui ex parte testatis, cũ ipse eas non mitteret: vel edictũ falsũ ꝓposui ex parte testatis, cum non esset verum. Dicitur quòd teneor ac. in factum ad interesse: licet & accusari possim ex. l. Cor. Franciscus.

k *Reddidisse.* id est alicui præsentasse quasi prætor mitteret: vt C. eodem. l. maiorem. & dic vt ibi.

l *Proposuisse.* scilicet in edicto. ad quod. j. eo. l. hodie. §. j. sed in in lib. Alb. est edictum. Accursius.

m *Pœnali.* ad interesse: vt infra eo. l. hodie. §. j. sed contra. j. ad muni. Titio. Solu. vt ibi. Accursius.

Si quis.] CASVS. Patris mei testamentum aboleui, & bona eius possedi quasi intestati: & decessi relicto hærede. Dicitur quòd bona patris mei auferuntur hæredi meo. Franciscus.

n *Obierit.* filius.

o *Eripietur.* vt supra eodẽ. l. si quis cum. in principio. Et sic not. quòd etiam nepoti aufertur hæreditas propter factum aui. sic & in feudo. ad quod. C. de quæsti. diuo. & de bo. lib. quæritur. Sed argu. contra. ff. de senato. l. emancipatum. §. j. in fi. & de in ius voc. adoptiuum. in fine.

ff. Nouum.

A Thaletus† seruus, cui testamento Vetiti Callinici domini per fideicõmissum libertas & portio [a] hæreditatis relicta erat ab his qui ex vndecim portionibus hæredes erant instituti: professus est indicium apud [b] Maximillam filiam testatoris ex parte duodecima hæredem scriptam, se posse probare falsum testamẽtum Vetiti Callinici: & apud magistratus interrogatus [c] à Maximilla, professus est probaturum [se] quẽadmodum falsum sit factũ testamentum. & cum in [d] crimẽ falsi subscripsisset Maximilla [e] in scriptorem [f] testamenti † & Proculum cohæredẽ: acta causa, præfectus vrbi falsum testamẽtum non esse pronuntiauit, & Maximillæ partem duodecimam à fisco cogi [g] iussit. [h] quæsitum est, an Athaleto† libertas & fidei commissum post hæc facta debeantur. Respondit secundum ea quæ proponerẽtur, [i] deberi.

XXV. VLPIANVS libro septimo ad Edictum.

QVi nomine prætoris literas falsas reddidisse, [k] edictúmve falsum proposuisse [l] dicetur: ex [hac] causa actione in factum pœnali [m] tenetur: quamquam lege Cornelia reus sit.

XXVI. MARCELLVS libro trigesimo Digestorum.

SI quis patris sui testamẽtum aboleuerit, & quasi intestatus decessisset, pro hærede [se] gesserit, atque ita diem suũ obierit: [n] iustissimè tota hæreditas paterna hęredi eius eripietur. [o]

Diuiditur in tres partes. Primo loqitur de eo qui dixit varia & diuersa testimonia eodem tempore, & coram eodem iudice, & in eadem causa. Secundo loquitur de eo cuius testimonium variat ab eo quod aliàs dixit extra iudicium. Tertio, de eo cuius testimonium variat ab eo quod aliàs dixit in alio iudicio. secunda ibi, & eum qui contra signum. tertia ibi, de impudentia. h. d. vsque ad. §. qui se. Bartolus.

XXVII. MODESTINVS libro octauo Regularum.

EOs qui diuersa [p] inter se testimonia præbuerũt: [q] quasi falsum fecerint, & præscripto legis [r] [Corneliæ] teneri pronũtiatum est:* Et eum qui contra signum [s] suum falsum præbuit [t] testimonium, pœna falsi teneri pronuntiatũ est. ¶ De impudẽtia eius qui diuersa duobus [u] testimonia præbuit: cuius ita anceps fides vacillat, quòd crimine falsi teneatur, nec dubitandũ est. ¶ Qui se pro milite gessit, [x] vel illicitis insignibus vsus est, [y] vel falso diplomate † vias cõmeauit, [z] pro admissi qualitategrauissimè puniendus est.

XXVIII. IDEM libro quarto Responsorum.

SI à debitore [a] prolato* die [b] pignoris obligatio mentiatur: falsi crimini locus est.

XXIX. IDEM libro singulari de enucleatis casibus.

SI quis† obrepserit [c] præsidi † prouinciæ tam per acta [d] quàm per libelli interpellationem, nihil agit: immo si accusatus fuerit, pœnam temeratoris [e] luit. perinde* enim punitur, atque si falsum fecerit. sunt enim rescripta de ea re: [f] sufficit autem vnum argumenti causa referre: cuius verba hæc sunt: Alexander Augustus Iulio Maryllo. Si libello dato [g] aduersarius tuus veritatem in precibus ab eo datis non adiecit, subscriptione [h] vti non potest: immo si non esset: vel qui falso diplomate vsus est: qđ expone vt in glo. punitur pro qualitate delicti. Fran. Accur.

p *Diuersa.* id est falsa, vel varia: vel id est aduersa. ad quod in auth. de testi. §. si vero. col. vij. & ff. de testi. l. qui falso.

q *Præbuerunt.* scilicet in eodem negocio.

r *Legis.* scilicet Corneliæ.

s *Signum.* id est sigillum, vel etiam aliud signum quod fecerat.

t *Præbuit.* vt & ff. proxi. respon. dixi.

u *Duobus.* scilicet actori & reo. Accur.

x *Pro milite gessit.* cũ non sit miles.

y *Vsus est.* vt cum cẽturio non sit, fixit se in capite legionis.

z *Cõmeauit.* id est iuit cum sociis: vt cum deberet equitare cum. x. equis, equitaturus iuit cum. xx. per aliquẽ locum. vel cum per singula. xx. miliaria deberet habere certum salarium, dixit quòd vna die iuerat per. xl. miliaria: & sic percepit salarium quasi duorũ dierum: cum non tantum iuisset. secus si tantum iuisset: vt. ff. de verborũ obliga. l. continuus. §. cum ita. vel cum deberet ire per viam securam ad custodiendum castra: iuit per magis curtã, & minus securã.

a *Si à debitore.* Cũ debitor q antea obligauerat fundum, nunc venderet, adseruit nulli obligatum. nec obst. q hoc casu videtur teneri crimine stel. quod demum in subsidiũ datur: vt. ff. de crimine stel. l. iij. quia hic adseruit nulli obligatum: ibi tantum dissimulauit. sic etiam potest poni. C. eo. l. si creditor. vel pone vt. ff. de fide instru. l. repetita. Accursius.

b *Die.* i. antecedentibus diebus facta, secundũ primum casum.

c *Si quis obrepserit.* id est tantum persuasit præsidi, quòd habuit sententiam pro se. Titius qui me conueniebat in. c. dolose obrepsit sententiã contra me à præside, ostendens ei libellum suę petitionis, & quandam confessionẽ falsam quam dicebat me fecisse apud acta. nihil egit: quia rescinditur: vt. ff. de iudi. l. si ꝓtor. & tenetur de falso. & facit. ff. de fideicommiss. lib. cum vero. §. hoc senatusconsul. & C. de diuersis offic. & appari. iudi. l. ij. lib. xij. & ff. de nata. re. l. j. Accursius.

d *Per acta.* quæ iudici dixit.

e *Temeratoris.* id est falsatoris: vt subiicit.

f *De ea re.* id est super ea quæstione.

g *Libello dato.* præsidi.

h *Subscriptione.* id est sententia præsidis quam facit ad libellum.

*Flo. Athaleta

*Flo. pronuntiat.

†Diplomata hic, sunt chartulæ signo principis obsignatæ, id est cõdicilli, seu tesseræ quæ dabantur cursoribus, vt liceret eis vti equis & vehiculis publicis, quibus diplomatibus agnitis magistratus publicos illis equos & vehicula præbebãt. Bud. hic. E. P.

* Flo. prælato

† Scrib hic reputãt istiũ tex. sing. ad hoc, quòd a sententia lata ex falsis actis, est ipso iure nulla. hoc addito quòd idẽ est si sit lata ex falsitestimonio: vt in. c. olim. extra de priuil. ꝓ Bal. in. l. si veritas. C. de fideicõ.

†Obrepere præsidi, est eũ fallere, seu fallaciter adire. Bud. hic.

* Flo. proinde

nam in sentẽtiis libellus proponitur. & facit.C. si contra ius vel vti. publicam.l.ij.&.v. A

a *Sufferre.*id est sustinere.

LEge Cornelia.]*CASVS.* Qui signum falsum fecerit, vel sculpserit:tenetur.l.Corne.testamentaria. Item accusatio de suppositio partu nõ est publica, sed ad certos spectat: vt in litera dicitur.Franciscus.

*Fl.inferre

b *Lege Cornelia.* scilicet de falsis.

c *Signum.* sigillando, vel etiam subscribendo.de quib⁹ dicitur instit.de testa.§.j.&.ij. & facit.ff. eodem.l. Paulus.§.j.

d *Adulterinum.* id est falsum.

e *Parentes.*non tamen filius matrem: vt.ff. de accu.l.hi tamen.

f *Vt publicam.*speciale in hoc falso, vt non sit publica accusatio. aliàs contra:vt.ff.de publi. iu.l.j. not.& fa. C. eo.l. cum suppositi. & ff.eo.l.qui falsam.§.j.

DIuus.]*CASVS.* Qui coram iudice producit instrumẽta suspecta, nec potest probare ea esse vera: punitur iudicis arbitrio, quandoque multum, quandoque parũ, seu modicè. & si præses videat eum debere deportari,mãdabit hoc imperatori, qui imponet pœnam prout sibi videbitur.& de hoc etiam diuus Marcus dixit.Franciscus Accur.

g *Pro mensura.* id est qualitate seu magnitudine.Accursius.

h *Non possint.* cũ suspecta essent: vt.C.eo. prębemus.& de ꝓba.l. iubemus.Accursius.

i *Pati possint.*vt quia deportari:quod præses non potest:vt.j.de pœ.l.ij.§.ij.vel dic plus quàm sit forma iuris, id est iurisdictionis, id est plus quàm sit pœna ordinaria falsi,vt alij terreãtur:vt C.ad leg.Iul.repe.l.j.

k *Aestimaturo.*imperatori dico.

l *Ignoscatur.*si tamen suã innocentiã probãt,& ostendant à quo acceperãt:vt.C.eo.l.maiorẽ.& secundũ hoc ponitur casus in falso rescripto:quod tamen dic vt ibi.vel dic in alio instrumento,si desinat vti:vt.C.eo.tit.l.si falsas.&.j.ad muni.l.libertus.§.error.

HOdie.]*CASVS.*Qui corrupit edictum,punitur de falso.Ité qui corrupit mensuras fruméti vel vini, in duplum condẽnatur:item in insulam relegatur.Franciscus.

m *Proposita.*in albo:vt.ff.de iur. om.iudi.l.si quis id.per totum.

n *Condemnatur.*qua act? respon.condictione ex hac.l.vel dic actione in factum, quæ aliàs datur pro simplo eius quod interest: vt.ff.eo.l.qui nomine.Alij dicũt quòd per ac.l.Cor. de fal.quod non placet.& facit.ff.de dolo.l.arbitrio.§. de eo. & quod ibi no. &.ff.de extraordi.cri.l.annonam.§.fi.&.j.de verbo. signi.l.Paulus respon.&.ff.de fur.l.si quis vxori.§.si maiora.Accursius.

SI quis.]*CASVS.*Qui falsis cõstitutio.siue legibus vtitur,quę nullũ habẽt auctorẽ.f.iustũ:aqua & igni interdicitur.Frã.Ac.

o *Nullo.*nullum habent auctorem etiam quæ habẽt,sed reprobatæ sunt:vt.C.de Iusti. codi.confir.§.hunc igitur.ille ergo habet auctorem,qui habet talem qui habet ius condendi legem: vt principem,vel senatum,vel præfectum.vel dic aliter,auctorem,à quo accepit rescriptum quasi constitutiones,quę tamen nõ sunt. & concor.tunc.C.eo.l.maiorem.

p *Vtitur.*vt Galgosius Papiẽ.

accusatus fuerit, & pœnam sufferre[a] † debet.

XXX. IDEM libro duodecimo Pandectarum.

LEge Cornelia [b] testamentaria obligatur qui signũ [c] adulterinum [d] fecerit,[vel]sculpserit. ℣ De partu suppositio soli accusant parentes,[e] aut hi ad quos ea res pertineat: non quilibet ex populo, vt publicam[f] accusationem intendat.

XXXI. CALLISTRATVS libro tertio de Cognitionibus.

DIuus Pius Claudio rescripsit,pro mẽsura[g] cuiusque delicti constituendũ in eos qui apud iudices instrumenta protulerunt, quæ probari nõ possint: [h] aut si plus [eos] meruisse videatur, quàm ex forma iurisdictionis pati possint: [i] vt imperatori describatur, æstimaturo [k] quatenus coërceri debeãt. Sed diuus Marcus cũ fratre suo pro sua humanitate hanc rem temperauit:vt si(quod plerumque euenit) per errorem huiusmodi instrumenta proferantur, ignoscatur [l] eis qui tale quidquam protulerint.

XXXII. MODESTINVS libro primo de pœnis.

HOdie qui edicta proposita [m] dolo malo corrumpunt,falsi pœna plectũtur. ℣ Si venditor mẽsuras publicè probatas, vini,fruméti,vel cuiuslibet rei, aut emptor corruperit, dolóve malo fraudem fecerit: quanti ea res est, eius duplo* condemnatur:[n] decretoque diui Hadriani præceptum est, in insulam eos relegari qui põdera aut mensuras falsassent. B

XXXIIII. IDEM libro tertio de pœnis.

SI quis falsis cõstitutionibus, nullo[o] auctore habito, vtitur: [p] lege Cornelia aqua & igni[q] ei interdicitur.

AD* LEGEM IVLIAM repetundarum.†

TITVLVS XI.

I. MARCIANVS libro quartodecimo Institutionum.

LEx Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias, quas quis in magistratu, potestate, curatione,[r] legatione, vel quo alio officio, munere,ministerióve publico cepit:[s] vel cum[t] ex cohorte[u] cuius eorum[x] est. Excipit lex,à quibus licet accipere: à sobrinis,[y] propioréve gradu,cognatis suis, vxoré[ve.] C

II. SCAEVOLA libro quarto Regularum.

DAtur ex hac lege & in hæredes actio [z] intra annum, dumtaxat à morte eius qui arguebatur.

q *Igni.*id est deportatione:vt.ff.eo.l.j.§.fina.

AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM.

Hodie diceremus repetendarum, scilicet pecuniarum.

Ex Iulia.]*CASVS.*Lex Iulia repetundarũ pertinet ad eas pecunias quas quis existẽs in magistratu vel officio publico accepit ab aliquo priuato, vel aliquis de eius famil.permittit tamen posse accipere à quibusdã personis, scilicet à sobrinis, & ab eis qui propiore gradu, & à cognatis,& ab vxore.qui contra facit,tenetur in duplum hac.l.intra annum. iteꝫ hac.l. tenetur qui cũ haberet aliquã potestatẽ, scilicet officium : accepit pecuniã ob iudicandum vel ob non iudicandũ : vel vt faceret aliquid vltra officium suum.Iteꝫ in eo. mites siue socios militum datur actio ex hac † l.si faciant contra hanc legẽ. Item hac.l.punitur qui accepit pecuniam ob denuntiãdum testimoniũ, vel ob nõ denuntiandum. & qui damnatur ex hac lege, nõ potest esse testis vel iudex vel aduocatus. Iteꝫ lege Iulia repetundarum cauetur ne quis accipiat pecuniã ob aliquã de causis numeratis in litera huius.l. & prin.sequentis.& sic apparet quòd à personis extraneis non licet accipere:à cõiũctis autẽ numeratis in litera ff.l.j.in fi.licet accipere in infinitũ. &.h.d.hæc l.cum quinque sequentibus,& prin.sextæ.

*Fl.

*Fl.

r *Curatione.*publica.

s *Cepit.* à priuato: vt faciat non faciendum, vel omittat faciendum. & sunt exempla.j.eo.l.eadẽ.§.fi. &.l.lex. & est pœna legis.j.eo.l.lex.§.fi. Iteꝫ actio ciuilis. quod dic vt.j.l. proxima.& dic quòd etiã durante officio accusatur: quia in offi. delinquit,vel quia subiectos opprimit: vt.C.eo.l. iubemus.aliàs autem nõ potest magnus magistratus in ius vocari:vt.ff.de in ius voc.l.ij.nisi in furto:vt in auth.vt iudi. sine quoquo suf.§. si quis autem.col.ij.minores magistratus etiam durante officio conueniuntur:vt.ff.de iniur.l.nec magistratibus. D

t *Vel cum.*supra solus:hic cum aliis est in magistratu.Accur.

u *Ex cohorte.*id est aliquis ex cohorte,id est ex societate.Ac.

x *Cuius eorum est.* id est alicuius eorum, accepit subaudi:vt.j.eo. l. in comites. aliàs est ex sorte:& in idem recidit.

y *A sobrinis.*qui sunt in sexto gradu:vt instit.de gradi.§.sexto. & ab omnibus proximioribus: vt subiicit. nam ratio sanguinis tollit suspicionem: [a] vt argu.ff.de recep.l.ij.& in authẽ. de eccle. titu.§.interdicimus.col.ix.Et dic quòd in infinitum ab istis, dũmodo non ratione officij. ab aliis autem vsque ad centum aur. per annum inter omnes, & non ratione officij: vt infra eo.l. eadem.§.finali.&.l.lex.§.j.licet quidam dicant ab his vsque ad centum aureos:ab aliis nihil:quod est contra.l.illam expressẽ. Eſcu-lentum autem potest accipere secundum.l.vt supra de offic.pro-con.l.solent.& de offi.præs.l.plebiscito.

A sobrinis

z *Datur. Actio.* Ex hac.l.datur actio in factum vel condic. ex hac lege contra iudicem vel officialem pro eo quod ipse vel minister accepit: vt.C.eo.l.j.& intra annũ à tempore depositi offic.vt.C.eo.l.penul. licet quidam dicant ibi speciale in comite domorum:quod non placet;vt ibi,&.l.iubemus.& forte intra annum in quadruplum:post annũ in simplum:vt.ff.de calũ.l.j. in princip.

BIU Cujas

in princip. & hoc quadruplum datur totum fisco quando turpiter dedit. nam sibi, ne repetat, sua turpitudo obstat: vt. ff. de iur. fis. l. Lucius. & hoc casu est popularis accusatio. si autem fuerit extortum, tunc remedium est spoliato: vt. C. de exact. l. iij. Item in casu punitur etiam qui dat: vt. C. eod. l. fi. In hæredē autem qualiter datur, triplex est opi. in hac. l. nam quidam dicunt dari intra annum post lit. contesta. scilicet contra defunctū in quadruplū: quod est speciale, vt non detur perpetuo: vt C. ex delic. defun. Alij vt H. dicūt teneri hæredē etiam si non peruenit: sed intra annum: vt hic, &. C. eo. l. sciāt. §. j. Vel dic secundum Azo. dari in hæredem, sed intra annum: & erit semper speciale: quia secundum regulam de eo quod peruenit, datur perpetuo. & hoc vltimum speciale tolerabilius est. sed siue dicat annum currere defuncto durante offi. siue demum finito, videtur absurdum: quia si ponas eum mori quando iam sex menses cucurrerūt: tenebitur hęres in vlterius tempus quàm teneretur defunctus si viueret. sed hoc toleratur quandoq; in quantitate: non mirum si hoc in tempore: vt. ff. de euic. l. si per imprudentiam. §. nō mirum. sed si dicas lit. contest. vel in id quod peruenit: nō obstat dicta oppositio. Item cōtra. C. vt omnes tā ciui. quàm mili. l. j. vbi per quinquagīta dies debet morari, & lis inchoari, & finiri intra. xx. dies. sed illa non habet locum quando in sua patria postea cōuenitur & accusatur. præterea hic loquitur etiam de his qui in sua patria exercuerunt officium. Item facit. ff. de popula. ac. l. fina. & de accu. l. ex iudiciorum. cōtra. sed hic speciale. Item facit. j. titu. ij. l. fin. item hic de ciuili, de criminali habes infra. l. lex. §. fi.

Comites in ea, id est consulū, præsides, alios magistratus prouincias regentiū, ex comitatu legati, proconsulis, quæstores, scribæ, qui ab magistratibus in prouincias mittebātur. vide hic in. E. P. vel est deliquendum ad militiam. Id est dimittendū à militia. est autem triplex missio, vt. ff. de in fal. qd ait prætor. §. proinde. E. P.

III. MACER libro primo Publicorum.

LEge Iulia repetūdarū tenetur, qui cum aliquam potestatem haberet, pecuniā ob iudicandum, [vel nō iudicandū] decernendúmve [a] acceperit:

IIII. VENVLEIVS SATVRNINVS libro tertio publicorum iudiciorum.

VEl quo magis aut minus quid ex officio suo faceret.

V. MACER libro primo Publicorum.

IN comites [b] quoque iudicū† ex hac lege iudicium datur.

VI. VENVLEIVS SATVRNINVS libro. iij. Publicorū iudiciorū.

EAdem lege tenentur [c] qui ob denuntiandum vel non denuntiandum testimoniū pecuniam acceperint. ℣ Hac lege damnatus, testimonium publicè dicere, aut iudex esse, postularéve prohibetur. [d] ℣ Lege Iulia repetundarum cauetur, ne quis ob militem legendum, [e] † mittendúmve [f] † æs accipiat: [g] néve quis ob sententiam in senatu consilióve [h] publico dicendam pecuniam accipiat, vel ob accusandum, vel non accusandū: vtque vrbani magistratus ab omni sorde se abstineāt: néve plus doni munerís [ve] in anno accipiant, quàm quod sit aureorum [i] centum.

VII. MACER libro primo Iudiciorum publicorum.

LEx Iulia de repetūdis præcipit, ne quis ob iudicē arbitrúmve [k] dandum, [vel] mutandum, iubendúmve vt iudicet: néve ob non dandum, non mutandum, [nónve] iubendum vt iudicet: néve ob hominem in vincula publica coniiciendum, vinciendum, vinciríve iubendum, éxve vinculis dimittendum: néve quis ob hominem condemnandum, absoluēdúmve: néve ob litem æstimandā. [l] † iudiciúmve capitis pecuniæve [m] faciendum, vel non faciendum, aliquid accipiat. Apparet autem quòd lex ab exceptis [n] quidem in infinitū capere permittit: ab his [o] autem qui hoc capite enumerātur, à nullo neque vllam quantitatem capere permittit. ℣ Illud quoque cauetur, ne in acceptum [p] feratur† opus publicum faciendum, frumentúm [ve] publicè dandum, præbendum, approbandum, † sarta tecta tuenda, antequā perfecta, probata, præstita lege erunt. [q] ℣ Hodie ex lege repetūdarum extra ordinem [r] puniuntur: & plerumque vel exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiserint. [s] Quid enim † si ob hominem necādum pecuniam acceperint? vel licet non acceperint, calore [t] tamē inducti interfecerint vel innocentem, vel quem punire non debuerant? Capite plecti debent, vel certè in insulam deportari: vt plerique puniti sunt.

VIII. PAVLVS libro quinquagesimoquarto ad Edictum.

QVod contra legem repetundarum proconsuli vel prætori [u] donatū est, nō poterit vsucapi. [x] Eadē lex vēditiones [omnes,] locationes, eius rei causa pluris minorísve factas, [y] irritas facit: impeditque vsucapionem, priusquā in potestate eius à quo discessum est, qui pecuniam dedit, vel in eius heredem, qui dedit, reuertatur. Item si quis ob iudicandum, vel ob testimonium dicendum, vel ob officium, vel ob militiam, vel ob non dandum, non mutandum, vel ob non faciendum, vel ob hominem in vincula publica coniiciendum, vinciendum, vinciríve iubendum, éxve vinculis dimittendum, vel ob litem æstimandam, vel ob non æstimandam, vel ob iudicium capitis pecuniæve faciendum, vel non faciendum, aliquid acceperit, vel ob sententiam in senatu consilióve publico dicendam, vel ob accusandum, vel non accusandum, vel ob militem legendum, vel non legendum, vel ob æs accipiendum, vel non accipiendum, vel ob hominem necandum, vel non necand

præside de rebus sibi datis ob causam prædictam. & facit instit. de vsucap.§.aliquãdo.& no.quòd desinit esse vitiosa,licet redeat in potestatem delinquentis.

a *Qui munus.* id est aliquod officium publicum.
b *Publicè.* id est à republica.
c *Ruperunt.* id est male se in eo habuerũt.

AD LEGEM IVliam de annona.

d *Constitit.* aliàs cõstat: & aliàs cõstitit: aliàs cõstituitur. Et nota speciale, vt & aliàs ff.de iud.l.vix.& de accusa.l. mulierem. in fi.
Flo.de lege Iulia. regulariter contra: vt C.de iud.l.seruus. & facit.ff. de fal.l. nullo. & C.de quæstio.l.j.
e *Dicat.* ſ.seruus.

Lege Iulia.] CASVS. Qui contra annonã fecit vt carior esset,vel de hoc societatem coiuit:punitur.l. Iul.de annona.Item in eadem .l. Iul. cauetur ne quis detineat nauẽ ferentem annonam: & pœna .xx. au. imponitur contrarium faciẽti. Franciscus.

f *Pœna statuitur.* quæ est.ff.de extraor. crimi. l.annonam. in fi.j. respon.& facit.ff.de fer.l. solet.§.liberalia.Acc.
g *Quòd.* pro vt.Acc.
h *Nauem.* scilicet ferentem annonam.
i *Viginti aureorum.* & etiam pœna criminis:
†*Flo. Imperatoris.* quæ qualis sit,dixi modo in principio huius.l.

Imperatores.] CASVS.Decuriones nõ coguntur vilius vendere annonam ciuibus suis quàm annona exigat.Item nõ debet statui vt certus ordo hominum puta mercatorum vendat frumentũ certo precio. Itẽ & fœmina potest accusare de crimine fraudatæ annonæ.Franciscus.
aliàs inuehitur.
k *Vendere.* vt & .j.ad muni.l. non debere. & j.de admi.rerum ad ci. perti.l.decuriones.
l *Ordini.* sicut nec alicui priuato:vt.C.de iudæis.l.nemo.ij.&.ff.re. amo.nõ enim. Sed contra.ff.de offi.præfec.vrb.l.j.§.cura carnis.&.C. de epis.au.l.j. vbi de hoc dicit. *ADDITIO.* Dic secundum Barto.quòd non potest statuere pretium nõ iustum,vt hic:pretium autem iustum potest statuere,vt in contrariis.
m *Inuenitur.* secundum morem loci.ar.ff.de fal.l.hodie.§.j.
n *Nunciationis.* i.accusationis publicæ:vt C. qui accu.nõ poss. l.de crimine.sed hoc speciale:vt.ff.de accu.l.mulierem.Accur.
o *Polliceris.* ô mulier.

AD LEGEM IVLIAM PECVLATVS, & de sacrilegiis & de residuis.

Lege Iulia peculatus.] CASVS.Lege Iul.peculatus cauetur ne quis auferat ex pecunia sacra, religiosa, vel publica:néve intercipiat:néve in rẽ suam conuertat:néve faciat siue procuret quòd hęc fiant ab aliquo. Itẽ eadem.l.præcipitur ne quis adiiciat quid ferri vel immisceat in aurum vel argentum publicum:néve procuret vt hæc ab alio fiant.Fran.Acc.

testatẽ eius à quo profecta res sit,hæredísve eius veniat.

IX. PAPINIANVS libro quintodecimo Responsorum.

QVi munus[a] publicè[b] mãdatũ accepta pecunia ruperunt,[c] crimine repetundarum postulantur.

AD* LEGEM IVLIAM de annona.

TITVLVS XII.

I. MARCIANVS libro secundo Institutionum.

CONstitit[d] inter seruum & dominum iudicium,si annonam publicã fraudasse dicat[e] dominum.

II. VLPIANVS libro nono de officio proconsulis.

LEge Iulia de annona pœna statuitur[f] aduersus eũ qui contra annonam fecerit, societatémve coierit quò[g] annona carior fiat.¶ Eadem lege continetur, ne quis nauẽ[h] nautámve retineat, aut dolo malo faciat quo magis detineatur: & pœna viginti aureorum[i] statuitur.

III. PAPIRIVS IVSTVS libro primo de Constitutionibus.

IMperatores† Antonin° & Verus Augusti in hæc verba rescripserunt:Minimè æquum est decuriones ciuibus suis frumẽtũ vilius quàm annona exigit, vendere.[k] Item rescripserunt ius non esse ordini[l] cuiusque ciuitatis pretiũ grani quod inuenitur,[m] * statuere. Item in hæc verba rescripserunt: Etsi non solent hoc genus nuntiationis[n] mulieres exercere: tamẽ quia demonstraturã te [ea] quæ ad vtilitatem annonæ pertinent polliceris:[o] præfectum annonæ docere potes.

p *Sacra.* largissimè pone nomen, vt pro sacris vasis.ad quod est insti.de pub.iud.§.item lex Iul.sic & aliàs: vt not.C. de cõsti.pe: l.ij.§.pe.Item quòd dicit,sacra:expone vt.j.l.iiij.in prin.Ac.
q *Religiosa.* vt in ornamentis sepulchrorum.
r *Publicáve.* fisci,vel ciuitatis Romanæ:vt.j.l.iiij.in fine.
ſ *Quòd.* pro vt.
t *Lege licebit.* vt sacerdoti de re sacra,& officiali de re publica,cuius periculo est: vt.j.l. sacrilegi.in princip.
u *Indatur.* i.adiiciatur ferrũ,vel aliquid simile.& facit.ff.ad le. Cor. de fal.l. lege Cornelia.

Lege.] CASVS. Qui pecuniam publicã destinatam ad aliquod factum, puta ad clusam: retinet eam, nec eam expẽdit in vsum in quem debebat: punitur.l. Iul. de residuis.Fran.Accursius.
x *Delegatã.* id est destinatam. ad quod.j.l. iij.§.sed & qui.Ac.
y *In eũ vsum.* scilicet in quem erat delegata.
z *Peculatus.Succesit,* vt ĩ auth. de nup. §.deportatio.&no.j.de pœ.l.ij.§.constat.
a *Statum.* i.in pœnam supradictam.Accur.
b *Amittit.* hoc hodie contra:vt in authen.vt nulli iudi.§.fi.col.ix.

Lege Iulia.] CASVS.Hic declarat mentem.l. proxi. præceden. quæ pœna imponatur ex crimine peculatus. Secundo dicit prædicta pœna punitur qui pecuniam sacram vel religiosam aufert.idem si rem donatam deo quis auferat. Tertio dicit: mandatis principum cauetur vt præsides conquirãt sacrilegos, latrones & plagiarios:& eos inuentos puniant secundum modum delicti. Quarto dicit: Qui pecuniã habitam ex loca. fundi reipublicę,vel ex simili causa in litera declarata, penes se retinet: lege Iulia de residuis punitur. Item qui pecuniam publicã habebat vt eam expenderet in aliquo facto publico,& nõ expendit eam,immo retinet:pœna legis Iuliæ de residuis tenetur.[NON FIT.] Locus in quo thesaurus inuenitur, non fit religiosus,etiam si in monumẽto inueniatur. prohibitum est enim sepeliri thesaurum.& quod prohibitũ est sepeliri: si sepeliatur,non facit locum religiosum. Vltimo dicit:qui rem ciuitatis Romanæ subripit:crimine peculatus tenetur. Item si res priuatorum in ædem sacram depositæ subreptæ fuerint: actio furti competit.& hoc dicit hic.§.cum.l.sequen.Francis.Accursius.
c *Sacrã.* priuatí:sec° si publicè:vt.j.l.vj.&.l.sacrilegi capite.Ac.
d *Donatum.* forte ad eius donãtis honorẽ in loco publico: & sic quãdo ad decorẽ publicũ pertinet,habet locũ hæc lex. & facit.ff. ad.l.Fal.l.j.§.ad municipum.& quod no.C.de fur.l.si nondum.
e *Mandatis.* principum.
f *Conquirant.* id est conquiri faciãt.sic.ff.de infamibus.l.furti.§. mandati.& facit.ff. de offi.præsi.l.congruit.
g *Prout.* sic.ff.de offic.præsi.l.diuus Marcus.in principio.

AD LEGEM IVLIAM peculat°,& de sacrilegiis & de residuis.

TITVLVS XIII.

Ponit quid spectet ad legẽ Iuliã peculat°.

I. VLPIANVS libro quadragesimoquarto ad Sabinum.

LEge Iulia peculatus cauetur,[p] ne quis ex pecunia sacra,[q] religiosa,[r] publicáve[s] auferat, néve intercipiat, néve in rem suã vertat,néve faciat quo[t] quis auferat, intercipiat,vel in rem suam vertat:nisi cui vtique lege licebit:[t] néve quis in aurum,argentum,æs publicum, quid indat, néve immisceat, néve quo quid indatur,[u] immisceatur, faciat sciens dolo malo,quo id peius fiat.

II. PAVLVS libro vndecimo ad Sabinum.

LEge Iulia de residuis tenetur qui publicam pecuniam delegatam[x] in vsum aliquem, retinuit, neque in eum[y] [vsum]consumpsit.

III. VLPIANVS libro primo de adulteris.

PEculatus pœna,† aquæ & ignis interdictionẽ,in quam hodie succesit[z] deportatio, cõtinet. porrò qui in eũ statum[a] deducitur: sicut omnia pristina iura,ita & bona amittit.[b]

IIII. MARCIANVS libro quartodecimo Institutionum.

LEge Iulia peculatus tenetur qui pecuniam sacrã,[c] religiosam abstulerit, [vel] interceperit. Sed & si donatum[d] deo immortali abstulerit:peculatus pœna tenetur.¶ Mandatis[e] autẽ cauetur de sacrilegiis, vt præsides sacrilegos,latrones, plagiarios conquirant:[f] & vt prout[g] quisque deliquerit, in

BIU Cujas

a *Extra ordinem.* vt. ff. eo. l. sacrilegij pœnã. sed certe immo ordinaria pœna: vt. ff. eo. l. sacrilegi. Solu. vt ibi.

b *Ex locatione.* à publico facta. & hic exigebat nomine publico: vel erat ei data à publico vt emeret fundum fisco, vel vt aleret aliquem à repub. alendum. Vel dic quòd ipse locabat nomine publico, & vendebat: & sic emptione ab aliquo perfecta. pro quo. ff. eo. l. hac lege.

c *In vsum aliquem.* id est alium quàm superioribus casibus.

d *Lege.* scilicet de residuis.

e *Tertia parte.* id est in triplo eius quod accepit: & plus: & sic in quadruplum, secundum P. pro quo est. ff. sacrilegij. §. fi. & l. pe. & insti. de ac. §. tripli. Alij dicunt extraordi. & amplius tertia parte, scilicet suorum bonorum. tu dic in eo quod accepit, & tertia ei plus. ad quod. C. de inoffic. testa. l. si quis in suo. & C. de litig. l. fina. Acc.

f *Thesaurus.* ff. de acqui. re. do. l. nũquã. §. j.

g *Non potest.* vt & ff. de relig. l. at si quis. §. funeris. nisi causa custodiæ: vt. ff. de acqui. poss. l. peregrè.

h *Ciuitatis.* Romanæ, nõ alterius: vt. ff. de fur. l. ob pecuniam. cõtra.

i *Committi.* aliàs cõmitti: & aliàs committat.

k *Dui. Furti.* immo sacrilegij. nã facit locus vt sacrilegiũ sit: vt. ff. de pœ. l. aut facta. §. locus. quę est cõtra. Solu. secundũ R. & Al. hic subaudi furtia ctionem, scilicet etiam: non sacrilegij, scilicet tantum, & sic vtraque via locum habet. simile subauditũ est. ff. de acqui. poss. l. possideri. §. si rem. & de fur. l. si is. & de verb. obliga. cũ stipulatus. & l. in illa. &. C. de aboli. l. ij. &. ff. quo. leg. l. j. & de iudi. solemus. & de euic. l. si mancipiũ. §. fi. &. C. de testi. l. j. in glo. fi. in prin. & ff. de ope. no. nun. de pupillo. §. ij. &. ff. de re. per. l. j. in fi. vel secundum Azo. & H. hic dic nihil subaudiri: & sic non erit hic sacrilegium. Idem & si sacrum auferatur de non sacro. nã locus &c. vt ibi. oportet ergo & quòd sacrum de sacro loco auferatur secũdum hoc. ad quod. ff. de incen. rui. naufra. l. & loco. Sed quando quid incipit esse sacrum: dic vt. C. de fur. l. si nondum. sed secundum cano. est secus: vt. xvij. q. iiij. quisquis. Item facit. ff. de vi & vi arma. l. j. §. illud. &. §. si quis. &. §. j. sed ar. contra. C. de episc. & cle. l. si quis in hoc. vel dic tertio, hic res priuata de sacro: ibi res sacra de sacro. & sic locus facit sacrilegium, vel furtum. quod in idem recidit.

Sacrilegii.] CASVS. Hic dicit, quòd proconsul imponit pœnam sacrilegij pro qualitate personæ quandoq; acriter, quãdoque leuiter. [QVI CVM.] Qui nomine ciuitatis faciunt pecuniam publicam, & partem pecuniæ sibi retinent, partem adsignant ciuitati: non sunt falsarij, sed fures: & ideo peculatus crimine tenentur. Secundo dicit: qui ex metallis Cæsarianis aurum vel argentum subripit: in exilium vel in metallum damnatur secundum qualitatem personæ. Tertio dicit: qui auxilium præstitit furanti pecuniam publicam: punitur in quadruplum vt manifestus fur, & infamis fit. Item qui ex metallo Cæsaris aurum accepit illicitè, & conflauit: in quadruplum punitur. Fran. Accur.

l *Et ætatis.* videtur ergo extraord. & sic est contra. ff. eo. l. sacrilegi capite. sed & istæ sunt capitales. vel dic vt ibi. Item quod dicit moderandam pœnam pro ætate & sexu, facit. ff. de adulte. l. si adulterium. §. fratres. & de ter. mo. l. ij. & de mino. auxilium. item ad hoc. ff. de incen. rui. nau. l. Pedius. §. j. &. l. ne quid. §. j. Accur.

m *Exusisse.* id est combusisse.

eum animaduertant: & sic constitutionibus cauetur, vt sacrilegi extra ordinem [a] digna pœna puniãtur. ℣ Lege Iulia de residuis tenetur is apud quem ex locatione, [b] emptione, alimentaria ratione, ex pecunia quam accepit, aliáve qua[ex]causa pecunia publica resedit. ℣ Sed & qui publicã pecuniam in vsum aliquem [c] acceptam retinuerit, nec erogauerit: hac lege tenetur: qua lege [d] dãnatus, amplius tertia parte [e] quàm debet, punitur. ℣ Nõ fit locus religiosus, vbi thesaurus [f] inuenitur. Nam etsi in monumẽto inuẽtus fuerit: non quasi religiosus tollitur. Quod enim sepelire quis prohibetur, id religiosum facere non potest. at pecunia sepeliri nõ potest: [g] vt & mãdatis principalibus cauet. ℣ Sed & si de re ciuitatis [h] aliquid subripiatur, † constitutionibus principum diuorũ Traiani & Hadriani cauetur peculatus crimen committi. [i] & hoc iure vtimur.

V. IDEM libro quinto Regularum.

DIui Seuerus & Antoninus Cassio Festo rescripserũt, res priuatorum si in ædem sacram depositæ, subreptæ fuerint: furti [k] actionem, non sacrilegij esse.

VI. VLPIANVS libro septimo de officio Proconsulis.

SAcrilegij pœnã debebit proconsul † pro qualitate personæ, proque rei conditione, & temporis, & ætatis [l] & sexus, vel seuerius vel clementius statuere. & scio multos & ad bestias damnasse sacrilegos: nonnullos etiã viuos exusisse: [m] alios verò in furca suspẽdisse. Sed moderanda pœna est vsque ad bestiarum damnationem eorũ qui manu facta templũ effregerunt, & dona dei noctu tulerunt.

Cæterũ si quis interdiu [n] modicum aliquid de templo tulit, pœna metalli [o] coërcendus est: aut si honestiore [p] loco natus sit, deportandus in insulam est. ℣ Qui cum in moneta publica operarentur, extrinsecus [q] sibi signant pecuniam forma publica, vel signatam furãtur: hi non vidẽtur adulterinam monetam exercuisse, sed furtum publicæ monetæ fecisse: quod ad peculatus [r] crimen accedit. ℣ Si quis ex metallis Cæsarianis aurũ argentúmve furatus fuerit: ex edicto diui Pij exilio vel metallo, prout dignitas personæ [patitur] punitur. [s] Is autem qui furanti sinum [t] præbuit, perinde habetur atque si manifesti furti condẽnatus esset: [u] & famosus [x] efficitur. Qui autem aurum ex metallo [y] habuerit illicitè, & cõflauerit: in quadruplum [z] condemnatur.

n *Interdiu.* id est ex die.

o *Pœna metalli.* quæ minor est quàm bestiis subiici, vt hic colligitur. nam grauius pro nocturno puniẽd est: vt supra de effra. l. fina. Item no. modicum, vt pro modica re magna pœna. arg. contra. ff. de dolo. l. si oleum. in fin.

p *Honestiore.* ad hoc ff. de ter. mo. l. ij. & de arb. §. l. ij. §. ij. ff. &. C. de sac. san. eccle. l. placet. in fin. &. ff. ad leg. Cornel. de sic. l. iij. §. penul. &. ff. de pœ. l. capitalium. in fi. &. ff. de re mili. l. iij. §. is qui ad hostes. &. ff. proxi. §. si quis ex metallis.

q *Extrinsecus.* id est extra eam quam de publico faciũt in alia manu: vt sibi habeant & faciant, publica forma tamen, vt subiicit: aliàs tenẽtur crimine falsi: vt. C. de falsa moneta. l. ij. & ff. de fal. l. lege Cornelia. &. l. qui falsam. Accursius.

r *Quod ad peculatus.* R. hic habet. §. alij nõ, sed. ff. j. si quis &c.

s *Punitur.* per hanc. l. vt. ff. l. iij. in fi. &. ff. ea. l. in fi. primi casus. & facit infra de pœnis. l. si quis. in princ.

t *Sinum.* aliàs signũ. ad quod. C. ad legem Fab. de pla. si quis.

u *Condemnatus esset.* id est punitur in quadruplum eius quod ablatum est, & datur fisco proposita actione huius. l. vel actio. in factum. & pro hoc infra. l. penulti. & infra proxi. respon. nam & aliàs qui opem præstat furi, furti tenetur: vt insti. de ob. quæ ex delic. §. interdum furti. Sed opp. manifestus fur tenetur condictione fur. sed iste qui opem tulit, non: vt supra de condic. fur. l. proinde. ergo non est idem. item qui præbet opem furto manifesto: non tenetur furti manifesti, sed non manifesti: vt supra de fur. l. is qui opem. ad quod dic quòd perinde habetur: non tamen per omnia idem. sic. ff. qua. rerum actio non datur. l. j. §. in summa. sic & aliàs nihil interest: non tamen per omnia nihil: vt. ff. de inter. ac. l. de ætate. §. nihil. & insti. de vsufruc. §. nam cedendo extraneo. & supra de compen. l. postquam. &. C. de procu. l. nihil. & de errore aduo. l. j. & supra de pig. ac. l. solutũ. §. si quasi. & supra de statuli. l. statuliberi à cæteris. in princip. & institu. qui. mo. ius pa. po. sol. §. nostra. &. C. de iure do. l. vbi in me. * & supra de accu. l. hos accusare. §. si seruus. & infra de pœ. l. capitalium. & de acqui. poss. l. naturaliter. §. j. & de vsucap. nunquam. §. si seruus. & pro empt. l. qui fundum. §. fin. & de solu. l. si ita stipulatus. & arg. supra de iureiur. l. sed & si. §. fin.

x *Famosus.* condemnatione facta: ad quod supra ad leg. Iuliã de vi pri. l. j. Alij quòd de facto tantum, non facta condemnatione. Alij ipso iure, condemnatione etiam non facta: sed hoc non est in furto, sed demum post sententiam: [a] vt. ff. de his qui no. infa. l. furti. &. l. j. §. qui furti.

y *Ex metallo.* Cæsaris: vt. ff. proxi. §.

z *In quadruplum.* proposita actione huius. l. vel actione in factũ.

† *Adde q nõtantũ p cõsul, id est iudex laicus, sed & ecclesiastic de sacrilegio cognoscit: vt. c. cum sit generale. & ibi nota ni in apost. ad Panor. nu. 1. ℣ ver. tã secularis quàm eccle siastic. extra de foro cõpe. & in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleri.*

* *vbi ad huc.*

a *Et ista est veritas: vt in. c. super eo. & ibi notaui in apostil. ad Panor. in ver. impedit. extra de elec. & in. l. 1. vbi etiã notaui in addi. ad Iaco. Rebuffi. in ver. ab honoribus & dignitate. nu. 1. C. de infa. li. 10.*

BIU Cujas

arg.ſ.de fal.l.qui nomine.verũ hic datur fiſco.qđ dic vt.j.l.pen.

a *Eculatus. Admiſſum.* id eſt commiſſum.

b *Non oportet.* ſic in adulterio:vt.ſ.de adul. quinquenniũ. regulariter contra:vt.C.de fal.querelam.

c *Qui tabulam æneam.* aliàs æneam: aliàs æream. & dic publicam: vt.j.l.hac lege.Accur.

d *Agrorum.* pro eodem ponit: vt cãpus fori ſunt torneaturę tot.

e *Continentem.* vt meſuræ viarum: vt circa curiam.

f *Induxerit.* id eſt ducendo pennam ſubtus.

* *Flo. æreã legis. Vide hic Bud.*

† *Sic Virg. Aeneid. 6. fixit lges precio atq; reſixit. E. P.*

Sacrilegi.] *CASVS.* Primo dicit qualiter puniantur ſacrilegi. Secundo dicit, qui ſint ſacrilegi. Tertio punit eos qui intrauerunt res ſacerdotũ, vel ædes eorũ,per vim aliquid accipiendo: & puniũtur minus quàm ſacrilegi: & plus quã fures. iudex ergo inquirere debet quod ſit ſacrũ verum,vel quaſi,& quod crimen cadat in crimẽ ſacrilegij.[*LABEO.*] Labeo definit peculatum.Secũdo dicit ꝙ in caſu qui ſubripit pecuniam priuatam, committit peculatum:& ponitur exẽplum in litera. Tertio dicit,qui pecuniam publicã traiiciẽdã ſuſcepit, vel ſimilis perſona ad quam ſpectat periculum,nõ cõmittit peculatum. Quarto dicit, qui fecit poteſtatẽ tabularum publicarũ inſpiciendarũ & deſcribendarũ ſine parabola eius qui præerat his factis,cõmittit peculatũ. Quinto dicit, qui pecuniam publicã habebat ad expendendũ in certos vſus,& eam retinuit,nec expẽdit vbi debebat,crimine peculatus tenetur. Vltimo dict, debitor fiſci dedit mihi pecuniã vt eam ſoluerem ærario ſiue fiſco:& ego coram procurat.confeſſus ſum eã habere.receſsi aliqua de cauſa in prouinciam,& nõ ſolui. Dicitur quòd nõ teneor de reſiduis:ſed fiſci debitor ſum, & coget me procurator Cæſaris ad ſoluendum,pignora exigendo,& me detinendo & mulctam indicendo.& ſi per annum ſtem quòd non ſoluam:de reſiduis teneor.Et.h.d.hic.§.& lex ſeq.Fran.Ac.

† *De hac definitione tractãt Rhetores in cõſtitutione definitiua. Cic.lib.2. de inuent. Quintil. li. 7.Inſtit. Orator.*

† *Aedicula eſt ſacellũ, id eſt ædis ſacræ appẽdix.quãdoque eſt locus lamentũ ſimulachri. E.P.*

g *Capite.* immo extra ordi.vt.ſ.eo.l.lege.§.mandatis.&.l.ſacrilegij.Sol.& illę ſunt capitales ſecundum Azo. vel dic triplex ſacrilegium.Primum verum: de quo ſubiicit, ſunt autem &c.& ſic ſacrum de ſacro.Secundum quaſi ſacrilegium: de quo ſubiicit:at qui &c.& tunc extra or.vt ibi.

h *Compilauerunt.* aliàs cõpilauerũt. ſic.ſ.loca.l. dominus. ſed in libro B.cõflauerunt.ſic.C.de ſacroſan.ec.auth.præterea.& quod dicit publica ſacra,vt conſecrata per pontifices:vt inſti. de re.di. §.nullius.priuata ſacra in quibus cõmittitur quaſi ſacrilegium,appellat cõſecrata per principem: vt.ſ.de re.di.l.ſacra. vel appellat ſepulchra quæ quis facit priuatim inferendo mortuum:vt inſtit. de re.di.§.religioſum.vbi quaſi ſacrilegium committitur ſi contingantur:vt.C.de ſepul.vio.l.j.vel priuata ſacra appellat res ſacerdotũ,quas pro ſe vel eccleſia habent.ar.C.de epiſc.& cle.l.ij. Item quod ſubiicit ædiculas:deminutiuum eſt: vt & aliàs ſuccuculi & hœduli:vt inſti.de re.di.§.in pecudum.& dic eſſe domũculas non ſacras, ſed ſacerdotibus relictas, & propter vilitatem incuſtoditas.vel dic domunculam quæ eſt iuxta eccleſiã in qua ſacerdos moratur:quas vocam[9] canonicas.vel illa in qua ſacra vaſa reponũtur.& dic tunc incuſtoditas:quia tunc ibi non erat cuſtos:& ſic ponitur in,pro nõ.vel eriam in,pro valde: vt.ſ.de lib. & poſthu.l.Gallus.§.ille caſus indifficilis. Eſt & tertium quaſi ſacrilegium,de quo tractatur.C.eo.l.j.ij.iij.&.iiij.

i *Sacrum.* aliàs factum.& tunc verum,vel quaſi.

k *Sacrilegii.* ſcilicet veri,vel quaſi.

l *Conſiderandum eſt.* vt ſic capitis vel extraor. pœna imponatur. vel dic vt ſic maior vel mediocris pœna imponatur.

m *Aedituum.* id eſt qui ædes tuetur. ſic inſti.de tute.§.j.

n *Non admittere.* vt.j. §.proxi.in fin.

o *Inferius ſcribit.* idem Labeo, de quo.ſ. proxi.§.dixi.

p *Facere.* ſcilicet quãdoque:vt ſi quis &c.& ideo male ſtaret hic.§. quia ſic contradiceret ſ.l.lege.§.fina. & quod ibi dixi.Item contra.j. eod.l. peculatus. Solu. vt ibi.

q *Qui pecuniam.* pu- blicam.

r *Traiiciendam.* id eſt quæ traiici debebat.

ſ *Suſcepit.* ſcilicet in ſuos vſus.

t *Quilibet.* cuſtos pecuniæ publicæ.

u *Non committit.* vt & ſupra.§.Labeo. ſed lege de reſiduis tenetur: vt ſupra eo.l.ij.&.iiij. §.lege.&.§.ſed & qui.

x *Qui iniuſſu.* id eſt ſine iuſſu.

y *Fecerint.* ſcilicet alicui.

z *Aliquos.* ſubau. deſtinatam.& ſic ad præcedentia reſpicit.& qđ ſubiicit, hac lege,ſcilicet de reſiduis: vt diximus.ſ.ea.l.§. Labeo. verſi.is autem &c.

* *Flo. ſupra.*

* *Flo. ſupra.*

† *Lucio.*

† *Vide Cuiac. ſup. ſ. de ſ. l. lege. §. fina. & quod ibi dixi. Item contra. j. rationẽ eod. l. peculatus. Solu. Cicero de Clu. ſ. vt ibi.*

† *Verem. in ſiſmũ pro pellat.*

† *Vide Cuiac. ſup. ſ. de ſ. l. lege. §. fina. & quod ibi dixi. Item contra. j. rationẽ eod. l. peculatus. Solu. Cicero de Clu. ſ. vt ibi.*

VII. VENVLEIVS SATVRNINVS li.ſecũdo iudiciorũ publicorũ.

PEculatus crimen ante quinquennium admiſſum, [a] obiici non oportet. [b]

VIII. IDEM ex libro tertio iudiciorum publicorum.

QVi tabulã æneam [c] leges* formámve agrorum [d] aut quid aliud cõtinentẽ [e] refixerit, † vel quid inde immutauerit: lege Iulia peculatus tenetur. ℣ Eadẽ lege tenetur qui quid in tabulis publicis deleuerit,vel induxerit. [f]

IX. PAVLVS libro ſingulari de iudiciis publicis.

SAcrilegi capite [g] puniuntur. Sunt autem ſacrilegi, † qui publica ſacra compilauerunt. [h] At qui priuata ſacra, vel ædiculas † incuſtoditas tẽtauerũt: amplius quàm fures, minus quàm ſacrilegi merẽtur. Quare quod ſacrum, [i] quódve admiſſum, in ſacrilegij [k] crimen cadat: diligẽter conſiderandũ eſt. [l] ℣ Labeo libro trigeſimooctauo poſteriorum, peculatũ definit pecuniæ publicæ aut ſacræ furtum, non ab eo factũ cuius periculo fuit:& ideo ædituũ [m] in his quę ei tradita ſunt, peculatum non admittere. [n] Eodem capite inferius ſcribit, [o] non ſolùm pecuniam publicam, ſed etiã priuatam crimẽ peculatus facere, [p] ſi quis quod fiſco debetur, ſimulans ſe fiſci creditorẽ, accepit: quamuis priuatã pecuniam abſtulerit. Is autem qui pecuniam [q] traiiciendam [r] ſuſcepit, [ſ] vel quilibet [t] alius ad cuius periculum pecunia pertinet: peculatum non committit. [u] ℣ Senatus iuſsit lege peculatus teneri eos qui iniuſſu [x] eius qui ei rei præerit, tabularum publicarum inſpiciendarũ deſcribendarũq; poteſtatẽ fecerint. [y] Eũ quoque qui pecuniã publicã in vſus aliquos [z] retinuerit,nec erogauerit: † hac lege teneri Labeo [a] libro trigeſimooctauo poſteriorum ſcripſit. ℣ Cum eo [b] autem qui cum prouincia abiret, [c] pecuniam [d] quæ penes ſe eſſet, ad ærarium profeſſus [e] retinuerit: non eſſe reſiduæ pecunię actionem:quia eã priuatus [f] fiſco debeat:& ideo inter debitores [g] eum referri:*eamque ab eo is qui hoc imperio vtitur, exiget:*id eſt pignus capiendo, corpus retinẽdo, [h] multam [i] dicendo. Sed eam [k] quoq; lex Iulia reſiduorum poſt annum reſiduam [l] eſſe iuſsit.

* *Flo. ſupra.*

* *Flo. ſupra.*

X. MARCIANVS libro primo iudiciorum publicorum.

HAc lege tenẽ qui in tabulis publicis [x] minorẽ pecuniã quàm quid venierit, [m] aut locauerit †, ſcripſerit, aliúdve quid ſimile cõmiſerit. ℣ Diuus

a *Labeo.* conſtrue, Labeo ait non eſſe actionem reſiduæ pecuniæ cum eo &c. Accurſius.

b *Cum eo.* aliàs.§.cum eo.& aliàs lex,Labeo.

c *Abiret.* propter aliquod ſuum negotium. ſi autẽ nuncius publicus eſſet,adquiſita eſſet fiſco tradente hoc gerente:vt.ſ.de do. l.qui mihi donatum. nec ob.ſ. de acquiren. re. do.l.res. quia ibi neuter geſsit vt mihi quæreretur. Accurſius.

d *Pecuniam.* ſcilicet datam ab alio vt ad ærarium deferret.

e *Profeſſus.* ſe habere apud ærarium confeſſus fuit priuatus: & ideo non adhuc publica erat.

f *Priuatus.* qui ſoluit iſti.

g *Debitores.* fiſci.

h *Retinendo.* ad hoc.C. qui bonis ce. poſ.l.j. &.ſ. quæ in frau. cre.l.ñ.in fi.

i *Multam.* hæc enim ſunt remedia cogendi:vt ſupra de ven.inſpi.l.j.§.quid ergo.

k *Sed eam.* ſcilicet pecuniam.

l *Reſiduam.* id eſt vt reſiduam,ſi tanto tempore differat haberi.

Hac lege.] *CASVS.* Quidam gubernator rerũ publicarum cum venderet fundũ reipublicæ, vel locaret certo precio: ſcripſit in libro rationũ ſuarum,vbi ſcribebat omnia quæ faciebat in his factis, minori precio vendidiſſe vel locaſſe quàm eſſet verum. Dicitur quòd tenetur hac.l.ſcilicet peculatus, vel dic de reſiduis.Secundo ponit quandam fabulam,& eſt Ieuis Fran.

m *Venierit.* id eſt cũ vẽditur aliquid à fiſco vel locatur.& dic.l. hac.ſ.peculatus: vt.ſ.l.qui tabulã. alij de reſiduis:vt.ſ.l.iiij.§.lege Iul. & erat venditor & locator nomine publico: & redigebat in ſcriptis,

BIU Cujas

scriptis.si autem alius notarius,tenetur crimine falsi:vt.ff.de fal.l. j.§.qui in rationibus.sed certe & iste per eandem legem.

a *Arculam.* id est paruam arcam.

b *Conuictum.* iuuenem prædictum.

Qui perforauerit.] *CASVS.* Qui frágit muros ecclesiæ, vel de ecclesia aliquã rem sacrã aufert,peculatum cõmittit.Franciscus.

c *Qui perforauerit muros.*publicos puta massariæ ciuitatis Romanæ: vel dic muros ecclesiæ alicuius.

d *Abstulerit.* pecuniã publicã,vel sacram,vel religiosam,vel lapides.

e *Actione.* sic ecõtra in auth.de sanc. epis.§. si quis autem pro pecuniaria.coll.ix.

Peculatus.] *CASVS.* Debebas mihi. x. item fisco debebas aliquam pecuniam. exegi à te.x. quæ mihi debebas.non committo peculatum quasi pecuniã fisci accipiã, cũ adhuc sis debitor fisci.Fran.

f *Et fisco debet.* aliam quantitatem fisco,& aliam mihi debet.& dic exigo meo nomine tãtum, aliàs contra.ff.eo.l.sacrilegi.§. Labeo. versi. eodem. &.C. de exac. tri.l.quotiẽs. lib. x.quæ sunt contra. vel hic ignorabat fisci debitorem:ibi sciebat.Iteꝫ hic erat communis debitor:sed supra fisci tãtum. hoc tamen casu fiscus auocat à me: vt infra de iu. fis.l. deferre.§.fin.

Is qui prædam.] *CASVS.* Prædam captã ab hostibus virtute militum fisci, & sic erat publica effecta, subripui. Dicitur ꝙ crimine peculatus teneor,& in quadruplum punior.Fran.Accur.

g *Captam.* virtute militum nostrorum,& sic fisci factam: vt infra de cap.l.si captiuus.§.j.

h *Tenetur.* & sic accusatus deportatur: vt.ff.l.iij. Item ciuiliter actione in factum, vel condic. ex hac.l. in quadruplum fisco. ad quod.ff.eo.l.sacrilegij pœnam.§.fi. Vel dic quòd solam quadrupli pœnam patitur, quocumque modo contra eum agatur. ad quod.ff. de fal.l.pe.§.j. & erit totum quadruplum pœna, & extra id rei persecutio. Vel dic quòd solum triplum erit pœna, ar.ff.de pœ.l.interpretatione.

Publica.] *CASVS.* Accusatio criminis peculatus,item de residuis,item repetundarum,licet sint publica crimina,competunt tamen aduersus hęredes delinquentium,cum in qualibet earum quæstio ablatæ pecuniæ moueatur.Fran.

Accusatio quandoque contra hæredes inchoari debet.

i *Hæredem.* est hic speciale vt inchoetur contra hæredes. ad quod.ff.de accu.l.ex iudiciorum.&.ff.ad Turpil.in senatusco.§.si propter.& supra ad.l.Iul.repetundarum.l.ij.

k *Principalis.* est & alia ratio:quia turpia lucra &c. vt.ff. de calum.l.in hæredem.&.ff.de iure fis.l.Lucius.

AD LEGEM IVLIAM DE AMBITV.

Haec lex.] *CASVS.* Hæc lex in vrbe non habet locum, cum ibi princeps det magistratus. si autẽ in alia ciuitate per pecuniam quis petierit magistratum aut sacerdotiũ: (& hoc expone vt in glo.)punitur centũ aureis,& infamis fit. Et si damnatus hac lege accuset aliũ de simili delicto,& eum cõuincat,restituitur in pristinum statum: pecuniam tamen nõ recuperat.Item qui instituit nouum vectigal:hac pœna tenetur. Item si accusator vel accusatus intrat domum iudicis, rogando eum vt iudex faueat ei postea:in centum aureis punitur.Fran.Accur.

Seuerus & Antoninus quẽdam clarissimum iuuenem, cum inuentus esset arculã[a] in templum ponere, ibíque hominẽ includere, qui post clausum templũ de arca exiret,& de tẽplo multa subtraheret,& se in arculam iterum referret:conuictum[b] in insulam deportauerunt.

XI. VLPIANVS libro sexagesimooctauo ad Edictum.

QVi perforauerit[c] muros, vel inde aliquid abstulerit:[d] peculatus actione[e] tenetur.

XII. MARCELLVS libro vicesimoquinto Digestorum.

PEculatus nequaquam committitur si exigam ab eo pecuniam qui & mihi & fisco debet.[f] non enim pecunia fisci intercipitur,quę debitori eius auferetur: scilicet quia * manet debitor fisci nihilo minus.

Flo. qui

XIII. MODESTINVS libro secundo de Pœnis.

IS qui prædam ab hostibus captam[g] subripuit, lege peculatus tenetur:[h] & in quadruplum damnatur.

XIIII. PAPINIANVS libro trigesimosexto Quæstionum.

PVblica iudicia peculatus & de residuis & repetũdarum similiter aduersus hęredẽ[i] exercentur: nec immeritò: cum in his quæstio principalis[k] ablatæ pecuniæ moueatur.

AD LEGEM IVLIAM de ambitu.*

TITVLVS XIIII.

I. MODESTINVS libro secundo de pœnis.

HAec lex in vrbe[l] ho die cessat:† quia ad curã principis magistratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem.[m] Quòd si in municipio[n] contra hanc legem[o] magistratum aut sacerdotium[p] quis petierit: per senatusco̅sultũ[q] centum aureis cum infamia[r] punitur.qua lege damnatus si alium cõuicerit,[s] in integrum restituitur:nõ tamen pecuniã recipit.[t] Item is qui nouum vectigal instituerit,[u] ex senatusconsulto hac pœna plectitur. Et si quis reus[x] vel accusator domum iudicis ingrediatur:[y] per legem Iuliã iudiciariã[z] in legem ambitus cõmittit,id est aureos* cẽtum fisco inferre iubetur.

AD * LEGEM FABIAM† de plagiariis.

TITVLVS XV.

I. VLPIANVS libro primo Regularum.

SI liberum hominẽ emptor sciens[a] emerit: capitale[b] crimen similis crimine:& est mirum.sic.ff.de re mili.l.non omnes.§.fi. &.C.ad le.Iul.maie.quisquis.in fi.&.ff.de custo.reorũ.l.in eos.& C.de pœ.iudi.qui male iudi. auth. nouo iure. &.C.de fal. mo.l. j.§.accusatoribus.sed contra.ff.de mino.l.auxilium.in prin.sed ibi vt alium accuset:hic vt se excuset restituitur.

A l *In vrbe.* Romana, per excellentiam: vt instit.de iu.nat.§.sed ius quidem ciuile.Accursius.

m *Fauorem.* est enim quidam fauor vel honor habere electionem magistratus.

n *In municipio.* large etiam pro ciuitate vbi princeps non eligebat, sed populus: vt in auth.de defen. ciui. §.interim.col.iij.

o *Contra hanc legem.* scilicet per pecuniam: vt.C.eo.l.fi.& si hoc si de pol.l.j.§.j. &.l. si qs ob.&.ff.de decur.l.eos. &.ff.de dona.l. hoc iure. in princ. & de offi. præto.l.Barbarius.quę sunt contra. argumentum ad hoc.ff. de admi. tu.l.nõ existimo. Item qui episcopatũ desiderat &c. non vt præsit, sed vt prosit. Sed quid si preces tantum? videtur idem,si clam:vt.C. ad le. Iul. repetun.l. fi. in prin.ibi, ambitu vel pretio. Iteꝫ quid si alius eo ignorãte pecuniam dedit? forte nõ incidit in legem: licet decretistæ dicant secus.

Fl. De leg. Iulia ambitus

† *Non dicit legẽ ambitꝰ Romæ esse abrogatã, sed ambitus iudiciu exerceri desiꝭ se sub principibꝰ tyrãnis, omnia arbitratu suo administretiõ. Itẽ quid si alius nistrãtibus sublatis videdit? forte nõ incidit in legem: licet decretistæ dicant secus. vestigiis.*

p *Sacerdotiũ.* dic esse dignitatem secularem: vt &.C.de natu.lib.l.j. multo magis esset idẽ in ecclesiastica: vt.C. de episc. & cleri.l. si quemquam.

E.P.

Flo. aureorum

q *Per senatusco̅sultum.* scilicet factũ ad interpretandum hãc legem.

Fl. De leg. Fabia.

r *Cum infamia.* & sic nõ admittitur ad postulandum: vt.ff.de postulan.l.j.§.ait prætor.

†*Flauiã appellat hãc.l. Pomponius Latus in libello de Roma.leg. Sylla. & dic alio crimine, secundũ quosdam:immo dic simili crimine:& est mirum.sic.ff.de re mili.l.non omnes.§.fi. &.C.ad le.Iul.maie.quisquis.in fi.&.ff.de custo.reorũ.l.in eos.& C.de pœ.iudi.qui male iudi. auth. nouo iure. &.C.de fal. mo.l. j.§.accusatoribus.sed contra.ff.de mino.l.auxilium.in prin.sed ibi vt alium accuset:hic vt se excuset restituitur.*

s *Conuicerit.* aliàs cõuicerit:aliàs cõuenerit. & dic alio crimine, secundũ quosdam:immo

Cic.in orat. pro C. Rabirio appellat. Fabiam. Alii Fadiam.

t *Recipit.*immo adhuc in quadruplũ dãs & accipiẽs fisco dãnatur: vt.C.ad leg.Iul.repe.l.fi.§.fi.& facit.ff. de tute.l.in eos. item facit.ff.ad leg.Iul. de vi priua.l.j. in prin. sed in quo restituitur si pecuniam non accepit? Respõ.in fama.sic.C.ad Tertul.l.si quis.

u *Instituerit.* etiam si id non exerceat. nam si exercet, lege Iulia de vi fieret reus: vt.ff.ad le.Iul.de vi publi.l.fin.item facit.C. no. vec.insti.non pos.per totum.

x *Et si quis reus.* id est accusatus.& sic de criminali causa tantũ.

y *Ingrediatur.* scilicet studio vt iudex faueat ei postea. sic.C.de offi.ciui.iudicum.l.j.

z *Iudiciariam.* Item quarto casu, cum quis suscipit iterũ dignitatem vel officium in quo semel fuit: & ei imponitur pœna deportationis:vt.C.eo.l.j.& dic vt ibi.Et dic quòd hęc lex iudiciaria fuit facta super leg.Iul.de ambitu.Accursius.

AD LEGEM FABIAM DE PLAGIARIIS.

Si liberum.] *CASVS.* Qui sciens liberũ hominem vẽdit, item qui sciens emit: punitur pœna legis Fabiæ: & est pœna capitis.sed qui seruũ suum absentẽ vendit,nõ punitur. Item si tibi mãdo vt seruum meum fugitiuum persequaris & vendas:nõ punior hac le.Idem si tibi mandaui vt seruũ meum fugitiuum deprehẽdas,& eum deprehensum habeas emptum pro decem.nam non punior.si autem seruum meum in fuga constitutum vendo:punior hac lege.&.h.d.hæc lex & seq.

a *Sciens.* secus si seruum credens:vt.ff.l.legis.

b *Capitale.* hoc dic vt.C.eo.l.fina.& infra eod.l.fina.

a *De plagio.* à plaga dicitur, id est dolore. infligit enim &c. vt C.eo.l.fin. aliàs plaga, id est vulnus: vt & supra ad leg. Aquil.l. si ex plagis.& facit.C.eod.l.liberum. &.C.vbi de cri.agi opor.l. sciens.Accursius.

b *Quo.* id est hoc crimine legis Fauiæ de plagiariis.

c *Vendiderit.* Sed an idem si quis sciens vēdat vel emat seruū alienum, vel aliàs contrectet? Respon.sic, si animum celandi dominus habuit: vt.j.e.l.pe. §.lege.& nihilo minus furti & ser.cor.vt.C.e. l.j.aliàs si nō habuit animum celandi, nō nisi ser.cor.vt.j.l.pe.§.plane.vbi autē exportatur liber vel seruus: indubitāter habet locū hæc.l. vt.C.eo.l.quoniam.

† *Hæc lex Deut. cap. 24. confirmatur. si enim deprehēsus fuerit homo solicitans fratrē suū de filiis Israel, & vēdito eo acceperit pretium, interficietur, & auferes malum de medio tui.*

d *Siciendum. Senatusconsultum.* facit.C. eo. l. in fuga. & dic vt ibi. & facit. §. de contrahen.empt.quod sæpe.§.ij.Accur.

e *Seruorū.* id est seruos in fuga constitutos.

Legis Fauiæ.] CASVS. Si sumpsi siue celaui seruum alienum, credēs meum, vel credens domini sui voluntate facere: non teneor.l.Fa. cū lex Fauia puniat tantum dolum. Secundo dicit: cū venderes liberū hominem hoc sciens, vel aliter: in l.Fauiam incidisti: licet decedat is homo cuius occasione incidisti in l.Fauiam: adhuc tamen teneris pœna.l. Fauiæ. Fran.Accur.

f *Legis Fauiæ.* expositio superioris. ad quod infra de verb. signi. l. bonæ fidei. &.§. de cōtrahen.emp.qui à quolibet.& adde quod no. C.eo.l.plagij criminis. Item facit.C. eo. tit.l. comparantem.

g *Lex.* Fauia.Accur.

h *Adiicitur.* in.l.Fauia.

i *Legis Aquiliæ.* si seruum meum vulnerasti, & sic nata est mihi Aquilia: non liberaris licet postea decesserit: vt supra de ac.& obl.quęcūque. sic si in eo plagium cōmisisti, vt hic: vel corrupisti: vt supra de ser.cor.l. doli.§.fin. Accursius.

Lege.] CASVS. Qui sciēs liberum hominem donat alicui, vel in dotē dat: item qui accipit ex aliqua de prædictis causis sciens liberum: punitur vt venditor, vel emptor. idem in eo qui ex causa permutationis dat. Fran. Accur.

k *Qua.* id est aliqua.& fa.§.l.proxi.in prin.& quod ibi no.

l *Pro eo.* scilicet libero homine.

Vm qui.] CASVS. Seruum alienū fugitiuum celaui: & cū à me petitur, dico eū esse seruum meū. teneor pœna.l.Fauiæ.F.

m *Crimen.* legis Fauiæ.

n *Minimè.* quia negat agentis: non tamen suum asserit. aliàs secus: vt.C.eo.l.præses. Vel dic quòd etiam suum asserit: sed calūniosè commisi vi celandi causa: vt ea.l. probatur.& facit.C.eo.l.ij. &.l.eum qui.&.§.de fur.l.fullo.j.§.qui ancillam. Accur.

On statim.] CASVS. Non eo ipso quòd seruum meū surripio, teneor pœna plagij: sed quandoque furti act. tantum: quandoq; etiam crimine plagij: & hoc videat iudex coram quo agitur. [*LEGE FAVIA.*] Qui hominem ingenuum vel libertū inuitū celat, vel vinctū habet, vel emerit sciēs liberū.l.Fauia tenetur. Itē qui socius fuit huius facti. Item qui seruo alieno vel seruæ alienæ persuasit vt à domino discedat, vel domina: vel qui eum celauit inuito domino, vel nesciente: vel vinctū habuerit: vel emerit sciēs dolo malo: vel qui fuit socius in hoc facto: pœna legis Fauiæ tenetur. & erat olim pœna pecuniaria: quę hodie pro modo delicti coērcentur: & plerumque in metallum damnantur: subaudi si est nobilis. si alterius conditionis est homo: dic vt in glo. domini mei Acc. hic posita.& hoc dicit hic.§. cum.l. sequen.Fran.Accur.

*Fla. sed

o *Et ideo.* bona ratio: vt & supra de iudi. l. eum.§.j.

p *Furti.* vt si opem ad furtū prestitit: vel quia etiam corrupit vt fugeret: nec surripuit vt exportatione dominū celaret: vt dixi supra.l. j.& facit supra de fur. fullo.j.§. qui ancillam. Accursius.

q *Pascerētur.* aliàs pascerētur: aliàs paciscerētur. ad quod est. C.de fer. fugi.l. quicūque.§. quòd si.

*Fla. ut

r *Vt liber.* aliàs liberi: & tunc trāsit de singulari ad pluralem. ad quod. C. de in ius vo. l.finali.

*Fla. in

s *Earum quæ.* id est aliqua. Accursius.

t *Eius pœna.* scilicet legis Fauiæ,& etiam l. Iul. de vi: vt. C.e.l.j.& interdictum de lib.ho. ex.vt.§. de lib. ho.ex.l. iij.& fa.C.e.l.ij.

*quinto

u *Pœna. Statuta.* vt C.eo.l.in fuga.& dic vt ibi. Accursius.

II. IDEM libro nono de officio Proconsulis.

APVD EVM A QVO APPELLATVR, aliam causam agere compellendum.

SI quis.]*CASVS.* Appellaui à sententia domini Scacauelli iudicis domini Richardi de villa potestatis Bonnunc cōuenior coram eodem domino Scacauello ab alio.ego dico quòd eum offendi ob hoc quòd appellaui ab eius sententia,vt sic sit suspectus.dicitur ꝙ non audior: imò teneor agere & defendere me in aliis meis causis corā eo.Fr.Accursius.

BIU Cujas

a *Ex alia causa.* ex eadē nullo modo: vt. C. de ap. l. eos. in prin.
b *Agere.* cum habet ibi domiciliū. aliàs cōtra: vt supra de iudi. l. ij. §. ei quoque.
c *Offensum.* nec enim debet reputare se offensum: vt. C. de appel. l. & in maioribus. Accursius.

SI PENDENTE appel. mors interuenerit.

Appellatore.] CASVS. Appellaui à sentētia lata cōtra me. nunc decessi sine hærede. dicit q̄ appellatio est extincta, cuiuscūque generis causa fuerit. i. siue ciuilis siue criminalis. si aūt reliqui hēredē q̄ adiuit hære. meā: si nullius interest causā appel. expediri: tunc nō cogitur hæres me⁹ ꝓsequi causam ap. & ponitur exēplum ifra in litera ibi, nullius auté &c. & est tale. Si sentētia lata cōtra me iudicabat me relegādum, de bonis auté meis nihil dicebat, & ego appellaui, & decess si interim relicto hærede: nō cogitur hæres meus prosequi causam appel. Hoc enim casu nullius interest causam prosequi. si auté interesset alicuius. s. fisci causam appellationis expediri: tūc cogitur hæres meus ꝓsequi. & ponitur exemplum quando interest fisci: vt si in sentētia dictum est me deportādum, vel relegādum bonis adēptis: vel in metallū dādum: & appellaui ab ista sentētia: & interim decessi relicto hærede: hoc casu hæres meus tenetur ꝓsequi causam appellationis: & nō aliter bona mea habebit hæres, nisi prima sentētia retractetur. aliàs haberet fiscus. quādo autem interesset priuati appellationē exerceri, nō habes in litera exemplū: sed ferè omnes causæ appellationū sunt tales, q̄ interest aduersarij ꝓcedi in causa appellationis. [*TVTOR.*] Tutor in causa pupilli appellauit: tandē decessit relicto Titio hærede. hæres prædictus reddidit rationē decessi relicto Titio hærede. hæres prædictus reddidit rationē pupillo de eo quod gesserat tutor. dicitur q̄ cogit reddere causam quare appellauerit tutor in causa pupilli, sed diuus Seuerus dixit q̄ tutor postquā reddidit rationes, nō cogitur causam appellationis reddere: & sic multo magis nec eius hæres cogitur. F. [*APPELLATORE.*] Fuerat ergo damnatus in causa ciuili, vel criminali.

d *Generis.* vel ciuilis, vel criminalis causa.
e *Peragere appellationem.* de hoc statim ponit exemplum. & sub. hic, & tamen habetur pro eo ac si obtinuisset appellator.
f *Necesse habet.* & quatuor habet menses plus quàm defunctus: vt. C. eo. l. fi. & sub. hic, vel statutis acquiescere: vt. C. eo. l. j.
g *Ademptione.* expressa. nam si etiam tacita fuit, nihilo minus extinguitur: vt. C. e. l. fi is. &. ſ. de ser. rusti. præ. l. item. §. qui habet. & fa. C. si reus vel acc. mor. fue. l. fi.
h *Ademptis.* expresse.
i *Successionis.* hæres.
k *In reddendis.* aut interiit res super qua appellatum est: & tūc si est ad aliquem vsum, tenetur exequi: vt supra de cōdic. fur. si seruus. §. boue. & subaudi, si erat in mora. si autem ad nullum vsum, non tenetur nisi propter peculium: vt. C. de libe. cau. l. principaliter. vel propter moram: vt superiori casu: vt. ſ. de verb. obli. inter stipu. §. pe. Si autem litigator interiit: aut causa erat ciuilis, & durat post mortē: vt. C. eo. l. ij. aut criminalis: & tunc nō propter pœnā corporalem quæ iam mortuo appellanti imponi non potest: sed propter bona sic, si expresse in sentētia cōtinebatur. aliàs nec i bonis durat: vt. C. eo. l. iij. vbicūque dixi hæredē appellātis ꝓsequi, sub. vel acquiescat statutis: vt ibi, nō aliter &c. & C. e. l. j. vbi auté à sentētia oneris vel muneris appellatur, dic vt. C. eo. si pater.
l *Detexerit.* quod fecit eo ipso quod aduersarius nō ꝓbat. quòd dic vt. C. de appel. l. ei qui. Accursius.
m *Tutorem.* nec hæredem: vt plene dixi. ſ. de ap. l. tutor.

VLPIANVS libro quarto de Appellationibus.

SI quis ex alia causa[a] appellauerit à iudice, an in alia causa eundem iudicē habere necesse habeat, videamus. Et hodie hoc iure vtimur, vt tametsi appellatio interposita sit, tamen apud eundē iudicem à quo quis ꝓuocauit, B compelletur alias causas (si quas habet) agere: [b] nec vtetur hoc prætextu, quasi apud * offensum[c] iudicē non debeat experiri: cū possit denuo prouocare.

SI PENDENTE APPELlatione mors interuenerit.

TITVLVS XIII.

MACER libro secundo de Appellationibus.

APpellatore defuncto, si quidem sine hærede, cuiuscumque generis[d] appellatio fuerit, euanescit. Quòd si appellatori hæres extiterit: si quidem nullius alterius interest causas appellationis reddi, cogendus nō est peragere appellationem. [e] Si verò fisci, vel alterius contra quē appellatū est, interest: hæres causas appellationis reddere necesse habet. [f] Nulli' autem interest, veluti cū sine ademptione[g] bonorū relegatus est. Nam si adēptis[h] bonis relegatus, vel in insulam deportatus, vel in metallum datus, prouocatione interposita decesserit: imperator noster Alexāder Pletorio militi ita rescripsit: Quāuis pendente appellatione morte rei crimē extinctū sit, data tamen etiā de parte bonorum eius sententia proponitur: aduersus quam non aliter is qui emolumentū successionis[i] habet, obtinere potest, quàm si in reddendis[k] causis appellationis iniquitatem sententiæ detexerit.[l] Tutor quoque in negotio pupilli appellatione interposita si decesserit, hæredē eius causas [interpositæ] appellationis reddere necesse est, etiam si rationes tutelæ hæres reddiderit: quia sufficit mortis tempore ad causas appellationis reddendas obligatum fuisse. Sed diui Seuerus & Antonin⁹ rescripserunt, nō cogendum tutorem[m] post rationes redditas causas appellationum reddere.

DE IVRE FISCI.

TITVLVS XIIII.

Sedecim casus enumerat, in quibus bona deferuntur infiscum.

I. CALLISTRATVS libro primo de iure fisci.

VAriæ causæ sunt ex quibus nūtiatio ad fiscum † fieri solet. aut enim se quis[n] quod tacitè[o] relictum est, profitetur capere non posse: vel ab alio præuentus defertur: vel q̄ mors ab hęredibus nō vindicatur:[p] vel quòd indignus[q] quis hæres nuntiatur: vel quòd princeps hæres institutus [est:] & testamētū siue codicilli subrepti[r] esse nūtiantur: vel quòd dicatur quis thesaurū inuenisse:[s] vel magni pretij[t] rem minoris ex fisco cōparasse: vel prævaricatione[u] dānato coitu: vt in authen. quib. mo. na. ef. sui. §. fi. col. vij. &. C. de incest. nup. si quis. & de natu. li. l. j. & hi vltimi deferēdo se Iucrantur, non primi: verùm in his omnibus locum habet vt fisco possit deferri. Accursius.

Cōtinuatio.

Iura priuatorum dixit: nunc audi fiscalia. vel dixit in lib. superiori de criminibus per quæ bona veniunt ad fiscum: ideo de hoc & aliis imribus fisci dicit: vt. j. eo. l. i.

n *Variæ. Se quis.* si ipse nō capax se defert habet præmiū, siue sit hæres siue sit legatari⁹, siue fideicō. vt. j. eo. senat⁹. §. senatus. Iteé & si nō capax ꝓuenitur ab alio vt ab hęrede capace, vel ab extraneo: & tūc similiter habet prēmiū deferens: vt. C. de his q̄ se de. l. j. & plene no. j. e. l. edicto. §. extat. Sed quis nō est capax? Rū. deportat⁹: vt. C. de hęre. inst. l. j. Iteé hęretici: vt. C. de apost. l. hi q̄ sanctam. & de hæret. l. Manichæos. Item dānati in metallum: vt. ſ. de his quę pro nō scrip. si in metallū. Iteé nati ex

† *Scribit Iulius Capitol. M. Antonino Philosophō Imp. delationes quibus fiscus augeretur, contēpsisse.*

o *Tacite.* vel nō tacite: vt infra eo. l. edicto. §. j.
p *Nō vindicatur.* vt. C. vbi causę fi. l. j. &. C. de his qui. vt indi. l. j.
q *Indignus.* aliis modis quàm superioribus. & est exemplum. ſ. de his qui. vt indi. l. indignum. & aliis multis in eo. titu. nam & superiores modi sunt indignorum.
r *Subrepti.* quo casu si priuatus esset hæres, ipse accusaret, & hæreditatem peteret: vt supra de fal. qui testamentum. nunc quia fiscus est hæres, ipse petit hæreditatem, & accusat.
s *Inuenisse.* scilicet in loco pub. vel fiscali: secus si aliàs, id est in loco priuato: quia cessat delatio: [x] vt institu. de rerum diui. §. thesauros. &. j. eo. l. non intelligitur. §. fi. Accursius.
t *Magni pretii.* si dicas abesse dolū vtriusq;, vel gratiā: dices de deceptione vltra dimidiā iusti ptij: vt. C. de rescin. vend. l. ij. si dicas illa adesse, tunc etiā pro minori deceptiōe: vt. C. eo. si minori. &. l. qui in cōtractibus. & sic iure priuati: vt C. de peti. hære. l. j.
u *Prævaricatione.* quia procurator fisci vel aduocatus prævaricatus est: vt. C. de sen. aduer. fi. la. l. j. lib. x.

a Limitabis hāc glo. per l. vni. cū ibi not. C. de thesau. lib. 10. nisi essent reperta tales thesauri arte magica: quia tūc cōpetūt fisco: vt per glo. in ver. arte. i. præalleg. l. vnica.

BIU Cujas

a *Capitali crimine esset.*ſ.dānatus,& bona expreſſe adempta:vt.ſ. tit.j.l.j.&.C.de bo.proſcrip.l.fi.vel dic eſſet.ſ.poſtulatus.vel deprehēſus,& poſtea ſe occidit timore futurę pœnę:vt.j.e.l.in fraudem.§.ij.&.iij.&.ſ.de bo.eo.l.fi.Accurſius.

b *Reum esse.*quod dic per exempla vt.ſ.de acc.l.ex iudiciorum.

c *Destructam esse.* per vim pub. vel priuatā: vt.ſ.ad.l.Iu.de vi pub. l.hi qui.vel cauſa negotiādi deſtructa fuit: vt ſupra de contrahen. emp.l.ſenatus. & de dāno infec.l.fi.

* *Plo. reſtructam*

d *Receſſum.* & ob id de calū.ſeu tergiuerſatione dānatum eſſe. aliter enim nō deferrent bona in fiſcum:vt.C.vbi cau.fiſcales.l.j. & vt intra certū tempus.l.j. & ſic eſſet vbicūq; viueret criminoſus. nam primo deberet accuſari & cōuinci corā præſide,antequā pcu. Cęſaris ſe intromittat.at vbi deceſſit,vt in præcedentibus caſibus:ſola pecuniaria quæſtio ſupereſt: niſi ſe ſtatim intromitteret pcurator Cęſaris vt iudex,& pcu.fiſci vt actor, vel alius nomine fiſ. nuntians & proſequens:vt not.C.vbi cau.fiſ.l.j.in fi.Accurſius.

† *Ludo.Ro. in ſuis ſing. fo.2. ſing. 301. dicit hic eſſe caſum ſing.de hoc quòd licet cōfeſſio in vno iudicio facta præiudicet in alio: hoc eſt verū in cōfeſſiōe vera: ſecus in ficta. Bolo. * de his quæ vi me. ve. eau geſ. ſunt.*

e *Rem litigioſam.*pone exemplum.C.de litigio.l.fina.Ac.

f *Venundari.*vbi pretium perditur,vel fiſco datur.

g *Contractu priuato.* quia ex officio quod adminiſtrat emit: vt.j. eo.l.aufertur.§.quod à præſide.&.ſ.de contrahen.emp.l.nō licet. &.C.* quod met.cau.l.ſi per impreſsionem.& ſic eſt pœna legalis. Vel dic,quia fiſcus ſucceſsit alicui priuato cui debebatur aliquid nomine pœnæ, vel ſortis etiam:vt.j.eo.fiſcus. & ſic eſt etiā pœna conuentionalis.Ex ſuo autem contractu non eſt veriſimile quòd ignoraret: ſed ex alterius contractu ſic:vt.j.de reg.iur.l. qui in alterius.

h *Aduerſus leges.*ſub.vel pro eo quod &c. & quod ſubiicit aduerſus.ll.factum eſſe , eſt exemplum.C. de aſſeſ.l.conſiliarios. & ad.l.Iul.re.l.j.Item quod ſubiicit,vel cōmiſſum factum eſſe.ſ. in fiſcū.& eſt exemplum.ſ.de publica.l.coté ferro.§.domi[n]ō.&.l.cō miſſa.vel ſecundo nō ſubaudias.ſ.factum eſſe:ſed repete, vel aduerſus cōmiſſum &c.& in idem recidit.Alij non habent ibi,vel aduerſus &c.& tunc eſt vnus tātum caſus.ſ.de commiſſo. & not. quòd ex aliis cauſis fit nuntiatio:vt.C.de ſacroſan. eccle.l. iubemus nullā.in fi.Item ſi quis ſalem vel arma vēdidit hoſtibus:vt.ſ. de pu.l.coté.&.C.quæ res expor.nō de.l.j.&.ij.Itē ſi quis inceſtas nup.contraxerit:vt.C.de inceſt.nup.l.qui contra legū. Item alibi:vt.C.de iis qui à non do.l.fi.Item.C.ad.l.Iul.de vi.l.ij.&.l. ſi quis.in fi.Item ſi quis ſeruos fiſ.occultauerit:vt ſupra de pub.l. fi.§.quotiens.Itē.C.de ſepul.viola.l.ij.ſed hodie in his & ſimilibus bona non auferuntur hæredibus, niſi in crimine maieſta. vt in authen.vt nulli iudi.§.fi.col.ix.

i *An bona.*puta hæreditas vel patrimonium alicuius aliqua ex prædictis cauſis:vel etiā quia ſit inſtitutus fiſcus:vt.j.eo.l.nō poſſunt.&.ſ.de offi.procu.Cæſa.l.ij.fiſco obuenit. Item quod dicit ipſo iure:nūquid ergo ſine aditione erit hæres quādo eſt inſtitutus? Rñ.nō:vt.ſ.de offi.pcu.Cęſa.l.j.in fi.ſed aditione factus erit hæres,ſi bona ſint ſoluendo.aliās nō,etiā ſi adierit.ſi autem diceres ſine aditione eſſe dominū:ſpecialiſsimū eſt.qđ enim in Cæſare dicitur,& in fiſco regulariter eſt dicendū:vt.j.eo.l.fiſc⁹.in fi.

k *Eius.*Labeonis.Accurſius.

l *Quòd.*id eſt quia.aliās quò.Accurſius.

m *Veneunt.*à creditoribus.

n *Nihil adquiri.* hoc ſi certioratus etiam non fuerit præfectus ærarij.aliās etiam ſi ſoluendo eſſent,venirent:vt.ſ. de fideicom. lib.l.iiij.§.ſi bona.

o *Diuus.*detuli bona Titij mortui pertinere ad fiſcum,quæ poſſidet Seius ſine titulo.certe ſi duo interueniant.ſ.quòd vere vacent fiſco,& ſunt nuntiata fiſco:quadriēnio pręſcribitur:vt hic.ſ. ſi nō agnoſcat:aliās cōtra eum nō præſcribitur quadriennio, ſed xx.annis.dic ergo nuntiationem,id eſt petitionem nuntiatorum

fiſcum victum eſſe:vel eum deceſsiſſe,qui in capitali crimine eſſet: [a] vel etiam poſt mortē aliquem reum eſſe: [b] vel domum deſtructam * eſſe: [c] vel ab accuſatione receſſum: [d] vel rem litigioſam [e] venundari: [f] vel pœnā fiſco ex contractu priuato [g] deberi:vel aduerſus leges [h] cōmiſſum factū eſſe. ℣ An bona [i] quæ ſoluendo non ſint, ipſo iure ad fiſcum pertineant, quæſitū eſt. Labeo ſcribit etiam ea quę ſoluendo non ſint,ipſo iure ad fiſcum pertinere.Sed contra ſententiam eius [k] edictum perpetuum ſcriptū eſt,quòd [l] ita bona veneunt, [m] ſi ex his fiſco adquiri [n] nihil poſsit.

Huius.§.& ſeq.glō.ponit caſum.

℣ Diuus [o] Pius † Cœlio Amarā-

A bonorū.ipſa enim nuntiatio ſit vſq; ad.xx.an.vt ſequentib⁹ duob⁹.§.§.& eū hoc ſa.ſ.de diuer.pſcript.l.intra.§.j.&.C. de quadri. præſcrip.l.j.ſi autem bona vacent fiſco,non tamen ſunt nuntiata: tunc poſſeſſor præſcribit.xx.an.à die quo cœperunt vacare propter delictum:vt quia delinquens fugit,& ſic requiritur,& bona annotantur:ſiue alia ex cauſa:vt ſubiicit.& hoc ſi non habet titu. poſſeſſor:aliās enim poſſ. x.vel.xx.an.præſcribitur:vt ſupra de vſucap. l.quāuis.Accurſius.

B to ita reſcripſit,vacantium bonorum nuntiationem quadriēnio finiri: [p] idque temp⁹ ex die quo certum eſſe cœperit neque hæredem [q] neque bonorū poſſeſſorem extare, computari oportere. Præſcriptio autem viginti annorum,quæ etiam circa requirendorum annotatorū bona [r] obſeruatur, ex conſtitutione diui Titi ſolet ex eo numerari,ex quo quid ad fiſcum pertinere potuit. Cauſæ autem [s] quæ ſtatim [t] motę ſunt, [u] & tractæ vltra viceſimum annū:differri poſſunt etiā poſt viceſimū annum. [x] Illæ quoq; cauſæ quæ à priore nūciatore proditę [y] dicantur:etiam poſt tempora [z] * quibus præſcribi diximus, fiſco nuntiari poſſunt.

p *Finiri.*ſ. ſi quis omiſ. cau. teſt.l. quia.§. item ſi.verſi. quod ergo tempus.& quis ordo in bon. poſ.ſer.l.ij.

q *Hæredem.*ſcilicet aliquem.

r *Bona.*primo deſcribūtur.poſtea ſi ſtet fiſcus. xx.an. ęp non repetat,repellitur:vt hic, &.ſ. de requi.re.l.ij.& iij.&.iiij.& quod dicit, etiā:ideo,quia aliās bonis delatis idē eſt:vt.d. titu.l.iij.&.ſ. de diuer. præſcri.l.in omnibus. * *Flo.*

s *Cauſæ autem.*duo dicit.Primò detuli quædam bona cuiuſdā requiſiti pro derelicto fiſco antequam poſſeſſor eorū teneret.xx.an.puta cum iā tenuerat.xix.an. potero etiā vltra.xx.an.proſequi,& ſic interrumpo mihi præſcriptionem,nō autem alij:vt.ſ.de diuer. præſcript.l.intra.ij.rñ. Secundo detuli quædā in fiſcum,& deſtiti corruptus pecunia à poſſeſſore. poſt quā denuntiationem poſſeſſor tenuit quadriennio:& ſic deberet

C eſſe tutus ſi bona eſſent vacātia.certe hoc caſu nō erit tutus.nam alius poterit nuntiare etiā poſt dictum quadriennium dicendo de præuaricatione mea.& corrūpens habetur pro cōfeſſo:vt &.d.l. intra.ij.reſpon.&.j.eo.l.in fiſci.literam autem expone.

t *Statim.*id eſt intra.xx.an.& ſic perpetuat ſibi nuntiationem,nō alij:vt.d.l.intra quatuor.Accurſius.

u *Motæ ſunt.*à nuntiatore,& nuntiationem proſequente. ad qđ infra eo.l.in fiſci.Accurſius.

x *Viceſimum annum.*quidā habent hic,differri poſſunt.alij ſubaudiunt.ſed certe neutrum opus:quia eſt in fin.nuntiare poſſunt: quod ad vtrūque referri poteſt.

y *Prodita.*vt.C.de ſen.aduer.fiſ.l.j.&.ſ.de adul.l.quinquenniū.

z *Poſt tempora.*ſ.xx.an.in primo caſu. Item poſt quadriennium in ſecundo.Sed quid ſi deſtitit nō corruptus,ſed gratia: vnde nō habetur pro confeſſo delatus:vt.j.eo.l.in fiſci? Reſpon. idem qđ hic dicitur. Sed an eo caſu admittitur alius delator poſt.xx.an? Reſpon.non puto.nec enim minus ideo pręſcribit ſic delatus, quàm nullo modo.Alij dicunt etiam vltra.xx.an. alium admitti, cum autem fuit corruptus pretio,planum eſt:vt hic dicitur.

D Ex quibuſdam.] CASVS.Ponit tres caſus in quibus deferens bona in fiſcum,licet non probet,nō infamatur:& dic eos vt in litera habes,& expone literā vt in glo.[DIVVS.]Cum fiſcus haberet cauſam cū Titio:puta fundum petebat fiſcus à Titio rei vindi.& petebat fiſcus à Sempronio exhiberi quędā inſtrumenta quę dicebat ad hāc cauſam ſpectare:qui Sēproni⁹ nō exhibet:dicitur ęp ſumitur Semproni⁹ ſubtraxiſſe ea inſtrumēta quæ ſunt nocitura huic cauſæ fiſci,nō aliis eius cauſis pręſumit nocere.Secūdo dicit in quibus caſibus fiſcus habens cauſam cū vno,poſſit petere ab alio ſibi exhiberi inſtrumenta ſpectātia ad hāc cauſam. [SENATVS.]Deferre cœpi quædā bona poſſeſſa à Titio in fiſcum:tādem iudex fecit me citari vt ꝓcederem in hac cauſa:nec veni corā iudice:& etiam Titius citatus non venit.dicitur quòd ego & mei fideiuſſores tenemur fiſco ad omne damnum quod ex hoc habet.Item Titius debet abſolui ab iſta delatione: & apponi debet cauſa quare abſoluitur.ſ.ob culpam & ceſſationem delatoris.eadem pœna imponitur ei qui mandauerat mihi vt deferrem bona illa in fiſcum:& ob hoc cogor mandatorem nominare.[IMPERATOR.] Prohibetur ſeru⁹ deferre aliquid cōtra dominū ſuum.Item libertus prohibetur mandare aliquid deferendum contra patronum ſuum. [COMPLVRA.] Dic caſum vt in glo.quæ incipit,quidam Titij.&c.Franciſcus Accurſius.

BIU Cujas

II. IDEM libro secundo de iure fisci.

EX quibusdam [a] causis delationes [b] suscipientium fama non læditur: veluti eorũ qui non præmij consequendi, item eorum qui vlciscendi gratia aduersariũ suũ deferunt, vel quòd nomine reipublicæ [c] suæ quis exequitur [d] causas. & hæc ita obseruari, plurifariam [e] principalibus cõstitutionibus præcipitur. ℣ Diuus Hadrian⁹ Flauio Arriano in hæc [f] verba rescripsit: Quin [g] ei qui instrumẽta ad causam fisci pertinentia cũ possit exhibere, non exhibet, nocere debeat, si verum aliter nõ inuenitur, [&] ea subtracta esse credantur, quę nocitura causæ eius fuerint: dubitandum nõ est: sed nec aliàs dubitari oportet quin nõ in aliã rem nocere debeãt, q̃ in eam qua desiderata sunt.

Licet in causis ciuilibus quandoque quis compellatur edere instrumenta, tamen hoc locũ nõ habet in causis criminalibus. Bart.

℣ Item diui fratres ad libellum Cornelij Rufi rescripserunt, totiens edenda esse instrumenta, [h] quotiẽs de iure capiẽdi, [i] vel de iure dominij, vel de aliqua* causa simili re [k] númaria quærat: nõ si de capitali causa agatur. [l]

Primo loquitur quando delator & possessor est contumax. Secundo, quando delator tantum. secunda ibi, quotiens tamen. In prima parte fit absolutio ab instantia iudicii: in secunda, ab impetitione. Bartolus.

℣ Senatus censuit, vt si neq; delator, neque possessor tribus [m] edictis euocati adfuerint: delatoris quidẽ fideiussores teneantur, [n] & ei postea publicam causam deferendi ius adimatur: [o] possessoris autem ius idem sit* quod [foret] si delatus omnino nõ esset. [p] Quotiens tamẽ delator adesse iussus cessat, nec hoc fraude possessoris factũ esse ꝓbabitur: diu⁹ Hadrianus rescripsit secundum possessorem ꝓnuntiari oportere, ita vt sentẽtia comprehendatur etiã delatores edicto id cõprehẽdisse. [q] ℣ Diuus Pius Cæcilio Maximo rescripsit cõstitutionem patris sui, qua compelleretur [r] delator edere mandatorem: ac nisi edidisset, vt in vincula deduceretur: eò pertinere, non vt delator pœna subduceretur, [s] si mãdatorem haberet: sed vt mãdator quoq; perinde atque si ipse detulisset, puniretur. [t] ℣ Imperator noster Seuer⁹ Augustus cõstituit, ne serui delatores dominorum audiantur, sed vt pœna coërceantur: [u] libertos quoque causæ mandatores cõtra patronos, à præsidibus prouinciarũ pœna* plectẽdos. [x] ℣ Cõplura [y] sunt rescripta prĩcipalia, quibus cauetur non obesse errorẽ cuiquam quòd ignarus* iuris sui ipse se detulerit. sed extat eorũdem principum rescriptum, ex quo videtur posse defendi ita demum nõ nocere cuiquam se detulisse, si ea persona [z] sit, quæ

a *Ex quibusdam.* Construe, fama susciptientium delationes non læditur ex quibusdam &c. id est delatores non infamantur. sub. licet non probant. regulariter ergo delator non probãs infamatur: vt hic, & C. de dela. l. ex varia. lib. x. sed hoc fallit quando nõ sperat præmiũ forte à fisco: vt. j. eo. l. edicto. vel à delato vt desistat. Item & fallit in eo qui vlciscendi &c. vt subiicit: quia forte ali⁹ eũ defert. vnde ipse delat⁹ suũ defert delatorẽ ex alia causa. ad qđ. ff. de bo. li. qui cũ. §. si libertus. & C. de meta. l. deuotũ. lib. xij. sed in hoc est ar. contra. ff. ad l. Aquiliam. scientiã. §. pe. sed hic ciuiliter corã iudice, ibi facto volebat se vlciscí.

b *Delationes.* id est qui suscipiunt vt defendãt.

c *Reipublicæ.* pro hæreditate puta decurionum, & similium: vt. C. de hære. decu. per totum. aliàs non: vt. C. de bo. va. l. j. idem in eo q defert causam sibi cum fisco communem: vt. j. eo. deferre. §. itẽ. versi. sed & communem.

d *Exequitur.* non pro præmio. Accursius.

e *Plurifariam.* id est pluribus similibus modis: vt in epistola Pauli, multifariã. & facit. j. eo. fisc⁹ in quęstione. & l. delator. vel dic, plurifariam, id est constitutionibus multis.

f *In hæc.* scilicet quòd ea &c. Accursius.

g *Qui.* pro vt.

h *Esse instrumẽta.* fisco.

i *Capiendi.* id est vsucapiẽdi: vel id est acquirendi: vt quia habes instrumentum quod fiscus emit, vel alio modo dominium acquisiuit, vt per testamẽtũ. & quod dicit, nummaria: puta de mutuo. alij ponunt exemplum per. l. C. ad. l. Iul. pe. l. j.

k *Similis re.* subaudi scilicet. vel abundat re.

l *Agatur.* imò videtur quòd etiam in capitali: vt. C. de eden. l. is apud. quæ est contra. Solu. primus iudex qui tulit sententiã, vel iudex ap. indifferẽter acta publica ciuilia vel criminalia iure cõmuni exhibere cogitur: vt. C. vt lit. pen. l. supplicare. & ita loquitur lex. C. sed alia instrumenta nõ cogitur in causa criminali, sed in ciuili: vt hic, & ff. de eden. ne quisquam. nam nec cogitur ac. ad exhibendum pro instrumentis in criminalibus actionibus: forte nec ac. in fac. quia pecuniariter non interest: vt. ff. ad exhib. si liber. si tamen fisci essent, est certum quòd potest intẽdere rei vin. Vel dic, in causa pecuniaria tantum hoc ipso, quòd quis etiã non interpellatus non exhibet fisco instrumenta ei necessaria, patitur pœnam, quia creditur eum instrumenta ei subtraxisse: & ita furti conuenitur. sed in causa criminali quam fiscus mihi mouet, secus. nam non patior pœnam hoc ipso quòd non exhibeo: possum tamen arctari vt exhibeam: vt ibi. potest & hæc regula intelligi in conuento à fisco: vt in pecuniaria causa sit speciale quòd licet sit reus, exhibet tamen offi. iu. actori instrumenta ad eum pertinentia: vt. ff. de eden. l. ne quisquam. secus in criminali. sed quilibet alius qui nõ est cõuentus, acta ciuilia & criminalia exhibere tenetur: vt ibi. Azo. vel ibi in rationibus: hic in instrumentis. Vel hic quidam tertius habebat, ibi aduersarius. prima & secunda placẽt.

m *Tribus.* qui ter citat⁹ habetur pro confesso: vt infra eo. senatus. §. senatus. & l. Arrianus.

n *Teneantur.* in summam petitam: vt infra eo. senatus. §. senatus. vel ad damnum: vt. C. de lit. contesta. authen. libellum.

o *Adimatur.* sic. C. qui accusa. non pos. l. si ea. & supra de iudi. l. in peremptorio. & C. de procu. l. eum.

p *Omnino non esset.* quia absoluitur: vt. d. §. senatus. & j. proxi.

q *Id comprehendisse.* id est, debet in sententia dici qualiter delatores vocauit per edicta. & construe sic: Sententia, scilicet absolutoria etiam delatores cõprehendisse, id est fecisse, id scilicet vt absolueretur possessor. fecerũt dico edicto, id est per edictum quo fuerunt citati, id est propter cõtumaciam, quę colligitur propter illam citationem ternam: vt. ff. de re iudi. l. cõtumacia. §. j. & not. hic duo arg. primum, quòd etiam actore absente contrahatur eremodiciũ: qđ dic vt. j. eo. l. senatus. §. senatus. Item quòd in sententia continet causa absolutionis: vt non obstet alij except. rei iudi. vt. ff. l. j. in fi. & ad hoc. C. de iudi. l. properandum. §. illo.

r *Compelleretur.* ad hoc supra ad Syl. l. & si certus sit percussor. & l. prius. sed cõtra. ff. de eden. l. si quis. §. rationẽ. vbi non compellitur edere vnum mandatũ. Sed ibi ideo, quia non erat liber rationũ, sed rationis. præterea hic mandatorem edit, ibi mandatum, id est scripturam mãdati non edit. Accursius.

s *Subduceretur.* i. euaderet: quæ pœna est. ff. §. senatus. & infra. e. l. senatus. §. diuus. & facit supra de vi & vi ar. l. j. §. quotiens. & infra eo. l. de eo. & l. nõ tantum. & l. senatus. §. j. & C. de accu. l. non ideo. & supra ad Turpil. l. j. §. incidit. Item hoc fallit. C. de dila. l. ij. sed ibi proc. fisci suppossuit delatorem. Item arg. contra. C. de fur. l. ciuile. & C. de fal. l. maiorem.

t *Puniretur.* vt. j. eo. l. senatus. §. j.

u *Coerceantur.* seueriſsime, etiam si probent: vt. C. de dela. l. fin. lib. x.

x *Plectendos.* scilicet constituit imperator. ad quod. ff. de fal. l. diuus. §. pe. & dic pœna, scilicet metalli: vt. ff. de offi. præ. vr. l. j. §. quod autem. versic. cum patronus. & ad hoc. C. qui accu. nõ pos. l. pe. & l. fi. & ff. de acc. hi tamen. §. j.

y *Complura.* quidam Titij filius ex Berta quam reiecerat vir, & tenebat Seiam pro vxore, institutus ab illo Titio detulit se, errans in facto: quia nesciebat matrem esse vxorem veram. nec ob. quod dicit matris: quia ignorabat factum, & per consequens ius. Vel dic quòd in iure: quia credebat posse reiici vxorem vnã, & accipi aliam: vel desinere esse vxorem eoipso quòd non cohabitabat cum viro: quod non nocet: vt. ff. de do. inter vi. & vxo. l. cum hic status. §. si mulier. licet ergo si vera esset professio, haberet dimidiam tantum: nunc totum habebit: quia est legitimus, & potuit instituí. & facit. j. e. l. edicto. §. fi.

z *Si ea persona.* his personis exceptatis non nocet error facti vel iuris, etiam in hoc vt probet se dignam: vt. ff. de proba. cum de indebito. §. j. sed aliis noceret: vt à contrario sensu hic colligitur. & sic est contra. j. e. l. edicto. §. fi. sed dic illam secundũ istã loqui

in

*Vulg. vel de alia simili re.

*Flo. esset

*Flo. pœna

*Flo. ignotus

BIU Cujas

in personis exceptatis.vel dic etiã in aliis: & nocet ei,vt hic,quo ad onus probandi se dignam.s.error facti: quo probato non nocet:vt ibi.In errore iuris non potest contra probari:vt.ff.de confessis.l.non fatetur. nisi dicas illam habere locum quando in iure & præsente aduersario,qui non fuit hic præsens: vnde & hic potest contra probari. Alij dicunt, facti errorẽ simpliciter nemini nocere, sed iuris sic aliis: sed personis exceptatis non.& sic hic de errore iuris: vt.l.edicto.de errore facti. Accur.

† *aliàs in tex. habetur tertiũ membrũ, scilicet vel propter paupertatẽ: sed quia in nullo exemplariũ scriptorũ, quæ mihi quidẽ videre contigit, legitur: expũgẽ dum putauimus:simul quia nusquã in iure ciuili memini paupertate ignorãtiam excusari.*

a *Posit.* vel etiã propter ætatẽ: vt.j.de reg. iu.l. fere in omnibus. itẽ fa.ff.de adul.l.ff adulterium cum incestu.§. fratres.&.j.ad muni.libertus.§. error. &.ff.de eden.l.j.§.fin. &.C. de iur. & fac. igno.l.ff. & ff.ad Syl.ff quis graui.* §.ff quis ignorãs.&.C. qui admit. ad bo. pos. possunt.l.penul.sed arcõtra.C. de in ius voc. l.ij. Accursius.

ingrauescente.

ignorare propter rusticitatem † vel propter sexum fœmininum ius suum posit. [a]

III. IDEM libro tertio de iure fisci.

NOn intelligitur fraudẽ legi [b] feciſſe, qui rogatus est palam restituere. Sed cum quidam testamẽto suo ita scripsisset: *Vos rogo, vt in eo quod à vobis petij,* [c] *fidem præstetis:pérque deum vt faciatis rogo*: & quæreretur an id palam datum intelligeretur: Iulianus respondit, [d] non quidem apparere quid ab hæredibus ex huiusmodi verbis petitum est: quæri autem solere quando intelligatur quis in fraudem legis fidem suam accõmodare: & fere eò iam decursum, vt fraus legi fieri videatur, quotiens quis neque testamento, neque codicillis rogaretur, [e] sed domestica cautione & chirographo obligaret [f] se ad præstandum ei qui capere non potest: [g] ideóque dici posse ex supradictis [h] verbis non esse legi fraudem factam.

Inspicitur id quod prodest: non id quod nocet. Bartolus.

ℱ Si quis palam rogatus [i] & tacite [k] esset, agitabatur quid magis prævaleret: [&] vtrum idipsum noceret quòd tacite rogatus esset, an prodesset quòd palã petitum esset.& Diuus Hadrianus rescripsit,in eo quod cuiusque fidei palam cõmissum est, non esse existimandum fidem suam in fraudem legis accõmodasse. [l] Quando autem fraus interposita [m] videatur, agendum est [n]: id est vtrũ exitus spectari debeat, an consilium: fortè si tunc cum tacitè fideicommittebatur, non capiebat [o] is cui restitui iubebatur: mortis vero tempore capere poterat:vel contra.Et placuit exitum [p] esse spectãdum. [q]

Non intelligitur.] CASVS. Instituí quendam capacem hæredem: & eum palã rogaui, vt talẽ meum fundum det Titio, qui erat non capax.nõ punitur hic hæres. sed si in eodẽ testamento dixi postea: de eo quod te rogaui,rogo vt cõpleas:Iul. dixit hunc hæredẽ perdere hæreditatem.sed male dixit:& hoc subiicit infra ibi,ideoq; &c.postea dicit quãdo quis dicatur in fraudẽ legis fidem accõmodare, subsequenter dicit:hæres rogatus est tacite dare.c.cuidã non capaci: deinde illud idẽ & eidem palã est rogatus dare.prævalet quod palam dictum est:vt sic nõ videatur contra.l. fidem accommodare. Postea dicit.grauatus est hæres dare.c.cuidã non capaci, qui factus est postea capax tẽpore mortis testatoris, vel ecõtra.dicitur exitum spectandũ: vt si tẽpore mortis testatoris sit capax legatarius,habeat legatum:aliàs non. Quid autẽ sit de pœna imponẽda hæredi,vel nõ:dic vt in glo.hic posita,quæ incipit:si vtroque tẽpore &c. Subsequenter dicit qualiter ostendatur tacitum fideicõmissum.Vltimo dicit: quotiens bona auferũtur hæredi ob hoc ꝙ tacitam fidem accõmodauerat de dando legato cuidã nõ capaci, & sic hęc bona ad fiscũ pertinẽt:fiscus tenetur soluere omnia quę vtiliter in testamẽto sunt relicta. [DIVI FRATRES.] Cũ procurator vendit rem fiscalem,debet eam vendere iusto pretio. & dicit quod sit iustum. [CVM QVINQVENNIVM.] Cõduxisti prædium à fisco vsque ad quinquenniũ: & pro te fideiussi.nunc finito tempore prædicto remanes in eadẽ conduc. dicitur quòd nõ teneor pro futuro tẽpore.Item nec ipse cõductor cogitur reconducere finito tempore. [SI POSTERIORI.] Fiscus successit posteriori creditori Titij.dicitur ꝙ fiscus vti debet eodem iure quo priuatus vteretur si viueret. Secundo dicit: fiscus habet debitorẽ. non potest cõuenire debitorem debitoris, nisi in casibus quos ponit in litera.& eos dic vt in glo. quæ incipit,quia sunt nõ soluendo &c. [DIVVS.] Hæreditate delata ad fiscum,quidam qui dicitur seruus illius hære.petit se in libertatẽ. dicitur quòd in hac causa debent esse præsentes illi qui sunt consueti agere causam fisci. & sententia lata contra fiscum absente fisci aduocato,non tenet. [SI IN LOCIS.] Si in loco fiscali, vel alio in litera numerato, inueniatur thesaurus: medietas fisco debetur.Idẽ si in Cęsaris fundo.& qui inuenit in prædictis casib' thesaurũ,debet deferre: aliàs nõ.si autem qui inuenit thesaurũ in loco fisci,non detulit partẽ fisco, immo celauit totum thesaurum inuentum:cum alio tantundẽ cogitur fisco soluere. Fran. Accur.

b *Legi.* indefinite dicit: vt.ff.de pœ.l. sanctio legum. sunt enim multæ leges quæ prohibẽt relinqui alicui: vt no.ff.eo.l.j. in prin. & quod dicit palam, caute dicit.s. quòd intelligi posit: vt.ff.de testa.l.hæredes.Sed est contra.ff.de proba.l.qui testamentũ.Solu. hic quo ad rogatũ,qui est capax: ibi quo ad nõ capacẽ legatariũ. qui ergo palã rogatur,nõ potest nõ audire:& ita nõ punitur,etiã si forte dicat,bene,faciã.sed si tacite,tunc delinquit,vt subiicit:& punitur vt perdat Falcidiam:& nõ capax perdat dodrantem: siue sit hæreditas:siue res singularis,vel quantitas: & datur fisco:vt.ff. de vsur.l.cum quidam.§.in tacito.& de iis qui. vt indig.l.hæres. &.l.eum qui.&.ff.de pet.hære.l.prædonis.&.C.ad leg. Fal.l.etiã. nisi rogatus erat in potestate rogantis, vt filius: vt.ff.de iis qui. vt indig.in fraudẽ.§.ff. Et idẽ in seruo: vt.ff.ad.l. Falci.ff tacitum. & sic tria excusant rogatum: scilicet quia palam,vel quia filius,vel quia seruus. Itẽ habet locũ prędicta pœna si vtroque tẽpore fuit nõ capax.s. tempore mortis, & tẽpore testamenti. Si autem altero eorum fuit capax:cessat pœna.Sed an valeat relictũ, dices statim.j.§. quæri autẽ. Item hæres aliquando perdit quartã: & tamen fideicõ. habet dodrantem:quia est capax,sed hęres indignus: vt.ff.ad Treb. l. Marcellus. in fine. Accursius.

c *Petii.* in hoc testamento,& ita palã: petierat enim vt daret.x. vel fundũ certum Titio,qui erat non capax. & sic non est contra.j. eo.l. ita fidei. vbi erat scriptus fundus in testamento: & dicit hæc verba quæ hic: quia fundi appellatio est incerta:vt ibi dicitur:& ita potest esse in testamento, & esse certũ vel incertum relictũ.& secundũ hoc male dixit Iul.hic statim: & ideo corrigitur,ideoque &c.Vel dic quòd allegãdo dixit. Quod autem in medio interserit,quæri autẽ &c. interpositio est.sed R. aliter dixit,quod à vobis petij &c. quod est tacitũ.& sic hæredes patiuntur pœnam quã dixi.ff.proxi.respon.& secundum hoc Iul. bene dixit:& id quod dixit, ideoque &c. exponit & supplet, ita, nisi persona cui prædictis verbis prosp iciebat, sit talis vt eius iudicio ex testamento eius prohibeatur accipere.Item ex prędictis not.aliquid posse fieri palam,& non puniri, & non clam scilicet posse fieri:vt.ff.de ritu nup.l.ff.& de admini.tuto.l.non existimo. &.ff.de auctor.tuto.l.pupillus.§.pupillus.

d *Iulianus respondit.* vel dic male,vel allegando:vt modo no.

e *Rogaretur.* aperte & clare.si vero obscurè rogaretur etiam in testamento,contra est,scilicet vt videatur fieri fraus legi:vt.j.eo. l.ita.& ad hoc.ff.de iis qui.vt indig.l.in fraudem.&.j.eo.§.tacita. &.ff.de leg.j.in tacitis.

f *Obligaret.* vel etiam pollicitus est:vt supra de iis qui.vt indig. in fraudem.

g *Non potest.* secus si poterat: vt.C.de dela.l.j.lib.x. vel expone vt ibi,secundum R.

h *Ex supradictis.* id est quæstione facta: vel expone vt dixi secundum R.nisi persona &c. Accursius.

i *Si quis palam rogatus.* scilicet primo.

k *Tacite.* scilicet postea.

l *Accommodasse.* eligendum est bonum,& fugiendum malum: vt in authen.qui.mo.na.eff.sui.in princ. & ad hoc.ff. de condi.& demon.si quis. & de admi.tu.l.ff pupillus.& ad Maced.sed Iul.§. item si duos. &.C.man.l. fin. &.ff.de sena.l.emancipatum. in fin. Sed argu. contra supra nau. cau.l. fin.§. sed & si quis sit nauta.& quibus ex cau. in pos. ea.l. Fulcinius.§. quod ergo. & ad Syllã.ff quis graui.§.fina.

m *Interposita.* & tacite rogato hærede. Accursius.

n *Agendum est.* id est videndum est.

o *Non capiebat.* quo casu palam relictum esset pro non scripto: vt.ff.de iis quæ pro non scrip. haben.l. ff in metallum. &.l.seq.& C.de cadu.tol.l.j.§.ea autem.

p *Exitum.* id est tempus mortis. Accursius.

q *Spectandum.* si vtroque tempore.s. testamenti & mortis fuit non capax,non valeret relictum:& habet locum pœna quã dixit in prin. Item contra si vtroque tempore capax fit:valet relictum, &

BIU Cujas

& cessat pœna. si vero altero sit capax, altero nō: cessat pœna: sed an valeat relictū? & si quidē tēpore testamenti fuit capax: nō peccauit hæres si etiā tacite se astrinxit: nisi in futurū casum fidē accōmodauerit: vt & si legibus capere phiberi poterit, restituat: & tunc remanet apud hæredē: vt. ſ. de iis qui. vt indig. l. in fraudē. §. j. hoc ergo casu inspicitur exitus, vt non debeatur, vt hic dicit: vel econtra: non autem vt pœna habeat locum. si autē econtra tēpore testaméti fuit non capax, sed tēpore mortis capax: hic peccauit hæres: sed tamen de benignitate parcitur ei, inspecto exitu, vt cesset pœna: non autē debeatur relictum: vt inſt. de hære. qua. & diffe. §. in extraneis. & supra de iis qui. vt indig. l. fi. §. j. & sic exitus diuersimode accipit alio & alio casu. Alij dicunt & bene, hoc casu valere relictū. ad quod. ſ. de lega. præſtan. interuenit. & legem inſti. de hære. qua. & diffe. intelligūt in hærede non capace. & facit ad exitum. ſ. de fur. l. ſi quis vxori. §. neque verbo. &. j. de verbo. signifi. sæpe. in fin. &. ſ. quod quisque iur. l. j. §. ait prætor. & §. fi. &. ſ. ne quid in flu. pub. l. j. &. ſ. de iniur. Itē apud Labeonem. §. abduxiſſe. & de fideicō miſ. liber. l. generaliter. §. ſi homini libero. & de mino. l. iij. §. j. & ad Macedo. l. ſi filius. in fi. &. l. ſeq. Accur.

Exitus diuersimode accipitur.

Tacita autem fideicōmiſſa frequenter sic deteguntur, [a] si proferatur chirographum, [b] quo [c] se cauiſſet [is] cuius fides eligitur, quod ad eum ex bonis defuncti peruenerit, restituturū. [d] Sed & ex aliis probationibus [e] manifeſtiſsimis idē fit. [f] ℣ Cum ex causa taciti fideicōmiſsi bona ad fiſcum pertinent: [g] omnia quæ in testamento vtiliter data sunt, valent. & ita diuus Pius reſcripſit. ℣ Diui fratres reſcripſerunt, in venditionibus fiſcalibus fidem & diligentiam à procuratore [h] exigendam, & iuſta pretia nō ex præterita emptione, sed ex præſenti [i] æſtimatione conſtitui. Sicut enim diligenti [k] cultura pretia prædiorum ampliantur: ita ſi negligentius habita sint, minui ea neceſſe eſt.

Finito tempore locationis, ſoluitur contractus ipſius locationis. hoc dicit.

℣ Cum quinquennium in quo quis pro publico conductore ſe obligauit, exceſsit: ſequentis temporis nomine nō tenetur: [l] ídque principalibus reſcriptis exprimitur. Diuus [m] etiam Hadrianus in hæc verba reſcripſit: » Valde inhumanus mos eſt iſte » quo retinentur cōductores ve» ctigalium [n] publicorum & a» grorum, ſi tantidem locari non » poſsint. [o] Nam & facilius inuenientur conductores, ſi sciuerint [p] fore, vt ſi peracto luſtro diſcedere voluerint, non teneantur. ℣ Si poſteriori creditori fiſcus ſucceſſerit: eo iure vtitur quo is vſurus [q] erat cui ſucceſsit.

Tres ponit caſus in quib⁹ fiſcus poteſt cōuenire debitorē ſui debitoris: quos vide per te.

℣ Multa principalia sunt reſcripta, quibus cauetur non aliter fiſcum debitorum ſuorum debitores conuenire, niſi principales debitores defecerint, [r] vel ex ratione fiſci nomina facta liquidò probentur, vel ex contractu fiſcali debitores conueniantur. ℣ Diuus Hadrianus Flauio Proculo reſcripſit, cùm in libertatem proclamat [s] [is] qui ex bonis ad fiſcum pertinentibus eſſe dicitur: iudicium dari præſentibus & agentibus etiam his qui negotiis fiſci ſolent interuenire. Et huiuſmodi liberales cauſæ ſi non interueniente fiſci aduocato deciſæ sint, in integrum reſtituuntur. [t]

Ponit caſus in quibus theſaurus inuentus partim pertinet ad fiſcum, partim ad inuentorem.

℣ Si in locis fiſcalibus vel publicis, religioſiſve, aut in monumētis, theſauri reperti fuerint: diui fratres cōſtituerunt vt dimidia pars ex his fiſco vindicaretur. [u] Item ſi in Cæſaris poſſeſsione repertus fuerit: dimidiam

a *Detegūtur.* id eſt manifeſtantur. Accur.
b *Chirographum.* manu priuati factum.
c *Quo.* ſcilicet chirographo.
d *Reſtituturū.* ſcilicet non capaci: vt. ſ. §. vos rogo. verſi. quæri autem. plene no. Accur.
e *Probationibus.* vt per confeſsionem rogati.
f *Fit.* id eſt manifeſtantur tacita fideicom. Accurſius.
g *Pertinent.* quidam notant hic ℔ ex quacūque cauſa bona debitoris mei veniant ad alium poſſeſſorem, conuenio eū quaſi hęredem per hoc quod eſt hic, &. ſ. ad Syl. l. cum fiſco. ſ. ſo. ma. l. ſi marito publico. &. C. ad. l. Fal. l. ij. &. j. eo. l. dicitur. &. ſ. de iis qui. vt indig. cum quidā. &. l. cū tabulis. &. ſ. ad Treb. l. Marcellus. §. fi. & de fideicom. lib. l. imperator. §. fin. & de leg. j. ſi ſeruus plurium. §. j. & in Lombarda de iis qui à pa. vel à re. l. ſi quacūque. & per alias. ll. quæ alię magis dicunt contra. ſ. ſ. de iure do. l. mulier. & quæ in frau. credi. l. omnes. §. Lucius. & de vſufru. leg. l. fi. & de hære. ven. l. ij. §. fin. & de pecu. lega. l. ſi peculium. §. pen. & ſuperiores in fiſco loquuntur, qui quaſi perſonam hæredis ſibi aſſumit ſuo priuilegio: vt. C. ad leg. Iul. de vi. l. ij.
h *A procuratore.* aliàs negligens in ſimplum, fraudans in duplū: ipſe, non hæres, tenetur: vt hic, & infra de adminiſtra. re. ad ciui. perti. l. fi. §. item reſcripſerunt. Accurſius.
i *Ex præſenti.* ad hoc. C. de reſcin. ven. l. ad reſcindendam. Sed argu. contra ſupra de iniur. l. iniuriarum æſtimatio. Accur.
k *Sicut enim diligenti.* ſic ſupra de orig. iur. l. ij. §. poſt originem.
l *Non tenetur.* ſcilicet fideiuſſor: vt &. C. lo. ſi cum Hermes. nec alterius pignus: vt. ſ. loca. l. item quæritur. §. fin. & facit ſupra eo. titu. l. qui fideiuſſor.
m *Diuus.* aliàs. §. aliàs non.
n *Vectigalium.* ſupra de publica. l. cotem. §. fi. cōtra. ſolu. vt ibi.
o *Non poſsint.* ſcilicet aliis.
p *Si ſciuerint.* i. ſi hoc contingeret, vt ſi &c. vel illi qui ſunt, facilius, id eſt facilioribus pactis & conuentionibus.
q *Is vſurus.* variatio hæredis non variat ius: vt. ſ. de eden. l. quædam. §. j. & de re. eo. l. magis. §. ſi pupillus. &. j. de decur. l. decurio qui. &. ſ. de vſur. cum quidam. §. fiſcus. & de iudi. l. hæres. &. C. cre. euic. pigno. nō de. l. j. &. j. eo. l. fiſcus. Acc.
r *Defecerint.* quia sunt non ſoluendo. tunc enim condictione ex lege, vel illa vtili quam debitor idémque creditor habet, directam exiget: vt. C. quando fiſcus vel priua. l. non prius. & de condic. ex lege. l. j. Item eodé modo agit in proximo caſu, quando ex pecunia fiſci factus fuit hic ſecundus debitor. In tertio dic ℔ agit fiſcus ex cōtractu fiſcali prius. ſ. cōdemnato debitore: & ſic offi. iu. vt. C. quādo fiſcus vel priua. l. ſi debitum. in fine. & hoc in prædictis tribus caſibus ſi fatetur. aliàs dic vt not. C. quādo fiſ. vel priua. l. ij. Itē ad quartū quando eſſet delegatus fiſco: vt. C. de noua. l. j. & ſic apparet ℔ duo primi sunt ſpeciales. Tertius eſt de iure cōmuni. Sed Azo & H. dicunt etiā tertiū ſpecialem: & ſic debitore cōdemnato. ſed ſi ita poſsſet ſemper fiſcus: ad ꝙd prædiceret hoc quando eſſet non ſoluendo, vel quando ex pecunia fiſci &c.
s *Proclamat is.* quis ſit iudex in tali caſu: dic argu. C. vbi cauſa ſtatus. l. penul. Accur.
t *Reſtituuntur.* id eſt ex integro cognoſcitur nil valere quod actum eſt: vt. j. eo. l. ſi fiſcus. & argu. C. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt ne. l. pen. & qui ſatiſda. cog. l. de die. §. ſi ſeruus. &. ſ. de adul. l. ſi maritus. §. fi. ſecus vbi prætextu falſi: quia tunc per in integ. reſtit. vt. ſ. de re iudi. l. diuus. Sed an ſit idem in aliis cauſis fiſci? videtur ℔ non, per hoc quod dicit, & huiuſmodi &c. & per. l. illam. j. ſi fiſcus. licet plures aliæ dicant aduocatum eius debere adeſſe: vt. C. de aduo. fiſ. l. fin. & ſi aduerſus fi. l. ij. & de delato. omnes. lib. x. C. non tamen dicūt ſi contra fiat, quòd non valeat ſententia: ſed ſatis puto eſſe idem. ad quid enim exigeretur adeſſe, ſi abſentia nihil noceret? Item per hoc, quia in priuato dicitur ſecus: vt. C. de poſtu. l. velamento. Item hæc vera sunt, ſi contra fiſcum pronuntietur: ſecus ſi pro eo: vt ar. C. de procu. l. non eo. &. ſ. de arbi. l. ſi pupillus. & de re iu. acta. §. fi. & sunt ſimilia vbi pro eo valet. ſed contra non valet: vt. ſ. de inoff. teſt. poſthumus. §. ſi quis ex his. & de adul. denuntiaſſe. §. fi. Quod dixi in aduocato, idem in procuratore: cum & ipſe aduocatus dici poteſt: & econtra.

Procurator aduocatus dici poteſt.

u *Vindicaretur.* in eo quod dicit religioſus, eſt contra. inſtit. de re. diui. §. theſauros. vbi dicit totum inuētori cedere Solu. ibi Hadrianus fuit ſecutus naturalem æquitatem: hic diui fratres ciuilem auctoritatem, & publicam vtilitatem, cuius ratione quandoque derogatur æquitati communi. Vel (quod in idem recidit) hic loquitur de iure ciuili, nam licet ſacra & religioſa ſint in bonis Dei, tamen quodāmodo & in bonis imperatoris per cōſtitutionē hominū ſunt. & hic prędiudicatur iuri naturali per ius ciuile: ſicut & in vſuca. ſecundū Io. vt. ſ. de vſuca. l. j. &. j. de regu. iu. l. iure naturæ. Vel hic de rigore, ibi de æquitate, ꝙ prævalet: vt. C. de iudi. l. placuit. Vel hic data opera, ibi non data: & facit. ſ. de adquiren. re. do.

BIU Cujas

re.do.l.si is.& solu.matri.l.diuortio.§.si fundum. in fi.§.&. C.de thesau.l.j. Ité quod dicit si in loco Cæsaris,q̃ mediũ fisco datur: insti.dicit ipsi Cæsari.& sic est cõtra.sed Cæsar pro fisco accipit: cuius Cæsaris omnia sunt:vt.C.de quadri.præscrip.l.fi.in prin.

a *Vindicari.* scilicet iure dominij.

b *Deferre.* aliàs.§.& aliàs non est.

c *Debeatur.* quod quãdo sit,ſ.proxi.dixi.

d *Totum.* perdit ergo partẽ suã,& iterũ quãtum est totũ:& est mirabilis pœna.ſ. simpli, & dimidiæ simpli. vel verius in triplo, quia in dimidia fisci tãtum deliquit: nec deferre poterit: cum iam in pœnam incidit.

IN fisci.]CASVS. Cũ quandã hæredi. à te possessam in fiscum deferrem: dedisti mihi aliquod pretiũ vt desisterem. dicitur q̃ pro confesso haberis. Fr.

* *Flo. curator*

e *Delatoribus.* vt cessarent. Accursius.

f *Pro confessis.* illi delati.

g *Habẽtur.* & ideo tãtum dant vt cõuicti: vt j. Hadrianus. in fi.& insuper quingentos solidos: vt.j. imperator Seuerus. Accursius.

h *Si modò.* non aliter, secundũ Io.vt.ſ. ad legem Iul. de vi publi.l. qui cœtu.§. qui vacantem.ij.rñ. & secundum hoc intellige.ſ. de diuer. & tẽpo. præscri.l. intra.ij.respõ.&fa.ſ.de insa.l.quoniã.&.l.furti.§. partus. &.j. eo.l. eius qui.&.ſ.de præua. l.fina.

* *Flo. temporis*

i *Vel.* pro saltem.

k *Modicum.* ad hoc.ſ. de ædil.edic.l. si quid. in fi.& de dã. infec.l. si proprietarius.in fi. Ac.

SI procurator.]CASVS. Procurator Cæsaris vendidit quãdã rem: & duplum vel triplum pro euictione promisit. licet euincatur res emptori: fiscus tamen simplum præstabit. Secundo dicit: procurator fisci vendendo rem fiscalem,& tradendo emptori: tunc emptoris sit cum pretium soluerit. Fr.

l *Fiscus.* sed an ꝓcu. teneatur? Rñ. quidã sic: sed Azo, nõ.& est sic.ſ.ad.l.Fal.l.cum emptor.&.C.communia de leg.l.fi.§.fi. & de euic.l.nõ tamẽ. nec ob.ſ.de euic.l.si dictũ.in prĩ.sol.hic speciale.

m *Datum est.* vt procuratori fisci: vt.C.de ven.re.fi.l.j.li.xj.&.j.l. bonorum.&.l.aufertur.§.actores.

n *Fit emptoris.* vt.C.de quadri.præscrip.l.fina.

o *Soluto.* vel aliter satisfacto: vt.ſ.de contrahen.emp.l.quod vẽdidi.& insti.de re.diui.§.venditæ. non autem fide habita de pretio:& est speciale contra.ll.prædictas.& no.pro minoribus[a] & pro eccleſiis. Accursius.

a Ista glo. est not. ad hoc ꝓpositũ, quòd sicut ꝓcurator vẽdens rẽ domini sui,nõ potest habere fidem de pretio: ita idẽ est in ipso minore, & in ecclesia. Bolog.

FIscus]CASVS. Fiscus succedens priuato, pro antiquo tempore iure priuati vtitur: sed postquam successit, vtitur priuilegio suo. & de primo da exemplum vt in glo. quæ incipit: vt.& C.credi.euic.&c. De secundo da exemplum vt.ff.de vsur.cũ quidã.§.si debitores &c. Secundo dicit: fiscus succedit creditori Titij, qui Titius ad vsu. modicas tenebatur. ex tunc incipient deberi fiscales, id est semisses, ex quo fiscus conuenit in iudicio Titiũ debitorem. priuilegiis autem aliis, vt in hypotheca & aliis, ex tũc vtitur fiscus, ex quo nomen Titij receptum est inter nomina debitorum fisci. Vltimo dicit: quæ priuilegia competunt fisco, eadẽ competunt & patrimonio Cæsaris: item Augustæ vxori principis. Franciscus Accursius.

p *Vtitur.* vt &.C.credi.euic.pig.nõ debe.l.j.&.ſ.de vsur.l. cum quidã.§. fiscus.&.ſ.de ser.rusti.prędio.l.via.§.si fundꝰ.& de fisca. vsur.l.ij.& fi.in fi.& de cõdit.& demõ.l. in facto.§.j.& de iudi.l.hæres.in prin.&.ſ.e.l.nõ intelligitur.§. cum ex causa.&.§.si posteriori.

q *Priuilegium.* vt.d.l. cũ quidã.§.si debitores.

r *Pertinere nomen.* qđ est quando succedit.

* *Fl. milgo*

ſ *Conuenit.* extra ius, vel in iure. ad quod est C.de noua.l.iij.Ac.

t *Inter nomina.* quod postea fit ĩ aliquo quaterno.

u *Fiscales.* i. semisses vt.ſ.de vsur.l. cũ quidam.§. si debitores.

x *Conuenit.* in iudicio.

y *Varié.* id est aliter.

z *Priuilegio.* ſ. alio ab vsuris: vt in hypotheca & in priuilegio psonalium actionum: & in aliis de quib⁹ habes in summa de priuile. fisci. Accursius.

a *Solet.* vt.C.de quadri.præscript.l.fin.&.ſ. de leg.& se.con. princeps. & dic contra vt ibi. Accursius.

SI fiscus.]CASVS. Fiscus dicit aliquẽ seruũ suum: ille se liberũ dicit. in hac causa debet adesse aduocatus fisci: & si iudiceretur cõtra fiscũ absente eius aduocato, non tenet. Franciscus Ac.

b *Oportere.* hoc dic vt not.ſ.l. non intelligitur.§. diuus. Ac.

BOnorum.]CASVS. In hæredit. fisco q̃sita, inter cætera quæ ibi sunt, sũt serui castaldiones. prohibet ne ꝓcurator vendat eos: & si fiat contra, dicit non valere. Franciscus.

IN fisci causis pacti cum delatoribus,[e] pro cõfessis[f] habẽtur,[g] si modò[h] pretiũ vel[i] modicum[k] dederunt.

V. IDEM libro sextodecimo ad Edictum.

SI procurator* Cæsaris rem aliquam vẽdiderit: quamuis duplum vel triplũ pro euictione promiserit, tamẽ fiscus[l] simplũ præstabit. Si ab eo cui ius distrahendi res fisci datũ est,[m] fuerit distractum quid fisci: statim fit emptoris,[n] pretio tamen soluto.[o]

VI. IDEM libro sexagesimotertio ad Edictum.

FIscus cum in priuati ius succedit: priuati iure pro anterioribus suę successionis tẽporibus* vtitur. P cęterum postea quàm successit, habebit priuilegium[q] suum. Sed vtrum statim atque cœpit ad eum pertinere nomen:[r] an verò postea quàm conuenit[ſ] debitorem: an postea quàm relatũ est inter nomina[t] debitorum, quæritur. Et quidem vsuras exinde petit fiscales,[u] etsi breuiores debeantur, ex quo conuenit[x] certũ debitorẽ & cõfitentem. At in priuilegio variè[y] rescriptũ est. puto tamen exinde priuilegio[z] esse locum, ex quo inter nomina debitorum relatum nomen est. V Quodcũque priuilegium* fisco competit: hoc idem & Cæsaris ratio & Augustæ habere solet[a].

* *Flo. tempora*

VII. IDEM libro quinquagesimoquarto ad Edictum.

SI fiscus alicui status controuersiam faciat: fisci aduocat' adesse debet. Quare si sine fisci aduocato pronuntiatum sit: diuus Marcus rescripsit nihil esse actũ,& ideo ex integro cognosci oportere.[b]

VIII. MODESTINVS libro quinto Regularum.

BOnorũ fisco vindicatorũ[c] actores[d] venundari à procuratoribus[e] non possunt:& si distrahantur, irritam fieri venditionem rescriptum est.

Post mortem rei qui de crimine aliquo accusatus est: licet sit extinctum, tamen potest adhuc quæri de bonis quæ apud reũ sunt per scelus adquisita: & ea auferri, si probatum fuerit. h. d.

IX. IDEM libro septimodecimo Responsorum.

LVcius Titius fecit hæredes sororem suam ex dodrãte: vxorem Mæuiam & socerũ ex reliquis portionibus. eius testamentum posthumo nato ruptũ est. qui posthumus breui[f] & ipse decessit. atque ita omnis hæreditas ad matrem posthumi deuoluta est.[g] soror testatoris Mæuiam veneficij in Lucium Titium accusauit.[h] cum

c *Vindicatorum.* quia vacantia.

d *Actores.* id est castaldiones seruos. & ad hoc.j.e.l. ne procuratores.&.l.aufertur.§.actores.& fa.ſ.de offi.procu. Cæſa.l.j. in prin. Item sic accipitur actor. C. quod cum eo.l.fi. Item ratio huius.l.in promptu est per.l.ſ.de offi.pręſi.l.fi.

e *Procuratoribus.* fisci. Accursius.

LVcius.]CASVS. Lucius instituit sibi hæredẽ ex dodrãte sororem suã: in reliquo instituit Mæuiã vxorem suã & socerũ suũ. deinde mortuo Lucio natus est posthumus ex Mæuia: & sic ruptũ est testamentũ. qui posthum⁹ intra paucos dies decessit: & sic mater eius, scilicet Mæuia, succedẽs huic puero, habet omnia bona. nunc soror testatoris accusat Męuiã de morte testatoris q̃ venenauit eum. in hac accusatiõe succubuit ista soror testatoris, & appellauit. pẽdente appellatione decessit Męuia. dicitur q̃ appellatio est extincta: fiscus tamen poterit persequi bona quæ scelere sunt quæsita: & hoc probato habebit illa bona. Fran. Acc.

f *Breui.* tempore. post mortem tamen patris: aliàs de æquitate prætoria valet: vt.ſ. de iniust. testa. l. posthumus.

g *Deuoluta est.* olim per Tertul. hodie per authen. defuncto. C. ad Tertullia.

h *Accusauit.* de quo si fuisset cõuicta, perderet etiam primã institutionem filio nõ nato: vt.C.de iis quibus vt indig.l.sororem.

Item

Item hoc potest prosequendo suorum iniuriam: vt. C. qui accu. non pos. l. de crimine.

a *Prouocauit.* intra triduum: vt. ff. quãdo ap. sit. l. j. §. pe. & l. ij. §. fi. & ante. xxx. dies intra quos apostoli dantur: vt. ff. de lib. dimis. l. j.

b *Decessit.* hæc mulier.

c *Inducendam.* s. in iudicio: quod videtur propter hæredi. &c. vel dic inducendã, id est cãcellandã. quod nõ videtur propter hære. &c. Sed Modes. rñ. quòd alia ratione aufertur ei hæreditas, scilicet quia scelere quæsita: nõ autem propter crimen: quia si propter crimẽ aufertur, eodẽ modo alia sua bona vt hęc hęreditas auferentur. & sic patet q̃ non est cõtra. C. si pen. ap. l. iij. &. C. si reus vel acc. mor. fuerit. l. fi. qa ibi fuit condẽnatus accu. vnde distinguitur in bonis expresse vel tacite: hic autem absolute. vnde non distinguitur: imò indistincte dimittũtur bona hæredibus eius. verũ quia hæc hęreditas est cum scelere quæsita: aufertur hæredib⁹. ad quod. ff. de cal. in hæredem. &. ff. quod me. cau. l. quod dixim⁹. §. fi. & de bo. dã. l. fi. §. fi. & sic patet q̃ nõ potest prosequi appellationẽ. Item no. ex hac. l. quòd omnia turpiter quęsita, vel quæ indigne possidentur, confiscantur, apud quẽcunque inueniãtur: siue apud quęrentem, siue apud hæredem, per hanc. l. & per prædictas. & ad idẽ supra de don. inter vi. & vxo. l. cũ hic status. §. fi. & de inoffi. test. Papinianus. §. meminisse. fallit tamẽ hæc regula: vt. C. de lega. l. si legatarius. & ff. de iis qui. vt indig. l. post legatum. §. amittere. & C. de hære. instit. l. si pater. & l. nec apud. Item op. quòd non videtur hæc mulier scelere quæsisse. nam filium à quo habet, non occidit. à viro non habet. sed respondeo, cum posthumus in breui decesserit, creditur Lucium vixisse post mortem posthumi: nisi ab vxore fuisset interfectus: & sic bona nõ haberet mulier. quod ergo habet, est propter scelus. sed & secundum hoc esset secus si diu postea decessisset posthumus. quare da & aliã rationem: quia hæres hæredis &c. vt. C. de hære. instit. l. fi. bona autem quę aliunde obuenissent posthumo: non puto auferenda matri, ar. ff. de vul. sub. si is qui. Item no. quòd hic est vnus de casibus in quibus post mortem criminosi quæritur de crimine, propter bona: vt not. ff. de accu. l. ex iudiciorum.

Vnde laudatur M. Anto. Plautus. impera. quidã cum fi cõpendii iudicans fisco nũquã fuit. Iul. Capit. in eadem.

Criminoso mortuo quã diu de crimine quæratur.

d *Crimine extincto.* & sic appellatione extincta.

e *Non puto delinquere.* Loquitur de his à quorum sententiis vel responsis recedere non licet: vt instit. de iure natu. §. respõsa. & forte est ratio, quia diues est: vt in authen. de nõ alie. §. si minus. col. ij. &. ff. de fun. do. l. ij. & hac ratione non satisfdat: vt. ff. vt le. no. ca. l. j. §. si ad fiscum. econtra in muliere: vt. ff. de iure do. l. in ambiguis. posset etiam intelligi hæc lex in iudice & doctore, qui & ipsi interpretantur: vt supra de le. & sen. con. nã vt ait Pedius. Accursius.

Non possunt.]CASVS. Illa bona dicuntur ad fiscum pertinere cum effectu, quæ supersunt satisfacto creditoribus. Fran.

f *Pertinere.* perseuerant: pertinent tamen ex quo soluẽdo sunt, & fiscus soluit: vt &. j. e. l. dicitur. &. C. ad. l. Iul. de vi. l. tutoris. secus si non sunt soluendo: vt. ff. l. j. §. an bona.

g *Superest.* non est contra. j. l. deferre. §. fi. quia ibi fiscus creditor erat: hic non. & fa. ff. de vsufru. le. l. fi. & de col. bo. l. cum emancipati. §. j. &. j. de verbo. signi. l. subsignatum. §. j. &. ff. de leg. ij. l. si quis seruum. §. fi. & l. seq.

In metallum.]CASVS. Damnatus in metallũ fit seruus: & quod relictum erat ei qui postea damnatur in metallum, nõ vadit ad fiscum: & dicitur seruus pœnæ, non fisci. Franciscus.

non obtinuisset, prouocauit. [a] interea decessit [b] rea: nihilo minus tamẽ apostoli redditi sunt. quæro, an putes extincta rea cognitionem appellationis inducendam [c] propter hæreditatem quæsitam? Modestinus respondit, morte reæ crimine extincto, [d] persecutionem eorũ quæ scelere adquisita probari possunt, fisco competere posse.

X. IDEM libro singulari de præscriptionibus.

NOn puto delinquere [e] eũ qui in dubiis † quæstionib⁹ contra fiscum facilè respõderit.

XI. IAVOLENVS libro nono Epistolarum.

NOn possunt vlla bona ad fiscum pertinere, [f] nisi quę creditorib⁹ superfutura sunt. id enim bonorum cuiusque esse intelligitur, quod æri alieno supereſt. [g]

In metallum damnati nihil possunt fisco quærere: cum omnino sint alicuius rei incapaces. hoc dicit.

XII. CALLISTRATVS libro sexto de Cognitionibus.

IN metallum [h] damnatis libertas adimitur, cum etiam verberibus seruilibus [i] coërceantur. Sanè per huiusmodi personas fisco nihil adquiri diu⁹ Pius rescripsit: & ideo quod legatum erat ei qui postea in metallum [k] damnatus erat, ad fiscũ nõ pertinere [l] rescripsit: magisque ait pœnæ eos quàm fisci [m] seruos esse.

Parcitur sponte confitenti. hoc dicit cũ. § sequen.

XIII. PAVLVS libro septimo ad legem Iuliam & Papiam.

EDicto diui Traiani quod ꝓposui, significatur, vt si quis antequam causa eius ad ærariũ [n] deferatur, [o] professus esset eã rem quam possideret, capere [p] sibi non licere: ex ea partem [q] fisco inferret, partem ipse retineret. Idẽ postea edicto significauit, vt quęcumque [r] professa esset vel palã vel tacitè relictũ sibi quod capere non posset, & probasset [s] iam id ad fiscum pertinere: etiam si id non delictũ: quia tunc secus. quod dic vt in eodẽ. §. penul. & si ille qui sic detulit, decedat autequam hoc legatum vadat ad fiscum: hæredi eius hoc idem præmium dabitur quod defunctus habuisset si vixisset. Sed quid si decesit legatarius nõ capax antequam se deferat? Certe hæres eius deferendo (si quidẽ animum deferẽdi habuisset defunctus, non tamen detulit morte præuentus) illud idẽ cõsequetur quod defunctus esset consecuturus si vixisset & detulisset: secus si non habuit animum deferendi defunctus. nã tunc hæres eius deferendo consequitur vulgare præmium, id est tertiã eius quod detulit. vel aliter expone vt in glo. quæ incipit, tertiæ partis &c. & hoc etiam diui fratres rescripserunt. [CVM ANTE.] Hæres rogatus in testamento tacitum fideicõmissum dare cuidã non capaci, ante apertum testamentum hoc manifestauit fisco. postea aperto testamento legatarius hoc idẽ manifestauit. s. se nõ capacem. quod fecit hæres, non sibi prodest. quod autem legatarius fecit, proderit sibi, scilicet vt dimidiam legati retineat. Secundo dicit: qui se detulit nõ capacem: habet beneficiũ Traiani, id est dimidiam legati retinet. qui autem defert alium non capacem, etiã filium, vel seruum suum cui erat aliquid legatum: non potest deferre, scilicet vt habeat dimidiam legati: sed tertiam habebit. Tertio dicit: qui quasi indigni propter eorum delictũ repelluntur à legato: licet deferant fisco se non esse capaces, nõ habent aliquod præmium. & de his dat exẽpla in litera. Vltimo dicit: legatarius credens se non capacem, detulit hoc legatum fisco. postea scitur quòd est capax. dicitur quòd non præiudicat sibi quod fecit, id est quod detulit. Franciscus Accursius.

h *In metallum.* perpetuum. secus si ad tempus, quia nõ adimitur eis libertas: vt. ff. de pœ. l. capitalium. §. diuus. vel ibi in opus metalli: quod est aliud: vt in eo. titu. l. aut dãnum. §. inter. at metallũ semper est perpetuũ: vt. ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si seru⁹.

i *Seruilibus.* quia flagellantur.

k *In metallum.* de relicto postea minus dubij est.

l *Non pertinere.* vnde euanescit quasi in causa caduci. ad quod supra de pœnis. l. quidã. & de iis quæ pro non scrip. l. iij.

m *Quàm fisci.* imò fisci: vt. C. de sent. pas. l. frustra. contra. Solu. vt ibi. Item contra. C. de bonis pro. l. ij. Solu. ibi in deportato: hic in dãnato in metallũ. & eodẽ modo sol. ff. mã. l. si mandauero. ij. §. is cui⁹.

Ad ærarium. id est ad præfectum ærarij, id est fisci: vt. ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si bona. Accursius.

n *Ad ærarium.* id est ad præfectum ærarij, id est fisci: vt. ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si bona. Accursius.

o *Deferatur.* per alium.

p *Capere.* cũ effectu, vt retinere possit: vt. j. de verb. signi. l. aliud. erat enim non capax iste cui erat legata vel relicta hæc. s. res.

q *Partem.* s. dimidiam: vt. j. e. l. senatus. §. j. &. j. proxi. rñ. & datur sibi electio: vt. C. de his qui se de. l. j. li. x. & fa. in authen. vt litig. iur. §. si quis. col. ix. &. j. de re mili. l. non omnes. §. qui in desertione. &. C. ad legem Iul. ma. l. quisquis. in fi. Accursius.

r *Quæcumque.* scilicet mulier. nam. ff. de mare, nõ de fœmina dicit: vt. j. eo. l. ait diuus.

s *Et probasset.* Quomodo probat contra se? Respon. probat sibi relictum,

BIU Cujas

relictum,& fatetur se non capacem.Sed an infametur si nō probat?Respon.sic:nisi sit de exceptuatis:vt supra.l.ij.in prin.Ac.

a *Possideret.*scilicet fiscus.ad quod supra de publi.l.cōmissa.Vel dic secundum H.id est deferens.Accursius.

b *Præfectis.*id est procuratoribus fisci.

c *Ferat.* & alia mulier deferens. nec ob.C.de iis qui se de. vbi dat tertiam: quia ibi rogato. & datur illi qui prius detulit,non alteri:vt.s. in prin. huius.l. &.j.e. §. id autem. nisi in casu:vt.j.§.cum ante.

d *Quæ causa.*quia incestuosus, vel quocūque modo illegitimus. & restringe dummodo non sit propter suū delictum:vt.s.de iis quibus vt indig.l. post legatum.in fine. & infra eo.l.penūl.

e *Fisci est.* da exemplum in primo respon. huius.l. &.ij. &.j.eo.l. in fraudem.§.eius.

f *Quàm.* aliàs antequam.sed est cancellatum in lib.R.& facit.s. de inoffi.testamē. posthumus.in fi.&.l.seq.

g *Deferre.*siue nō capax,siue fidem accommodans.

h *Cōsequatur.*quod defunctus cōsecuturus erat,quod erat dimidia in eo cui relictum erat, sed in accommodante fidem in tertia: vt.j.e.l. senatus.§.senatus.

i *Deferre.* ar.contra.s. de rebus eo.l.j.§. si defunctus.

k. *Vulg.præ.*tertię partis:etiam si non capacis sit hæres.quæ tertia datur ei cuius fidei erat cōmissum:vt.C. de iis qui se def. l.j.lib.x. & cuilibet deferenti bona in fiscum : vt ex hac l.&.s.l.j. in prin.&.j.e. l.senatus.§.j.cum enim tertiā habeat is qui deliquit,id est cuius fidei erat commissum,multo ergo magis habet qui non deliquit.argu.s.de noxa.l.non solum.Vel dic remunerari pro arbitrio fisci.vel erat certum pretium statutū cuilibet qui deferret.sic &.s.de pecu.l.& ancillarum.j.respon.Vxor autē defuncti consequitur medietatem:vt.C.de iis qui se de.l.j.Si verò non hæres vel extraneus,sed is cui non erat relictum,se deferat: habet dimidiam:vt.j.eo.l.senatus.§.iij.scilicet dodrātis:vt.j.eo.l. cum tacitum.& quis primo admittitur,si ambo nuntiant, habes infra eo.§.cum ante.Accursius.

l *Consecuturum.*nam nec conditionem appositā à defuncto potest implere hæres:vt.s.de condi.& demon.l.à testatore.

m *Quibus.*scilicet defunctis.

n *Se non potuerit.*supra qui.ex cau.ma.non enim. Accursius.

o *Ab his.*rogatis. Accursius.

p *A fideicommissario.*cui erat restituendus,& non erat capax.

q *Professionem.*refert an post apertas tabulas,an ante.si post:qui primo nuntiat,præfertur:vt.s.ea.l.in prin.&.l.j.in principio.siue rogatus,siue non capax,siue extraneus.si autem ante : non nocet incapaci,dummodo postea deferat:vt hic:nec puto infamari,cū per eum non stat,vt supra eo.l.ij. ibi, & hæc ita &c.

r *Eius.*cui erat restituendum. Accursius.

s *Dignam esse.*sic.s.de bo.lib.si filius.§.cū filius.&.C.de iis quib. vt indig.sororem.

t *Præmio.*quod esset tertia:vt.j.eo.l.senatus.§.j.

possideret:[a] ex eo quod redactum esset à præfectis[b] ærario, partē dimidiā ferat.[c] Nihil autē interest quæ causa [d] impediat ius capiendi. Id autem deferri debet, quod latet,non id quod fisci est.[e] ℣ Ad hæredes eius qui se detulerat,nō videbatur præmium trāsire:sed diuus Hadrianus rescripsit,vt licet antè decessisset is q̄ se detulerat,quàm[f] id quod detulerat,fisco addiceretur:hæredi eius præmium daretur. Extat eiusdem Hadriani epistola,vt si is qui se deferre[g] poterat,morte præuētus fuerit: hæres eius si detulerit, præmiū consequatur:[h] si tamen,inquit, liquebit defunctum eius animi fuisse,vt se vellet deferre.[i] si verò idcirco dissimulauerit,dum rem occultari sperat: hæredem eius vltra vulgare præmium[k] nihil consecuturum.[l] Item diui fratres rescripserunt,hæredes eorum quibus[m] tacitum fideicommissum relictum est,ita demum ex beneficio Traiani deferre se posse,si is cui datū fuerat,morte præuēt[n] esset,& ideo per angustias tēporis deferre se non potuerit.[n] ℣ Cū ante apertum testamētum tacitum fideicommissum nuntiatum esset ab his[o] qui fidem tacitam susceperant,deinde post apertas [tabulas]à fideicommissario[p] delatū esset,diuus Antonin[q] recipi ,p-fessionem[q] eius[r] iussit: neque enim dignam esse[s] præmio[t] tā præcipitem festinationem prioris. Et cum quis se nuntiet non capere:potius confiteri de suo iure quàm alium *deferre videtur. ℣ Ad eos beneficium Traiani ptinet,qui ex defuncti voluntate relictum sibi capere nō possunt.[u] Ergo nec illud quod seruo meo relictum est,deferre potero.[x] ℣ Eos qui quasi indigni[y] repelluntur: summouēdos esse ab eiusmodi præmio, id est eos qui de inofficioso egerunt,vel falsum dixerunt testamentum,[z] qui vsque ad finē litis oppugnauerunt[a] testamentum. ℣ Ei qui per errorē se detulit,cum capere solidum posset,non nocere hoc diuus Hadrianus,& diuus Pius,& fratres rescripserunt.[b]

u *Capere non possunt.*non sibi quasi non seruo vel filio: vt subiicit.sic & supra de leg.præ.l.iij.§.hoc solum.& de adi.leg.l. legatum.& de inter.ac.l.si defensor.§.illud.& quod ibi not. sed tanquam extraneus vulgare præmium habeat:vt.s.ea.l.§.extat.

x *Potero.*ad hoc vt habeam dimidiam:sed tertiam habebo.

y *Indigni.*facti suo facto,nec ob.supra.e.l.§. nihil.

z *Testamentum.* idem in similib⁹ indignis:vt supra de iis qui.vt indig.l. post legatum.in fine.

a *Oppugnauerūt.*& succubuerunt.& ad hoc.s. de bo.lib.qui cū.§. antepen.& de inoff.testa. Papinian⁹.§. meminisse.&.C.de iis q. vt indig.l.alia.

b *Rescripserūt.*hic dic vt supra.e.l.ij.in fi.quę est cōtra.& fa.j.ad municip.l. libertus.§. error.

XIIII. GAIVS libro vndecimo ad legem Iuliam & papiam.

DIcitur,[c] ex asse hæreditates ex Silaniano † cū fisc⁹ vindicasset, quòd * nec libertates nec legata tueatur:[d] quod apertè nullā habet rationem:cū ex quibuslibet aliis causis[e] fisco vindicatis hæreditatibus, & libertates & legata maneant.

c *Dicitur.*à quibusdā, † male, vt subiicit.& cōstrue,eum fiscus &c. * *Fla.vt*

d *Tueatur.* fiscus &c. *nec*

e *Causis.* quibus hæreditas aufertur indig. vt &.C.de iis quib⁹ vt indignis.l.hæreditas.in fi.& supra de fideicōmiss.lib.l. imperator.& supra ad Syl.l. cum fisco.& supra si quis alie.pro.l.ij.in fin. & supra ad Treb.l.iij. in fi. & de leg.j.l.quidam.§. quotiens. & supra eo. non intelligitur.§.cum ex causa.

XV. IVNIVS MAVRICIANVS libro tertio ad legem Iuliam & papiam.

SEnat⁹ cēsuit,si delator abolitionem[f] petat, quòd erraſſe[g] se dicat:vt idē iudex cognoscat an iusta causa abolitiōis sit:

Imprudentia.

SEnatus.] CASVS. Bona quæ erant penes Titium,detuli in fiscum.volo desistere à delat.& sic peto aboli.dicitur quòd ex causa est concedenda,si erraueram in deferendo,credens me iuste deferre:aliàs non conceditur.sed si nō prosequor:teneor fisco in tantū quātū haberet si delat.meā probassem. Item qui suppositus fuit delatorem calumnioſe: in tātū tenetur fisco,quantum haberet deferens si probassetː& aliam pœnam patitur,quod dic vt in glos. Item delator qui citatus non venit,perinde punitur ac si persistens in delatione eam non probauit:de qua pœna supra proxime habuisti. Item qui detulit quædam bona in fiscum quæ ipse capere non poterat,partem dimidiam retinet:alia ad fiscum vadunt. si autem bona à Titio possessa defero in fiscum,& non prosequor, Titius absolui debet:& ego in tantum teneor fisco,quantum habuisset si dela.mea probassem. [SENATVS.] Dic casum vt in glo. quæ incipit, si conuersiue &c.ibi,si igitur rationes &c. [SI QVIS.] Hæres institutus cum non esset capax,detulit hæc bona in fiscum : & librum rationum in quo erant multæ falsitates, detulit similiter in fiscum. præfectus ærarij inspiciet an hæres fecit fraudem in illis rationibus, puniendo eum. Franciscus Accursius.

f *Abolitionem.*id est licentiam desistendi impune.quod aliàs nō liceret:vt.j.eo.l.res.§.fina. Accursius.

g *Erasse.* hæc enim & similia inducunt vt detur abolitio:vt C.de abolitio.l.ij.

BIU Cujas

a *Imprudentiæ.* id est ignorantiæ. Accursius.
b *Calumniæ.* scilicet causa detulisse videbitur: ad qđ. ff. ad Turpil. l. j. §. calumniantibus.* & fa. supra de acqui. hær. si seruum. §. amouere.
c *Accusatori perinde.* id est ad damnum accusatoris.
d *Perdidisset.* tunc enim tantum daret, quãtum delat[a] si fuisset victus: vt. j. §. fenat[s]. sic. ff. de accusa. l. fina.
e *Si quis delatorem.* extraneum ergo.
f *Subiecerit.* id est suppoſuerit. nam mandauit alicui vt deferret.
g *In ærarium.* imò pl[s]: quia tantum quãtũ penes fiscum remansurũ foret si probassẽt: vt. j. ea. l. §. senatus. nam mãdator & is cui mandatur, tenentur pariter: vt infra. e. l. ij. §. diuus. sed dic vere tantum, quia plus: & maiori summæ minor inest: vt supra de verbo. obli. l. j. §. stipulanti. & fa. j. l. res. §. fin. Itẽ facit. ff. quod vi aut clam. l. si ego.
h *Præmii.* scilicet tertiæ: quod est vulgare præmium: vt. ff. eo. l. edicto. §. extat. sed certe imò pl[s]: vt modo not.
i *Delator.* subiectus.
k *Si citatus.* scilicet ter: vt infra proxi. §. Ac.
l *Si causam.* quod dic vt infra proximo. §. & facit. j. eo. l. Hadrianus. & de re mili. l. iij. §. si ad diem. & facit. C. de censi. l. iij. lib. xj.
m *Non potuerit.* siue sit hæres non capax, siue legatarius, siue fideicõ. nec ob. quod dixi. ff. eo. l. edicto. §. extat. ſ. hæredem retinere tertiã, p. l. C. de iis qui se def. l. j. lib. x. quia de hærede capace & fidem tacite accõmodante (qđ est maius delictum) ibi dixit: hic non capax est hæres. Item facit. ff. eo. l. edicto. j. & ij. respon.
n *Quòd si tribus.* vel mutat casum, quando aliũ scilicet defert. Vel si dicas quòd se: dic qꝙ fideicõmissarius se defert, & hæres possidet.
o *Pronuntiãdum.* collige hic speciale, vt a-

& si erraſſe videbitur, det ĩprudentiæ[a] veniam. si autem calũniæ,[b] hoc ipsum iudicet: eáque causa accusatori perinde[c] cedat, ac si causam egisset & perdidisset.[d] ✠ Si quis delatorẽ[e] subiecerit:[f] tantum in ærariũ[g] deferat, quantum præmij[h] nomine delator[i] consecuturus fuisset si vicisset. ✠ Diuus Hadrianus rescripsit eandem pœnam † delatorem ferre debere si citatus[k] ad edictum non respõderit, qua teneretur si causam[l] non ꝓbasset. ✠ Senatus Hadriani temporibus censuit, cũ quis se ad ærarium detulerit, qꝙ capere non potuerit:[m] vt totũ in ærariũ colligatur, & ex eo pars dimidia sibi secundum beneficium diui Traiani restituatur. Quòd si tribus[n] edictis à præfecto ærario adesse delator iussus venire noluerit, secundum possessorem sit pronuntiandum:[o] sed ab eo qui ita adesse iussus, respondente possessore nõ adfuerit: tantum exigendum, quãtum apud ærarium ex ea causa quam detulerit,[p] remaneret si professionem eã implesset. ✠ Senatus censuit vt perinde rationes ad ærarium deferat is à quo tota hereditas fisco euicta est,[q] vel vniuersa legata: atq; [r] is deferre deberet, à quo[s] pars hæreditatis vel legati euicta sit.[t] Si quis arguetur falsas ratiões detulisse,[u] de eo[x] præfectus ærarij[y] cognoscat: quantam fraudẽ inuenerit, vt tantã pecuniã[z] in ærarium iubeat inferri.

Hoc verbum (quicunque) masculinum, comprehendit etiam fœminam: quæ poteſt etiam ſe in fiſcum deferre, & alii homines cuiuſcũque ſint ætatis. h. d. Fran. Accur.

XVI. VLPIANVS libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

A It diuus[a] Traianus: *Quicũque† profeſſus fuerit. Quicũque* accipere debemus tam masculum quàm fœminam.[b] Nã fœminis quoque, quamuis delationibus[c] prohibentur, tamen ex beneficio Traiani deferre se permissum est.[d] Neenon illud æquè non intererit, cuius ætatis sit is qui se defert, vtrum iustæ,[e] an pupillaris. Nam pupillis etiam permittitur deferre[f] se ex quibus non capiunt.

XVII. MODESTINVS libro secundo de Pœnis.

IN summa sciendum est omnium fiscalium pœnarum petitionẽ creditorib[s] postponi.[g]

Hic ponit qui poſſint in fiſcum deferre, & qui non. & eſt plana.

XVIII. MARCIANVS libro singulari de Delatoribus.

DEferre non possunt[h] mulieres, propter sexus infirmitatem: & ita sacris constitutionibus cautum est. Item clarissimi viri deferre nõ possunt. Item damnati deferre non possunt: vt diui fratres de eo rescripserunt, qui fustibus cęsus in opus publicum erat datus. Item constitutionibus principũ prohibentur deferre illi qui in metallũ dati sunt. hoc ideo, ne desperati, ad delationẽ[i] facilè possint sine causa confugere: sed eas causas quas ante damnationem cœperũt deferre, posse eos etiã post damnationem exequi, rescriptum est.[k] ✠ Veterani quoque sacris constitutionibus delatores esse prohibentur, propter honorem vtique & merita militiæ. Itẽ milites propter honorem stipendiorum quæ merent, deferre[l] prohibentur. Sed communẽ causam sibi cum fisco quiuis deferre potest, hoc est vindicare:[m] nec per hoc fa-

a *Ait diuus.* vt. ff. eo. l. edicto. j. & ij. respon.
b *Fœminam.* sic. j. de verb. sig. l. j. & ff. de nego. gest. l. iij. §. j.
c *Delationibus.* ſ. extraneorum: vt. j. e. deferre. in prin. nisi de annona: vt. ff. de accu. l. mulierem. & nisi prosequẽdo suam iniuriam: vt. ff. de accu. l. hi tamen.
d *Permissum est.* vt. ff. eo. edicto. ij. respon. & C. de iis qui se de. l. j. lib. x. nam in rem suam agunt, argu. C. de procu. l. quia absente.
e *Iustæ.* id est adultæ. sed arg. contra. ff. de mino. l. j. in fi.
f *Deferre.* sic. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo.

IN ſumma.] *CASVS.* Fiscus petendo hæredi. quæ aufertur non capaci: postponitur creditoribus hæreditariis qui petunt sibi satisfieri. Franciscus Ac.

g *Postponi.* vt & C. pœ. fis. credi. præf. l. j. lib. x. & j. e. l. quod placuit. & l. Statius. in fi. & ff. l. j. §. an bona. & l. nõ possunt. Accursius.

DEferre.] *CASVS.* Personas quasdam enumerat quę nõ possunt deferre alium, id est bona ab alio possessa. [*PAPINIANVS.*] Debitor fiscalis cum etiam mihi deberet pecuniam: eam soluit mihi. dicitur qꝙ fiscus potest eã à me repetere: nec distinguitur vt olim. non autem ad vsuras pecuniæ tenetur. ipse autem debitor meus & eius fideiussores, item pignora ab eo mihi data, tenentur mihi perinde ac si nihil vnquam mihi fuisset solutũ. & hoc dicit hic. §. cum tribus. ll. seq. Franciscus.

t *Euicta sit.* vt sit cum parte oneris.
u *Detulisse.* quæ erant in hæreditate quæ ab eo est euicta: vt. ff. pxi.
x *De eo.* quibus continebat aliquos esse debitores qui non sunt.
y *Ærarii.* ſ. Cæsaris: hoc est rationalis: vt C. vbi cau. fi. l. ad fiscũ. & ff. ne quid in loco pu. l. ij. §. hoc interdictum. aliàs fisci: vt. ff. de fideicom. lib. l. iiij. §. si bona. & ff. eo. l. edicto. ij. respon.
z *Pecuniam.* id est ꝓ qualitate delicti pœnã imponit.

† *Colligo ex hac l. poſt Bart. quòd hæc dictio qui, cõprehẽdit maſculũ num & fœminũ. eſt minimũ. eſt tamẽ dictio maſculina. no. ff. l. qui cunq;. C. de ſer. fugi. & in. l. hoc articulo. ff. de hære. inſtit.*

a *Ait diuus.* vt. ff. eo. l. edicto. j. & ij. respon.
b *Fœminam.* sic. j. de verb. sig. l. j. & ff. de nego. gest. l. iij. §. j.
c *Delationibus.* ſ. extraneorum: vt. j. e. deferre. in prin. nisi de annona: vt. ff. de accu. l. mulierem. & nisi prosequẽdo suam iniuriam: vt. ff. de accu. l. hi tamen.
d *Permissum est.* vt. ff. eo. edicto. ij. respon. & C. de iis qui se de. l. j. lib. x. nam in rem suam agunt, argu. C. de procu. l. quia absente.
e *Iustæ.* id est adultæ. sed arg. contra. ff. de mino. l. j. in fi.
f *Deferre.* sic. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo.

IN ſumma.] *CASVS.* Fiscus petendo hæredi. quæ aufertur non capaci: postponitur creditoribus hæreditariis qui petunt sibi satisfieri. Franciscus Ac.

g *Postponi.* vt & C. pœ. fis. credi. præf. l. j. lib. x. & j. e. l. quod placuit. & l. Statius. in fi. & ff. l. j. §. an bona. & l. nõ possunt. Accursius.

DEferre.] *CASVS.* Personas quasdam enumerat quę nõ possunt deferre alium, id est bona ab alio possessa. [*PAPINIANVS.*] Debitor fiscalis cum etiam mihi deberet pecuniam: eam soluit mihi. dicitur qꝙ fiscus potest eã à me repetere: nec distinguitur vt olim. non autem ad vsuras pecuniæ tenetur. ipse autem debitor meus & eius fideiussores, item pignora ab eo mihi data, tenentur mihi perinde ac si nihil vnquam mihi fuisset solutũ. & hoc dicit hic. §. cum tribus. ll. seq. Franciscus.

h *Non possunt.* scilicet alios, sed se sic: vt. ff. eo. l. ait. cum suis concord. Et not. hac. l. qui repellantur à deferendo.
i *Ad delationem.* aliàs ad declarationem.
k *Rescriptum est.* ff. de publi. iudi. l. v. in fine.
l *Deferre.* scilicet à supradictis.
m *Vindicare.* aliàs indicare. ad quod est. j. de verbo. signi. l. indicasse. & ff. eo. l. ij. in prin.

BIU Cujas

a *Non obtinuerit.* qui ergo propriam defert: quia propter præmium, infamatur si nō probat: vt &.ĭ.eo.l.fiscus.§.delatoris. &.l. delator.&.ĭ.eo.l.bona.§.j.

b *Rescripserunt.* ad hoc.C.qui ac.non pos.l.pen.& in authen.vt hi qui ob.§.quòd si quis.&.§.vt auten.col.vj.

c *Interrogari.* pertineāt ad dominum bona, an ad fiscū. ad quod s.de procura.l. omniū. &.l.non solum. Et notant hic quidam argumentum q̄ procurator potest esse testis in causa quā procurat. quod non placet: vt.s.de testi.l.fi.& hic non vt testis interrogatur.

*Flo.causa

d *Sed accusare.* scilicet prohibitum esse.

e *Deferre debet.* & sic veniet contra suum factum: vt.s.de adoptio. l.post mortem. erat enim res illa ad fiscum pertinens ob aliquam causam.

f *Pœnam.* dupli vel tripli nomine euictionis ꝓmissio, omissa doli except. vt.s. de euic. l.vindicātem.&.l.seq.

g *Publicam.* id est fisco debitam: vt.s.de eo quod certo loco.l.j. aliter enim non diceretur debitor: vt institut. de actio. in prin. & pręterea re consumpta liberatus esset. Azo.

h *Creditor.* s. posterior.

i *Accepit.* id est solutum est ei.

k *Sed placet.* dolco q̄ contradicit Papi. Ioā.

l *Auferendam.* per hypotheeariam si extat. aliàs condictio. ex lege quæ est extraor. vt.C. de priuile. fisci.l. pecunia. & de condic. ex lege.l.j. nec cōmisit peculatum ille creditor: vt.s. ad leg.Iul. pec.l. antepe. sic & alius priuilegiat⁹ reuocat: vt.s. quod cū eo.l. iij. & de pecu.l.ex facto. in fin. Itē iste reddit cū altero tanto si antequā cōsumat, sciat fisci debitorem: vt.ĭ.eo.l. auferetur.§.j. Accursius.

m *Directam.* s. pristinam, suscitatam. s. creditori primo. i. qui primo erat creditor, nūc desierat per solutionē sibi factā competere in ipsum debitorē & in fideiussorem, & in pignora: vt.ĭ.eodē.l. sed reuocata. &.l. Titius. Sed oppo. q̄ directa non competat quasi sit sublata, & debitor ab eo liberatus: ideo detur vtilis: vt.s.eo.l. sed reuocata. sed dic ibi liberatum quo ad opinionem, vel liberatū quondam. & vtilis, id est efficax. & pro hoc.ĭ.eo.l. Titius. Alij dicunt primā omnino sublatā: sed vtilis modo suscitatur, vel cōdi. ex lege, vel in factū: vt.C. si aduer. transl.j.&.ij.& de euic.l. minor. in prin. & si ex noxa. causa. l.ij. in fin.& quod hic dicit directam, exponunt, fisco in debitorē cui est ablata pecunia per creditorem priuatum. Accursius.

n *Denique. Præstandas.* fisco à debitore, cum primo solutū est.

o *Res.* id est ratione rei quæ peruenit. Accursius.

mosus est, licet in causa sua non obtinuerit. [a] ℣ Item eos qui tutores vel curatores fuerunt, non oportere deferre causam * pupillorum vel adolescentiū suorū, diui Seuer⁹ & Antoninus rescripserūt. [b] quod cōsequēs est obseruari & in eo q̄ quasi ꝓcurator negotia gessit. & ita [hoc] iidem [diui] principes rescripserunt. Iidem decreuerunt, nulla constitutione prohibitum esse procuratorem interrogari, [c] sed accusare [d] eū cuius negotia gessit: & tutorē qui aut detulit, aut mandauit, seueriſsimè puniendum rescripserunt. Sed ne quidem is qui aliquam vendidit rē: eandem deferre debet [e] vel per se, vel per subiectam personam: ne alioquin pœnam [f] patiatur dignam suæ personæ: vt & cōstitutum esse refertur.

Si debitor fisco alis creditoꝝ suo soluit, fiscus potest hanc pecuniam à tali creditore repetere: & sic remanebit debitor obligatus creditori suo, & eius fideiussores & pignora, ac si nihil soluisset. hoc dicit cum tribus.ll. sequen.

℣ Papinianus tam libro sexto quàm vndecimo responsorum scribit, ita demum publicā [g] auferri pecuniam ei qui cum erat creditor, [h] in solutum pecuniā accepit, [i] si aut sciebat cum accipiebat, publicum quoque esse debitorē, aut postea cognouit antequam consumeret pecuniam. Sed placet [k] omnimodo ei pecuniam auferendā [l] esse, etiam si ignorauit cum consumeret. & postea quidā principes directam [m] actionem cōpetere ablata pecunia rescripserunt: vt & Marcellus libro septimo Digestorum scribit.

XIX. PAPINIANVS libro decimo Responsorum.

DEnique non esse præstandas [n] vsuras cum pecunia reuocatur, conuenit: quoniam res, [o] non persona ꝑ conuenitur.

XX. IDEM libro vndecimo Responsorum.

SEd reuocata pecunia, in fideiussorem liberatum [q] vtilis [r] actio dabitur.

XXI. PAVLVS libro tertio Quæstionum.

TItius [s] qui mihi sub pignorib⁹ pecuniam debebat: cū esset fisci debitor, soluit mihi quæ debebat. postea fiscus iure suo vsus, abstulit mihi pecuniam. quærebatur an liberata essent pignora. Marcellus rectè existimabat, si id quod mihi solutum est, fiscus abstulit: non cōpetere pignorum liberationem. Neque differentiam admittendam esse existimo interesse putātium [vtrum] id ipsum quod solutum est, an tantūdem repetatur.

Rem litigiosam non potest procurator fisci vendere, nec alii obligatam: sed sibi obligatam bene. Hoc dicit vsque ad.§.lites. cuius casum dic vt in glossa.

XXII. MARCIANVS libro singulari de Delatoribus.

RES quæ † in controuersia sunt [t], nō debent à procuratore Cæsaris distrahi: sed differenda est earum venditio: vt diuus quoque Seuerus & Antoninus rescripserūt. Et defuncto maiestatis reo, parato hęrede purgare innocentiam mortui, distractionem bonorū suspendi iusserunt: [u] & generaliter prohibuerunt rem distrahi à procuratore, quę esset in controuersia. ℣ Res autē nexas pignori, [x] distrahere procuratores [y] possunt. Sed si antè alij res obligatæ sunt iure pignoris, [z] non debet procurator ius creditorum [a] lædere: sed si quidem superfluū [b] est in re, permittitur ꝓcuratori vēdere ea lege, vt in

p *Non persona.* ex suo contractu scilicet. tunc enim præstaretur vsura. C. de priui. fisci. l. pecunia. &.s. de vsu. l. cum quidā. §. si debitores. & facit.s. de pub. l. imperatores.

q *Sed reuocata. Liberatum.* quo ad opinionem. Accursius.

r *Vtilis.* id est efficax: vt no.s.eo.l. deferre. in fi. licet alij secus: vt ibi dixi. & facit s. de inoffi. testa. l. mater. &.s. l. proxi. &. iij. §. fina.

s *Titius.* facit.s. eo.l. deferre.§.fi.& qđ ibi nō.& superioribus ꝓximis legib⁹ duabus.

Res quæ. CASVS. Controuersia erat de quibusdā rebus, sint fisci, vel alterius. interim nō possunt illæ res distrahi à procuratore Cæsaris. & dat exemplum in litera. rem autem fisco obligatā potest ꝓcurator fisci vel Cæsaris vendere. sed si hę res sint aliis pri⁹ obligatæ: non potest procurator fisci lædere ius æquum. si tamen eas vēdat, & de pretio faciat solui creditoribus, vel ipsemet soluat eis tenet venditio. [LITES.] Dic casum vt in glos. quæ incipit, si quis &c. [SICVT.] Nemo cogitur fisco nuntiare alīū, id est bona ab alio possessa. ex quo tamen denuntiauit, debet persistere: aliàs punitur. & hoc est verum etiam si mandato alterius nuntiauit. si tamen iste qui † mandato alterius nuntiauit, velit abolit. petere, auditur, si mandatorem sibi subtractum queratur, id est si mandator qui secum detulerat, discesit à lite, secus si solus iste denuntiauit: quia tenetur cōplere, licet mādator interim decesit. aliàs si non persistat, punitur. si tamen viuat mandator, & delator non probet: punitur vterque. & hoc dicit hic.§.cū duabus. ll. seq. Fran. Ac.

† forth. hic dicit ipse tex. esse notan. ad hoc propositum. quod ſ. no potest litigare cum qua ſ. in controuersia. quia ad hoc vt alius agere alium conuenire. tatum. &

t *Res quæ in controuersia sunt.* fisci, vel alteri⁹: imò nec interim capiēda: sed apud possessorem consistere: vt.C. eodem. l. fina. & facit.s. de re iu. l. à diuo.§. si super. &.C. de litigio. l. ij. &.C. quando fi. vel pri. l. ij. &. iij. & de sol. l. j. & de bo. auth. iudi. pos. quamuis. Accursius.

u *Iusserunt.* s. de accu. l. ex iudiciorum. & ad leg. Iul. maie. l. fina.

x *Pignori.* fisco, vel ei cuius bona sunt in fiscum delata.

y *Procuratores.* Cęsaris vel fisci.

z *Pignoris.* scilicet specialiter: vt.C. qui po. in pigno. hab. l. eos. nam si generaliter, potior est fiscus, secundum quosdam: vt infra eo.l. si is qui mihi. quæ distinctio non placet: vt.s. qui po. in pig. ha. l. si pignus.

a *Creditorum.* priorum.

b *Superfluum.* id est plus valeant pignora, quàm id quod debetur creditoribus primis.

Acceperit.

a *Acceperit.* scilicet ea lege vt soluat.
b *Soluat ipse.* scilicet fiscus creditoribus aliis. & facit. j. e. l. quod placuit. & C. pœ. fisca. credi. præ. l. j. lib. x. Accursius.
c *Vel simpliciter.* i. vendidit tãtum: nõ autem pecuniam accepit.
d *Lites.* si quis vult fisco cedere ac. non suscipit, vt hic, & ff. de alie. iu. mu. cau. fac. l. pe. & C. ne fi. vel resp. l. ij. & inst. qui. mo. tol. ob. §. pe. & ff. de hære. insti. l. pen. nec etiã recipit pollicitationẽ illius q pollicetur se derelicturum bona sua fisco, vel partẽ. & fa. C. de testa. l. ex iperfecto.
e *Si quis.* scilicet donator. in quib⁹ erat forte, vel non erat lis: & hoc ideo, quia futuræ successionis &c.
f *Non suscipere.* rescripsit diuus Pius.
g *Commento.* scilicet volũtate inspecta: quia per eum non stetit quo minus delinqueret.
h *Durũ.* inspecto exitu, qui non fuit secut⁹: sed dignũ inspecta voluntate: quia non erat atrox delictum.
i *Videbatur.* publico consilio.
k *Statuere.* scilicet dignum fuisse.
l *Nemo cogitur.* vt. C. vt nemo inuitus. & fa. C. de ac. & obli. sicut. & ff. de arbi. l. iij. §. tametsi.
m *Audiendum.* vt non puniatur.
n *Subtractum.* sponte, non coactè: vt ff. e. l. ij. §. diuus. sic & ff. de alie. iudi. l. iij. §. fina. Itẽ hoc casu solus mãdator colludens tenetur.
o *De eo. Mandatoris.* nam tunc fecus est: vt ff. l. proxi. §. fina.
p *Puniendum.* nihilominus. Accursius.
q *Non tantum.* facit ff. eo. l. ij. §. senatus. &. §. diuus. & l. senatus. §. j. & ad Turpil. l. j. §. penul.

Est & decretum.] CASVS. Bona à te possessa defero in fiscum. mihi incumbit onus probandi qualiter ad fiscum pertineant: non autem cogeris ostendere quo iure ea habeas. Franciscus.
r *Quem.* scilicet possessorem conuentum.
s *Quod intendit.* vt. C. de eden. qui accusare. & de petit. hære. l. cogi. & de proba. l. ij. & l. actor. quandoque cõtra: vt. C. de prob. l. siue possidetis. & de dona. inter vi. & vxor. l. etiã. & C. de præscrip. lon. tempo. l. emptor. & l. penulti. & in authen. de testi. §. si vero dicatur. col. vij. & supra si ser. vindi. l. si quis diuturno.

Cum quidam.] CASVS. Accusatus de crimine ex quo damnatus amittet bona: interim pendente causa emancipat filiũ suum qui erat à quodam hæres institutus, qui filius emancipatus adiuit hæreditatẽ. Dicitur q non videtur in fraudem fisci factum. Franciscus.
t *Cum quidam.* cuius bona erant publicanda.
u *Reus.* id est accusatus. Accursius.
x *Hæreditatem.* alicuius sibi relictam. contra hanc. l. j. e. l. in fraudem. in prin. sed hic nondum erant bona fiscalia. nam non erat damnatus. & facit. ff. quę in frau. cred. l. qui autem. & infra de reg. iur. l. qui fraudantur. & infra. e. l. aufertur. §. in reatu. Ac.

primis creditoribus præcedentibus satisfiat, & si quid superfluũ est, fisco inferatur: aut si acceperit [a] totum fiscus, soluat [b] ipse. vel simpliciter [c] si vendidit procurator, iubebit pecuniam quam deberi creditori priuato fuerit probatum, exolui ei. & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. ℣ Lites [d] donatas se nõ suscipere diuus Pius rescripsit: [&] licet bona relicturũ se quis [e] profiteatur, vel partẽ bonorum donatam nõ suscipere. [f] & adiecit, & illum dignum fuisse puniri pro tã turpi támq; inuidioso cõmento, [g] & (nisi durum [h] esse videbatur [i]) in vltro venientem pœnam statuere. [k]

Sicut ab initio cuique liberum est deferre in fiscum, vel non: ita post inceptam delationẽ desistere sine pœna quis nõ potest. h. d. ll. sequentes se summant.

℣ Sicut renũtiare causam nemo cogitur: [l] ita liberum arbitrium desistendi ei non datur qui detulit. & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserũt: & idem esse licet alieno mandato detulisset. Plane rescripserunt delatorem audiendum [m] volentem à lite desistere, si sibi mandatorẽ subtractum [n] queratur.

XXIII. CALLISTRATVS libro secundo de iure fisci.

De eo delatore qui causam solus agere instituerat, nõ habita mentione mandatoris: [o] si postea desistat prętẽdens mãdatorẽ causæ decessisse, puniẽdum [p] diui fratres rescripserũt.

XXIIII. MARCIANVS libro singulari de Delatoribus.

Non tãtum [q] delator punitur si non probauerit: sed & mandator quẽ [ipse] exhibere debet delator.

XXV. VLPIANVS libro nonodecimo ad Sabinum.

Est & decretum ab imperatore Seuero, & cõstitutum, nullo modo exigendũ quem [r] probare vnde habeat, circa delationes fiscales: sed delatorem probare debere quod intẽdit. [s]

XXVI. IDEM libro trigesimoprimo ad Sabinum.

Cum quidam [t] capitis reus [u] emancipasset filium, vt hæreditatem [x] adiret: rescriptũ est non videri in fraudem fisci factum quod adquisitum nõ est.

XXVII. IDEM libro trigesimoquarto ad Edictum.

Cum mortẽ maritus vxoris necatæ non defendit, [y] diuus Seuerus rescripsit, dotem fisco vindicandam, prout ad maritum pertineat. [z]

Licet priuatus habeat hypothecam generalem anteriorem in tempore: tamen fiscus præfertur in bonis post suam obligationem quæsitis. Bartolus.

XXVIII. IDEM libro tertio Disputationum.

Si [is] qui mihi obligauerat q̃ habet, habiturúsque esset, [a] cum fisco contraxerit: [b] sciendum est, in re postea adquisita fiscum potiorẽ esse debere, Papinianum respõdisse: [c] quod & constitutum est. Præuenit enim causam pignoris fiscus.

Ista lex diuiditur in quatuor partes. Primo ponit vnum dictum. Secundo determinat vnam quæstionem dependentẽ ex dicto. Tertio respondet cuidam tacitæ obiectioni. Quarto responsionem illam determinat, atque declarat. secunda ibi, sed enim. tertia ibi: nec enim. quarta ibi, plane. Bartolus.

XXIX. IDEM libro octauo Disputationum.

y *Non defendit.* id est non vindicat, accusando occisores.
z *Pertineat.* per pactum dotis. ad quod. ff. de iis qui. vt indig. l. * ei qui ei quoque. & C. de iis qui. vt indig. l. j. & ff. ad Treb. l. Marcellus. §. fi. & ff. solu. ma. l. si ab hostibus. §. j. Accur. * ei qui mortem.

Si is qui.] CASVS. Accepi à Titio cẽtum mutuo: eidem obligaui ea quæ habeo, & quæ habiturus sum. tãdem contraxi cũ fisco, & sum ei obligatus: & sic tacitè sunt obligata ei omnia mea bona. in rebus quas amodo acquiro, præfertur fiscus. Franciscus Accursius.
a *Habiturúsque esset.* hoc superfluè fuit dictũ: vt. C. quæ res pig. oblig. poss. l. fin. Ac.
b *Contraxerit.* & sic generaliter fisco tacitè sunt omnia bona obligata: vt. j. e. l. aufertur. §. fiscus.
c *Respondisse.* si priuatus habet generalem prius, & postea fisc⁹ similiter generalẽ: præfertur fiscus in postea quæsitis: vt hic. Sed cõtra. ff. qui pot. in pig. ha. l. fina. j. respon. vbi etiã in postea quæsitis præfertur prior. Solu. ibi prior duplex priuilegium habebat, tutelę & tutoris: hic tẽporis tãtum. Vel illa secundum istam, vt prior prę ferat. tur in postea quæsitis, scilicet vsque ad tempus quo cum fisco cõtractum est: non post. Vel tertio dicas: hic cũ fisco contraxit anteq̃ mecũ. & secundũ hoc quod dicit, in postea quæsitis: subaudi, etiã nã idẽ de ante q̃sitis. sed de postea quæsitis plus dubitabatur. Item cõtra. C. de remiss. pig. l. si ignorante. vbi prior generalis præfertur reipu. sed illa secundum istam, scilicet in quæsitis ante obligationem fisci. Item si tam fiscus quàm priuatus habeat idem speciale pignus, præfertur qui prior est tempore: vt. C. qui pot. in pig. hab. l. si fundum. Sed quid in ante quæsitis? Respon. quidam distinguunt hic an habeat prior specialem, & præfertur fisco: an generalem, & tunc non: vt supra qui po. in pig. l. si pignus. quod non placet: vt ibi no. per. l. prædictam, si ignorante. C. de re. pig. Sic ergo siue specialem, siue generalem habeat priuatus ante fiscum: præfertur. & secundum hoc accipe supra. e. l. res. §. j. multo magis econtra si fiscus sit prior, præfertur: vt. d. l. si fundum. Item quid si duobus priuatis obligo bona mea præsentia & futura: nũquid erit prior potior in postea quęsitis, an simul concurrent? Videtur priorem prę ferendum: vt ff. qui po. in pig. l. qui generaliter. & l. qui balneũ. §. fi. & l. fi. in prin. & hoc in eo. s. quia si est priuilegium fisci vt posterior præferatur, ergo secus in alio: vt infra ad munici. l. j. in fi. Econtra videtur quòd cõcurrant: vt eo. titu. supra qui po. in pig. ha. l. idẽque. in fi. & l. qui generaliter.

Priuatus hypothecã habens an & quando fisco præferatur.

BIU Cujas

neraliter.& in ante quęsitis dicit.Item nec ob.illa,qui balneũ.in fi.vt ibi not.nec finalis in eo tit.quia propter priuilegium tutelę. Item nec hic:quia in hoc est priuilegium, vt præferatur,non vt concurrat:sed totum occupat.Accursius.

Ius.]*CASVS.*Qui corrupit delatorẽ,pro victo habetur.hæc autẽ pœna nõ trãsit aduersus hæredẽ corrũpẽtis,sed tunc cũ de crimine præuari.cõstabit per sententiã super hoc latam: & si de hoc sentẽtiabitur,sententia prima qua erat absolutus corrũpens, retractabitur.[*EVM QVI.*] Ego Franciscus testamentum patris mei in quo erã institutus hæres,accusaui de falso,& succubui:nihilo minus possum adire hæreditatem.tamen bona mihi vt indigno auferũtur:& vadunt ad fiscum etiã act. hæreditarię.Si quid tamen pater meus mihi debebat,& sic per meã adi.cõfusum est ius petẽdi:nõ mihi restituitur ius petẽdi.& adducit simile in litera.Fr.

* *Flo.cateroquin*

* *Hal.oportet constare prius de crimine, & pronuntiare*

EIus qui delatorẽ corrupit, ea cõditio est, vt pro victo habeatur.[a] nam in fiscalibus [b] causis id constitutum est. Sedenim hæc pœna magis est vt aduersus ipsum locum habeat,qui delatorem redemit:cæterum[c] * aduersus hæredẽ eius transire [d] non debet. Nec enim exinde [e] perit causa,ex quo redempta [f] est,vel actio [g] perimitur,vel cõdemnatio facta videtur: verùm oportet constare [h] prius, & de crimine [i] pronuntiare.* Planè si fortè de retractanda causa agat, quę semel iudicata est per delatoris corruptelam:mortuꝰ corruptor non efficiet quo minus agi posit,[k] atq; retractari causa.hîc enim nõ pœnæ,[l] sed causæ restitutio est. ℣Eum qui falsum testamẽtum dixit,[m] posse adire hæreditarem constat: sed denegatis ei actionibus,[n] fisco locus erit:& obligationes quas adeundo confudit, non restituentur.nam & in eo qui post aditam hæreditatem defuncti mortem non defendit, imperator noster cum patre rescripsit obligationes [o] confusas non resuscitari.[p]

a *Pro victo habeatur.* de hoc dic vt.ſ.eo.l. in fiſci.& fa.ſ.de bo.eo.l. ij.&.j.e.l.imperator.

b *In fiscalibus.* in priuatis dic vt.C. de pœ. iudi.l.j.Accursius.

c *Cæterum.*pro sed.

d *Transire.* vt pro victo habeatur hæres:& si velit quis ꝓbare corruptelã.sed videtur cõtra hoc.ſ.de bo.eo.l.ij. solu.vt ibi.

e *Exinde.*vt non audiat hęres postea iure.

f *Redempta est.*& forte absolutus corruptor.

g *Vel actio.*competens corrumpenti, puta non capaci:quam actionem deferebat in fiscum.Accursius.

h *Constare.*tunc ergo prædicta pœna transibit.

i *De crimine.*præuaricationis:vt.ſ. de præua.l. præuaricationis.

k *Agi posit.*facit.ſ. de iureiur.l.eum qui.§. in popularibus. & de po.ac.l.iiij.

l *Non pœnæ.*id est non vt hæres habeatur pro conuicto,vt dictum est:sed vt plene discutiatur causa,ac si nulla corruptela facta fuerit.Alij dicunt:si ago contra hæredem, satis est probare corruptelam defuncti: quia per hoc apparet meam delationem fuisse validam.& quod dicit non pœnæ, est sensus: ideo sufficit probari delictũ defuncti,quia non peto pœnam ab hærede: sed tantum quia prius deferebam.ad quod.C.si pen. ap.l.j. sed certe non potest palliari quin esset pœna si hanc admitto probationẽ, scilicet corruptelã defuncti. quid enim si ius habeat delatus?nõne esset ei pœna si propter corruptelam ei vel hæredi auferatur? vt.j.eo.l.imperator.ideo prima placet.Accursius.

m *Dixit.*& succubuit:vt.C.de iis qui.vt indi.l.alia.& not.quòd nihilo minus hæres est.& ideo si quis habeat actiones contra defunctum:extinctæ sunt,licet ei auferatur hæreditas vt indigno: & actiones hæreditariæ denegantur:& sic nomine,non re,remanet hæres:tamen actiones confusæ non suscitantur:vt hic,&.ſ.de vul.substi.l.ex facto.§.Iul.& de iis qui.vt ind.l. qui Titij.in fine. &.l.hæredem.&.l.eum qui.§.bonis.versi.si quid tamen.

n *Actionibus.*scilicet hæreditariis.

o *Obligationes.*aliàs actiones.& subaudi.& aliàs est.§.

p *Resuscitari.* hæreditate ei vt indigno ablata: vt not.superiori respon.

NE procuratores.]*CASVS.* Hæreditate delata ad fiscum in qua erant serui castaldiones bonorum,procurator Cæsaris non debet eos alienare manumittendo,vel alio modo. si tamen manumittat eos,reuocãtur in seruitutem.Franciscus Accursius.

q *Actores.*seruos.Accursius.

r *Alienent.*manumittẽdo vel alio modo,vt subiicit.& facit.ſ.e. l.bonorum.& quod ibi not.Accursius.

ſ *Si manumissi fuerint.* de facto. & reuocantur quatenus de facto sunt manumissi. sic.ſ.de fer.l.j.§.j.vel si dicas tenere,reuocãtur per in integ.rest.ad quod.ſ.de mino.l. nisi.

XXX. MARCIANVS libro tertio Institutionum.

NE ꝓcuratores Cęsaris bonorum actores [q] quæ ad fiscum deuoluta sunt,alienent, [r] imperatores Seuerus & Antoninus rescripserunt.& si manumissi [ſ] fuerint,reuocãtur ad seruitutem.

XXXI. IDEM libro quarto Institutionum.

DIuus Cõmodus rescripsit obsidum bona,[t] sicuti captiuorum,[u] omnimodo in fiscũ esse cogenda.

XXXII. IDEM libro quartodecimo Institutionum.

SEd si† accepto [x] vsu togæ* Romanæ,vt ciues Romani semper egerint:diui fratres procuratoribus hæreditatũ rescripserũt,sine dubitatione ius eorum [y] ab obsidis conditione separatum esse beneficio principali:ideoque idem ius eis [z] seruandum[esse]quod haberent si à legitimis ciuibꝰ Romanis hæredes instituti fuissent.

XXXIII. VLPIANVS libro primo Responsorum.

EVm qui debitoris fisci adiit hæreditatem: priuilegiis fisci cœpisse esse subiectum [a].

Diuus.]*CASVS.* Bona obsidum cõfiscatur sicuti captiuorum.& qui sint obsides, dic vt in glo.quæ incipit,vt puto &c. Iteꝝ de quibus captiuis loquatur:dic vt in alia glo. quæ incipit,potest intelligi &c.Si autem captiui vel obsides cum essent iuris doctores, impetrauerunt vt togati dicerentur, id est aduocati:bona debent habere propria isti tales,& instituere possũt sibi aliquos hæredes.& hoc dicit hæc.l. & seq. Franciscus.

† *Hic habes*

g *His oneribus.* aliàs honoribus qui: & tunc onere mixtis: vt &. ſ. l. ij. §. numerus.

h *Corpus.* C. de mu. pa. l. neque. lib. x. &. j. eo. l. sunt. &. j. titu. j. l. v. &. ſ. tit. j. l. fi. §. fina.

i *Vacationem.* scilli de corpore: sicut dicitur populus currunt: quia est collectiuũ. aliàs est, habet, & tunc plana: & præsunt mẽsurationi: vt &. ſ. de excusatio. tuto. l. mensores.

k *Angariorum.* cũ inter personalia munera numerentur: vt. ſ. ti. j. l. fi. §. j. non rei propriè cohærent: vt in prin. huius. l. &. j. l. proxi. in prin. vel dic distinguẽdum in militibus. sed professores indistincte sunt immunes ab his & ab aliis muneribus, siue personalia, siue patrimonialia sint: quia specialia habent in omnibus priuilegia: vt. C. de profes. & me. l. fina. &. l. medicos. lib. x. Hug. & no. modo in. l. in honoribus. §. philosophis.

l *Et liberalium artium.* instit. de excu. tut. §. item Romæ. Accur.

m *Non excusantur.* aliqui: vt. ſ. titu. ij. cura. §. j. sed arg. contra. ſ. eo. l. ij. §. qui ad munera.

n *Tempore.* scilicet biennij: vt. j. l. legato. in princip.

SVnt munera.] CASVS. Quædã munera nominat, à quibus nõ excusatur quis propter liberos vel militiã, vel propter ætatẽ: nisi priuilegiũ principis de nouo indultũ hoc cõcederet. Itẽ legat⁹ qui defendit semel negotiũ publicũ: intra biẽniũ ad idẽ officium nõ cõpellitur. Vltimo nominat quosdã, qui habẽt excusationẽ à vero quæ è lege fiunt, recusare non debet. ℣ Philosophis qui se frequẽtes atque vtiles per eandem studiorum sectam contendẽtibus præbent: tutelas, itẽ munera sordida corporalia remitti placuit: non ea quæ sumptibus expediũtur. [a] Etenim verè philosophãtes pecuniã contẽnunt: cuius retinendæ cupidine fictã adseuerationem detegũt. ℣ Qui maximos principes appellauit, [b] & causam propriã acturus Romam profectus est: quoad cognitio finem accipiat, ab honoribus & ciuilibus muneribus [c] apud suos excusatur.

IX. PAVLVS libro primo Responsorum.

EOs qui Romę profitẽtur: [d] perinde * in patria sua excusari [à] muneribus oportere, ac si in patria sua [e] profiterentur. ℣ Paulus respondit, priuilegium frumentariis negotiatoribus concessum, [f] etiam ad honores excusandos pertinere.

X. IDEM libro primo Sententiarum.

HIs* oneribus [g] quæ possessionibus vel patrimonio indicũtur, nulla priuilegia præstant vacationem. ℣ Corpus [h] mensurarum* fruměti iuxta annonam vrbis, habet* vacationem: [i] in prouinciis non item.* ℣ Angariorũ [k] præstatio, & recipiendi hospitis necessitas, & militibus & liberalium artium [l] professorib⁹ inter cætera remissa sũt. ℣ Auctis post appellationem medio tempore facultatibus, paupertatis obtentu nõ excusantur. [m] ℣ Defensores reipublicæ ab honorib⁹ & muneribus eodem tempore [n] vacant.

XI. HERMOGENIANVS libro primo Iuris epitomarum.

SVnt munera quę reipropriè cohærent: de quibus neque liberi, [o] neque ætas, nec merita militię, nec vllum aliud priuilegiũ iure tribuit excusationem: vt est* prædiorum collatio, viæ sternendæ, angariorúmve exhibitio, hospitis suscipiendi munus. Nam nec huius quisquam excusationem, præter eos quibus principali [p] beneficio concessum est, habet: & si qua sunt præterea alia huiusmodi.

XII. PAVLVS libro primo Sententiarum.

LEgato qui publicũ negotiũ tuitus sit: intra tempora vacationi præstituta [q] rursum eiusdem negotij defensio mandari non potest. ℣ Comites præsidũ & procõsulũ, procuratorúmve Cæsaris, à muneribus & honoribus & tutelis vacant. [r]

XIII. VLPIANVS libro vicesimotertio ad Edictum.

PRætor [s] eos quoscũq; intelligit operã dare nõ posse ad iudicãdum, pollicetur se excusaturũ: [t] fortè quòd [u] in perpetuum quis operam dare nõ potest: [x] quòd [y] in eã valetudinem incidit, vt certum sit eum ciuilia officia subire nõ posse: aut si alio morbo laboret, vt suis rebus supereſſe nõ possit: vel si qui sacerdotiũ nacti sint, vt discedere ab eo sine religione [z] nõ possint. nã & hi in perpetuũ excusantur. ℣ Duo genera tribuendæ muneris publici vacationis sunt: vnum plenius, cum & militiæ datur [a]: aliud exiguius, cũ

Flo. si

p *Principali.* de nouo indulto: vt. C. de his q à prin. va. acceperũt. l. j. li. v. vel verius. l. scripta: vt. C. de profes. & me. l. medicos. li. x. &. l. fi. &. ſ. titu. j. l. fi. §. pe. & fi. &. C. de episc. & cle. l. j. & no. in. §. patrimoniorum. ſ. titu. j. l. fin. & supra eo. l. in honoribus. §. philosophis. &. ſ. l. prox. i. §. angariorũ. & no. qꝑ hæc omnia subit ecclesia præter hospitẽ, si modo sit prouincialis: vt. C. de sac. san. eccle. neminem. &. l. ad instructiones. & de episc. & cle. l. j. & l. de his. & in authẽ. de eccl. tit. §. ad hæc. col. ix. & j. de cen. l. fin. &. C. de vec. l. vniuersi. & noua. vec. l. fi.

q *Legato. Præstituta.* biennij: vt. C. de mu. & ho. non conti. l. fi. lib. x. &. j. de le. l. Paulus. §. j. &. ſ. titu. j. l. æstimationem. §. j.

r *Vacant.* C. de excu. mu. l. eos. li. x. &. ſ. qui. ex cau ma. l. abesse.

PRætor.] CASVS. Prętor cõcedit excusationem illi qui nõ potest operam dare ad iudicandum: vt quia ea valetudine sit, vt certũ sit eum non posse perpetuo ciuilia munera subire: aut si ad sacerdotiũ aliquis sit adsumptus. nam isti in perpetuum excu. Secũdo dicit quòd sunt duo genera tribuẽdi vacationem muneris publici: & declarat in litera. Item qui non habet excusationem, inuit⁹ cogitur iudicare. Item si spõte quis suscepit officium iudicandi, & cœpit de causa cognoscere, nunc vult se excusare: an audiatur, quæritur. & si quidẽ ex priuilegio quod prius habebat, vult se excusare: nunc auditur. si autem nunc cœpit habere excusationem, vt quia effectus infirmus sit, nõ debet in aliũ transferri iudicium, si cum damno alicuius partium esset, sed expectabitur donec liberetur. Franciscus.

s *Prætor.* aliàs præter. & continuatur cum. l. præce. sed male. aliàs prætor: & bene. Accursius.

t *Excusaturum.* aliàs enim cogerẽtur: vt. ſ. tit. j. l. fi. §. iudicandi.

u *Quòd.* id est quia.

x *Non potest.* supra de iudi. si longius. & de procu. filiusfa. §. fi. cum legibus seq. &. l. post litem. cum seq. item facit. C. qui morbo. l. iiij. lib. x.

y *Quòd.* id est quia.

z *Religione.* scilicet violata. ad quod. C. de episc. & cle. l. omnes qui. item facit. ſ. de arbi. l. non distinguemus. §. sacerdotio.

a *Datur.* ille impetrat immunitatem, qui excusatur etiam ab honoribus. Accursius.

Acceperint.

BIU Cujas

a *Acceperint.* scilicet aliqui: vel accepit, scilicet aliquis. & no. diligenter hanc distinctionē, quia per hoc intelligitur. ff. tit. j. l. cui. & l. fi. §. pe. & ff. in honoribus. §. qui muneris. & l. hi qui. & C. de vac. mu. publi. l. j. lib. x. Accursius.

b *Cogitur.* hoc dic vt. ff. tit. j. l. fi. §. iudicandi. excusationem autē habet quandoque perpetuam, quādoq; temporalem: vt. ff. in princ. huius. l. & .j. proxi. §. Accursius.

c *Si post causam actam.* id est cœptam. aliàs acceptam. Accursius.

d *Adgnoscendo.* Not. quòd ipso facto renūtiauit, & quòd possunt aliqua fieri re integra, quę postea nō possunt. ad quæ fa. C. de testi. nullū. & ff. de priui. vetera. l. fi. & de ædil. edi. & redhibi. quod si nolit. §. in factum. & ff. de agbi. quid tamē. & l. licet autē. & l. & si qua. & l. nō distinguem[9]. §. compromisso. & §. sacerdotio. & §. item si quis Romæ. & §. sed si nūc. & C. si ex fal. alle. l. ij. & ff. de dam. infec. si finita. §. si quis metu. & ff. eo. l. ij. §. q ad munera. & C. si sæpius in in inte. resti. l. quāquā. *Flo. prosit* & ff. de iureiu. admonendi. & C. de inoffic. test. l. parētibus. & ff. ad Mace. sed & si. §. pe. & *Hal. causas* fi. & .j. tit. ij. vicarius. & ff. rem ra. ha. quo enim. §. Iul. & .j. de ope. pub. l. j. in fin. & ff. de excu. tut. nō solum. §. fi. & l. seq. & ff. de procu. l. qui procuratorē. §. si quis. & ff. de adul. si vxor. §. fi. & de decur. l. imperatores. in fi. & ff. de leg. commiss. si fundus. §. fi. & C. de iur. domi. impe. l. si creditor. & ff. depos. i. l. si hominem. §. fi. & C. de ap. ex illo. & supra de decu. l. ij. in fi. sed arg. contra. supra de priui. vetera. l. ij.

e *Vel ad tempus.* secus si in perpetuum: vt in prin. huius legis.

f *Nouo.* facit supra de iudi. l. de qua re. & l. vbi.

De excusationem.] CASVS. Liberi defuncti non prosunt patri ad excusationem munerum, nisi in bello sint mortui. Ité non debet quis eodem tempore duas curas operis habere. Fran.

g *Amissus.* supra de excu. tuto. l. bello. & l. excusantur. §. remittit. versic. oportet.

h *Non administrabit.* aliàs administrabit, nisi in casu: vt. .j. de ope. pu. l. j. in fi. Accursius.

DE IVRE IMMVNITATIS.

Sed quæ est differentia inter hunc titu. & superiorem? Respon. ibi ad munera, hic ad euitandos honores datur: licet quædam leges diuersis modis in vtroque titu. ponantur. vel ibi de subeundis: hic de euitandis. similis diuersitas ad primam est. C. inter titu. de aduo. diuer. iudiciorum, & de aduo. diuer. iudicum.

Qui ob hoc.] CASVS. Qui in nauibus stant causa nauigandi, nullam habent immunitatē. item immunitas data alicui, non transit ad eius hæredes. ité immunitas data cuidam generi & posteris, nō vadit ad eos qui ex fœminis illa cuidam generi & posteris, nō vadit ad eos qui ex fœminis illius prolis nati sunt. Item illi qui cum non essent adscripti ad alia munera subeunda, vel honores: se adstrinxerunt vt suscipere quædam cogantur, quædam non: seruanda est eis cōuentio. Item impuberes non debēt admitti ad honores, licet penuria esset ibidem hominum. Item maior. lxx. annis habet vacationem à tutela, & à cura, & à muneribus. & maior dicitur, qui compleuit. lxx. an. non autem sufficit si tetigit eum. Item cōcessa immunitas alicui vt & ad posteros eius vadat: in perpetuum ibit ad eius posteros. & hoc dicit hæc. l. cum tribus seq. Franciscus.

i *Agendi.* id est nauigandi. ad quod supra nau. cau. ff. tab. l. j. §. ij. sed argu. supra de bo. pos. ex testamento mi. l. j. §. item nauarchos. Item contra supra tit. j. his qui. sed in prima iuraverat: vnde habet priuilegiū testādi. in secunda de domino dicit, hic de remige. vel hic causa agendi proprij cōmodi principaliter: in illa secūdario, sed principaliter reipu. vt supra quib. ex cau. ma. l. & qui data.

k *Non relinquuntur.* vt &. .j. eo. l. semper. §. immunitati. &. ff. titu. j. in *Fl. si qui* honoribus. §. vacationū. &. .j. de reg. iur. l. priuilegia. & C. de excu. mu. l. sordidorum. li. x. &. .j. de censi. l. iij. &. ff. de verbo. obli. l. si Stichū. §. stipulatio. & C. de his qui numero lib. l. fi. li. x. & supra de mune. & hono. l. vacatio. Accursius.

l *Datæ.* immunitates.

m *Custoditaq;.* scilicet datæ.

n *Non pertinent.* fa. .j. de verb. sign. quisquis. & l. nō est. & ff. de pactale. §. fi. & insti. qui da. tu. pos. §. fi. Sed ar. contra. ff. de leg. j. si ita scriptum. & .j. de verb. sig. l. cognoscere. §. liberorum. sed illud quo ad alia. item facit. .j. eo. l. iiij. item facit. C. de legat. l. in annalibus. & de condi. inser. l. j.

o *Hi qui. Conditioq;.* scilicet seruāda. & fa. ff. ti. ij. l. sponte. & ff. de vac. mu. l. pe. §. fin. & supra de veteranis. l. ij. & fin. &. C. de his qui sponte mu. sub. l. j. lib. x.

p *Passi sunt.* sed ille qui non cogitur munera suscipere, sponte suscipere potest: vt. ff. tit. ij. l. sponte. & hic. sed non præiudicat in aliis: siue hoc pacto assumpsit, siue etiā non: nisi promisit se omnia subiturum: vt hic, &. C. de his qui sponte mu. sub. l. qui conditioni. & arg. ff. de ope. liber. l. operis nō impositis. &. C. de vsur. si creditor. nisi errore lapsus promisit omnia se subiturū: vt. ff. ad muni. l. libertus. §. error. & loca. & cōduc. l. si ignorans. & de epis. & cle. authen. presbyteros.

q *Cogat.* id est videtur propter peritiam eos esse cogendos.

r *Admittendos.* nisi vix ad tribunatum numeri: vt. C. de testa. mi. l. fi. & fa. ff. ad mu. l. Lucius. §. pe.

s *Declaratur.* aliter in adultis: vt. ff. de decu. l. non tantum. §. j. & C. qui ætate. l. cum filio. lib. x.

t *Maiores. Vacant.* vt insti. de excu. tuto. §. item maior. &. C. qui ætate. l. j. &. v.

u *Maior esse.* in honoribus vitandis: secus in honoribus adipiscendis: vt supra de mu. & hono. l. ad rem. quæ est contra. nam sicut ibi fauor, ita hic odium. & fa. ff. de postu. l. j. initium. & instit. de verbo. oblig. §. omnis. in fi. & de ritu nu. l. minorem. & supra de adult. si maritus. §. lex. & de excu. tuto. l. iij. in princip. sed arg. contra. ff. ad Treb. qui filium. §. Sabinus. sed omnia dic vt not. ff. de mino. l. iij. §. minorem.

x *Immunitates. Succedentibus.* masculis: vt. ff. l. j. in fi. & ff. de mu. & ho. l. vacatio. & fa. ff. de pœ. l. moris. §. istæ. &. .j. de cen. l. ętate. in fi. &. ff. de an. leg. l. annuā. &. C. de lega. l. in annalib[9]. Sed argu. contra. C. de vsufru. l. antiquitas. Ité facit contra. C. de pœ. l. iiij.

Semper.] CASVS. Honor debetur senectuti similis qui & magistratibus, & circa munera municipalia subeūda, & circa alia

neribus ciuilibus habent. Personis datę immunitates, hęredibus non relinquuntur: [k] sed & generi posteriscj; datæ, [l] custoditæque, [m] ad eos qui ex fœminis nati sunt, non pertinent. [n]

II. IDEM libro quarto de officio proconsulis.

HI* qui certa cōditione muneribus vel honoribus se adstrinxerūt, cum aliàs cōpelli nō possent inuiti suscipere istū honorem: fides eis seruanda est: conditioque, [o] qua se [siue] ad munera, siue [ad] honores applicare passi sunt. [p] Impuberes, quamuis necessitas penuriæ hominum cogat[q], ad honores non esse admittendos, [r] rescripto ad Benidium Rufum legatum Ciliciæ declaratur. [s]

III. IDEM libro quinto.

MAiores septuaginta annis à tutelis & muneribus personalibus vacant. [t] sed qui ingressus est septuagesimum annum, nondum egressus, hac vacatione nō vtetur: quia non videt maior esse [u] septuaginta annis, qui annū agit septuagesimū.

IIII. MODESTINVS libro sexto Regularum.

IMmunitates generaliter tributæ, eo iure vt ad posteros transmitterentur, in perpetuum succedentibus [x] durant.

DE IVRE IMMVNITATIS.

TITVLVS VI.

I. VLPIANVS libro tertio Opinionum.

QVi ob hoc tātū in nauibus sunt, vt in his agendi [i] causa operentur: nulla cōstitutione immunitatē à mu-

BIU Cujas

alia quæ hic satis clare ponuntur in text. ideo vide per teipsum. Franciscus.

a *In ciuitate.* contra in authen.de appel.§.illo.Accursius.

b *Magistratibus.* sed magistratus non potest vocari in ius:vt supra de in ius voc.l.j.ergo nec senex: vt eo.titu.l.generaliter. sed respon. vt in illa.l. generaliter.& not.senem qui habet.lx. an. vt & supra de decurio.l.non tantum.§.j.

Senex dicitur qui habet.60. annos.

c *Pecuniæ erogationē.* quòd quandoque fit,vt supra tit.j.l. his honoribus . & sic no . quòd hi ex causa admittuntur: vt.l.honor. in fin. supra de mu. & hono. & de decu.l. non tantum.§.pe. & fin.&.l.vt gradatim. §. quotiens. supra de mu. & hono. &.l. eos. de vac. mu. Accursius.

† *Hunc specilat quod elegãter differit Cellius lib. 2. noct. Attic. cap. 15.*

d *Legem quoque.* id est consuetudinem.no.legem loci inspici oportere:sit scripta, vel nō: vt supra de leg. & senatusco n.l.cum de cōsuetudine. &.l.si de interpretatione. & supra de decu.non tantum.§. fin . & quod cuiusque vniuersi.l. item. &.C. de excu.mu.l.negotiātes. lib. x. & continua cum præcedentibus.

Lex loci inspicienda est.

e *Complecteretur* . lex municipalis.

f *Nec abscise.* id est distincte, vel præcise.interpretatio Græci : & dic , non ab omnibus, quia non patrimonialibus : vt supra titu.j.l. sunt.& tit.ij.l.fin.§.patrimoniorum. vers. ab huiusmodi.Accur.

**Fl.Eluii*

g *Sedecim.* sed hic.xvj. aliàs.xij.vt.C.de dec.l. si quis decurio.ij.lib.x. aliàs.v.vt.C.qui nu.li. l.fin. lib.x. Quomodo hoc tam variè? Respō. primis duob⁹ de facto sic erat.v. tamen sufficiebant, sed non indistincte:quia penuria aliorum & loci consuetudo facit fallere: vt supra proxi.§. item & in patrimonialibus potes dicere primis duobus modis excusandum.

† id est, Etsi nō ab omnibus muneribus liberorū numerus patri vacationē præstat: tamen cū sedecim liberos habere libello significauerit: non contrauium rationi fuerit, si te liberorum educationi incūbere potius sinamus, solumq; munerum functione.

h *Nauicularii* . supra titu.j. his qui naues. & C.de excu. tut.l.pe. & C.de naui.l.j.lib.xj.

i *Consequuntur.* nisi in tutelis cōnauiculariorum:vt.C.de excu.tut. l.penul.

k *In huiusmodi.* aliud est in immunitate cautionis dignitatis concessa: vt.C.de excu. mu.l.eā. lib. x. Item facit.ff. ad mu.l. sed si is. & de oper. lib. l. plane. & de procur.l.mutus.§.fi.ibi, quòd si affinitate.&.C. de inoffi. testa.l. fin.§.in his itaque. versi.sed hoc obtinere. &.C.de profes.& me. l.j.lib.x.&.ff.de re.di.l.in tantum.&.j. proxi.§.

l *Hortanda.* aliàs coronanda:& aliàs cohortanda.

m *Liberentur* . à patrimonialibus ergo muneribus liberantur: vt.C.de naui.l.cum nauarchorum.lib.xj.

V. CALLISTRATVS libro primo de Cognitionibus.

SEmper in ciuitate [a] nostra senectus venerabilis fuit. † nāque maiores nostri penè eūdem honorem senibus,quē magistratibus [b] tribuebāt.circa munera quoque municipalia subeunda idē honor senectuti tributus est.sed eū,qui in senectute locuples factus est, & antè nullo publico munere functus est, dicit potest nō eximi ab hoc onere priuilegio ætatis:maximè si non tā corporis habeat vexationem, quàm pecuniæ erogationem [c] indicti muneris administratio : & ex ea fit ciuitate, in qua non facilè sufficientes viri publicis muneribus inueniātur. ℣ Legē quoque [d] respici cuiusque loci oportet, an cū aliquas immunitates nominatim complecteretur, [e] etiam de numero annorum in ea cōmemoretur. ídque etiam colligi potest ex literis diui Pij quas emisit ad Ennium Proculum proconsulem prouinciæ Africæ. ℣ Demonstratur variè nec abscisè [f] numerum liberorum ad excusationem municipalium munerum prodesse, ex rescriptis diui Aelij * Pertinacis . namque Siluio Cādido in hæc verba rescripsit. Εἰ καὶ μὴ πασῶν λειτουργιῶν ἀφίησιν τὸς πατέρας ὁ τῶν τέκνων ἀριθμὸς: ἀλλ' οὖν ἐπειδὴ ἐκκαίδεκα παῖδας ἔχειν δοκᾶς τῶν βιβλίου ἐλήλαφας, οὐκ ἔστιν ἄλογον, ὥστε συγχωρῆσαι σχολάζειν τῇ σοφιστοφίᾳ, καὶ ἀνεῖσθαί σε τῶν λειτουργιῶν. † [id est. Etsi non ab omnibus muneribus dimittit patrem natorū numerus:tamē quia sedecim [g] pueros habere te per libellum notificasti:non est irrationabile,vt cōcedamus filiorū educatione remitti tibi munera.] ℣ Negotiatores qui annonam vrbis adiuuāt, item nauicularij [h] qui annonæ vrbis seruiunt:immunitatem à muneribus publicis consequuntur, [i] quamdiu in eiusmodi [k] actu sunt. nam remuneranda pericula eorum, quinetiā & hortāda [l] præmiis meritò placuit: vt qui peregre muneribus & quidem publicis cum periculo & labore fungentur , à domesticis vexationibus & sumptibus liberentur : [m] cum non sit alienū dicere etiam hos reipublicæ causa,dum annonæ vrbis [n] seruiunt, abesse. ℣ Immunitati quæ nauicularijs præstatur, certa forma data est : quam immunitatem ipsi dumtaxat habent : non etiam [o] liberis [p] aut libertis eorum præstatur. ídque principalibus constitutionibus declaratur. ℣ Diuus Hadrianus rescripsit, immunitatē nauium maritimarum dūtaxat habere,qui annonæ vrbis seruiunt. [q] ℣ Licet in corpore nauiculariorū quis sit , nauem tamen vel naues non habeat, nec omnia ei cōgruāt quę principalibus cōstitutionib⁹ cauta sunt: non poterit priuilegio nauicularijs indulto vti:ídq; & diui fratres rescripserūt in hęc verba:† * Εἰ μὴ ἄλλοι τινες ἐπὶ προφάσει τῶν ναυκλήρων καὶ τὸν σῖτον [τὸν] ἔλαιον ἐμπορευομένων εἰς τὴν ἀγορὰν τῆς Ῥώμης ἢ ἀμαιεῦ ὄντων ἀτελῶν, ἀξιοῦντες τὰς λειτουργίας διασῴζεσθαι, μήτε ἐπιπωλέοντες, μήτε τὸν ὠλέου μέρος τῆς οὐσίας εἰ ταῖς ναυκληρίαις καὶ ταῖς ἐμπορείαις ἔχοντες, [ἀλλὰ] ἀφαιρεθήτω τῶν διούτων ἡ ἀτέλεια. [id est: Fuere & alij [r] quidā sub nauiculariorum prætextu frumentum & oleum mercantium in foro populi Romani, eóque immunitate fruentium , æquum ducentes publicas functiones subterfugere:cum neque nauigent, neque plurimam [f] substantiæ partem in nauicularia & in mercatura habeant.Huiusmodi igitur hominibus immunitas auferatur.] ℣ Hoc circa [t] vacationes dicendum est,vt si antè quis ad munera municipalia vocatus sit, q̄ negotiari inciperet, vel anteq̄ in collegiū adsumeretur, quod immunitatē pariat, vel anteq̄ septuagenarius fieret, vel anteq̄ publicè profiteretur, vel anteq̄ liberos susciperet:cō pellatur ad honorē gerendū. [u]

n *Annonæ vrbis* . hic not. quòd nauicularij vnum corpus habēt,& licitū:vt.j.§.licet. &.§. fin.&.ff.quod cuiusc.vniuersi.l.j. quorū aliqui deseruiūt annonę portandæ Romā. & de his loquitur. C . de naui. per totum. & duo tit. seq. Et hi sunt immunes,dum durant in cōmuni seruitio : vt hic, &.j. §. diuus. est ergo opus q̄ duret gestio,& quòd nauis sit sua.aliàs non:vt.ff.titu.j.his qui. & supra.l.j.in prin. Itē quòd nauis sit magna: vt ibidem. &.j.§.licet. Item q̄ non causa effugiendi muneris fecerit se nauicularij : vt.j.§. diuus quoq;.& isti etiā succedunt sibi adinuicem : vt.C. de naui.l.j. sunt & alij qui nō deseruiūt annonæ vrbis, sed tamen habent maiorem partem substantiæ in negotiatione: vt supra tit.ij.l.nauicularij. vt in græco quod est.j.§. licet. & in isto sunt eadem necessaria quæ supra: excepto q̄ non seruiunt annonæ & vrbis.& isti habent vsque ad quinquennium: vt.d.l.nauicularij.& facit ad hæc intelligenda.j.l.penul.

† *Vide Alcia. li. dis. 3. cap. 19.*

* *Conati sint alij praetextu nauicularii, eorum qui in foro populi Romani frumentum, vel oleum mercantium, aequum ducentes publicis functionibus subterfugere: cum neque nauigent, neque maximam substantiae partem in nauicularia aut mercatura habeant. Huiusmodi igitur hominibus immunitas auferatur.*

o *Nō etiam.* idem est in priuilegiis concessis veteranis : vt supra tit.j.l. in honoribus.§. vacationum.

p *Liberis* . personis enim data immunitas, merito cum personis finitur: vt.j. de censi.l.iij.R.& supra eod.l.j.§.j. & facit.C. de priui.do.l.j.

q *Seruiūt.* vt &.ff.ti.j. his qui. &. C. de sac. sanct.eccl.l.qui sub prætextu.&.ff.ea.l.§.negotiatores. & not.arg. q̄ potest vocari ī ius etiā non impeditur, secundum Io. vt no.ff. de feriis.l.j.

r *Fuere & alii.* interpretatio græci per Alc. lib.dispun.iij.cap.xix.

s *Neque plurimam.* ff. tit.ij.l.nauicularij.

t *Hoc circa.* id est circa ea quæ sequuntur.

u *Gerendum.* supra tit. j.l.ij.§. qui ad munera. & de excusatio. tut. l. ij.§. j.& supra tit.j.his oneribus.§.auctis.& supra qui.ad liberta. proclama.non licet.l.j. in fin.

† *ab hiis.*

BIU Cujas

in fin. & alia similia quæ notantur supra titu. ij.l. penul.§. fin. & supra ad munici.l.incola.

a *Muneribus.* supra tit.ij.l.nauicularij.

b *Non obstringuntur.* à tutelis tamen non excusantur: vt.C. de excusatio. tut. l. coloni. Ir. vel forte speciale est in cõductore vectigalium. quod vltimum reprobatur secũdum Hug. supra de falsis.l.j.§. penul. &.C.ne tutor vel cura. vectigalia con.l.j.vel dic vt not.in.l. illa coloni. & facit.C. de his qui nu. li. se excusa. lib. x.l. j. & supra titu.j.l. in honoribus. §. non alios. &.C.de condu.& procu.l.ij.lib.xj.

c *Subsignatæ.* id est obligatæ. & sic ponitur.C.de admi.tut.l.fi. §.defensionem.

d *Subsisti.* id est dubitari.sic.ſ.de procu.l. seruum. in prin. Acc.

e *Offerant.* & sic ſpecti:vt supra de procu.l. quæ omnia.&.C. qui mil. non poſ.l.cura.lib.xij.

f *Paria.* aliàs principalia: & aliàs paria. nã principalia, siue paria, Hispani & Cathelani dicunt. P.sic.ſ. de manu.l.iiij.§.j. forte fideiussorem dãdo qui debitis eorum satisfaciat, sicut dicitur in debitore fisci, qui vectigalia conducere non potest:vt.ſ.de publ.l.licitatio*.§.debitores. vel dic,id est soluendo: vt not. supra de condic. inde.l. fin.§. Titius. aliàs est hic,patria.

g *Coloni quoque Cæsaris.* non patrimoniales: vt hic colligitur postea. Idem est si patrimonialis est, id est priuata domus imperatoris: vt.C.qui da.tu.poſ.l.fi. licet sit contra: vt.C. de excu. tut. l. coloni. sol.vt ibi.

h *Idoneiores.* apud Boëthium idoneius est prædicatũ quàm subiectum in constituẽda propositione. Accur.

i *Coeundi.* id est collegium faciendi. Acc.

k *Allegi.* id est eligi. Accursius.

l *Imbecillæ ætatis.* hoc accipe vt.ſ. de decu.l. non tantum §.j. Acc.

m *Tenuioribus.* id est vilibus & pauperibus: ad quod supra de col. illi.l. j. in princip. &.l. iiij. in prin.

n *Eos qui.* ſcilicet diuus Pius.

o *Allecti sunt.* id est electi.

*Arg. huius littæ colligit Bar. quod excrescentibus facultatibus ecclesiæ, debet tũc numerus canonicorũ augeri. cõcor. in.c.cũ oës. & in.c. cũ accessisset. de cõsti. extra. Adde tu & melius, text. in c. cum M. Ferr. & ibi per omnes scribentes: quia est materia peculiaris illi cap. præall. tit. de cõsti. in anti.

*Flo. scripta.

*locatio.

†propius, id est verisimilius. Bud. hic.vbi exprimit quid sit paria facere.

†Ad notata hic per Bar. in. 2. not. adde glo. in.c.1. §. itẽ quod ad dictas. ſ. verbo, resident. de col. in pragma. sanctio.

Negotiatio † pro incremento facultatum exercenda est: alioquin si quis maiore pecunię suę parte negotiationẽ exercebit, rursus locuples factus in eadem quantitate negotiationis perseuerauerit, tenebit muneribus: a sicuti locupletes qui modica pecunia comparatis nauibus, muneribus se publicis subtrahere tentant. ídque ita obseruãdum epistola diui Hadriani rescriptum* est. Diuus quoque Pius rescripsit, vt quotiẽs de aliquo nauicolario quæratur: illud excutiatur, an effugiendorum munerum causa imaginẽ nauicularij induat. Cõductores etiam vectigaliũ fisci, necessitate subeundorum municipalium munerum non obstringuntur. b ídque ita obseruandum diui fratres rescripserunt. ex quo principali rescripto intelligi potest, nõ honori cõductorum datum ne cõpellantur ad munera municipalia: sed ne extenuẽtur facultates eorum, quæ subsignatæ c sint fisco. vnde subsisti d poteſt, an prohibendi sint à præside, vel procuratore Cæsaris, etiam si vltro se offerãt e municipalibus muneribꝰ. quod propius † est defendere, nisi si paria f [cum] fisco fecisse dicãtur. Coloni quoq; Cęsaris g à muneribus [ciuilibus vel] municipalibus liberantur, vt idoneiores h prædiis fiscalibus habeantur. Quibusdam † collegiis vel corporibus quibus ius coëundi i lege permissum est, immunitas tribuitur: scilicet eis collegiis vel corporibus in quibus artificij sui causa vnusquisque adsumitur: vt fabrorum corpus est, & siqua eãdem rationẽ originis habent: id est idcirco instituta sunt, vt necessariã operã publicis vtilitatibus exhiberẽt. Nec omnibꝰ promiscuè qui adsumpti sunt in his collegiis, immunitas datur: sed artificibus dũtaxat. nec ab omni ætate allegi k possunt: vt diuo Pio placuit: qui reprobauit prolixę vel imbecillæ l admodum ætatis homines. Sed ne quidem eos qui augeãt facultates, & munera ciuitatũ sustinere possunt: priuilegiis quæ tenuioribꝰ m per collegia distributis concessa sunt, vti posse, plurifariam constitutum est. Eos qui n in corporibus allecti o sunt quæ p immunitatem præbent, [vt] nauiculariorum: si honorem decurionatus adgnouerint, compellendos subire munera publica accepi. ídque etiam cõfirmatum videtur rescripto diui Pertinacis.

A

B

C

D

VI. TARRVNTENVS PATERNVS libro primo Militarium.

QVibusdam aliquam vacationem munerũ grauiorũ conditio tribuit: vt sunt mẽsores, q † optiones, r valetudinarij medici, † capsarij s & artifices, & qui fossam faciunt, veterinarij, t † architecti, u gubernatores, x naupegi, † ballistarij, y speculatorij, fabri, sagittarij, ærarij, z bucularum structores, † carpentarij, scandularij, † gladiatores,* aquilices, tubarij, cornuarij, arcuarij, a plumbarij, b ferrarij, lapidarij, & hi qui calcẽ coquunt, & qui siluam incîdunt,* qui arborem c cædunt ac torrẽt. In eodem numero haberi solẽt lanij, venatores, victimarij, † & optio fabricæ, & qui ægris præsto sunt: librarij quoq;, qui docere possint: & horreorum librarij, & librarij depositorũ, & librarij caducorum, & adiutores cornicularioꝝ, & stratores, & pelliones, & custodes armorum, & præco, d & buccinator. hi igitur omnes inter immunes habentur. e

DE LEGATIONIBVS.

TITVLVS VII.

I. VLPIANVS libro octauo ad Massurium Sabinum.

LEgatus municipalis si deseruerit legationẽ: pœna adficiatur extraordinaria, motus ordine, f vt plerumque solet. g

II. IDEM libro secundo Opinionum.

LEgatus, contra rempublicã cuius legatus est, per alium à principe quid postulare potest. h Vtrũ quis deseruerit legationẽ, an ex necessaria causa moram passus sit, ordini i patriæ suæ probare debet. k Cessatio vnius legati, l ei qui munus vt oportet obiit, m nõ nocet. n

p *Quæ,* scilicet corpora. qui est ergo nauicularius, potest se excusare à decurionatu: vt hic, &.ſ. de decu.l.Seuerus. sed si sponte suscipit, renuntiat excusationi eoipso: vt hic, &. C. de his qui spon.l.j.lib.x. sic supra de priui. vete.l.fina. & de inoffi.testa. Papinia. §. si conditioni. & de decu.l. ij. in fi. itẽ facit supra titu.ij.l.nauicularij. & supra tit.j. his qui. & supra ea.l.§. negotiatores.

q *Quibusdam. Mensores.* de quibus dicitur.ſ. de excuſ. tuto. l. mensores. aliàs est hic, messores.

†*mensores sunt qui loca tentoriis figendis apta metiũtur: quique hospitia in ciuitatibus præstãt. gallicè,* fourriers. *E. P.*

r *Optiones.* id est qui sunt in aliqua optione, id est societate peditũ: vt.C.loc.l.fi. Accur.

†*Optio in re militari dicitur, quem decurio aut cẽturio sibi optat verum priuatarũ ministrum, quo facilius publica obeat officia: olim accẽsus dictus.*

f *Capsarii.* hoc expone vt supra de off.præfect.vr.l.pe.§.fi.

t *Veterinarii.* id est illi qui fodiunt aurum vel argentum. aliàs vitriarij, qui vasa vitrea faciunt.

*Bud. hic.

u *Architecti.* principes tectonum: vt in authẽ. de non alienan.§. qui autem.col.ij. Accur.

† *medici, qui valetudinarios cum curant. Bud. hic.*

x *Gubernatores.* forte nauium. Accur.

† *veterinarii sunt imperitorũ veterinorumq; curatores & medici, qui iidẽ soleas equis affigunt. Bud. hic.*

y *Ballistarij.* qui faciunt ballistas. Accur.

z *Aerarii.* qui faciunt vasa ænea, vel de ære.

a *Arcuarii.* qui faciũt arcus, vel arcas. Acc.

b *Plumbarii.* qui fodiunt hæc.

† *veterinarii sunt imperitorũ veterinorumq; curatores & medici, qui iidẽ soleas equis affigunt. Bud. hic.*

c *Arborem.* id est carbonem.

d *Præco.* vt supra de in ius vo.l.ij.in fi. Ac.

e *Habentur.* vt &.C. de excu.ar.lib.x.l.ij.

DE LEGATIONIBVS.

f EGatus. Ordine. si quo erat.

† *Naupegi, sunt fabricatores nauium. Bud.*

g *Solet.* scilicet fieri. & facit.C.de insa.l.neminem. &.C.eo.l.ij.& j.eo.l.proxi.§.j. Acc.

† *Structores, id est fabri cementarii.*

h LEgatus. *Potest.* nõ per se: vt.j.eo.l. legatus. &.l. Paulus.§. fi.&.l.is qui.& facit.C. de aduo. di. iudicio.l. qui necessario. Accur.

gallicè massons.

† *Scandulariis, id est qui scãdulis hibernategũt.*

i *Ordini.* scilicet decurionum.

sunt scãdulæ tabulæ tenues, tegularum vicẽ præstantes.

k *Probare debet.* supra de re milita. non omnes.§.à barbaris.

l *Legati.* Cũ duo erãt legati.

gall. aiſsis.

m *Obiit.* id est peregit, vel fecit, vel subiit. & facit.C.eo.l.ij. in fi.

† *gladiatores.ſ. gladiatorũ & telorũ artifices.*

n *Non nocet.* sed quòd æqualiter cessatio contutori, exactorisque suo consorti nocere debeat: optime per exempla poterit edoceri.

*Flo. infindũt, qui carbonem cædunt.

† *qui victimas cædebant. Bud.*

BIU Cujas

a *Legatium.* id est salarium, vel viaticum: vt supra ad mu.l.Tatio. aliàs, id est sumptus: vt.j.eo.l.legatus.§.si quis.

b *Ex forma.* scilicet legationis, vel consuetudine loci. sic. C. de offic.præfe.præ. Orien.l.formam.&.ff.de pac.l.rescriptum.& dicrestituitur, id est datur: vt.j.eo.l.legatus.§.si quis. Accursius.

c *Vm. Dari debeat.*

ex aliquo contractu.

d *Vbi quis.* scilicet agere volens.

e *Solueretur.* q.d. vtrúque est opus, nec sufficit alterum. nam ante debitum, licet tũc soluendũ, nõ potest peti: vt.ff.de cõsti. pec. eum qui.§. Iul. ité tunc debitum, sed extra legationem soluendum nõ potest peti: vt hic dicitur.& fa.ff. de actio. & obl.l.contraxisse.& de iudi.l. si quis in legat. &.l.non aliàs.§.j. & de arbi.nõ distinguemus. §.item si quis.

e *Solueretur.* ex aliquo contractu.

f *Sciendũ. Reipublicæ.* sc. Romanorum.

g *Rescripsit.* sed debito soluto posset, arg. eius quod in honore dicitur.ff. de mu. & ho.l. rescripto.§. debitores. Accursius.

h *Missum.* id est dãnatũ: vnde postulare non potest: vt.ff.de postu.l. j.§.item.

i *Missum.* id est trãsmissum.

k *Debitores fisci.* forte principis. aliud est ergo fiscus: aliud respu. vt hic, & in prin.l.

l *Legatione.* sine dãno fisci: vt.ff. titu.j.l.semper.§. conductores. & ad mu.l. fin. in principio.& de mu. & hono. l. rescripto. §. debitores. Accursius.

m *Dicit.* & est verum: vt supra titu. ij.l. j. in princip. & facit infra de verbo. signifi.l.latę. §.amicos. &.C. de inoffi.testa.l.liberi.

n *Non alios.* nisi sint absentes: vt infra eo.l. si absenti.§.penul.

o *Filios.* & sic sine dãno fisci hoc fit: arg. supra ad mu.l.fi.

p *Ordine.* id est per ordinem.

q *Electi sunt.* supra de al.scrib.l.j. & de mu.& ho.l. vt gradatim.

r *De primoribus.* aliàs prioribus.

s *Ternos.* id est sex, vt de leg.j.l. si quis testamento. Vel verius, id est tres: vt in authẽ. de iud.§.ne autem.col.vj.

t *Legato. Prodest.* vt ab eo tempore in antea reipub. causa videatur abesse: & non tantum quando iter incipit arripere: sicut tempus suæ vacationis concessum non statim ex die reuersionis numeratur: sed cum quodam temporis lazamento: vt supra de va.mu.l.tempus. R. & fa.ff.qui. ex cau. ma.l. qui mittuntur.§. sed & si. versi. similiter.

u *Cognoscit.* supra de iud.l.ij.§.sed si dubitetur. & supra ad muni.l. de iure. in prin.& supra eod.l.ij.§.j.&.l.j. Accursius.

x *Filio. Vacatio.* quæ est biennij: vt.C. eodem.l.ij. & de mu.& ho. non con.l.ij.in fin. lib.x.

y *In stipẽdiis.* aliàs impendiis. & dic semper id est laboribus personæ. & fa. C. de mu. & ho. non con. inter pa. & filium.l.j. & fi.lib.x.

z *Filius. Biennii.* sic ergo biennio excusatur: vt infra.l.proxi. &.C.eod.l.iij.& facit supra de mune. & hono. l. & qui.§. quãuis. & infra eod.l. vicarius. & supra eod.l. sciendum. §. legati. & supra.l.proxi.

a *Aulus. Vacationis.* scilicet biénij: vt ff.l.proxi.&.j.l.proxi.

b *Litigetur.* supra de vac.mu. l. legato. &.ff. de mu.& ho.l.æstimationem.§.fina. Accur.

c *Conceditur.* C.eod. l.ij. & de mu. & ho.nõ con.l.ij.in fi.lib.x.

d *Alienis.* si spõte vellet gerere. nã si ex necessitate, puta pupillæ suæ nomine, secus: vt j.l. legatus. &.l. proxi in princip. &.l.legatus creatus. &.l.si absenti. §.j. Accursius.

e *Aulus. Experiri.* quo casu sicut alium conuenit legatus, vt hic, sic respondere debet eidem se conuenire volenti: vt supra de iudi.l. qui non cogitur. & fa. supra.l. proxi.in fin.& infra.l.proxi. in princip. & supra de iudi. l. ij.§. sed & si agant. ibi, non tamen &c. Accursius.

f *Legatus. Agere potest.* vt.j. l. proxi. §. qui. &.l. is qui. &.l. eundem.§. ante. & supra.l. Paulus.ij.§. Paulus. sed certe immo videtur quòd agere possit quandocũque vult: vt supra de iudi.l. ij.§. sed si agant &c. Sol. nõ agunt, vt hic, quin aduersus omnes se defendant, vt ibi: vel non agunt, si damnũ est reip. vt hic. aliàs sic: vt ibi, ad quod supra ad muni.l.fi.ij. respon. In certis casibus tamen agit, & se nõ defendit: vt in ea.l.§. sed si agãt. & hic subiicit, &.j.l.proxi.§.j.&.l.legatus. & supra eod.l. Paulus.

g *Parata sunt.* vt supra eod.l. proxi. &.j.l. proxi.§.j.& supra de iudi.l.ij.§. sed si agant.

Non

[vulg. in arenã miss.]

ff His qui non gratuitam legationem susceperunt, legatiuũ[a] ex forma[b] restituitur.

III. Africanvs libro tertio Quæstionum.

CVm quæritur, an in eũ qui in legatione sit, actio dari debeat: [c] non tam interest vbi quis [d] aut crediderit, aut dari stipulatus sit: quàm illud, an id actum sit vt legationis tempore solueretur. [e]

IIII. Marcianvs libro duodecimo Institutionum.

SCiendum est, debitorẽ reipublicæ [f] legatione fungi nõ posse. & ita diuus Pius Claudio Saturnino & Faustino rescripsit. [g] Sed & eos quibus ius postulandi non est, legatione fungi nõ posse: & ideo [*] harena missum, [h] non iure legatũ esse missum [i] diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. Debitores [k] autem fisci nõ prohibentur legatione [l] fungi. ff Si accusatio alicuius publicè instituta sit, nõ est compellendus accusator ad eum legationem suscipere, qui se amicum vel domesticum dicit [m] eius qui accusatur. & ita diui fratres Aemilio Rufo rescripserunt. ff Legati vicarios dare non alios [n] possunt, nisi filios [o] suos. ff Ordine [p] vnusquisque munere legationis fungi cogitur: & non aliàs compellendus est munere legationis fungi, quàm si priores qui in curiã lecti sunt, [q] functi sint. Sed si legatio de primoribus [r] viris desideret personas, & qui ordine vocãtur, inferiores sint: nõ esse obseruandum ordinem diuus Hadrianus ad Clazomenios rescripsit. ff Præcipitur autem edicto diui Vespasiani omnib⁹ ciuitatibus, ne plures quàm ternos [s] legatos mittant.

V. Scaevola libro primo Regularum.

LEgato tempus prodest [t] ex quo legatus creatus est, nõ ex quo Romã venit. Sed si non constat, legatus sit, an non: Romæ prætor de hoc cognoscit. [u]

VI. Vlpianvs libro quarto de Officio proconsulis.

FIlio propter patrẽ legationis vacatio [x] ne concedatur, imperator noster cũ patre Claudio Callisto rescripsit, in hæc verba: Quod desideras, vt propter legationem patris tui à legatione tu vaces: in interuallis honorum qui sumptum habẽt, rectè obseruatur: in stipẽdiis [y] legationũ, quæ solo ministerio obeuntur, diuersa causa est.

VII. Papinianvs libro primo Responsorum.

FIlius decurio pro patre legationis officium suscepit. ea res filium quo minus ordine suo legatus proficiscatur, nõ excusat: pater tamen biennij [z] vacationem vindicare poterit: quia per filium legatione functus videtur.

VIII. Pavlvs libro primo Responsorum.

PAulus respondit, eum qui legatione functus est, intra tempora vacationis [a] præfinita non oportere cõpelli rursus ad defendendum publicum negotium, etiam si de eadem causa litigetur. [b] ff Imperatores Antoninus & Seuerus Augusti Germano Siluano. Legatione functis, biénij vacatio cõceditur: [c] nec interest vtrũ legatio in vrbe, an in prouincia agentibus nobis, mandata sit. ff Paulus respõdit, eum qui legatione fungitur, neque alienis, [d] neq; propriis negotiis se interponere debere: in qua causa non videri eum quoque cõtineri, qui cum amico suo prætore gratis consilium participat.

IX. Idem libro tertio Responsorum.

PAulus respondit, de eo damno quod legationis tẽpore legatus passus est, posse eum etiam legationis tempore experiri. [e]

X. Idem libro primo Sententiarum.

LEgatus antequã officio legationis functus sit, in rem suam nihil agere potest: [f] exceptis his quę ad iniuriã eius vel damnum parata [g] sunt. ff Si quis in munere legationis antequam

BIU Cujas

a *Non restituuntur.* an autem possunt peti: quod videtur: vt in aduocato fisci: vt. C. de aduoc. di. iudi. l. post duos. & de aduo. diuer. iudicum. l. iubemus. §. fin. videtur enim perfunctus defunctus: vt ar. j. de var. cog. l. j. §. diuus. & supra de offi. asses. l. diem. & de statulib. l. cum hæres. §. Stichus. & ad Tertul. l. ij. §. confessi. & de condic. ob cau. l. si pecuniam. j. respon.

b SI *absenti.* supra ad munic. l. Titio.

c *Gratuitā.* id est spōte. aliàs non suscepta quomodo alij dare potest? & est speciale hic, quando absens: & sic intellige. j. eod. l. vicarius. aliàs contra supra eo. sciendum. §. legati. & facit supra eo. l. filio. & l. filius. vel dic gratuitam propriè: vt. ſ. l. ij. in fi. vel si legatiuum habet, non potest delegari alij. Accur.

d *Suum negotium.* quo lucrum capiet. secus si damnum satagit pulsare, iniuriámve repellere: vt supra proxi. l. Paulus.

e *Participem.* vel contutorem.

f *Dicebat.* Necessitas eum excusat. ad quod supra de postu. l. j. §. his igitur. versi. sed est æquissimum. & l. puto. in princip. & l. pen. & fin. & de aduoc. diuer. iudicum. l. iubemus. §. ad hæc. & l. petitiones. §. ad hæc. & supra l. proxi. in prin.

g L*Egatus creatus. Nicopoli.* nomen ciuitatis vnde erat legatus. Et est speciale in domo: quæ est tutissimum cuique refugiū: vt &. ſ. de in ius voc. plerique. In aliis contra. vt hic subiicit.

Bonus cuique tutissimum refugium est.

h *Emit.* ſ. legatus.

i *Obstringi.* vt &. ſ. l. Paulus. §. fin. &. l. legatus. in princ. &. l. si absenti. §. j.

† *Libera legatio est, ciū quis honoris causa, & nihilo tenus legationē obit. vide hic Bud. E. P.*

k *Vicarius.* pone exē plū. ſ. l. absenti. in prin. vel vt. ſ. l. filio. &. l. filius. ne sit contra ſ. l. sciendum. §. legati.

l *Cogetur.* vt. ſ. eo. l. filio propter patrem.

m *Qui libera.* id est liberat⁹. qa est finita: vt supra de iudi. l. ij. §. omnes. versi. plane. & supra quibus ex cau. maio. l. nō videtur.* & de re mili. l. j. & supra tit. ij. l. tempus. vel dic liber abest, & non tanquam legatus: quod in idem recidit.

** non vere dicitur.*

n *Si qui legatione. Libellum.* conuentionalem. sed ob. ſ. l. legatus ante. in prin. Respō. vt hic. Item fallit hoc in casibus: vt ibidem not. Item argu. supra de in ius vocan. l. libertus.

o *Eundem plures.* scilicet perfecta prima, adeo quòd cogatur post biennium: vel etiam vna vice potest cōmitti pro pluribus negotiis ad plura loca vel vnum. Accursius.

ad patriam reuerteretur, decessit: sumptus qui proficiscenti sunt dati, non restituuntur.*

XI. IDEM libro singulari de iure libellorum.

SI absenti[b] iniuncta est legatio, eámque gratuitā[c] suscepit: potest quis & per alium legationem mittere. ¶ Qui legationis officio fungitur, licet suū negotium[d] curare non potest, magnus tamen Antoninus permisit ei pupillæ nomine & instruere & defendere causam, licet legationi quā suscepit, nondum renuntiauerit: præcipuè cū participem[e] officij ipsius absentem esse dicebat.[f]

XII. SCAEVOLA libro primo Digestorum.

LEgatus creatus à patria sua, suscepta legatione in vrbem Romam venit, & nondum perfecta legatione domum quę erat in ipsius ciuitate Nicopoli, ſ emit.[h] quæsitum est, an in senatusconsultum inciderit, quo prohibentur legati ante perfectam legationem negotiis vel priuatis rebus obstringi.[i] Respondit, non videri teneri.

XIII. PAPINIANVS libro primo Responsorum.

VIcarius[k] alieni muneris vo luntate sua datus, ordine suo legationem suscipere non admissa biennij præscriptione cogetur.[l]

XIIII. VLPIANVS libro septuagesimoquarto ad Edictum prætoris.

QVi libera[m] legatione† abest, non videtur reipublicæ causa abesse. hic enim non publici commodi causa, sed sui abest.

XV. MODESTINVS libro septimo Regularum.

IS qui legatione fungitur: libellum[n] sine permissu principis de aliis suis negotiis dare non potest.

XVI. IDEM libro octauo Regularum.

EVndem plures[o] legationes suscipere prohibitum non est: præsertim[p]* si & sumptus[q] & itineris† compendium suadeat.[r] ¶ Ante legationem susceptam si cui negotiū moueatur: etiam absens defendi debet: susceptā[s] [verò] legatione nō nisi iniuncto munere fungatur.[t]

XVII. POMPONIVS libro trigesimoseptimo ad Quintum Mucium.

SI quis legatū hostium pulsasset, contra ius gentium id cōmissum esse existimatur: quia sancti[u] habentur legati. Et ideo si cùm legati apud nos essent gentis alicuius, bellum eis indictum sit: responsum est liberos[x] eos manere: id enim iuri gentium conueniens* esse. Itaque eum qui legatum pulsasset, Quintus Mucius dedi hostibus quorum erant legati,* respondit vtilius esse: quem hostes si non recepissent, quæsitum est an ciuis Roman⁹ maneret: quibusdam existimantibus manere, aliis contra: quia quem semel populus iussisset dedi, ex ciuitate expulisse[y]* videretur: sicut faceret cùm aqua & igni interdiceret:[z] in qua sententia videtur Publius Mucius fuisse. Id autem maximè quæsitum est in Hostilio* Mancino, † quem Numantini[a] sibi deditum non acceperunt: de quo tamen lex postea lata est, vt esset[b] ciuis Romanus:[c] & præturam quoque gessisse dicitur.

p *Præsertim.* scilicet sunt vera prædicta. Accursius.

q *Sumptus.* scilicet sufficiens maxime. nam & gratis suscipere potest: vt supra. l. ij. §. fina.

r *Suadeat.* aliàs subeat.

s *Susceptā.* negotium motum.

t *Fūgatur.* id est functus sit: & isto secundo casu si feratur sententia in eum, vel in aliquo in eum procedatur per quod ius suum lædatur, restituitur: vt not. supra de in integ. restitu. l. fin. in alio denegatur ei restitutio: verū vtroque casu debet se defendere per se vel per alium. & si non sit qui eum defendat, mittitur aduersarius in possessionē: vel restituitur aduersus ipsum legatum: vt supra ex quibus cau. ma. l. item. §. j. & l. sequen. & l. sed & si per præ. §. j. & fin. & fa. ſ. eum qui ap. l. j. &. ij. & quod ibi not. &. ſ. l. proxi. &. ſ. iudi. solui. l. si reus.

** Flo. nō est præterea. si. † id est cum minore dispendio plures simul obiri legationes, quā separatim possint. Bud. hic.*

** Flo. conuenit*

u *Si quis legatum Sancti.* id est inuiolabiles: vt &. ſ. de re. diui. l. sanctum. §. j.

** Flo. legati, solitus est respondere quem*

x *Liberos.* secus si ex alia causa: vt. ſ. de cap. l. in bello. ij. respon.

y *Expulisse.* scilicet perpetuo. ad quod supra de capi. demi. l. amissione. §. qui desiciunt.

** Fl. expulsisse*

z *Interdiceret.* vt institut. de capi. demi. §. minor.

a *Numantini.* erant hostes qui voluerunt Hostilium, quòd offenderat eorum legatos. aliàs est manumissum. & legunt per. l. supra de captiuis & postlimi. reuer. l. v. §. fin. sed prima placet.

** Vide Bud. hic. † Cic. lib. 1. de Orat. & lib. 3. Off. Aul. Gel. li. 10. cap. 20.*

b *Vt esset.* id est remaneret. sic. ſ. de iudi. l. Iulianus.

c *Ciuis Romanus.* quasi insit in deditione ea tacita cōditio, si ab hostib⁹ admittatur. Quædam enim quandoque tacite intelliguntur, vt si erranti possess. tradat, non videtur tradens perdere, cum errans non quærat: vt supra de adquiren. possess. l. si me in vacuam. Item si creditor permisit vendi pignus: ita nocet, si venditio secuta est: vt supra quibus modis pig. vel hypo. sol. l. sicut. §. quæ voluntate. & supra de fideiuss. l. si stipulatus. §. pe.

DE ADMINISTRATIONE rerum ad ciuitates pertinentium.

TITVLVS VIII.

Quod relinquitur ciuitati ad certum vsum expendendum, non debet expendi ad alios vsus. Franciscus.

I. VLPIANVS libro decimo Disputationum.

QVod ad certā speciē ciuitatis relinquitur: in alios vsus conuertere nō licet.[d]

II. IDEM libro tertio Opinionum.

d *Non licet.* a nisi in casibus: vt. j. l. legatā. &. ſ. de vsu & vsufr. leg. l. legatum ciuitati. &. j. de ope. pub. l. pe. & de polli. l. imperatores. in fin. &. C. de expen. ludo. l. j.

a Facit ad id quod voluit gl. in. c. 1. §. qui rei. de coll. in prag. sanc. in ver. pluralitatis. in 7. col.

BIU Cujas

& fa.supra de iur.& fac.igno.l.pe.§.fi. & de vsu & vsufru.lega.l. quidam.& de an.lega.l.liber.§.Lucius.

Non vtiq;.[CASVS.] Aliqua pacta quæ sunt apposita in præteritis locationibus, non spectantur in futuris. Item quod quis prohibetur pro se exercere, nec per alium facere potest: & sic decurio qui per se prædia ad colendū cōducere non potest, nec per alium debet cōducere: & si contra facit, reuocatur quod factū est. Itē qui emit frumētum à repub. si soluit pretium in aliā rationē q̄ frumentariā: adhuc soluere tenetur, & cōtra eum absentem potest de hoc dari sententia. Itē debitor ex frumentaria causa debet soluere cito, & debet cogi ad soluendum per præsidē prouinciæ. Itē pecunia data ad comparationem frumenti, debet restitui ciuitati, non compensari: & si pecunia frumētaria in alios vsus sit cōsumpta, quàm quibus destinata erat: reddi debet ciuitati à procuratore reipublicæ. Item si pecunia frumentaria reddatur ciuitati cum vsuris fiscalibus, satis est: nec vsura vsurarum debetur: & hoc dicit hæc.l. vsq; ad.§.grani.[GRANI.] Die casum vt in glo. Secūdo dicit: procurator reipub. nominauit quendam officialem, qui tunc temporis erat idoneus: postea factus est non idoneus ex aliquo fortuito casu, cui prouidere nequiuit. procurator reip. huius nomine non tenetur. Item si duo magistratus vel collegę habeant administrationem rei ad ciuitatem pertinentis, & vnus male gerat: tenetur & alter ciuitati: & quod vnus soluit ciuitati pro mala gestione alterius, recuperat ab eo pro quo soluit, & ab eius hæredibus. [CONDVCTORE.] Conductor operis publici fraudulenter gessit: & propter hoc punitus fuit in aliqua pœna. fideiussor eius idem opus extruendum alij locauit: nec perfectum est. dicitur quòd hic fideiussor tenetur etiam in vsuras pecuniæ quæ erat soluta pro mercede conductori: tum quia fideiusserat in omnem causam, tum quia secundo locando videtur suum periculum agnoscere. Item qui fideiusit pro conductore vectigalis in vniuersam conductionem, in vsuris quoque videtur fideiubere: & sic in eis tenetur, nisi aliud esset dictum. In vltima autem parte legis dic casum vt in glos. quæ incipit, qui emit &c. Franciscus Accursius.

*al. colat

*Flo. vsurpatam

*Flo. sua causa

*Hal. ideóque

NOn vtique [a] de exemplo posterioris locationis, præteritarum conductionum quæ suam legem habuerunt, rationē iniri oportet. ¶ Quod quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per subiectam personam agere debet. [b] Et ideo si decurio subiectis aliorū nominibus prædia publica locat, *quæ decurionibus cōducere nō licet: [c] secūdum legem vsurpata [d] *reuocentur. [e] ¶ Quod de frumētaria ratione in alium vsum [f] cōuersum est, suæ causæ* cum incremento debito [g] restituatur: idque* & si contra absentē pronūtiatum est, inanis [h] est querela: ratio tamen administrationis secundum fidem acceptorum [i] & datorū [k] ponatur. [l] ¶ Frumētariæ pecuniæ suo nomine debitor [m] quamprimum [n] soluat. Necessaria enim omnibus rebuspublicis frumentaria pecunia moram solutionis accipere nō debet: sed debitores quos ex eadē causa habet, [o] ad solutionem per præsidem prouinciæ cōpellantur. ¶ Ad frumenti cōparationem pecunia data,* restitui ciuitati, nō cōpensari [p] in erogata debet. Sin autē frumētaria pecunia [q] in alios vsus q̄ quibus destinata est, conuersa fuerit, veluti in opus balneorū publicorum: licet ex bona fide datum probatur, compensari quidem frumentariæ pecuniæ non oportet: solui [r] autem à curatore reipublicæ iubetur. ¶ Si indemnitas debiti frumentariæ pecuniæ cum suis vsuris [s] sit: [t] *immodicę & illicitæ dispensationis* modus non adhibetur: id est, ne commodorum commoda, & vsuræ vsurarum incrementum faciant. [u] ¶ Grani æstimationem per iniuriam [x] post emptionem ablati, quæ rationibus publicis refertur, curator reipublicæ domino restitui iubeat. [y] ¶ Si eo tēpore quo nominatus est, idoneus, [z] postea lapsus [a] facultatibus, damnum debitis reipublicæ dederit: [b] quia fortuitos casus nullum humanum cōsilium prouidere potest: [c] creator hoc nomine nihil præstare debet.

*Flo. pecuniam datā

*est versus

*Flo. sit.

*Flo. cōparationis

a *Non vtique.* volebat fiscus à primo quod habebat à secundo.

b *Agere debet.* Hic not. quatuor. Primo quod non possum per me, nec per alium: vt hic, &.ff.de tuto. & cura.da.l.scire.§. si mater.&.ff.de contrahen.emptio.l.non licet.&.C.de hęredi.instit.l. neque per se.& de distract.pig.l.& qui sub imagine. & de vsur.l. eos.in fi.&.ff.de aucto.tut.l.pupillus.§.item ipse tutor.versi.sed si per interpositam.&.ff.ad Mace.l.sed Iulianus.in prin.&.l. filiū.& qui & à qui.l.si quis integris.§.fin.&.C. de contractibus iu.l.j.in fi.&.ff.de fal.l.diuus.ij.respon. & de vsuca.l.Labeo.§. sed eum.& de bo.lib.l.quæritur. &.C.de pœ.iudi.l.j. Secundo quod possum per me,& per aliū.ad quod.ff.de leg.j.l.fi mihi.§.regula.& de iniur.l.sed si vnius.§.idem Iul.versi.idem ait & si. Tertio, quod per me non possum, possum tamen per aliū: vt &.ff.de off. præfe.vr.l. fin.& man.l.si mandauero.ij.§. si hi. &.C. de procur.l.quicūque. &.ff.de adquiren.hære l. Antistius.§.fina.&.ff. quæ res pig.obli.l. Aristo.vbi de hoc dixi. Quarto quòd aliqua per me possum, quę non per aliū.ad quod.ff.an per ali. causa appel.l.j.& de pub.iudi. l.pen.§.j.&.C.de his qui ve.æta.impe.l.ij.

c *Non licet.* vt &.C.loca.l.curialis. verū si succedat ei qui habet ea conducta, remanebit in cōductione: vt.ff.de decu.l. decurio.& arg.ff.de re mili.l.milites prohibentur.in fi.& de fal.l.j.§.pen.

d *Vsurpata.* id est in malum vsum ducta.

e *Reuocentur.* vt & supra de iure fis.l.aufertur.§.quod à præside.

f *In alium vsum.* qui emit frumentum à repub. si soluit pretium in aliam rationē quàm frumentariam, reip. adhuc soluet: vt &.C.de compen.l. si ex venditione. & redditur ei quod soluit: vt subiicit. Vel dic verius q̄ fuit pecunia data alicui vt emeret frumentum reipub. qui in aliū vsum reipub. cōuertit: debet reddere statim, si respu. ei restituit quod in alium vsum est conuersum: vt.j.§. ad frumenti.&.§. si autem.

g *Debito.* cum vsuris, dicti.§.ad non cū vsurarū vsuris: *frumenti,* vt.j.§.si indemnitas.

h *Inanis.* id est valet etiā cōtra absentem.& est speciale, regulariter cōtra.ff. de re iudi.l.de vnoquoque. Accur.

i *Acceptorum.* pro frumento emendo.

k *Et datorum.* in aliū vsum.

l *Ponatur.* nisi tantum ei restituatur à repub. quantum in alium vsum posuit, & ipse totam frumentariam pecuniam reddat: vt.j.§.si autem.

m *Debitor.* vel emptor, vel qui acceperit pecuniam ad emēdum: vt.ff. proxi. respon. dixi.

n *Quamprimum.* id est cito. ad quod supra de iure fis.l. in fraudem.§. fiscalibus.

o *Habet.* si habes in litera, habent: dic, respublica, & debitor frumētarius. Si vero habes, habet: dic, respub. vel verius, scilicet debitor frumētariæ pecuniæ: vt.ff. de iure fis.l.iij.§.multa.&.C.quādo fiscus vel priua.l.si debitum non inficiantur.

p *Compensari.* vt &.C.de compen.l.in ea.&.l.fi.& supra de iure fis.l.aufertur.§.qui compensationem.

q *Pecunia.* data ad compensationem frumenti: vt prædixi.

r *Solui.* id est reddi.

s *Vsuris.* scilicet fiscalibus, quæ sunt semisses: vt.ff. de vsu.l.cum quidam.§. si debitores. at si in suum vsum, tunc centesimæ: vt.ff. de nego.gest.l. qui sine.

t *Sit.* vel soluta, vel soluenda.

u *Faciant.* vt &.C. ex qui. cau. infa.ir.l. improbum. &.C. de vsu.l.pen.

x *Per iniuriam.* aliquis emit à repu. frumentum, & pretium soluit vt debuit. sed frumentum fuit emptori à repub. postea ablatū: vel non traditum. certe est reddendū pretium. vel dic q̄ fuit traditum, & per extraneū euictum. nam tenetur fiscus ad pretiū reddendum. sed tunc est contra.ff. de euict.l.si per imprudentiā. quia hic dicit, per iniuriam. & dicit q̄ prima facie videbatur iniuria, sed non erat: nec tamen fiscus tenetur ad interesse: vel vltra æstimationem, etiam si promisit: vt.ff. de iure fis.l. si procurator. vel dic quòd etiam si per iniuriam est euictum, tamen ad pretium tenetur: vt sit speciale contra fiscum: cum aliud sit pro eo: vt.d.l.si procurator. ad quod.C. commu. de lega.l.fi.§.fin.

y *Iubeat.* aliàs iubeatur restituere, scilicet à præside prouinciæ. & fa.ff. de acti.empt.l.si sterilis.§.cum per venditorem.

z *Idoneus.* aliquis officialis à curatore reipublicæ: vt.C. de peri. no.l.j.lib.xj.& facit.ff. de fideiuss.l. fideiussores. & de magi.con.l. j.§.si magistratus. Accursius.

a *Lapsus.* subaudi, est fortuito casu.& hic officialis.

b *Dederit.* patiendo debitores reipub. fieri non soluendo.

c *Potest.* vt supra de admin. tuto.l.si res pupillaris.&.C.de pig. act.l.quæ fortuitis. Accursius.

Pacti.

¶ Ius reipublicæ pacto [a] mutari non potest, quo minus magistratus collegę quoque nomine conueniãtur in his speciebus in quibus id fieri iure permissum est. [b] Actio autem quę propterea in collegam decerni solet: ei qui pro altero depẽdit, ex ęquitate [c] competet. quod depensum *esse per collegam [d] in magistratu probabitur, solui & ab hæredibus eius præses prouinciæ iubet. ¶ Idem ex eodem libro. Cnoductore perficiendi operis punito, [e] fideiussor qui pro eo interuenerat, idem opus extruendum alij locauerat. Nec à secundo redemptore opere perfecto, vsurarum præstationem hæres fideiussoris recusare non debet: cùm & prior causa in bonæ fidei contractu in vniuersum [f] fideiussorem obligauerit, & posterior locatio (quia suum periculũ agnouit) solidæ præstationi reipublicæ eum substituerit. [g] ¶ Qui fideiusserint pro conductore vectigalis: in vniuersam conductionẽ, in vsuras quoque in iure conueniuntur: nisi propriè quid in persona eorum verbis obligationis expressum est. [h] Sed si in locatione fundorum, [i] pro sterilitate temporis, boni viri arbitratu in soluenda pensione cuiusque anni pacto cõprehensum est: explorata lege conductionis, fides [k] bona sequenda est.

*Flo. depẽsum pro collega i mag.

a *Pacto.* inito inter ipsos magistratus: vt supra de pact. l. ius pu. &. ĭ. de regu. iur. l. neque pignus. §. j. &. l. nec ex prætorio. nisi quo ad hoc, quia primo conuenietur ille: vt supra de magi. con. l. j. §. si magistratus.

b *Permissum est.* quod est semper, nisi quãdo à iudice fit diuisio. Sed & tũc si prohibere potuit: vt. j. l. proxi. & l. pen. §. antepe. & no. s̆. ad muni. l. imperatores. Accursius.

c *Ex æquitate.* scilicet vtilis nego. gest. vt s̆. de tu. & ra. distr. l. j. §. nunc tractemus. & de nego. gest. l. soluendo.

d *Collegam.* id est per eum qui erat collega in magistratu.

e *Punito.* in pœna aliqua, cum fraudulenter admiserit: vt. ĭ. l. vlti. §. iiij. nõ autem sortem. i. mercedem, quam acceperat, restituet. & ideo eius infra dicit præstari vsuras. Sed oppo. C. de vsur. l. eos. §. pen. vbi nec occasione pœnæ. Respõ. ratione doli fuit pœna inflicta: at vsura ratione moræ.

f *In vniuersum.* hoc dic vt. ĭ. proxi. respon.

g *Substituerit.* quasi sequelam: vt. s̆. de insti. l. cuicũque. §. item fullonum. cum concor. Ac.

h *Expressum est.* vt. s̆. de fideiu. l. fideiussores §. j. & fac. C. de pact. inter emp. l. in initio. & C. de fideiuss. l. fideiussor. & de verbo. obli. l. si seruum. §. nũc videamus. in fin. &. s̆. loca. l. quæro. & quod ibi no. &. C. quod cum eo. l. si mãdator. &. s̆. ad muni. Lucius. §. j. &. s̆. de fideiuss. l. si quis pro. §. j.

i *Fundorum.* quia timebatur sterilitas, actum fuit vt pensio cuiuslibet anni æstimaretur arbitrio boni viri. sed tunc est contra supra loca. l. si merces. in prin. Respon. hic speciale: vel dic, boni viri, scilicet certi. vel pone secundo quòd tantum deminutio debet fieri arbitrio boni viri cuiusque anni. s. quo contigerit sterilitas. Et sa. s̆. loca. & conduc. l. ex conducto. §. fi. &. l. seq.

k *Fides.* quæ est vt seruetur pactum: vt supra de pact. l. j. in prin cipio. Accursius.

Vratores.] *CASVS.* Quidam erant curatores alicuius officij communis: & in omnibus in solidum certa pecunia publica danda erat, data est cuique pars sua pecuniæ, & sic diuisim. dicitur quòd propter hoc non liberatur vnusquisque ab obliga. in solidum. Vlpia. tamen dicit, gerentem primo conueniendũ, ad similitudinem tutorum. Item si curator reipu. locauit prædiũ vsque ad quinquenniũ, non exacta idonea cautione: deinde conductor remansit in conductione etiam post quinquenniũ: est factus debitor reip. quia approbare videtur, dimittendo ei prædium. nõ idem in vectigalibus erat constitutũ: immo quilibet curator pro suo tẽpore tenetur. Item si curator reip. animo nouandi promisit creditoribus reipu. dicitur ꝙ ex hoc liberatur respu. & ipse tenetur ex officio: secus si constituat se soluturũ. Item patre electo curatore reipub. filius eius non cogitur pro eo fideiubere, etiam si prius esset emancipatus à patre. Item si fideiussor magistratus dedit pignora: tenentur pignora in eum casum, cum solidum à magistratu seruari non possit. hoc dicit cum. l. seq. Fran.

l *Periculo.* scilicet solidi.

m *Vlpianus.* scilicet dicit quod sequitur, vel quod præcedit.

n *Prior tamen.* aliàs incipit lex. & fa. C. si tutor non gest. l. j. &. ij. &. C. de conue. fisc. de. l. iiij. &. s̆. de admi. tuto. l. tutores. §. in eum. &. C. quo quis ordi. con. l. j. & de admini. tuto. l. fin. Sed arg. con-

¶ Vratores communis officij diuisa pecunia quã omnibus in solidum publicè dari placuit: periculo [l] vice mutua non liberantur. Vlpianus: [m] prior* tamen [n] exemplo tutorũ conueniendus est is qui gesit. ¶ Ex eodem libro. Prædium publicũ in quinque annos, idonea cautione non exacta, curator reipublicæ locauit. Cæteris annis [o] colonus si reliqua [p] traxerit, & de fructibus prædij mercedes seruari non potuerint: [q] successor [r] qui locauit, tenebitur. Idem in vectigalibus nõ ita pridem constitutum est: scilicet vt sui temporis [s] singuli [t] periculum præstarent. ¶ In eum [u] qui administrationis [x] tempore creditoribus [y] reipublicæ nouatione facta [z] pecuniam cauit: post depositum officium actionem denegari [a] non oportet. Diuersa causa est eius qui solui constituit. similis etenim videtur [b] ei qui publicè [c] vendidit, aut locauit. ¶ Filium pro patre

*vulgò, lapis caput est Prior &c.

n *Prior tamen.* aliàs incipit lex. & fa. C. si tutor non gest. l. j. &. ij. &. C. de conue. fisc. de. l. iiij. &. s̆. de admi. tuto. l. tutores. §. in eum. &. C. quo quis ordi. con. l. j. & de admini. tuto. l. fin. Sed arg. contra. s̆. de cura. bo. dan. l. ij. §. fina. sed est ibi ratio, vt ibi dixi. Item facit quod not. s̆. ad muni. l. imperator. & facit supra de admini. tuto. l. etiam. & infra. l. vlti. §. penul.

o *Cæteris annis.* vltra quinquennium.

p *Reliqua.* id est debitor fisco esse cœpit.

q *Non potuerint.* scilicet à colono.

r *Successor.* scilicet eius qui &c. id est alius curator. & dic, tenebitur, scilicet reipu. quia approbare videtur dimittendo ei prædium: vt. s̆. ad muni. l. Titio. §. j. sed duo quæro. primo, si ante quinquenniũ finiuit suum officiũ curator qui locauit, cuius sit periculum extunc? Respon. suum, quo ad rempu. vt statim subiicit. non tamen amodo tenebitur: vt. ĭ. proxi. no. Ité quid si durauit offi. vltra quinquenniũ: cuius est periculũ eius tẽporis? Respon. huius locatoris. nam si efficitur periculum alterius per approbationẽ: multo magis remanet huius in offi. durantis.

s *Sui tẽporis.* id est suæ locationis. amodo ergo innuit facturũ idẽ. Sed quid differt locatio à vectigali? Respõ. multũ: quia altero casu transit dominiũ vtile, vel effectus: altero nõ: vt supra si ager vecti. per totum.

t *Singuli.* curatores reipublicæ.

u *In eum.* potestatẽ, vel alium officialem.

x *Administrationis.* scilicet suæ. Accur.

y *Creditoribus.* qui mutuauerunt reipub.

z *Facta.* per hoc rempub. liberauit.

a *Denegari.* creditoribus qui nouauerunt.

b *Videtur.* scilicet is qui nouauit, secundũ Azo. & sic tenetur ex omni alio contractu etiam finito officio, præterquam de constituta. sic in simplici procuratore: vt. s̆. de procu. l. procurator qui pro euic. Sed quæ est ratio in consti. secundũ eum? Respon. forte constituit ad fidẽ debiti protestandã, non animo se obligãdi: vt. s̆. de insti. l. fi. aliàs in consti: videtur idẽ quod in aliis: ar. s̆. de cõsti. pec. l. Titius. sed H. dicit finito officio magistratum nõ teneri ad instar tu. vt. C. quod fal. tu. aucto. l. j. nam hic vt tutor ex necessitate suscipit magistratũ: vt. s̆. de mu. & ho. l. si quis magistratus. & hic exponit. Similis ei videtur is qui constituit &c. & in stipulatione facta animo nouãdi, est ideo, quia eo animo fecerit. ad quod supra quod fal. tu. au. l. v. &. d. l. Titius. de consti. pecu. Vel dic tertio secundum Al. quia refert in administratione ciuitatis, vtrum spõte se obliget, an necessitate. Primo casu obligatur ipse, & non ciuitas: & deposito officio nõ liberatur: vt hic, &. d. l. procurator qui. si autem ex necessitate, tunc obligatur ipse & ciuitas: vt. s̆. si cer. pe. l. ciuitas. & in isto casu siue administrator sit cõuentus, & non sit soluendo, siue ciuitas, non liberatur alter istorũ, etiam si cum altero iudiciũ sit cœptum: sed regressum habet creditor ad alterum, altero existente non soluendo: vt ar. s̆. de his qui deie. l. iiij. & de interr. act. l. qui ex parte. non ob. eo quod dicitur. s̆. de solu. l. solutionem. quia illud est verum, cum iudicium accipiens sit soluendo. & sic intelligit Al. etiam finito offi. sed media probabilior est, & pro ea. s̆. fami. erciscun. l. qui erat. nec ob. s̆. quod iussu. l. pe. quia tenetur durante off. Vel dic etiam postea: quia nõ in vtilitatem ciuitatis iusserat. nam sic esset in tutore: vt no. s̆. de ac. emp. l. Iulianus. §. idem Iulianus.

c *Publicè.* id est reipub. nomine, curator puta.

BIU Cujas

a *Non oportet.* vt &.ſ. de mune. & hono.l. æſtimationem.§. inuitus.&.C.ne filius pro pa.l.patris.& ſic ecõtra nec pater pro filio:vt.ſ.de mune.& ho.l.iij.§.quod pater.&.l.honor.§. plebeij.

b *Conuenitur.* fideiuſſor.ad qđ.ſ.ad muni.l.Lucius.§.imperator.

c *Non potuerit.* ſic.ſ. ad mu.l.libertus.§.j.&.C. de decu.l.j.lib.x. &.ſ. de iure fiſ.l. Moſchis. ſed contra.C. de fideiuſ. l. iure noſtro. ſol.ſpeciale hic & prędictis.ll. quando apud rẽpub. pro officio. ſed in contrario apud priuatũ.Item hic pro magiſtratu: in contrario pro priuato. ſed hodie idem in priuato: vt in authen. de fideiuſ. §.j. &.ij.col.j.

curatore reipublicæ creato cauere cogi nõ oportet.[a] nec mutat quòd in eum pater emancipatum priuſquam curator conſtitueretur, partẽ bonorũ ſuorum donationis cauſa contulit. ℣ Pro magiſtratu fideiuſſor interrogatus, pignora quoq; ſpecialiter dedit. In eum caſum pignora videntur data, quo rectè conuenitur:[b] videlicet poſtquã res ab eo ſeruari nõ potuerit,[c] pro quo interceſſit.

IIII. VALENS libro ſecundo Fideicommiſſorum.

LEgatam municipio pecuniam, in aliã rem quàm defunctus voluit, conuertere citra principis auctoritatem non licet:[d] & ideo ſi vnũ opus fieri iuſſerit, quod Falcidiæ legis interuentu fieri nõ poteſt: permittitur ſummam quæ eo nomine debetur, in id quod maximè neceſſarium reipublicæ videatur, cõuertere. Si verò* plures ſummæ in plura opera legãtur: & legis Falcidiæ interuentu id quod relinquitur, omniũ operum extructioni non ſufficit: permittitur in vnum opus quod ciuitas velit erogari.[e] Sed municipio pecuniam legatã vt ex reditu eius venatio aut ſpectacula edantur, ſenatus in eas cauſas erogari vetuit:[f] & pecuniam eo[nomine] legatam, in id quod maxime neceſſarium municipibus videatur, cõferre permittitur: vt in eo munificentia eius qui legauit, inſcriptione[g] notetur.[h]

* *Flo. conuertere, ſine plu.*

d *Non licet.* vt & ſupra.l.j. niſi in caſibus: vt ibi not. Item qđ hic dicit ſine principis auctoritate: ſub. vel iuris. & ſic bene ſequitur, & ideo &c. quod enim ius permittit, & princeps permittere videtur: vt.C. de vete.iur.enucle.l.j.§.j. merito enim. & adde hic concor. quas dedi.ſ.l.j. Accurſius.

e *Erogari.* fa.ſ. ad Syl.l.iij.§.ſi cum omnes. & de reli.l.fi.&.loca.l.in naue.in fin.

f *Vetuit.* cum forte hoc ibi agere non licebat: vt.ſ. de vſufruct. lega.l.legatum.

g *Inſcriptione.* puta nomen eius cuius pecunia fit.

h *Notetur.* aliàs non teneatur:& aliàs notetur.

DEcuriones.] CASVS. Decuriones non coguntur frumentum vilius vendere quàm annona exigit, niſi in caſu quem ſpecificat in litera. Franciſcus.

i *Decuriones.* ſupra ad munici.l.non debere.

k *Quod.* ſcilicet frumentum.

l *Reficienda ſunt.* infra de ope. pub.l.pecuniam.contra.ſolu. vt ibi. Accurſius.

m *Magiſtratus. Negligentiam.* aliàs culpam, ſcilicet leuem, de qua hæredes non tenentur: vt ſupra de magiſtra. conue. l.non ſimiliter.

n *Filiusfamilias. Patrem.* & eius hæredem: excuſsis tamen prius bonis filij: vt.C. de decu.l.j.lib.x.&.ſ. famil.erciſc.l. ſi vni.§. idem ſcribit.&.§. Neratius. &.ſ. ad mu.l. quotiens. & adde quod

A ibi not. Item fa.ſ. quod iuſſu.l.j.& de pecu.l.licet.§.fi. Accurſius.

o *Abeſſet.* ſcilicet principaliter. nam & quod priuatorum intereſt principaliter, reipub. intereſt ſecundario: vt inſtitu. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.§. expedit. & tamen de eo non tenetur pater: vt.d.l.quotiens. Accurſius.

V. PAVLVS libro primo Sententiarum.

DEcuriones[i] pretio viliori frumentum quod[k] annonæ* temporalis eſt, patriæ ſuæ pręſtare nõ ſunt cogendi. ℣ Niſi ad opus nouum pecunia ſpecialiter legata ſit: vetera ex hac reficienda ſunt.[l]

VI. VLPIANVS libro primo ad Edictum prætoris.

B MAgiſtratus reipublicæ nõ dolum ſolummodo, ſed & latam negligentiam,[m] & hoc amplius etiam diligentiam debent.

VII. PAVLVS libro primo ad Edictum prætoris.

FIliusfamilias volente patre magiſtratum ſi geſſerit, Iulianus exiſtimauit in ſolidũ patrem[n] teneri in id quod eius nomine reipublicæ abeſſet.[o]

VIII. MODESTINVS libro octauo Regularum.

CAlculi[p] erroris retractatio etiam poſt decẽnij aut vicennij tempora admittetur.[q] C ſed ſi gratioſè expunctæ[q] dicẽtur, non retractabuntur.[r]

IX. PAPIRIVS IVSTVS libro ſecundo de Conſtitutionibus.

IMperatores[ſ] Antoninus & Verus reſcripſerunt, pecuniæ quę apud curatores remanſit, vſuras[t] exhibẽdas:* eius verò quæ à redemptoribus[u] operum exigi non poteſt, ſortis[x] dumtaxat periculum ad curatores pertinere. Item reſcripſerunt, operum periculum etiam ad hæredes curatorum[y] pertinere. Item reſcripſerunt, agros

* *Flo. exigendas*

P *Calculi. Admittetur.* etiam vſque ad.xxx. annos quando per errorem. ſed quãdo per gratiam quam fecit curator reipub. alicui adminiſtratori: tũc nõ retractatur vltra.x. vel xx. an. vt.ſ. de di. & tẽpo. pręſcrip.l.in omnibus.§.j. non autem audeas dicere, q̃ primo caſu vſque ad.x. vel.xx. annum, ſecundo nullo modo reuocẽtur: quia eſſet cõtra.l.C. de trãſact. præſes. &.j. titu.iij. l.iiij. &.ſ. de pac.l. imperatores. Et facit.C. de erro.cal. in caſu tamen vſq; ad. xv. annũ: vt.C. de ope.pub.l. omnes quibus. Accur.

* *Flo. annona*

q *Expũctæ.* hoc expone vt.j. de verbo. ſigni. l. cognoſcere.§.j. & de re militari.l. ex cauſa.

r *Retractabuntur.* vltra.x. vel.xx. annos.

IMperatores.] CASVS. Pecunia publica quæ remãſit penes curatorẽ reipublicæ, tenetur ad eã & ad eius vſuras: in ea verò ſteri. caſu quę remanſit penes redemptorem operũ, qui redẽptor nõ eſt ſoluẽdo, curator tenetur ad eam tantũ: non ad eius vſurã. Item periculum operũ publicorũ quæ locauit curator reipu. ſpectat etiã ad hæredẽ curatoris. Itẽ curator debet reuocare agros reip. poſſeſſos etiam à bonæ fidei emptorib⁹. Itẽ opera publica non ſunt locanda ſine cautione. Itẽ ſi curator in diſtrahendis rebus publicis male ſe habuit: ſi quidem dolo, in duplũ D tenetur reipub. & non eius hæres. ſi negligentia: in ſimplum tenetur. Item pecuniam ad annonam deſtinatam, diſtractis rebus curator debet exigere. Item ſi tonę qui non ſeguiter ſuum officiũ geſſerunt: indemnes conſeruari debent. & expone vt in glo. Item curator kalẽdarij non debet eauere: cũ à prẽſide ex inquiſi. eligatur. Item vnus curator tenetur pro alio, ſi videns eum male gerere, non petiit eum remoueri. Item curator tenetur reipublicæ, ſi nomina debitorum reipublicæ facta ſunt deteriora tempore curationis ſuę: ſecus ſi prius facta erant deteriora. Item magiſtratus qui tenuit pecuniam publicam penes ſe tempore magiſtratus, & poſt magno tempore: tenetur eã reddere, & eius vſuras. & hoc dicit hæc.l. vſque ad finem tit. Fran. Accur.

ſ *Imperatores.* hæc lex vndecies, ſed.ſ. ad municip.l. fin. ſepties, in.l. fina. de decur. quater habet verbum, reſcripſerunt.

t *Vſuras.* ſemiſſes: vt not.ſ. eo.l.ij.§.ſi indemnitas.

u *A redemptoribus.* quibus curator dederat opera facienda: vt.ſ. de rei vindi.l. redemptores.&.j. titu.iij.l.ij.§.j.

x *Sortis.* quamuis ex contractu cõueniatur: per quod videbatur etiam in vſuris teneri: vt.ſ. ad muni.l. Lucius.§.j. & hoc niſi in ea commiſerit fraudem: vt.ſ. de vſur.l. cum quidam.§. eos qui. Acc.

y *Curatorum.* reipublicæ, qui locauerunt opera facienda.

reipublicæ retrahere [a] curatorē ciuitatis debere, licet à bona fide emptoribus possideantur: cum possint ad auctores suos recurrere. ¶ Idem eodem libro. Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, operum exactionem [b] sine cautione non oportere committi. [c] Item rescripserunt, curatores si negligēter in distrahendis bonis se gesserint, in simplū teneri: si per fraudem, [teneri] in duplum: nec ad hæredes eorum pœnā [d] descendere. Item rescripserunt, pecuniam ad annonam [e] destinatam, distractis rebus [f] curatorē exigere debere. Item rescripserūt, sitonas [g] † indemnes esse oportere, qui nō segniter officio suo functi sunt: secundum literas Hadriani. Item rescripserunt, à curatore kalendarij [h] cautionem exigi non debere, cum à præside [i] ex inquisitione eligatur. Item rescripserunt, curatorem etiam nomine collegæ teneri, si interuenire & prohibere eum potuit. [k] Item rescripserunt, nominum quæ deteriora facta sunt tempore curationis, * periculum ad ipsum pertinere. quæ * verò antequam curator fieret, idonea non erant: æquum videri, periculum ad eum non pertinere. [l] ¶ Idem libro eodē. Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt: eum qui pecuniam publicam magistratus sui tempore, & pòst non pauco tēpore detinuerat, vsuras etiam præstare debere: nisi si quid allegare possit qua ex causa tardius intulisset. [m]

DE DECRETIS AB ORdine faciendis.

TITVLVS IX.

1. VLPIANVS libro tertio Opinionum.

MEdicorū intra numerum [n] præfinitum constituēdorum arbitrium nō præsidi prouinciæ [o] cōmissum est, sed ordini & possessoribus ciuitatis: vt certi de probitate morum, & peritia artis, eligant [p] ipsi quibus se liberósque suos in ægritudine corporum committant.

11. MARCIANVS libro primo Publicorum.

ILla decreta quæ nō legitimo numero decurionū coacto [q] facta sunt, non valent.

111. VLPIANVS libro tertio de Appellationibus.

LEge autem municipali cauetur, vt ordo nō aliter habeatur, quàm duabus [r] partibus adhibitis.

1111. IDEM libro singulari de Officio curatoris reipublicę.

AMbitiosa [s] decreta decurionum rescindi [t] debent, siue aliquem debitorem dimiserūt, siue largiti sunt. Proinde (vt solent) siue decreuerint de publico alicui * vel prædia, vel ædes, vel certam quātitatem præstari: nihil valebit huiusmodi decretum. Sed & si salariū alicui decuriones decreuerint, decretū id nonnūquam [u] vllius erit momenti: vtputa si ob liberalē artem fuerit constitutum, vel ob medicinam. ob has enim causas licet constitui salaria. [x]

V. CALLISTRATVS libro secundo de Cognitionibus.

QVod semel ordo decreuit: non oportere id rescindi diuus Hadrianus Nicomedensibus rescripsit, nisi ex causa: id est si ad publicam [y] vtilitatem respiciat rescisio prioris decreti.

VI. SCAEVOLA libro primo Digestorum.

MVnicipali * lege ita cautū erat: † Ἐάν τις ἔξω τῶν συνεδρίου δικάσηται, ἢ τῶν συνεδρίου εἰργέσθω, καὶ πεντακοσιονταπλάσιον τῶν δράχμας χιλίας. † [id est, Si qs extra collegiū iudicio experiri voluerit, ipso collegio prohibeatur, & soluat drachmas mille.] Quæsitum est, an pœnam sustinere debeat, qui ignorans † aduersus decretum fecit. Respondit & huiusmodi pœ-

A riis cog. l. j. §. j. & ij. & l. medicus. Accursius.

q *Illa decreta. Coacto.* id est coadunato. & est legitimus: vt infra proxi. & sic. C. de ap. nominationes. & de sen. l. prolatam. & C. quomodo & quando iu. ab eo. Item sume à contrario: si est legitimus, ergo valet: vt. C. de admi. tu. l. sancimus. & C. de adulte. l. Gracchus

r *Ege. Duabus.* ad minus. cæterum & si duæ partes nō adsunt, potest inter ipsas numerari quam ipsi decreuerint: vt supra qđ cuiusque vniuer. l. nulli. & l. plane. & facit. s. ad muni. l. quod maior. cum concor. & . C. de decu. l. nominatiões. & in authen. de sanc. epi. §. iubemus igitur.

s *Ambitiosa.* [a] qui largitur, ambit honorem: vt. C. si cer. pe. l. quisquis. & fac. s. de mino. l. denique. in prin. & supra de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus.

t *Rescindi.* ergo tenent: vt. s. de iniu. testamen. l. nam & si. & sic est argu. contra. s. quæ sen. si. appella. l. j. §. ité cum contra sacras. sol. ibi sententia, hic decretum. immo expresse cō tra ibi, hic vero nō decreuerunt donationem valere: sed donauit. tenet ergo hic: sed potest rescindi: vt. C. de pac. l. pactum cum. & . s. de pact. l. imperatores. & C. de transac. l. præses. Item & ab eo vel eis qui remiserunt, posset extorqueri: vt. C. de anno. & trib. l. ij. lib. x. ité contra. s. titu. j. l. calculi. in fi. sol. vt ibi. ité & arbitrium ambitiosum tenet, licet retractetur: vt. C. de arbi. l. iij. §. tametsi. & C. de arbi. l. arbitrorum.

u *Nonnunquam.* sed multotiens.

x *Salaria.* magistris & medicis: vt &. C. de decu. l. j. lib. x. item & in alio: vt. s. de decu. l. decurionibus.

y *Qvod semel. Ad publicam.* exemplum est. s. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. reprobari. cum concor. sed videtur quòd etiā sine causa: vt supra qđ cuiusq. vni. l. item. §. q si actor. qui est contra: vt sit causa sola voluntas: vt & aliàs. s. de pœ. l. iiij. in fi. & de procu. l. is cuius. sed dico speciale ibi. s. in. l. ité. s. quod cuiusq. vni. no. quia nulli [9] interest reuocari actorē ante lit. cōtes. secus si post: vt ea. l. §. ex his. ité pro hoc q̄ sine causa non possit mutari: vt. s. de decu. l. pen. in fi. & C. ne fiscus rem quā ven. l. j. & ij. lib. x. & C. sen. rescin. nō pos. l. j. & C. de sentē. aduer. fiscum. l. j. in interlocutione secus: vt supra de re iudi. l. quod iussit. & de arbi. l. diem. §. fi.

Municipali.

a *Ambitiosa decreta quæ dicantur, pulchrè Bud. s. de vsur. l. si bene collata.*

* *Flo. alicuius*

* *Flo. municipii*
† *Vide Alli. dispū. 2. cap. 18.*
†. *i. Si quis extra ordinē decurionū iudicauerit, & ipso ordine moneatur: & insuper mille drachmas persoluat.*
† *Ad hoc & simili cōcor. quod no. in c. si soli. per archidi. ibi de conces. præbē. li. 6. tex. in c. vt animarum. de consti. in 6.*

a *Retrahere.* id est vindicare rei vindi. nomine ciuitatis: vt. s. qđ cuiusque vniuer. l. fina.

b *Exactionem.* id est locationem operis postea exigendi. vel. i. commissionem operum exigendorum.

c *Committi.* vt & supra. l. curatoris. §. prædium. & C. de fundis pa. l. quicunque. lib. xj. & de lo. prædi. ciui. l. j. lib. xj.

d *Pœnam.* ratiõe pœnæ. sed in simplum tenētur: vt supra ea. l. §. j.

e *Pecuniam ad annonam.* scilicet emendam.

f *Distractis rebus.* suis comparatorib⁹ perpetua possidendi firmitate data: vt. C. de cap. & dis. pig. tribu. l. j. & ij. lib. x.

g *Rescripserunt, sitonas.* Sitonia, munus publicum. vnde sitonæ, qui id munus gerunt. ad quod supra de va. mu. l. sextum. Alij habent, annonas indemnes. & tunc pro præfecto annonæ ponunt. Alij annonæ indem. oportere. sub. præfectis eius rescripserunt imperatores.

h *A cura. kalendarii.* quid sit, dic vt. s. de leg. iij. qui filium. Ac.

i *Cum à præside.* bona ratio: vt institu. de satisda. tu. & sic no. quòd curator reip. eum non eligit, sed præses prouinciæ: quia maius periculum posset inferre circa pecuniam, quàm circa alias res. Ac.

k *Nō potuit.* hoc habet locum etiam diuisa à iudice administratione: aliàs si non esset diuisa, etiam si potuit prohibere, tenetur nomine collegę: vt not. s. ad municip. l. imperator. &. fa. supra. l. ij. §. ius reip. & l. ij. in princi. & supra de admi. tuto. l. etiam. item fa. C. de appel. l. quoniam. & C. de diui. tu. l. ij. §. j. & de vsu. pu. l. ij. Ac.

l *Non pertinere.* nisi ipse nomen probauit: vt supra ad muni. l. Titio. §. j. & facit. s. arbi. tute. l. ij. & de admini. tuto. l. debitoribus. * & si certum pe. l. periculum.

m *Intulisset.* aliàs inutilis esset. i. inutiliter & vacua exiterit apud se. & fac. s. eo. l. ij. in prin. & de vsu. l. cum quidā. §. eos. Accursius.

* *Flo. curatoris*
* *Flo. quia*
* *qui nominibus.*

DE DECRETIS ab ordine faciendis.

n *Medicorum. Numerum.* qui est. v. in minore. vij. in ciuitate maiori: vt supra de excusa. tuto. l. si duas. §. j.

o *Prouinciæ.* arg. cōtra. C. de episco. & cle. l. parabolani. solu. ibi de episcopo in Alexandria ciuitate.

p *Eligant.* & electi poterunt reprobari: vt supra de mune. & hono. l. vt gradatim. §. reprobari. cum concor. & fa. infra de va-

BIU Cujas

a *Municipali. Scientes.* aduersus ignorãtes minime: vt argu. C. de testa. l. iubemus. in fi. & in authẽ. vt fac. no. cõ. in prin. & ẽ. ad Syl. l. si quis in graui. §. si quis. & ẽ. loca. si ignorans. licet fit contra. ẽ. ad leg. Cor. de fal. l. diuus. ij. respon. nisi ei possit imputari cur nesciuit: vt. ẽ. de inst. i. l. sed & si. §. prescribere. & de iur. & fac. igno. l. regula. §. j. & ẽ. de pub. l. fin. §. licet. quæ sunt ar. cõtra. alioquin punitur ignorãs: quippe publice positum [a] ignorare non licet: vt dictis. ff. &. C. de legi. & constit. l. leges. &. C. de iur. & fa. igno. l. constitutiones.

b *Paratas.* aliàs paratas esse: aliàs pariat, scilicet decretum.

DE OPERIBVS publicis.

Curator.] CASVS. Titius electus in curatore operum, cœpit se excusare: & nõ potuit: & decesit postea. dicitur q̃ p̃ tempore quo cessauit in vita sua, tenetur ipse & hæredes eius: sed pro tempore q̃d cucurrit post mortem suam, non tenẽtur eius hæredes. Secundo dicit. quidã in vno munere constitutus electꝰ est ad curam aquæductus: & eam suscepit: & volebat primum munꝰ recusare. dicitur q̃ nõ auditur. secundũ enim munus recusare potuit. Franciscus.

c *Perferenda.* voluit enim se excusare, sed nõ potuit. vnde pro tẽpore quo cessauit, etiã durante causa excusatoria tenetur, & eius hæredes: vt & supra, si tutor vel curator appel. l. j. hic autem quia cessauit post repulsam, multo magis: vt & supra ad muni. l. Lucius. & facit. C. eo. l. j. & l. ad portus. Accursius.

d *Quandò.* id est quia.

e *Oportuisset.* quod est verũ regulariter: vt & supra de vacatione mune. l. fina. §. j.

f *Antè probabilius.* non facit comparationem. nam non conceditur ei modo: vt &. ẽ. de decu. l. penul. §. fina. &. ẽ. de vaca. mune. l. pe. §. fi. & fac. ẽ. de pœ. l. si quis forte.

Vi liberalitate.] CASVS. Quidam concesit fructus agrorum suorum ad opera pub. perficienda: & vult quòd nomẽ suum inscribatur in illo opere quod ipse fecerit fieri. dicitur quòd auditur: & prẽses prouinciæ debet procurare quòd nomen illius non eradatur. & aliud ponatur. & hoc dicit prin. l. cum fi. l. In medio dicit, quòd redemptores operum habent facere cum curatoribus: & curatores habent facere cum republica. Franciscus Accursius.

g *Qui liberalitate.* ad opera publica aliqua.

h *Si qua.* opera. & facit. j. proxi. §.

i *Negotium.* i. contractũ. sic ponitur insti. quod cũ eo. in rubri.

k *Præstituit.* qui. ẽ. appellantur curatores.

l *Ciuium.* aliàs ciuilium, id est curialiũ: aliàs ciuium. & hęc planior. & fa. C. de bo. quæ lib. l. ij. cum concor. Item fa. ẽ. in princ. huius. l. &. j. l. proxi. in fi. & l. fi. in fi.

Opus.] CASVS. In prima & secunda parte legis dic casum vt in glo. quæ incipit, refert &c. in fine dicit q̃ in opere publico nõ debet inscribi nomen alicuius nisi principis, aut nomen eius cuius pecunia illud opus factum sit: non autem nomen præsidis. & hoc dicit hæc. l. & seq. Franciscus

m *Nouum.* refert si facio opus in publico: quia aut mea pecunia: & possum sine auctoritate principis, præterquam &c. vt hic. aut publica pecunia: & tunc non sine auctoritate principis: vt infra. l. proxi. R. sed quomodo licet facere in publico alicui priuato, cum interdicta sint contra: vt supra ne quid in loco pub. l. j. &. ij. & nuntiatio sit: vt. ẽ. de ope. noui. nun. l. j. §. nuntiatio? Respon. ibi vt ius haberet, hic volens donare publico: & erit vtile reipu. vel necessarium opus. Itẽ quid si in meo priuato? Respon. quidã quòd possum, etiam ád æmulationem: quia in suo potest quilibet facere quod vult: vt. C. de ædifi. priua. l. per prouinciam. & de ser. vrb. prę. l. imperatores. &. l. cum eo. &. C. de reli. l. statuas. nisi in alienum aliquid immittatur: vt supra de dã. infe. l. fluminum. in fi. & de aqua plu. ar. l. j. §. iidẽ aiũt. & §. denique. &. §. itẽ sciẽdum. &. ẽ. si ser. vin. sicuti. §. Aristo. Sed potest dici & in priuato non licere: per. l. istam, quã exponas opus nouũ, in pub. scilicet vel priuato. & quia publica vtilitas præferenda est priuatæ: vt supra p̃ socio. l. actione. §. Labeo. & secundum hoc intelligas di. l. per prouinciam. Item si opus necessarium est publico, & facio in eodẽ de meo: cur non licet si ad æmulationẽ pertinet? Respon. imò licet: sed cum auctoritate principis.

n *Amphitheatrum sit.* puta aliqua tumba. & semper dic ad æmulationem.

o *Publico.* forsan sũptu ciuitatis Romanæ: q̃ p̃prie dicit publica: vt. j. de verb. signi. l eũ q̃ vectigal. &. l. bona. si vero sũptu alterius ciuitatis, bene licet. & sic licet vniuersitati facere muros municipij: nõ aũt alicui priuato: vt no. ẽ. de re. diui. l. antep. §. muros.

p *Constitutionibus.* C. eo. l. nemo. & l. intra. &. j. eo. l. de operibus.

q *Non licet.* vt & supra. l. proxi. in fine. & continua legem sequentem.

Si legatum.] CASVS. Legata pecunia ad opus publicum, si nõ soluatur: quæritur ex quo tempore vsuræ currant, & quantæ currant? & si quidẽ dicas, nõ fuit appositũ à testante intra quod statuæ vel imagines ponantur, statuendum est tempus à præside prouinciæ: intra quod si hæredes non fecerint, tenentur ad leues vsuras, scilicet trientes. & hoc intra sex menses: postea currunt semisses. si vero dies sit positus à testatore, & intra diem non fecerunt: ex tunc ad semisses tenentur. Item præses prouinciæ curare debet fines publicos à priuatis separare, & publicos reditus augere: & si qua loca publica inuenerit occupata à priuatis: vel ea recuperet, vel dimittat penes possessorem, & exigat vectigal à possessore. Franciscus Accursius.

r *Ad opus.* quod vsque ad perfectionem intelligitur: vt. j. de verbo. signifi. l. rei appellatio. §. opere.

s *Leuiores.* id est trientes.

t *Semisses.* imò videntur semper leuiores: vt supra de vsu. l. cum quidam

a Ista. glo. est sing. ad hoc no. quòd nõ est tolerabilis ignorãtia illius q̃d publicè notũ est. p̃ quo etiam facit tex. cũ sua glo. ff. l. si tutor. C. de peri. tu. & volens iurare contra, non debet audiri. glos. est no. in. c. nulli. de elect. li. 6. Bolog.

** Flo. vtrisque*

DE OPERIBVS publicis.

TITVLVS X.

I. VLPIANVS libro secundo Opinionum.

CVrator operũ creatus, p̃scriptione motus ab excusatione perferenda, [c] sicuti cessationis nomine in qua quoad viuit moratus est, hæredes suos obligatos reliquit: ita temporis quod post mortem eius cessit, nullo onere eos obstrinxit. Curam operis aquęduct', in alio iam munere constitutus, postea susceperat. præposterè visus est petere exonerari priore munere, vtrique * iam implicitus: quandò [d] si alterũ tantũ sustinere eum oportuisset, [e] antè probabilius [f] impetrasset propter prius munus à sequẽti excusationem.

II. IDEM libro tertio Opinionum.

QVi liberalitate, [g] nõ necessitate debiti, reditus suos interim ad opera finiẽda concesit: munificentiæ suæ fructum de inscriptione nominis sui operibus si qua [h] fecerit, capere per inuidiam nõ prohibẽtur. Curatores operum cũ redemptoribus negotium [i] habent: respublica autem cum his quos efficiendo operi præstituit. [k] quatenus ergo, & quis, & cui obstrict' est, æstimatio prę-

A

B

C

D

sidis ꝓuinciæ est. Ne eius nomine, cuius liberalitate op' extructum est, eraso, aliorum nomina inscribantur, & propterea reuocentur smiles ciuiũ [l] in patrias liberalitates: præses prouinciæ auctoritatem suam interponat.

III. MACER libro secundo de Officio præsidis.

OPus nouum [m] priuato etiã sine principis auctoritate facere licet: præterquã si ad æmulationem alterius ciuitatis p̃tineat, vel materiam seditionis præbeat, vel circum theatrum vel amphitheatrũ fit. [n] Publico [o] verò sumptu opus nouum sine principis auctoritate fieri non licere, constitutionibus [p] declaratur. Inscribi aũtẽ nomẽ operi publico alteri' quàm principis, aut eius cuius pecunia id opus factum sit, non licet. [q]

IIII. MODESTINVS libro vndecimo Pandectarum.

NEc prẽsidis quidem nomẽ licebit superscribere.

V. VLPIANVS libro singulari de Officio curatoris reip.

SI legatum vel fideicommissum fuerit ad opus [r] relictũ: vsuræ quæ & quando incipiant deberi, rescripto diui Pij ita cõtinetur: Siquidem dies non sit ab his qui statuas vel imagines ponẽdas legauerunt, prefinitus: à præside prouinciæ tẽpus statuendum est: & nisi posuerint hæredes, vsuras leuiores [s] intra sex menses: si minus, semisses [t]

quidam.§.fin.sol.hic non posuit præses tempus & dices ita,nisi posuerint hæredes.scum nec testator nec præses posuerunt diem vsuris &c.pro quo est.C.vt in pos.le.l. certa forma. quod non placet:quia sic iam deberentur in primis sex mensibus. quod est contra legem.ff.de vsu.l.liberalitatis.in prin.vnde dic quòd hæc illam determinat hoc modo,nisi posuerit hæredes:scilicet intra diē positum à præside prę-stant leuiores intra sex menses: vt hic,& ibi: sed postea maiores,vt hic,& de hoc nihil ibi. Item facit.j.tit.ij.l.j.in prin.sed contra.ff.de vsu.l. liberalitatis. solu. vt ibi.

a *Datus est.* ab his qui legauerunt.

b *Deponant.* hæredes.

c *Dixerunt.* nec tamē deponunt.

d *Pendant.* cū deposuerint ante diē. & dic protinus .s. die elapso. nec cōsignando & deponendo īpeditur cursus:cū facere,nō soluere debet:vt.C. de mu. & ho.l. æstimationem. aliàs secus: vt.C.de vsur.l.acceptam.

e *Non oportet.* vt.ff.tit. ij.l. imperator .§.ij. & C.de ser.fugi.l.mancipia.& ar.in auth.de ali. & emphy.§. quoniam. Accursius.

f *Æstimare.* id est deliberare. quæ deliberatio est in hoc,vt si publico nocet, destruat. aliàs salariū imponat: vt.ff.ne quid in loc.pu. l.ij.§. si quis nemine.& C.de diuer.præscrip.l. j.lib.xj.

g *Satius sit.* id est melius est.

De operibus.] CASVS. Si præses prouincię aditur ab aliquo priuato occasióe operum quæ in muris vel portis ciuitatis fiūt: de hoc præses cōsulat principem. Franciscus Ac.

h *Vel in reb⁹.* vt in viis pu.& in sanctis religiosisque rebus. nam hæc publica dici possūt: quia ius publicum in sacris cōsistit:vt.ff.de iusti. & iur.l.j.§.ij.Ac.

i *Extruantur.* scilicet de nouo.& semper dic, sumptu publico:vt.ff.e. l. opus. quæ est aliàs contra. Accursius.

k *Debere.* qui æstimabit an locari vel destrui debeant,propter pericula:vt.ff.l.proxi.&.ff.ne quid in loco sa.fiat.l.fina.Ac.

Pecuniam.] CASVS. Pecunia legata in opera noua facienda,potius expendi debet circa opera vetera reficienda,quàm circa noua facienda:si plura opera sint publica,nec adsit pecunia aliunde ad reficiendum.Item si opus ab alio factum aliquis vult adornare marmoribus,& vult q̄ nomē suū in opere inscribatur: dicitur q̄ debet audiri.Ité si priuatus aliquid de suo expendit in opere quod sit de publica pecunia:debet inscribi in opere,qualiter talis tantā pecuniam dedit ad opus illud faciendum.Fran.

l *Quæ sunt.* scilicet inchoanda:quæ & noua dici possunt:& fa. supra titu.ij.l.j.&.l.legatum.&.C.eo.l.fi.& in auth. vt nullus fabri.ora.do.§.j.coll.v.

m *Operum.* ex his verbis colligi potest contrarietatis determinatio.Respon.sic.ff.titu.ij.l.decuriones.§.j.

n *Quoquo modo.* id est aliquo modo.

o *Fecissent.* prius.

) vsuras reipublicæ pendant. Si) vero dies datus est:[a] pecuniam) deponant[b] intra diem. Si autem) nō inuenire se statuas dixerint,[c]) aut[de]loco controuersiam fe-) cerint: semisses protinus pen-) dant.[d] ¶Fines publicos à priuatis detineri nō oportet.[e] curabit igitur præses prouinciæ, si qui publici sunt,à priuatis separare,& publicos potius reditus augere. si qua loca publica vel ædificia in vsus priuatorum inuenerit: æstimare[f] vtrúmne vindicāda in publicum sint,an vectigal eis satius sit[g] imponi:& id quod vtilius esse reipublicæ intellexerit,sequi.

VI. MODESTINVS libro vndecimo Pandectarum.

DE operibus quæ in muris vel portis,vel[in]reb⁹[h] publicis fiunt,aut si muri extruantur:[i] diuus Marcus rescripsit p̄sidem aditum consulere principem debere.[k]

VII. CALLISTRATVS libro secundo de Cognitionibus.

PEcuniā quæ in opera noua legata est,potius in tutelam eorum operum quę sunt,[l] conuertendam,quàm ad inchoandū opus erogandā diuus Pius rescripsit : scilicet si satis operum[m] ciuitas habeat,& non facilè ad reficiēda ea pecunia inueniatur. ¶Si quis opus ab alio factum,adornare marmoribus, vel alio[quoquo]modo[n] ex voluntate populi facturum se pollicitus sit,nominis proprij titulo scribendo, manētibus priorum titulis qui ea opera fecissent,[o] id fieri debere senat⁹ cēsuit. Quòd si priuati in opera quæ publica pecunia fiant,aliquam de suo adiecerint summā: ita titulo inscriptionis vti eos debere iisdem mandatis cauetur,vt quantam summam contulerint in id opus,inscribant.*

DE NVNDINIS.
TITVLVS XI.

I. MODESTINVS libro tertio Regularum.

NVndinis impetratis à principe,[p] nō vtendo qui meruit, decēnij tempore [q] vsum amittit.

II. CALLISTRATVS libro tertio de Cognitionibus.

SI quis[r] ipsos cultores agrorum, vel piscatores deferre vtensilia[f] in ciuitatem iusserit, vt ipsi ea distrahant,[t] destituetur annonæ præbitio,cum auocentur ab opere rustici:qui[u] cōfestim vbi detulerint mercem, tradere[x] eā,& ad opera sua reuerti debeant. Denique summę prudentiæ & auctoritatis apud Græcos Plato, cum institueret quemadmodū ciuitas bene [&] beatè habitari posit,in primis istos negotiatores necessarios duxit.† Sic enim libro secundo πολιτείας ait, Δεῖ γὰρ πλειόναν ἄρα γεωργῶντε καὶ τ' ἄλλα δημιουργῶν, καὶ [δὴ καὶ] τῶν ἄλλαν διακόναν, τῶν γε εἰσαγόντα καὶ ἐξαγόντων ἕκασα. ὅιτοι δὲ εἰσὶν ἔμποροι. κομίσας δὲ ὁ γεωργὸς εἰς τὼ ἀγορά ν, ὧν ποιεῖ, ἢ ὃς ἄλλος τ δημιουργῶν, [ἐὰν] μὴ εἰς ἀὐτὸν χρόνον ἦ ἢ τοῖς δεομένοις τὰ παρ' ἀὐτοῦ ἀνταλλάξασθαι, ἀργήσει ἂν ἀὐτοῦ δημιουργίας καθήμενος α[τὴ]ν ἀγορᾷ; οὐδαμῶς ἦν δ' ὅς, ἀλλ' εἰσὶν οἱ τῶν ὁρῶντες, ἑαυτοὺς ὠδὶ τὼ διακονίαν τάττοντα ταύτην. †[id est, Indiget enim ciuitas pluribus vtique rusticis,& aliis conductoribus, & aliis[y] ministrātib⁹ inuehētib⁹ [z] & euehētibus [a] singula. hi autē sunt negotiatores.[b] afferēs autē

p *A principe.* id est vt liceat habere generale forum in sua possessione,vel villa,vel castro.

q *Tempore.* C. de diuer. re.l. falso. contra. sol.qui impetrat nūdinas,in prejudiciū vniuersorū facit:vnde breuiore tempore priuilegium amittitur:[a] aliud si in præiudiciū singularis personæ priuilegium detur, quia tunc perenne est : vt ibi.vel hic ad faciēdum: ibi ad agendum vel excipiēdū.& est ratio vt prædixi.est enim præiudicium alij,quia per hoc quādam eminentiā & vtilitatē habet:per qđ subtrahitur aliis.& hac ratione nullum conuenit de venientibus illuc:vt.C.eo.l.j.

r *Si quis.* scilicet magistratus.

f *Vtensilia.* i.frumentum,& gallinas,& pisces,& similia quib⁹ homines vtunt.sed alij dicūt instrumēta:vt aratrum:cū ex causa sit eis inhibitū:vt ar.ff.de pœnis.l.moris.§. sunt autē.prima placet.Ac.

t *Distrahant.* ad qđ vtique compellendi non sunt.satis est enim si in vrbem ferant.P.

u *Qui.* rustici scilicet.

x *Tradere.* aliàs tradere,scilicet alicui officiali ad hoc quòd remaneat venditurus:vt in Græco postea dicitur.aliàs distrahere, scilicet totum simul.& sic non cogitur minutatim vendere. sed contra seruatur Bono.in Tricolis circa fructus,vt vsque ad certam horam non emant,& sic per consequens rustici vendant minutatim.

y *Et aliis.* vt cerdonibus,& pelliparijs,& fabris.P.

z *Inuehentibus.* ad vrbem.

a *Euehentibus.* ab vrbe.

b *Negotiatores.* scilicet quibus eget vrbs.

DE NVNDINIS.

Nvndinis.] CASVS. Titius impetrauit à principe vt liceat sibi facere nundinas in suis possessionib⁹.per decēniū stetit q̄ non vtitur isto rescripto. dicitur q̄ amisit istud priuilegiū. Ité magistratus nō debet cogere rusticos vt veniāt ad ciuitatē cum gallinis vel cū piscib⁹ & vendāt ciuibus minutatim:cū per hęc rustici relinquerēt agros incultos,& sic annonæ prębitio destitueretur: sed cōfestim debent venire & vēdere ea summatim:& reuerti ad agros.& h.d.hęc.l.& ff. Franciscus Accursius.

Flo.scribant

† *Vide Al. li.dis.4.c. 8.& Bud. hic.*

a Puta decēnio: vt in hac.l.& in l.fi.& ibi p Barto.ff. de cōsti. princ. & aliqnid in auth. vt nō fiat pig. in prin.col. la.5.

† *i.Plurib⁹ sanè,nō agricolis tan tū,sed etiā opificibus opus est:adhoc aliis quoque ministris, tum qui imporcēt singula, tum qui exportent. Hi vero mercatores sunt. At vero agricola siquid eorum quæ effīgit, aut quis alius opificū in forū defert:nisi eodē tempore adueniat, quo alii eius rei indigētia ducti cū eo cōtrahāt: neglectō nadomi artificio,iners in foro desidebit? Minime,inquit is, sed sunt, qui cū hoc videāt,huic se ministerio submittant.*

BIU Cujas

a *Agricola.* id est non sessurus in foro vt distrahat. P.
b *Permutare.* id est cum venerit, nō statim inueniet emptorem, vel eum cum quo permutet.
c *Vacabit.* id est ociosè sebebit.
d *Nequaquam.* subau. respon.
e *Hæc.* id est vtensilia ab agricola allata qui emant, & postea ociosè vendant: quales sunt Tricoli. vel dic q̄ aliqui officiales erant deputati qui res rusticorum accipiant & ociosè vendant, & rustici ad opera redeāt: qđ est verius, licet nō seruetur. Accursius.

DE POLLICITATIONIBUS.

I pollicitus.] CASVS. Qui pollicitus est opus se facturum reip. vel pecuniam ob hoc dare: si non fuit in mora, non tenetur ad vsuras: aliàs sic. Itē qui pollicetur se certum quid daturū reipubli. ob honorem decretum ei vel decernēdum, vel ob aliam iustam causam: tenetur: aliàs si sine causa promisit, non tenetur: vt si promisit opus se facturum reipub. nō tenetur nisi cœpisset facere: nam postea tenetur: & qualiter cœpisse dicatur, dat exempla in litera. Item facto opere, & assignato reip. si postea aliquo casu destruatur, non tenetur qui fieri fecerat. Itē qui vouet rem aliquā, obligatur: non autem obligatur res quæ vouetur: & quis obligetur ex voto, dicit. Item qui vouet decimā bonorum, tenetur: non autē decima dicitur exire de bonis eius nisi fuerit separata de bonis eius: & si decesit prius, hæredes eius tenentur ex voto defuncti. postea dicit quid sit pactum, & quid sit pollicitatio. Item qui non ob honorem promiserit reipu. opus se facturum: si cœpit, tenetur adimplere. Item qui ex pollicit. tradidit rem municipibus, non potest eam vindicare: immo & si municipes desinant eam possidere, vindicabunt. & hoc dicit hæc. l. cum duabus seq. Franciscus.

f *Non conuenietur.* cum non sit in mora.
g *Vsuræ accedunt.* etiam sine stipulatione. & sic est contra. C. de vsu. l. ij. solu. hic speciale: vt arg. ff. de vsu. l. etiam. item contra. ff. de vsu. l. liberalitatis. solu. ibi non erat in mora. Item contra. ff. de dona. l. eum. sol. hic speciale in dona. reip. facta. & facit. ff. tit. ij. l. si legatum.
h *Promiserit.* per stipulationem, magistratui puta. vel dic, promiserit, id est pollicitus fuerit: vt statim innuit.
i *Decretum.* id est datum iam ab ordine, vel dandum.
k *Iustam causam.* scilicet similem si qua potest reperiri: vt infra eodem. l. propter. & l. ob causam. & supra de dona. l. hoc iure. in principio. & quod dicit, tenebitur: dic ex stipulatu, si interuenit promissio per stipulationem. aliàs si pollicitatio, id est solius offerentis promissio: tunc in factum actio: vt. j. eo. l. pactum. sed nonne ob honorem promittens incidit in legem Iuliam ambitus? Respon. non: vt no. ff. de offic. præto. l. Barbarius. Item videtur non teneri etiam si incepit soluere: vt supra de mu. & ho. l. æstimationem. §. j. sol. hic causa honoris suæ personæ promisit: ibi causa alieni. sed in opere non distinguitur: vt infra eo. titu. l. toties. §. j. & facit. C. de ratio. pu. l. j. §. quod vero. & de neg. gest. quæ vtiliter. & de admi. tut. l. Lucius. §. j. & in auth. de san. episc. §. pro consuetudinibus. Accursius.

HOminis[x] appellatione † tã fœminã quàm masculum contineri non dubitatur.

CLIII. TERENTIVS CLEMENS libro vndecimo ad legem Iuliam & Papiam.

INtelligendus est mortis tempore fuisse,[y] qui in vtero relictus est.

CLIIII. MACER libro primo ad legem viceſimam.

MIlle passus[z] nõ à miliario† vrbis,sed à cõtinentibus[a] ædificiis numerandi sunt.

CLV. LICINNIVS RVFINVS libro septimo Regularum.

PRoximi[b] appellatione etiã ille cõtinetur,qui solus est.

CLVI. IDEM libro decimo Regularum.

MAiore parte[c] anni posse-disse quis intelligitur, etiã si duobus mensibus possederit, si modò aduersarius eius aut paucioribus diebus, aut nullis possederit.

CLVII. AELIVS GALLVS libro primo de verborum,quæ ad ius pertinent,significatione.

PAries est, siue murus[d] siue maceria est.Item via est,siue

A & iũge.l.sequẽ.cũ ista.ecõtra quãdoq; singularis oratio plura significat:vt.j.e.l.ĩ vsu.& fa.ff.de li.& posth.l. Titi° ĩ prĩ.

r *Am. Non possumus.* vt quia habet vnum filium. Accursius.

s *Ita.* Dubitat.quia pluribus legibus colligitur:vt.ff.de sol.l. si decem.& de verb.obli.l.decẽ.& si cer.pe.l.fi. Item & quia verbũ minus continet etiã vbi nõ est:vt.ff.eo. l.verbũ,amplius.in fi.

t *Delata.* Vt si pure delata sit.

u *Consequi.* per se vel per alium.per filiũ, vel seruũ. Et da exemplũ vt.ff.de acqui. hære.l.is qui hæres. vbi demum delata potest adiri, & repudiari:vnde conditionalis tantũ non dicitur delata, vt ibidem dicitur, ar.ff. de leg.ij. l.si ita re.§. sub conditione.Bo. possessio dicitur delata,cũ decreta est:vt.ff.de suc.edi.l.j.§. decretalis.

x *Hominis.* Pone exemplũ vt.ff.vi bono.rap.l.ij.in prin. vbi dicitur hominibus coactis. & est verũ quod † *Appellatione hic dicitur figura vocis & significatione:* vt *mis,cõtinetur masculus & fœmina.* ff.eo.l. quisquis mihi.vnde min° bene inducuntur cõcordãtiæ quæ dicunt masculum cõcipere fœmi.vt.j. eo.l. §. *deinde ei* pronunciatio. &.ff. eo. *gãt. ĩ verb.* l.j. Accursius. *virũ prag.*

y *Intelligendus. Fuisse. san.in contrarium est* num est: vt.ff.eo.l. etiã ea. si pater, & tunc idẽ cum de suo commodo quæritur: vt.j.eo.l. qđ si quis. dixi mus. & .ff. de statu homi.l.qui in vtero. *text.in ca. hæc imago. ff.e.g.§. in.c. si quis. aut mulier.*

z *Mille passus.* Pone exemplũ in prę fecto vrbis, qui habet iurisdictionẽ vsq; ad.c. miliaria. ex quo loco incipiũt numerari, hic exponit: vt.ff. de offic. præfect.vr.l.j.§. cũ vrbẽ. & dic q mille passus faciunt miliare: vt colligitur.ff. si qs cau. l.j.Accursius. *vi.Cõtra tamẽ est re vrbis, vt hic, bus. in glo. alle. & ad praditles tex. in cõtrariũ allegatus.vide quid sit quæstio.q.*

a *Continentibus.* Roma enim cõtinentibus ædificiis finitur, seu terminatur: vt.ff.eo.l.ij.& l.vt Alphenus. &.l. ædificia.&.l.qui in continentibus. *maiores expressimus di.i clemẽ. l.quæst.16. debami. & quæstio.q.*

b *Proximi.* da exemplum vt.ff.eo.l.proximus.&.j.eo.in vulgari.ij.respõ.& idem in verbo optimus,& verbo maximus:vt infra eo.l.illa verba.idẽ in verbo supremus:vt.j.eo.l. in vulgari.

† *Quid sit miliarium, vide apud Ant. Aug. lib.4.c.7.*

c *Maiore parte.* Pone exemplum, olim in interdicto vtrobi: vt.ff.vtrobi.l.j.in princip.& insti.de interdi.§. vtrobi. Et no.de maiori parte anni, hodie sufficit si tempore litis contestatæ possideat:vt ibidem.

Quantum ad iuris. hic erat rubrica antiqua,de iis quæ pertinent ad iuris significationem. Accur. *ADDITIO.* Prius incipiebat hæc lex, Quantum ad iuris pertinet significationem,Paries.quod innuit glossema.

d *Murus.*cũ cæmẽto:maceria sine cęmẽto.sic accipitur.ff.cõmunia prædio.l.si precario. Et erit exemplum vbi dicitur q medio pariete vna domus fiũt duæ: vt.ff.cõmunia prædio.l.si quis duas.

Semita.

BIU Cujas

semita [a] siue iter est. [b]

Sæpe numero singulari vimur pro plurali: vt Liuius, Militem Romanum apud Cānas Hānibal cecidit, id est milites Romanos. h. d. Alia exempla sunt in textu.

CLVIII. CELSVS libro vicesimoquinto Digestorum.

IN vsu iuris [c] frequenter vti nos Cascelli' ait singulari appellatione, cū plura generis eiusdem significare vellemus. nā multum hominem veniſſe Romam, & piscem vilem esse dicimus. Item in stipulando satis habemus hæredem* cauere, *si ea res secundum me hæredémve meum iudicata erit.* & rursus, *quod ob eam rem te hæredémve tuum.* [d] nempe [e] æque si plures hæredes sint, cōtinentur stipulatione.

CLIX. VLPIANVS libro primo ad Sabinum.

ETiam [f] aure os nummos æs dicimus.

Appellatione cæterorū, & reliquorum, etiam omnes continentur. Exempla sunt in litera. Bartolus.

CLX. IDEM libro secundo ad Sabinum.

CAeterorum & reliquorum appellatione etiam omnes continentur: vt Marcellus dixit circa eum cui optio serui legata est, cæteri [g] Sempronio. nā tentat, [h] si non optet, omnes ad Sēpronium pertinere.

CLXI. IDEM libro septimo ad Sabinum.

NOn est pupillus [i], qui in vtero est. [k]

CLXII. POMPONIVS libro secundo ad Sabinum.

IN vulgari [l] substitutione qua ei qui supremus morietur, hæres substituitur: rectè substitutus etiam vnico intelligitur, exemplo [legis] duodecim tabularū, ex quibus proximus [m] adgnatus & solus [n] habetur. ℣ Si qs ita in testamento scripserit: *Si quid filio meo acciderit, Damas seruus meus liber esto.* mortuo filio Damas liber erit. licet enim accidat* & viuis, [o] attamen vulgari [p] sermone etiam mors significatur.

Glossa ponit casum.

CLXIII. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

ILla verba, [q] *optimus maximusq;* vel in eū cadere possunt, qui solus est. Sic & circa edictum prætoris supremæ [r] tabulæ habentur & solæ. ℣ Pueri appellatione etiā puella significatur. [f] nam & fœminas puerperas [t] appellāt recētes ex partu: & Græcè παιδίον cōmuniter appellat. [u]

CLXIIII. VLPIANVS libro quintodecimo ad Sabinum.

NOmen filiarum & in posthumam cadere, quæstionis non est: [x] quamuis posthumæ [y] non cadere in eam [z] quæ iam in rebus humanis sit, certum sit. ℣ Portionis [a]*† nomen nō semper dimidiū significat: sed ꝑut est adiectum. potest enim iubere* aliquis & maximā [partē] [b] partiri, potest* & vicesimam, & tertiam, & prout libuerit. [c] sed si non fuerit portio adiecta, [d] dimidia pars debet. ℣ Habere, [e] sicut peruenire, cum effectu accipiendum est.

CLXV. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

VEniſſe f* ad hæredem nihil intelligitur, nisi deducto ære alieno.

CLXVI. IDEM libro sexto ad Sabinum.

VRbana [g] familia, & rustica, non loco, [h] sed genere

a *Concor. tex. in ca. is cui. §. si vero. cum ibi no. de præben. lib. 6. & ad id qđ sequitur in glo. concor. tex. C. c. plurales. cū gl. & no. eo. li. de reg. iur.*

* *de hærede Flo.*

b *Iter est.* Id ergo quod est iter, dicitur via, vt hic, & supra de ser. rusti. præd. l. certo. §. si totus. in fi. & de ser. l. si tam angusti. & hoc improprie. proprie autem differunt: vt insti. de serui. §. j. ij. & iij. quæ sunt contra.

c *In vsu iuris.* stricti. q. d. dum iura legimus, plerunque singularem numerum inuenimus pro plurali: [a] vt in exemplis huius. l. & ecōtra pluralé pro singulari: vt. ſ. eo. l. nō est. Et not. ſ. de pe. hære. l. diuus. in fi. Accursius.

d *Tum.* dare oportebit, promittis.

e *Nempe.* id est certe.

f *Etiam.* Dicit quòd appellatione æris cōtinetur & aurum: vt cū dicimus æs alienū: vt. j. eo. l. cedere. §. æs. & ſ. eo. l. subsignatū. §. bona. & C. de bo. quæ lib. l. vbi autē. Quandoque ponitur stricte pro eo quod est simile auro: vt. ſ. de pig. act. l. j. & de contrahen. emp. l. in venditionibus. §. inde quæritur.

g *Cæterorū. Cæteri.* vel reliqui: vt. ſ. de opt. leg. l. cū optio. & fa. C. de hære. insti. l. ij. & ſ. eo. l. post reliquorū. & quod ibi no.

h *Nam tentat.* scilicet dicere Marcell⁹. Azo.

i *NOn est pupill⁹.* sed esse sperat. Ac.

k *In vtero est.* existimatur enim viscerum pars: vt. ſ. de ven. inspic. l. j. §. ex hoc rescripto. nec ob. ſ. de vsuca. l. si aliena. §. Scæuola. quia ibi in nato, qui nō est portio matris: hic in nascituro. vel dic vt ibi. Item arg. contra. j. eo. l. quod dicimus. & ſ. de iniust. test. l. iij. §. sed cum. Tutor etiam ei datus non tenetur vt tutor: nisi nascatur, & tunc gerat: vt. ſ. de neg. gest. l. cum pater. Acc.

l *IN vulgari.* id est in pupillari, quę ratione substituti dicit vulgaris, eo quòd quilibet substitui potest. ratione vero eius cui substituit, est pupillaris. & da exemplum. ſ. de reb. du. l. qui duos. §. nā & qui vnicum. vbi dicitur, etiam qui vnicum filium habet pupillum, potest ei substituere his verbis: Titium substituo ei filio qui supremus moriatur. & sic supremus non ponitur respectiue: vt. j. l. illa verba. Sed in propria significatione non dicitur nisi quando plures sunt: & ius legitimarum hæreditatum inter eos vult seruari: vt supra de vul. subst. l. vel singulis. & insti. de pupil. sub. §. singulis. sed ne fatuum putes per omnia fuisse testatorem, pone quòd cum iam nato substituit nascturum, qui tamen postea natus non esset. Ac.

m *Proximus.* scilicet filio.

n *Solus.* vt. ſ. eo. l. proxi. & l. proximus. & quod ibi not.

o *Viuis.* dicitur accidere viuis, quādo aliquod infortunium eis aduenit: tamen & morientibus similiter accidit: hic tamen sola mors, vt dicit. & probatur hoc idem quòd sola mors cōtineatur, eum dicitur acciderit: vt. ſ. depo. l. publia. in prin. & insti. de dona. §. j. & supra de leg. iij. l. vxore. §. Seia. Accursius.

p *Vulgari sermone.* aliàs vulgi opi. & aliàs vulgi sermone. sic. ſ. eo. l. annicul⁹. & de fun. instru. & instr. le. l. cū de lanionis. §. asinā.

q *ILla verba.* Pone lego vel promitto tibi fundū meū optimum maximūq;: vt. j. eo. l. non tantū. nā licet vnū tantū habeat, valet legatū: & hoc improprie: cū sit superlatiuum & respectiuū. & facit. ſ. eod. l. proxi. & quod ibi dixi.

r *Supremæ.* ex quibus permittitur bo. pos. secundū tab. vt. ſ. de bo. pos. secundū tab. l. j. §. j. & hoc improprie, cum sit superlatiuū & relatiuum & respectiuum: vt. ſ. eo. l. proxi.

f *Significatur.* quia masculinum &c. vt not. ſ. eo. l. j.

t *Puerperas.* Sed quæ est probatio hæc? Rñ. bona & mirabilis. eū enim dicatur puerpera, licet puellā recēter peperit: patet ꝙ puer in illo nomine puerpera puellam significat: quo tēpore nec ad iudiciū ire tenetur: vt. ſ. si quis cau. l. ij. §. fi nō ꝓpter.

u *Appellatur.* tā masculus quàm fœmina.

x *NOmen. Non est.* vt si lego filiabus: & posthumis filiabus videor legare: vt. ſ. de leg. j. l. qui filiabus. in prin. Item si do tutorē filio meo: vt insti. qui da. tu. pos. §. fi. sed non est ecōtra, ꝙ appellatione posthumæ cōtineatur nata: vt subiicit. & sic est econtra insti. qui da. tu. pos. §. fi. ibi, plane si posthumi. Sol. ibi intelligūtur appellatione posthumorum cæteri liberi, scilicet nepotes posthumi, non autem nati. Alij dicūt ibi speciale in tutore, vt appellatione posthumi contineantur nati. prima placet.

* *Flo. partitionis*

† *Appellatione portionis simplicis ter, venit pars dimidia.*

* *Flo. iubere*

* *Flo. posse*

y *Posthumæ.* ſ. nomē.

* *Hal. peruenisse.*

z *In eam.* ſ. filiam.

a *Portionis.* aliàs partitionis.

b *Partem.* aliàs maximā partem, scilicet iubere præstari & posse &c. aliàs maximā partiri: & tunc sub. parte. q. d. potest iubere diuidi & præstari posse vicesi. &c. scilicet iubere diuidi & præstari posse. vel dic maximam posse &c. scilicet in paruam: & sic subaudies semper.

c *Et prout libuerit.* scilicet proferenti.

d *Adiecta.* habes exemplū. C. de iure emphy. l. j. & instit. loc. §. adeo. item. ſ. de vsufru. l. etiam.

e *Habere.* pone exemplū in stipulatione, licere habere: vt. ſ. de verb. obl. l. stipulatio ista. in prin. &. §. habere. &. j. eo. l. habere. & fa. ad verbum, peruenire. ſ. eo. l. aliud est. ij. rñ. & qđ ibi no. Ac.

f *VEntisse.* quātū ad legata, nō quo ad æs alienū: vt. ſ. ad Treb. l. j. §. is qui quadringenta. &. C. de iur. deli. l. scimus. §. j. & fa. cit. ſ. c. l. aliud est. &. ſ. quod cū eo. l. si filio⁹. §. fi. &. ſ. eo. l. subsignatum. §. bona. & supra ne quis eum qui in ius voc. l. pe. §. docere.

g *VRbana.* pone exemplum: si testator legauerit familiam vrbanam vel rusticam: qui contineantur in qualibet familia: vt. ſ. de leg. iij. l. seruis vrbanis.

h *Nō loco.* aliàs nō genere, sed loco. & aliàs nō loco, sed genere, scilicet

scilicet ministerij:& hæc vera.nã licet in prędiis rusticis sit,si tamen opera rustica non faciat,de vrbana familia est: vt.d.l.seruis. sic & prædiũ rusticum discernitur ab vrbano,non loco, sed qualitate:vt.j.eod.l.vrbana prædia.&.C.de prædi.mino.l.si prædiũ.

a *Aliquis.* scilicet seruorũ vrbanorũ hactenus, nunc dispẽsator seruorũ, scilicet rusticorũ. non esse numero vrbanorũ, scilicet deinceps:veluti &c.

b *A villico.* quantum ad habitationẽ: sed in dispẽsando distat. nam villicus non dispensat, sed fructus congregat: vt supra de instr.l.si cũ villico.

c *Insularius.* qui insulas custodit.

d *Ex numero familiæ.* scilicet videamus quẽ in qua familia numerauit & tenuit: vt &.d. l.seruis.§.j.ij.&.iij.

e *Ex vicariis.* vt si seruo vrbano rusticũ pro vicario assignauit:& is vicarius vrbanus videatur. Azo. & facit infra eo.l.is qui natus.

f *Pernoctare.* pone exẽplum ex lege supra de off.presi.l.illud.& pernox dicitur, qui tota nocte vigilat.Accur.

g *Per.* sic aliàs de: vt supra depositi. l. j. in prin.Accursius.

h *Carbonum. Materiam.* scilicet carbonum: vt astellæ, siue ligna.nõ sunt ergo carbones: sed nec sunt ligna ad coquendum vel calefaciendũ, quæ proprie sunt ligna: sed ad carbones sunt materia. sic probatur supra de leg.iij.l.ligni.in princ. &.§. si lignum. sic ergo appellatione materiati non continetur materia: vt hic. vnde appellatione libri non continentur chartæ:vt supra de leg.iij.l.librorum.§.quod tamẽ.Nec ecõtra appellatione materiæ continetur materiatum: vt de leg.iij. l.seruis.R.

i *Sed an lignorum.* s.appellatione continetur materia carbonum.

k *Proprium genus.* scilicet titionum. Accur.

l *Sulphurata.* scilicet ligna,vt melius ardeãt: & in hostium castra iaciantur.Accursius.

m *Definitionem.* vt habeant proprium genus.vel dic ecõtra,id est ad lignum trahantur:quod verius est secundum Azo.

n *Parata.* scilicet ligna, vt lumen ministrent discumbentibus: vt sit in montanis,& etiam in Prouincia.Accursius.

o *Voluntas.* testantis, vel aliàs contrahentis.

p *Nuclei sunt.* in his idem est, vt lignorum appellatione non cõtineantur,quia non indifferenter cum aliis lignis habentur: immo ob aliquod speciale, puta medicinalem ignem, vel suffumigationem,non ob coquinam.Accursius.

q *Strobili.* nuces sunt pineæ,à quibus nuclei sunt extracti:& indifferenter vtimur eis pro lignis.& habes hoc de verbo ad verbũ supra de leg.iij.ligni.§.sed si.vsque in fin.

distinguitur.potest enĩ aliquis[a] dispensator non esse seruorum vrbanorũ numero:veluti is qui rusticarũ rerum rationes dispẽset,ibique habitet, non multum abest à villico.[b] Insularius[c] autem vrbanorũ numero est. Videndum tamẽ est,ipse dñs quorũ loco quemq; habuerit:quod ex numero familię[d] & vicariis[e] apparebit. ℣ Pernoctare[f] extra vrbẽ intelligendus est, qui nulla parte noctis in vrbe est. *per*[g] enim totam noctem significat.

CLXVII. VLPIANVS libro vicesimoquinto ad Sabinum.

CArbonũ appellatione materiam[h] non contineri. sed an lignorum?[i] Et fortasis quis dicet,nec lignorum. non enim lignorũ gratia [testator] habuit Sed & titiones, & alia ligna cocta ne fumum faciant,vtrum ligno, an carboni, an suo generi annumerabimus? Et magis est vt proprium genus[k] habeatur. Sulphurata[l]* quoque de ligno, æque eandem habebunt definitionem.[m] Ad faces quoque parata,[n] nõ erunt lignorum appellatione cõprehensa:nisi hæc fuit voluntas.[o] Idem & de nucleis oliuarum, sed & de balanis† est: vel si qui alij nuclei [sunt.][p] De pinu autem integri strobili,[q]† ligni appellatione continebuntur.

CLXVIII. PAVLVS libro quarto ad Sabinum.

PAli[r] & perticæ in numerum materiæ redigendi sunt: & ideo lignorum appellatione nõ continentur.

CLXIX. IDEM libro quinto ad Sabinum.

NOn tantũ in traditionibus, sed & in emptionib' & stipulationibus & testamẽtis adiectio hæc, *Vti optimus maximúsque est:* hoc significat, vt liberũ præstetur prædium, non vt etiam[f] seruitutes ei debeantur.[t]

CLXX. VLPIANVS libro trigesimotertio ad Sabinum.

HAeredis appellatione omnes[u] significari successores credendum est, etsi verbis non sint expressi.

CLXXI. POMPONIVS libro sextodecimo ad Sabinum.

PErueniſſe ad te rectè dicit, quod per te ad aliũ peruenerit:vt in hæreditate à liberto[x] p patronũ filiũfamilias patri ei' [y] adoptiuo adquisita respõsũ est.

CLXXII. VLPIANVS libro trigesimooctauo ad Sabinum.

LIberti[z] appellatione etiam libertam contineri placuit.

CLXXIII. IDEM libro trigesimonono ad Sabinum.

COllegarũ appellatione hi continentur, qui sunt eiusdem[a] potestatis.[b] ℣ Qui extra[c] continentia vrbis est, abest: cæterùm vsque ad continentia nõ abesse videbitur.

CLXXIIII. IDEM libro quadragesimosecundo ad Sabinum.

ALiud est[d] promittere furẽ non esse: aliud furto noxáque solutum. Qui enim dicit furem nõ esse, de hominis proposito loquitur: qui furto noxáque solutum,nemini esse furti obligatum promittit.

CLXXV. POMPONIVS libro vicesimosecundo ad Sabinum.

FAciendi[e] verbo, reddendi etiam causa continetur.

CLXXVI. VLPIANVS libro quadragesimoquinto ad Sabinum.

SOlutionis[f] verbo satisfactionem[g] quoque omnem accipiendam placet. Soluere dicimus eum, qui[id]fecit quod facere promisit.

CLXXVII. IDEM libro quadragesimoseptimo ad Sabinum.

r *Pali.* idem supra de leg.iij.l.pali.& de fundo instructo.l.instrumenta.Accursius.

s *Non tantum. Non vt etiam.* ad hoc.ẽ.de leg.j.l.seruo legato.§. si fundus.& de euic.l.pe.&.ẽ.eo.l.qui vti.vbi plene dixi.

t *Debeantur.* à fundis vicinis.Accursius.

u *Haeredis. Omnes.* primos & vlteriores: vt.ẽ.eo.l.hæredes.& de leg.iij.l.si plures gradus. &.C.de vsufruc.l.antiquitas. Itẽ iuris ciuilis & prætorij: vt.ẽ.eo.l.hæreditatis. sed improprie hic vltimus:vt ibi dixi.

x *Peruenisse. Alibert.* defuncto.

y *Patri eius.* scilicet patroni adoptati.sic.ẽ.e.l.cepisse.& qđ ibi dixi: licet nec momento steterit penes te: vt.ẽ. de adqui. hær.l.placet. de adoptiuo dic.i.de arrogato:quia cũ erat sui iuris, eũ manumisit.Alij dicunt,patri eius,scilicet liberti.nam sic ponunt q̃ filiusfam.miles seruum manumisit: hic libertus à patre eiusdẽ militis postea est adoptatus. Sed quomodo potuit tenere adoptio: vt supra de sta. ho.l.fi. & de adop.l.si pater.in fi. & de in ius vo.l. sed & si.§.ij? Respõ.tenuit per principem: vt supra de sta.ho.l.ij.

z *Liberti.* Prædio legato libertis, liberti & libertæ continentur:vt.ẽ.de leg.ij.l. cũ pater.§. cũ inter. & facit.ẽ.eo.l.patroni. & quod not.ẽ.eo.l.j.Acc.

a *Collegarũ. Eiusdẽ.* id est qui habẽt similem potestatem.

b *Potestatis.* vt duo cõsules: vt supra de offic. proconsu.l.j.§.j. & supra de manu. vin.l.apud filium.§.apud collegam.Item & duo tutores.nam & ipsi potestatem habent. insti.de tu.§. tutela est. quãdoque tamen ponitur pro familiari socio: vt in Topicis Aristotelis.

c *Qui extra.* pone exẽplum supra de procu.l. & qui in foro. vbi videtur procurator absentis. Item facit supra eo.l.qui in continentibus. Et no.quòd multis modis dicitur absens:vt no.j.eo.l.absentem.Accursius.

d *Aliud est.* qui seruum vendit, debet promittere non esse furem sui,vel alterius rei. Item no.solutum esse: vt supra de act.empt.l.ex empto.§.& si ignorantis.Item si hæc adsunt,debet prædicere:vt.ẽ.de ædil.edic.l.quis sit fugitiuus.§.quod aiunt. &.l.si furtum.& de euic.l.Lucius.§.fin.

e *Faciendi.* quod me. causa factum erit &c. vt supra quod me. cau.l.j.in prin.exponit factũ & solutũ vel redditũ: vt in eo.tit.l.extat.&.j.eo.l.verbum facere. & not.vt dixi.ẽ.eo.l.licet.

f *Solutionis.* habes idem supra de sol.l.solutionis verbum.& dic vt not.supra eo.l.liberationis.

g *Satisfactionem.* in alia re ad voluntatem creditoris.Accur.

BIU Cujas

NAtura. *Mutationes.* terminorum dissimiliter acceptorum: vt ecce res diuinæ sunt in bonis nullius. sed quod in bonis nullius est, conceditur occupanti: ergos res diuinæ cõeduntur occupanti: quod est falsum. & terminus, nullius, dissimiliter in positione & assumptione ponitur. nam primo censura, secundo secũdum naturam. & plene de his no. j. ti. j. l. ea est.

b *Pecuniæ.* hic dic vt not. ff. eo. l. pecuniæ. & l. rei. Accur.

c *Iuris.* vendita hæreditate ipsum ius, non autem res de hereditate videtur vendi: vnde non præstatur euictio eis euictis: vt supra de hære. ven. l. ij. in prin. res ergo ipsæ non sunt hæreditas: vt hic, & supra de bo. pos. l. iij. §. hæreditas. & supra eo. l. hæreditatis appellatione. & de peti. hære. l. hæreditas.

† *De hac dictione vide Alexã. ab Alexã. lib. 4. cap. 15.*

d *Quod.* nomen.

e *Et decessionem.* id est deminutionẽ: sicut & peculium: vt supra de pecul. l. peculium nascitur.

f *Vel.* pro saltem.

g *Maximè fructib⁹.* vt supra de peti. hæred. l. item veniunt. §. fructus autem. & l. illud. §. prędo. & C. de peti. hære. l. si post motam. in fin. Maxime autem ideo dicit: quia ex aliis augetur: vt. ff. de peti. hęre. l. sed & si lege. §. augetur. & l. quod si oues. & l. ancillarũ. & l. post senatusc. & l. sequen.

h *Generale est.* id est quandoq; stricte, quãdoque large ponitur. Accursius.

i *Sit petitio.* & hoc modo accipitur supra de act. & oblig. l. actionũ genera. & C. de hære. vendi. l. fin.

k *Personales.* & sic stricte accipitur. ff. de actio. & obli. l. actio in personam. Accur.

l *Fideicõmissorũ.* quæ olim officio, non act. petebantur: vt insti. de fideicom. hęre. in prin. sed hodie etiam per actionem: vt. C. cõmunia. de leg. ij. Accur.

* *Flo. rusticæ magis custodiæ cõn.*

m *Aliæ sunt.* vt petitiones satisdationum, legatorum, & fideicommissorum, & dam. infect. sed hæc largissimo modo continẽtur actionis nomine: vt. ff. de actio. & obl. l. actionis verbo.

n *Debuit.* vel debere, vel debitorẽ esse, idem est. pone ergo exẽplum. ff. de fideius. l. fideiussor. §. fideiussor. & facit. ff. eo. l. creditores. & l. si cui. & quod ibi not. Accursius.

o *Sine ciuilis.* vt rei vindicatio.

p *Sine honoraria.* vt Publiciana. Accursius.

q *Persecutio.* de hac supra proxi. Accursius.

r *Inter hæc verba. Paret.* aliàs paret: & aliàs apparet. & da exemplum. ff. ad l. Aquil. si seruus seruum. §. tertio capite. & insti. de le. Aquil. in prin. Item aliud. ff. vi bo. ra. l. prætor ait, cuius dolo malo. §. hæc autem actio. Item aliud. ff. de dol. l. arbitrio. in prin. Item aliud. ff. si quis ius di. non obt. l. j. §. fi. Itẽ aliud. ff. qui satisda. cog. l. ij. §. fi. Item aliud. ff. de dam. infec. l. iiij. §. deinde. Accursius.

NAtura cauillationis (quam Græci σοφιστικὴν appellauerunt) hęc est, vt ab euidẽter veris per breuissimas mutationes[a] disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt perducatur.

CLXXVIII. IDEM libro quadragesimonono ad Sabinum.

PEcuniæ[b] †verbum non solùm numeratam pecuniam complectitur, verùm omnem omnino pecuniam: hoc est, omnia corpora. Nã corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo est qui ambigat. ¶ Hæreditas, iuris[c] nomen est, quod[d] & accessionem & decessionem[e] in se recipit. Hęreditas autem vel[f] maximè fructibus[g] augetur. ¶ Actionis verbum & generale est,[h] & speciale. Nam omnis actio dicitur (siue in personam, siue in rem sit) petitio.[i] Sed plerũque actiones personales[k] solemus dicere. Petitionis autem verbo, in rem actiones significari videntur. Persecutionis verbo extraordinarias persecutiones puto cõtineri: vt puta fideicõmissorũ,[l] & si quæ aliæ[m] sunt quæ non habent iuris ordinarij executionẽ. ¶ Hoc verbum, *debuit*,[n] omnem omnino actionem comprehendere intelligitur: siue ciuilis,[o] siue honoraria,[p] siue fideicommissi fuerit persecutio.[q]

CLXXIX. IDEM libro quinquagesimoprimo ad Sabinum.

INter hæc verba, *Quanti ea res erit*: vel, *Quanti eam rem esse paret*:[r] nihil interest. in vtraque enim clausula placet veram rei æstimationem fieri.

CLXXX. POMPONIVS libro trigesimo ad Sabinum.

TVgurij appellatione omne ædificiũ quod rusticæ * rei magis custodiendæ conuenit, quàm vrbanis[s] ædibus, significatur. Ofilius ait tugurium à tecto tanquã tegulariũ esse dictũ: vt toga, quòd ea tegamur.[t]

CLXXXI. IDEM libro trigesimoquinto ad Sabinum.

VErbum † illud *pertinere*, latissimè patet. nam & eis rebus petendis[u] aptũ est quæ dominij[x] nostri sint: & eis quas iure aliquo[y] possideamus, quãuis non sint nostri dominij. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint.[z]

CLXXXII. VLPIANVS libro vicesimoseptimo ad Edictum.

PAterfamilias liber peculiũ non potest[a] habere, quemadmodum nec seruus bona.[b]

CLXXXIII. IDEM libro vicesimooctauo ad Edictum.

TAbernę[c] appellatio declarat omne vtile ad habitandum ædificium: nempe * ex eo quòd tabulis claudatur.[d] *

CLXXXIIII. PAVLVS libro trigesimo ad Edictum.

INde tabernacula & cõtubernales[e] dicti sunt.

CLXXXV. VLPIANVS libro vicesimooctauo ad Edictum.

INstructam autem tabernam sic accipiemus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationẽ paratis constat.[f]

CLXXXVI. IDEM libro trigesimo ad Edictum.

COmmendare[g] †nihil aliud est quàm deponere.

CLXXXVII. IDEM libro trigesimosecundo ad Edictum.

VErbum *exactæ pecuniæ*, non solùm ad solutionem referendum est, verum etiam ad delegationem.[h]

CLXXXVIII. PAVLVS libro trigesimotertio ad Edictum.

A s *Tvgurii. Vrbanis.* repete, conuenit.

t *Tegamur.* aliàs tegamur: & aliàs tegatur. & no. deriuationem & interpretationẽ cuiuslibet nominis in causis. sic enim argumentamur: tutor est, ergo tueri debet. vel, tuetur: ergo est tutor. Item testamentũ est testatio mentis. Aristoteles vocat hãc argumẽtationẽ ex denominatione: vel ex vi nominis, quam etymologiã dicimus. sed arg. contra infra eod. l. tabernæ.

u *Verbum illud. Petendis.* cum non possidemus. Accur.

x *Dominii.* vel quasi dominij.

y *Iure aliquo.* id est ti. vel ex causa pignoris: vel etiam si nullum habemus ius quantum est contra non dominum: vt. C. de rei vin. l. res alienas. & sic recte legitur. vel dic quòd hæc dictio quamuis, non refertur ad proximum dictum: sed superius: hoc modo: petentis inquam à nobis non possidẽtibus, quamuis &c. vt quia Publicianam vel hypothecariã habemus.

z *Possint.* vt quæ ex aliquo contractu nobis debentur. & fa. ad hanc. l. supra de eden. l. prætor. §. hoc edicto. &. §. pertinere. & supra quemadmo. testa. ape. l. ij. §. ad causam.

a *Paterfamilias. Nõ potest.* Intellige prout accipitur peculium supra de peculio. Et da exemplum. C. de inoffi. test. l. fin. in fin. si autẽ aliter accipias, potest habere: vt supra ad Trebel. l. cogi. in princip. & supra de le. iij. si chorus. §. j. quæ sunt arg. contra. quot modis dicitur: no. supra de peculio, in rubrica. Accursius.

b *Nec seruus bona.* de hoc da exemplum. ff. ex qui. cau. ma. l. recte.

c *Tabernæ.* da exẽplum. ff. de fundo instru. & instru. le. l. tabernam. vbi fuit legata taberna. Accur.

d *Claudatur.* dicitur taberna omne ædificium: sed extrà sumpta significatione.

e *Inde tabernacula & contubernales.* seruus & ancilla contubernio iuncti: vt. j. eod. l. libertorum. §. sed Papirius. vel socij in exercitu & in eodem tentorio: vt. ff. commo. l. rem mihi. §. j.

f *Instructam. Constat.* fa. ff. de fun. instr. l. tabernam.

g *Commendare.* Pone exemplum supra depositi. l. Lucius. & hoc in rebus. in hominibus autem ponitur pro laudare: vt supra man. l. si vero non remunerandi. §. cum quidam. Accur.

h *Verbum. Ad delegationẽ.* soluit enim qui delegat: vt supra ad Velle. l. quamuis. §. interdum. Azo. & per consequens creditor videtur exegisse, cum debitor sit liberatus: vt supra de tu. & cu. da. si probatum. & supra de fideius. qui debitorem. &. l. qui satisdare. in fi. & supra man. l. inter causas. §. abesse. Sed arg. cõtra. ff. so. ma. si cum dotem. in prin. sed ibi speciale fauore dotis. vel fuit ibi mulier decepta dolo delegantis.

† *Adde glo. in. c. inter dilectos. de fide instru. & in. c. ad sedẽ. extra de rest. spo. & in. c. cũ ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie. & quid importet, nota ni in apost. ad Guillel. de Cung. in l. domum. nu. 1. in ver. si. pertinere sit generale. C. de rei vin. & ad Iac. Rebuf. in l. omnes. nu. 2. de col. fun. patri. lib. II.*

* *In Tusco cedice, non ex eo. quod repugnat interpretationi Sexti Põpeii & omnium ferè grammaticorum.*

* *Flo. cludit.*

† *Concor. tex. in l. Publia. ff. deposi. text. in cano. ne quis. 22. q. 5. text. in. c. 1. deposi. extra. text. in l. cum hæreditas. depos. C. & ibi Barto. & Pau. & Fran. cur. ad Pau. Addo ego text. in ca. nemo dein. ceps. de elec. in. 6. Soluere dicitur qui delegat.*

BIU Cujas

HAbere, duobus modis dicitur: altero, iure dominij: altero, obtinere sine interpellatione id quod quis emerit.[a] ℣ Cautum intelligitur, siue personis,[b] siue rebus[c] cautum sit.

CLXXXIX. IDEM libro trigesimoquarto ad Edictum.

FAcere[d] oportere & hanc significationem habet, vt abstineat quis ab eo facto quod cõtra conuentionem fieret: & curaret ne fiat.

CXC. VLPIANVS libro trigesimoquarto ad Edictum.

PRouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium[e] habent: non eos[f] qui ex prouincia oriundi sunt.

CXCI. PAVLVS libro trigesimoquinto ad Edictum.

INter diuortiũ & repudiũ hoc interest, quòd repudiari etiã futurum[g] matrimoniũ potest: non rectè autem sponsa diuortisse dicitur. quod diuortiũ ex eo dictum est, quòd in diuersas partes eunt[h] qui discedunt.

CXCII. VLPIANVS libro trigesimoseptimo ad Edictum.

HAec adiectio, *Pluríve*,[i] nõ infinitam pecuniam continet, sed modicam[k*] dũtaxat. Adiectio hæc, *Solidorum*[l] *decem pluríve*: ad minusculam summam refertur.

CXCIII. IDEM libro trigesimooctauo ad Edictum.

HAec verba,[m] *quanti eam rem paret*[n] esse: non ad [id] quod interest, sed ad rei æstimationem referuntur.[o]

CXCIIII. VLPIANVS libro quadragesimotertio ad Edictum.

INter donum † & munus hoc interest, quod inter genus & speciem. nam genus esse donum Labeo [ait], à donando dictum: munus speciẽ. nam munus esse donum cum causa:[p] vtputa natalitium, nuptalitium.

CXCV. IDEM libro quadragesimosexto ad Edictum.

PRonuntiatio[q] sermonis in sexu masculino,[r] ad vtrũq; sexum[s] plerũque[t] porrigitur.

Ab hinc vsque ad finem legis cum.l.seq. ponit multimodam significationẽ istius vocabuli, familia. vide per partes text. cum glo. & habebis casum. Bart.

℣ *Familiæ* appellatio qualiter accipiatur, videamus. Et quidẽ variè accepta est.[u] nã & in res & in personas diducitur.[x] In res, vtputa in lege duodecim tabularum his verbis: *Adgnatus proximus familiam*[y] *habeto*. Ad personas[z] autẽ refertur familiæ significatio, ita, cùm de patrono & liberto loquitur lex [familiæ:] [a]*Ex ea*[b] *familia*, (inquit[c]) *in eam familiam*.[d] & hic de singularibus[e] personis legẽ loqui cõstat. Familiæ[f] appellatio refertur & ad corporis[g] cuiusdã significationẽ: quod aut iure proprio ipsorũ, aut cõmuni vniuersæ cognationis continetur. Iure [enim] proprio familiã dicimus plures personas quæ sunt sub vni' potestate, aut natura[h] aut iure subiectæ: vtputa patremfamilias, matrẽfamilias, filiũfamilias, filiãfamilias, quíq; deinceps vicẽ eorũ sequũtur: vtputa[i] nepotes, & neptes, & deinceps. Pater autẽ familias appellatur, qui in domo dominiũ habet. rectéque hoc nomine appellatur, quãuis filiũ nõ habeat. nõ enim solam personã[k] eius, sed & ius demonstramus. Deniq; & pupillũ patrẽfamilias appellamus. Et cũ paterfamilias moritur: quotquot capita ei subiecta fuerũt, singulas familias incipiunt habere. Singuli enim patrumfamiliarũ nomẽ subeunt. Idẽq; eueniet & in eo qui emancipatus est: nã & hic sui iuris effectus, propriã familiam[l] habet. Cõmuni iure[m] vt insti. de iure personarum. Sed ad hanc non bene conueniunt exempla sequẽtia: vtputa &c. sed ad primam bene. hoc ergo modo vulgariter dicitur familia: &, iste est dominus familiæ: &, hic est de familia talis episcopi vel prælati alicuius. Accur.

---

a *Habere. Emerit.* vel ex alia causa habeat: siue possideat, siue non: vt supra de verb. obli. stipulatio ista. §. habere. & dixi de hoc supra eod. l. id apud se. Accursius.

b *Siue personis.* id est sideiussoribus.

c *Siue rebus.* id est pignoribus. nam nomen rei generale est, ad omnẽ causam pertinẽs, vt hic: &. ff. de præto. stipu. l. j. §. communes. si tamẽ testator vel lex præcipiat caueri sine fideiuss. vel pignore: intelligitur vt. C. e. l. iij. cũ in generibus sit electio debitoris: vt insti. de act. §. præterea. Ac.

d *Facere.* aliàs facere oportere: puta dolum abesse, vel licere mihi habere. aliàs facere nõ oportere. scilicet dolum adesse, vel aliquid per quod mihi habere nõ liceat: & sic da exemplũ supra de verbo. obli. inter stipulãtem. §. & qui spondet. & facit insti. de nup. §. si vxor tua. & supra de lega. ij. l. cum pater. §. rogo. &. j. eod. l. verbũ facere. & dixi. ff. eod. l. licet. in fine. Accur.

e *Prouinciales. Domicilium.* vt ibi habitent: & sic Romani: vt. ff. de statu homi. l. in vrbe. Accur.

f *Non eos.* scilicet dũtaxat. vel dic secundo, non eos, sed omnes. & secũdum hoc aliud est in ciuitate in qua natus est. nihilo minus enim eius ciuitatis dicitur, licet alibi habeat domicilium: vt. C. de adop. l. in adoptionem. &. ff. ad municipa. l. assumptio. in prin. &. §. j.

g *Inter diuortium. Futurum.* & sic inter spõsos: & plene dixi. ff. eo. l. inter stuprũ. §. diuortium. Accur.

h *Eunt.* vt. ff. de diuor. & repu. l. ij. hoc autem inter sponsos non est.

i *Hæc adiectio. Pluríve.* da exẽplũ vt supra de in lit. iurã. l. cum furti. Accur.

k *Modicã.* id est duos aureos: vt supra de dolo. l. idem. secundum quosdam. alij vsque ad quartã eius quod principaliter dicitur, id est de quo agitur: arg. C. de inoffi. testa. l. si quis in suo. vbi quartam appellat minusculam. tu dic arbitrio iudicis: vt supra de iure delibe. l. j. §. ait prætor. Itẽ facit supra ex qui. cau. ma. l. ab hostibus. §. sed quod simplici. & supra si quis cau. l. & si post tres. & quod ibi in hoc dixi. & infra proxi. §. hæc adiectio &c.

l *Solidorum.* hæc est quasi expositio principij legis &c.

m *Hæc verba.* hic da exemplum & dic plene vt dixi supra eod. l. inter hæc verba.

n *Paret.* aliàs apparet.

o *Referuntur.* quia non ex affectu pretia rerum constituuntur: sed communiter statuuntur: vt. ff. ad. l. Falci. l. pretia.

o *Referuntur.* singulariter: vel ad affectionem.

p *Inter donum. Cum causa.* stricte hic accipe munus: vt infra eo. l. munus. in fi. alias aliter: vt in ea. l. in prin. &. ff. eo. l. munus. & est exemplum supra de bo. lib. l. Iuli. sed xenium his non connumeratur: vt supra de offi. procon. solent. §. fi.

q *Pronuntiatio.* pone exemplum vt dixi supra eod. l. j.

r *Masculino.* f. facta.

s *Sexum.* f. masculinũ & fœmininum.

t *Plerumque.* plerumque dicit propter id quod est. ff. de ven. in possmit. l. j. §. quæritur. & de leg. iij. l. Lucius. §. quæsitum.

u *Accepta est.* scilicet appellatio familiæ, sex f. modis: vt. j. vsque in fi. &. C. e. l. fi. Accur.

x *Diducitur.* aliàs reducitur: & aliàs separatã.

y *Familiã.* id est substantiam. sic accipitur C. eo. l. fin. in fi. &. ff. ad Trebel. nam quod adius. §. fi. cũ dicimus familiæ erciscundæ. i. hæreditatis diuidendæ.

z *Ad personas.* ecce secunda significatio.

a *Lex familiæ.* quæ sic dicebatur, quia de familia tractabat. Azo.

b *Ex ea.* hęc sunt verba legis. & dic ex ea, scilicet familia liberti.

c *Inquit.* scilicet lex.

d *In eam familiam.* f. patroni. & supple bona veniãt. & sic accipitur insti. de bo. pos. §. quinto. &. §. cumque antea.

e *De singularibus.* scilicet patrono, & eius filio, vel filiis. Azo. vel etiã adgnatis patroni: vt. d. §. insti. de bo. pos.

f *Familia.* ecce tertia significatio. Accur.

g *Et ad corporis.* &, pro etiam. q.d. non solum ad singulares vel ad speciales personas.

h *Aut natura.* id est naturali coniunctione interueniẽte. nõ enim sunt in potestate nostra filij nostri iure naturali: immo iure ciuili: vt insti. de pa. po. qđ subiicit, aut iure, scilicet ciuili: vt in adop. alij dicũt natura, id est iuregen. vt cum quis capitur ab hostib⁹. vel iure ciuili: vt cum quis patitur se venũdari ad pretium participandũ:

i *Vtputa.* hæc exempla sunt & eorum qui sunt in potestate, & eorum qui exierunt. & denominatur ab hac adiectione, familias.

k *Solam personam.* f. quod est sui iuris: sed etiam ius. i. dominium quod habet in domo: vel potestate quã habet in filios si quos habet. & hoc tertio modo fumitur. ff. de his qui sui vel ali. iu. sunt. l. nam ciuium. & vbicũque dicimus paterfamilias & filiusfamilias,

l *Propriam familiam.* i. existentiã sui iuris, & dominiũ domus.

m *Communi iure.* ecce quarta significatio pro adgnatitia cognatione.

* *Flo. modicũ: vt taxatio hæc solidos decem pluríve, ad minutulam summã referatur.*

† *Vide in hãc. l. Alc. lib. disput. 3. ca. 13. & Vallam lib. eleg. 6. cap. 39.*

BIU Cujas

familiam dicimus omnium adgnatorum. Nam etsi [a] patrefamilias mortuo, singuli singulas familias habẽt: [b] tamen omnes qui sub vnius potestate fuerunt, rectè eiusdẽ familiæ appellabuntur, qui ex eadẽ domo & gẽte [c] proditi sunt. Seruientiũ [d]* quoque solemus appellare familias: vt in edicto prætoris ostendimus sub titulo de furtis, [e] vbi p̃tor loquitur de familia publicanorum. sed ibi nõ omnes serui, sed corpus quoddã seruorum [f] demõstratur huius rei causa paratum, hoc est vectigalis causa. Alia autem parte edicti [g] omnes serui cõtinentur: vt de hominibus coactis: [h] & vi bonorum raptorum. Itẽ redhibitoria, [i] si deterior res reddatur emptoris opera, aut familiæ eius: & [in]interdicto [k] vnde vi, familię appellatio omnes seruos cõprehendit: sed & filij cõtinentur. [l] Item appellatur [m] familia pluriũ personarum, quæ ab eiusdẽ vltimi genitoris sanguine proficiscuntur: sicuti dicimus familiã Iuliã: quasi à fonte quodam memoriæ. [n] Mulier [o] autẽ familiæ suæ & caput & finis est. [p]

CXCVI. GAIVS libro sextodecimo ad Edictum prouinciale.

FAmiliæ [q] appellatione & ipse princeps familiæ continetur. Fœminarũ liberos in familia [r] earum nõ esse, palam est: quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur.

CXCVII. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum.

INdicasse [s] est detulisse: arguisse, [t] accusasse, & conuicisse.

CXCVIII. IDEM libro secundo de omnibus tribunalibus.

VRbana prædia omnia ædificia accipim⁹, [u] nõ solũ ea q̃ sunt in oppidis, sed & si fortè stabula [x] sunt, vel alia meritoria [y] in villis, & in vicis, vel si p̃toria [z] voluptati tantũ deseruiẽtia: [a] quia vrbanũ prædium non loc⁹ [b] facit, sed materia. Proinde hortos quoq; si qui sunt in ędificiis cõstituti, dicẽdum sit vrbanorum appellatione contineri. Planè si plurimũ horti in reditu sũt, vinearij fortè, vel etiã olitorij: [c] magis hæc nõ sunt vrbana.

CXCIX. IDEM libro octauo de omnibus tribunalibus.

ABsentẽ [d] accipere debemus eum, qui non est eo loci in quo loco petitur: nõ enim trãs mare absentẽ desideramus: & si fortè extra cõtinẽtia vrbis sit, abest: cæterum vsq; ad cõtinentia, non abesse videbitur, si non latitet. [e] Abesse nõ videtur qui ab hostibus captus est, [f] sed qui à latronibus detinetur. [g]

Non potest noxa solutus esse, qui crimen capitale commisit. Bart.

CC. IVLIANVS libro secundo Digestorum.

HAec stipulatio, *Noxis solutum* [h] *præstari?* nõ existimatur ad eas noxas pertinere quæ publicã executionẽ [i]* & coërcitionem capitalem habent. [k]

CCI. IDEM libro octogesimo primo Digestorum.

IVsta interpretatione recipiẽdum est, vt appellatione filij sicuti filiamfamilias cõtineri sępe respõdimus: [l] ita & nepos [m] videatur comprehendi: & patris nomine auus [n] quoque demonstrari intelligatur.

a *Nam etsi.* bene dico vnam familiam censeri omnium adgnatorum iure communi. nam iure proprio quisque de cognatione habet propriam. & hic dic, nam etsi, id est quamuis.

b *Familias habent.* scilicet in eã significationem quã ſ. prox. §. dixi.

c *Et gente.* id est cõsanguinitate, siue adgnatione.

d *Seruientiũ.* aliàs seruitutum: & aliàs seruientium, id est seruorum. & est quinta significatio.

* *Flo. Seruitutium*

e *De furtis.* id est de publicanis, vbi de furtis loquitur: vt. ſ. de pub. l. j. in princip. et. §. familiæ. Azo.

f *Seruorũ.* vel liberorum, qui tamen seruiũt publicano in eo ministerio. s. vectigalis: vt hic subiicit. & supra de pub. l. j. §. familiæ.

g *Edicti.* i. alio edicto de quo habemus. ſ. vi bo. rap. l. ij. in princ. licet ibi expresse mẽtionem familiæ nõ faciat. sed fit in ea. l. §. hæc actio. &. §. familię. & accipitur sic eodẽ modo vt & superiori prox. §.

h *Coactis.* id est cõgregatis: & sic cõprehendũtur tantũ illi qui ministrant in ea violentia, siue liberi siue serui sint: vt. d. §. familiæ.

i *Item redhibitoria.* & hic accipitur eodẽ modo: vt. ſ. & habes hoc exemplum. ſ. de ędil. edic. l. j. §. si quod mãcipium. &. l. ędiles etiã. §. familiæ.

k *Interdicto.* & hic dic eodẽ modo vt. ſ. & est exẽplũ. ſ. de vi & vi arma. l. j. §. familiæ. Ace.

l *Continentur.* appellatione scilicet familiæ.

m *Item appellatur.* ecce. vj. modus.

n *Memoriæ.* quia fit in memoriam.

o *Mulier.* hic accipit vt. ſ. §. cõmuni iure.

p *Caput & finis est.* caput: quia à filiis eius incipit patria potestas, secundum R. & finis: quia in ea finitur patria potestas, & adgnatio: & incipit cognatio: vt insti. de leg. adg. tu. §. j. &. j. l. proxi. §. fœminarum.

q FAmiliæ. apta ad tertium & ad quartum & ad sextum modũ superioris. l. & est sic in principe & commilitonibus suis: vt supra de test. mili. l. j. §. j.

r *In familia.* id est potestate vel adgnatione: vt inst. de leg. adg. tu. §. j. &. ſ. l. proxi. in fin. sed videtur quòd filij sequantur matrem vt supra de sta. ho. l. cum legitimæ. & ad muni. l. j. in fin. qui sunt contra. sed illud quo ad originem. Item op. C. de lib. cau. l. fin. sed ibi quo ad statum.

s INdicasse. da exemplum. ſ. ad Syl. l. si quis graui. §. si ex stipulatu. &. §. vtrum. vbi dicitur quòd seruus qui indicauit occisores domini, efficitur liber. item pone exẽplum. ſ. de iniuriis. l. lex Cor. in fi. vbi remuneratur qui indicauit eum qui famosum libellum composuit. dic ergo detulisse. s. in publicam notionem.

t *Arguisse.* id est argute & plene probasse, & per testes accusasse: hoc solum sufficit: & conuicisse puta per confessionem. si hæc A vel horum aliquid facit, habet prædicta præmia. & facit supra de iure fisc. l. senatus. §. si quis. &. l. deferre. &. l. j.

u VRbana. *Accipimus.* in ciuitate vel in villa sint: vt supra cõ. prę. l. j. &. j. e. l. fundi. ij. respõ. & insti. de serui. §. prædiorũ.

x *Stabula.* hic est contra supra qui. cau. pi. ta. contra. l. eo iure. §. stabula. Solu. ibi non sunt coniuncta ædificiis: hic sic. Vel hic gratia habitandi fuerũt facta: ibi non. vel solue vt ibi.

y *Meritoria.* id est habitationes ex quibus meretur mercedem.

z *Prætoria.* prætoria dicũtur loca in quibus paterfa. resistere solet. sic ponitur. ſ. de vſu & ha. l. plenum.

a *Deseruiẽtia.* sub. idẽ erit.

b *Non locus.* sic. C. de præ. mi. l. si prædium. &. ſ. eo. l. vrbana.

c *Olitorii.* ab olere vel oliuis.

d ABsentẽ. pone exẽplum in procu. instituẽdo: vt supra de procu. l. præsens. &. l. seq. & seq. sic ergo vno modo dicitur absens [a] qui est extra cõtinentia vrbis: vt hic, & supra eo. l. collegarum. §. qui extra. secundo cum tractatur de præscrip. long. tẽp. vt. C. de præscript. long. temp. l. fin. tertio cum tractatur de stipu. quæ inter absentes contrahi non potest, id est inter eos qui mutuo exaudire non posſunt: vt ſ. de verb. oblig. l. j. quarto dicitur absens, qui non est in iudicio: vt in auth. de testi. §. pe. & supra de damno infec. l. iiij. §. abesse.

a *Absens multis modis quis dicitur. Adde glos. in. l. si ideo. §. fi. in ver. ad sit. ſ. de euic. & in. l. hæres absens. ſ. de iudi.*

e *Si non latitet.* tunc enim etiam si est in foro, & latitet inter columnas, dicitur abesse quo ad hoc vt fiat missio & vẽditio: vt supra qui. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. illud.

f *Captus est.* quia pro mortuo habetur, cum sit seruus hostium: vt insti. de iure perſo. §. seruitus. vnde procu. habere potest: vt supra ex qui. cau. ma. l. ab hostibus. in prin.

g *Detinetur.* scilicet est absens, & restituitur: vt supra ex qui. cau. ma. l. succurritur. &. l. in eadem. Accursius.

h HAec *stipulatio, Solutum.* scilicet seruum. quam stipulationẽ facit emptor: vt. ſ. de ac. empt. l. ex empto. §. etiam.

i *Executionem.* aliàs excusationem.

k *Habent.* sed quæ ad pecuniarias noxias pertinẽt ex quib⁹ agitur noxali actione: vt. ſ. de ædil. edic. l. quis sit fugitiuus. §. quod autem. & supra de euic. l. Lucius. §. fin. vel dic tantum: vt infra eo. l. plebs. §. fin. quod non placet.

l IVsta. *Respondimus.* vt & supra de sta. ho. l. si quis ita. 16.

m *Et nepos.* hoc est cõtra insti. qui dari tu. pos. §. fi. vbi appellatione filij non continetur nepos. solu. speciale est in dationẽ tutoris. vel dic vt plene dixi. ſ. l. filij. vbi idem habes quod hic.

n *Auus.* vbicũque ergo in corpore iuris fit mentio patris, idem iuris in auo dicas, nisi in casu: vt arg. contra. ſ. de ri. nup. l. lege. in princip. &. §. non autem obest.

Cum

a *Cvm in testamento. Aut in monumento.* scilicet faciendo &c.

b *Non licet.* id est licitum est. sed cõtra supra mand.l. diligenter. in princip. & de pe. hære.l.hæreditas.§. si defuncto. & de neg.gest.l.qui aliena.§.libertos. quibus dicitur nõ licere plus expendere. Solu. hic fuit eius voluntatis testator, vt etiã plus impendi voluerit, quàm dixerit: sed in fauorem hæredis taxauit. q. d. nolo eos amplius grauare &c. sic supra de dona. inter vir. & vxorem. si sponsus.§. si quis rogat⁹. vel solue vt ibi in.d.l. qui aliena.§. libertos.

Qui plus expendit quàm testator iussit. non videtur contra testamentum fecisse: sed bene qui minus. Bartolus.

CCII. ALFENVS VARVS libro secundo Digestorum.

CVm in testamento scriptũ esset, vt hæres in funere aut in monumento [a] dumtaxat aureos centum consumeret: nõ licet [b] minus consumere. si amplius vellet, licet: neque ob eam rem contra testamentum facere videtur.

CCIII. IDEM libro septimo Digestorum.

IN lege censoria [c] † portus Siciliæ ita scriptum erat: *Seruos quos domum quis ducet suo vsu, pro his portoriũ [d] ne dato.* quærebatur si quis à Sicilia seruos Romam mitteret fundi instruendi causa: vtrum pro his hominibus* portoriũ dare deberet, nécne. Respõdit duas esse in hac scriptura quæstiones. primam, quid esset *domum ducere.* alteram, quid esset *suo vsu* ducere. Igitur quęri solere vtrũ vbi quisque habitaret, siue in prouincia, siue in Italia, an dumtaxat in sua cuiusque patria domus esse rectè diceretur. Sed de ea re constitutum esse, eam domum vnicuique nostrum debere existimari, vbi quisque sedes & tabulas † haberet, suarũq; rerum cõstitutionẽ fecisset. [e] Quid autẽ [f] esset, *vsu suo*, magnã habuisse dubitationem. Et magis placet quod victus sui causa paratum est, tantum contineri. [g] Itemq; de seruis eadem ratione quæri, qui eorum vsus sui causa parati essent, vtrum dispensatores, insularij, villici, atrienses, [h] textores, operarij quoque rustici qui agrorum colendorum causa haberẽtur, ex quibus agris pa terfamilias fructus caperet, quibus se toleraret: [i] † omnes denique serui* quos quisq; emisset, vt ipse haberet, atque eis ad aliquam rem vteretur, neque ideo emisset vt venderet. Et sibi [k] videri eos demum vsus sui causa patrem familias habere, qui ad eius corpus tuẽdum, atq; ipsius cultum præpositi destinatiq́ [l] essent: quo in genere vectores, [m] * cubicularij, coci, ministratores, atque alij qui ad eiusmodi vsum parati essent, numerarentur.

CCIIII. PAVLVS libro secundo Epitomarum Alfeni.

PVeri appellatio tres significationes habet: vnam, cum omnes seruos [n] pueros appellaremus: alteram, cũ puerum contrario nomine puellæ [o] diceremus: tertiam, cum ętatem puerilem demonstraremus. [p]

CCV. IDEM libro quarto Epitomarum Alfeni.

QVi fundum vendidit, pomũ recepit. [q] Nuces & ficos, & vuas dũtaxat duracinas [r] † & purpureas, [f] & quæ eius generis essent, quas nõ vini causa haberemus, quas Græci τρωξίμους † appellarẽt, recepta [t] videri. [u]

CCVI. IVLIANVS libro sexto ex Minicio.

VInaria [x] vasa propriè vasa torcularia [y] esse placet: dolia autem & serias [z] tamdiu in ea causa esse, quamdiu vinum haberent: cum sine vino esse desinerent, in eo numero non esse: quoniã ad alium vsum trãsferri possent: [a] velut si frumentum in his abdatur. [b] * eãdẽ causam amphorarum esse, vt cum vinũ habeãt, tum in vasis vinariis: cum inanes [c] sint, tum extra numerũ vinariorũ sint, quia aliud in his abdi [d] * possit.

CCVII. AFRICANVS libro tertio Quæstionum.

MErcis [e] appellatione homines [f] non contineri, Mela ait: & ob eã rem mangones, [g] nõ mercatores, sed venalitiarios appellari ait: & recte.

CCVIII. IDEM libro quarto Quæstionum.

BOnorum appellatio, [h] sicut hæreditatis, vniuersitatem quandam ac ius successionis, & non singulas res demonstrat.

CCIX. FLORENTINVS libro decimo Institutionum.

COram [i] Titio † aliquid facere iussus, nõ videtur prędicto instituto: vt.ſ.ad Treb.l.nã quod.§.fi. & hoc in ciuili appellatione bonorũ. secus in naturali: vt.ſ.eo.l. bonorum.&.l.prope. quæ sunt arg. contra.

a *Censoria.* sic dicta, quorũ erat munus portoria & vectigalia locare. *Bud. hic.* *Fl. homi-nis*

b *Portorium.* quod vectigal dicitur.

c *Fecisset.* vt &.C. de incolis.l.ciues.& supra de lib. agno.l.j.§. domum. Accursius.

e *Nulla.*Pone in pupillo qui promisit sine tutoris auctoritate:vt.ff.de ver.obli.si pupillus.Sed contra.C.de pac.l.si pacto.& de contrahen.sti.l.nuda.in quibus nudo pacto aliquid cõuenisti:alioquin pœnam:& incidis in pœnã propter morã pacti. Sed respon. immo propter conditionem quæ extitit. sic &.ff. de ver.obl.si Titius.dic ergo nulla,scilicet nec cõmunis,nec specialis:quæ quid sit,& eius effectus,dic vt.ff.de vsu.l.mora. Itẽ quod dicit ibi,id est in sol.ipsius rei,id est pro qua re. Item nulla petitio,quia naturalis obligatio tantum: vel quia naturalis & ciuilis, sed exceptione repellitur:vt supra si cer.pet.l.lecta.§.sed cũ sortis.per quam etiam potest poni hic casus.

f *Quamdiu.*hoc idẽ habes.ff.de acqui.hær.l.quamdiu.&.C.de secun.tab.l.j.& communia de succes.l. antequam.Sed cõtra.ff.de bo.auct.iudi.pos.l.si seruus.sed ibi non videtur postea valere testamentum:vt ibi,&.j.eo.l.si nemo.Item contra.ff.de hære.insti. l.si quis ita hæres instituatur, si legitimus. sed illud propter expressam voluntatẽ testatoris.vel melius,ibi non venit legitimus ab intestato, sed ex testamẽto:vt ar.ff.de vul. sub.l. q duos. sed illud arg. capiat qui potest. Azo. Item cõtra argu. supra de Car. edic.l. scriptus.§.fi.

g *Legitimus.* ab intestato veniens.Accur.

h *In omnibus.* in professionibus cũctis, scilicet grãmatica,dialectica,& cæteris,æquitas est spectãda: & maxime est spectãda in iure,id est in arte boni & æqui, cuius iuris merito quis nos sacerdotes appellet:vt supra de iusti.& iu.l.j.in prin. vel aliàs secundum Io. in omnib⁹ scilicet pactis, cõtractibus, & vltimis voluntatibus est æquitas seruanda, præcipue tamẽ in iure, id est in iudicio: vt &.C. de iudi.l.placuit.& supra de eo quod certo lo.l.q̃ si Ephesi.§. in summa. & C.de test.l.præposteri. Accursius.

Fl. appio

i *Quotiens.*suo hæredi, puta filio, defertur hæreditas iure veteri per.l.xij.tab. vt insti. de hære.ab intest.in prin.Item iure nouo id est prætorio pervnde liberi:vt insti.de bo.pos.§.& cum de testamentis.Si ergo repudiat bo. pos. adhuc admittitur de iure veteri:vt.C.de iur.deli.l.suum hæredẽ.est enim prætoriũ nouũ:vt.ff. de iusti.& iur.l.ius ciuile.§.ius præto. Quod ergo dicit, ante defertur: dic scilicet q̃ cæteris in remotioribus gradibus cõstitutis: vt.ff. quis ordo in bo.pos.ser.l.j.aliàs male diceret:qa ĩ eodẽ tẽpore defertur vtroq;iure.vel etiã postea cœpit deferri nouo iure. Vel secũdo pone casũ in legitimo hærede ĩstituto,q̃ repudiat ex testamẽto,adire potest ab intestato:vt.ff.de acqui.hær.l.nec is.§.hæres.& secũdũ hoc testamẽtũ est ius nouũ. Ab ĩtestato.ff.per.l.xij.tab.est vet⁹,quę tñ cõfirmat testamẽtarios:vt.ff.de ver.sig.l.legitimos.& qđ dicit ãte,bene dicit:vt.ff.ꝓx.l.quãdiu.& fa.ff.de le.ij.si duob⁹.

k *Quod.*scilicet testamentarium.

l *Vetus.*xij.tabularum.Accursius.

m *Si librarius.*i.scriptor librorũ:vt.C.de vet.iur. enu.l.fi.§. antepe.Vel.i.notarius,apud quẽ fiebat testamẽtũ per æs & librã:de quo testamento est insti.de testa.in prin.Si ergo errauit in stipulatione,præponẽdo responsionẽ,cũ econtra scribere debuit:vt instit.de verb.obli.in prin.vel vocando eã transactionẽ: nihil nocet:vt hic.Idẽ in cæteris contractibus intelligas.nã plus valet quod agitur,q̃ quod scribitur:vt.C.plus vale. qđ agitur.l. j.nisi in casibus vbi prævalet scriptura:vt.ff.de vsufr. leg.l. si alij. Idem in libello supplicatorio,quod in stipu.dixi.C.de er. aduo. l.ij.& de Fal.l.nec exemplũ.Itẽ in naturalibus:vt.ff.de sta.ho. imperator.Itẽ in testamentis,siue in legando:vt.ff.de le.j. qui quartam.siue in parte institutionis:vt supra de hære insti.l.quotiens. §.j.siue in omittendo:vt.C.de testa.l.errore.Accursius.

a Nota. ad hoc, q error notarii non vitiat instrumẽtum, sed actum inter partes celebratũ. Bal.

n *Filiusfamilias.*secundum has.ll.quicquid filiusfa.quærebat,vt domino seruus,ita patri quærebat,præter castrẽsia: vt insti. per quas perso.§.j.vt nec momento penes filium consisterent: vt supra de acquir. hære.l.placet.vnde idem in possessione, vt hic: etiam si ab alio possideatur filius, vt supra de acqui. pos.l. quicquid.dummodo sit verus filius:vt supra de vsucap.l. iusto. hodie aduentitiorum omnium bonorum dominium & possessio quæritur filio:vt.C.de bo.quæ lib.l.cum oportet.Accursius.

o *Peculiaris.*peculij profectitij.Accursius.

p *Non solent.* Pone vt supra de vsu.l. vsuras.&.l.placuit. Item & supra de aur.& arg.leg.l.pediculis.§.Labeo.Item.C.de don.l.

BIU Cujas

don.l.sancimus.in princ.Item.C.de testa.l.testamentum.Sed ar. cõtra.ff.eo.l.actus.& insti.qui da.tu.pos.§.propriis.& illud generale: Vtile per inutile non vitiatur.

a *Nemo dubitat.* Si Titius mihi centum debet ex causa fideiussionis cum aliis,& nihil habet: Seius tamen eum defendit cum fideiussione iudicatũ solui: videtur Titius soluendo quo ad me: quia à defẽsore vel fideiussore sum exacturus: & ideo opponet beneficium epistolæ diui Hadriani: vt instit. de fideiuss.§.si plures.& facit supra titu.j.l.soluẽdo. Accursius.

*Cõcor.tex. in.c. intelligẽtia. extra de ver. sig.

b *In ambiguis.* Hęc regula obtinet in rescriptis: vt.ff.eo. Neratius. Item in testamentis: vt supra de leg.iij.l. non aliter. Item in legibus cõdendis: vt.C. de legi. & consti.l. fin. Item in prætoriis stip. vt supra de prẽto.stip. l.in prætoriis. Itẽ secũdum Azo.in sententiis iudicum: vt supra de re iudi.l. acta. at in contractibus non: quia aut constat eos dissensisse: & non valet cõtractus: vt supra de verb.obl.l. inter stipu.§.j. aut dubitatur:& tũc fit interpretatio contra proferentẽ: vt supra de pact. l. veteribus. Quod autem hic dixit, maxime, iunge cum præcedẽtibus.q.d. maxime in ambiguis: quia & in non ambiguis receditur à verbis:& præualet sententia:vt.d.l. non aliter. vel lege cum inferioribus.q.d. etiam aliud inspicitur quàm sentẽtia,si ea non liqueat.nã statur tunc verbis, si non liqueat:vt supra de reb. du.l.qui habebat. Accursius.

XCV. IDEM libro sexto Fideicommissorum.

NEmo dubitat [a] soluẽdo videri eum qui defenditur.

XCVI. MAECIANVS libro duodecimo Fideicommissorum.

IN ambiguis [b] † orationibus maximè sententia spectanda est eius qui eas protulisset.

XCVII. HERMOGENIANVS libro tertio Iuris epitomarum.

EA sola [c] deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt.

XCVIII. IDEM libro quarto Iuris Epitomarum.

QVotiens [d] vtriusque causa lucri ratio vertitur: is præferendus est, cuius in lucrum causa tempore præcedit.

XCIX. VENVLEIVS libro duodecimo Stipulationum.

NOn potest [e] improbus videri, qui ignorat quantum soluere debeat.

C. GAIVS libro primo Regularum.

OMnia [f] quę iure contrahũtur, contrario iure pereũt.

CI. PAVLVS libro singulari de Cognitionibus.

VBi lex [g] duorum mensium fecit mentionem: & qui sexagesimo & primo [h] die venerit, audiendus est: ita enim & imperator Antoninus cum diuo patre suo rescripsit.

c *A sola.* Hoc verbũ sola, potest esse adiectiuum illius verbi sententia.q.d.sola sentẽtia deportationis aufert bona fisco: non autem relegationis,nisi expresse fiat bonorum ademptio: vt C.de pœ.l.deportatorum. Item potest esse adiectiuum illius dictionis subauditæ, scilicet bona.q.d.ea sola bona aufert sententia,quę fiscus vult agnoscere. Quid ergo erit de aliis? Rñ.hæredibus deportati: quasi ipse sit mortuus: vt supra pro soc.l. actione. §.publicatione.non ipsi deportato: quia male meritus debet egere: vt supra depo.l. bona fides. sed videtur quòd etiam deportatus: vt.C.de bo.prosc.l.deportati. Quis autem possit deportare: dic vt.ff.de leg.iij.l.j.§.deportatos.&.§.item à præfecto. Itẽ nonne ipso iure fisco quæruntur? Respon.non quando nõ constat ea esse soluendo: vt.ff.de iu.fisc.l.j.§.an bona. Item hæc hodie cessant,nisi in crimine maiestatis: vt in authen. vt nulli iudi.§.fi.

d *Qvotiens.* Si.xx.in bonis habeas, & mihi.xx. ex causa donationis promittas, & Titio.xx. præfertur qui primo litem contestatus est: vel melius qui primo ad sententiã peruenerit: vt supra de pecu.l. si vero. Vel pone vt.C. de rei vin.l. quotiens. in fi. vel vt supra de leg.j.si pluribus.in fi.sed in vltimis voluntatibus seruatur vltimum. vnde distingue. aut pendet ex voluntate vnius tantum: & vltimum præualet: vt in vltima voluntate: vt supra de leg.j.si mihi.§.in legatis.& de iniusto test.l.j. Item in legibus: vt supra de legi.& senatusconsul.non est nouum. & in rescriptis. Si vero pendeat ex voluntate plurium, vt in contractibus omnibus, tunc vltimum derogat primo, si omnes consentiant: vt.C.de pac.l.pacta.& not.supra de acqui. pos. si quis à me.aliàs nõ derogatur primo: vt in pignore: vt.C.qui po.in pig. ha.si fundus.&.d.l.de rei vin.l.quotiens. Accursius.

ff. Nouum.

A e *Non potest.* Pone vt.C. de distra.pig. si residuum. Item supra de condi.& demon.l.in testamento.in fi. Item vt supra de vsur.l.si quis solutioni.& facit infra eod.l. qui in ius.§. nemo. Accursius.

f *Omnia.* Pone vt not.ff.eo.l.nihil tam.

CII. VLPIANVS libro primo ad Edictum.

QVi vetante [i] prætore fecit: hic aduersus edictum fecisse propriè dicitur.

Eius [k] est actionem [l] denegare, qui possit & dare. [m]

CIII. PAVLVS libro primo ad Edictum.

NEmo de domo sua extrahi debet. [n]

B CIIII. VLPIANVS libro secundo ad Edictum.

SI in duabus [o] actionibus alibi summa maior, alibi infamia est: præponenda est causa existimationis. Vbi autẽ æquiparantur * famosa iudicia: etsi summam imparem habent, pro paribus[tamen] accipiẽda sunt.

CV. PAVLVS libro primo ad Edictum.

VBicumque [p] causę cognitio est: ibi prætor desideratur.

CVI. IDEM libro secundo ad Edictum.

LIbertas, [q] inæstimabilis res est.

C CVII. GAIVS libro primo ad Edictum prouinciale.

CVm seruo [r] nulla actio est.

CVIII. PAVLVS libro quarto ad Edictum.

FEre [s] in omnibus pœnalibus iudiciis & ætati & imprudẽtiæ succurritur.

g *Vbi lex.* Pone vt supra de ædil. edic.l. si vẽditor de his. Item.C.de temp.& re. l.j. Item.C.de fideiuss.l. pe. Item caute dixit, lex: quia secus in testamentis & cõtractibus. Itẽ hoc ex benignitate.

h *Et primo.* nedũ sexagesimo.

i *Qvi vetante.* Pone de albo corrupto. nam facit contra edictum, quandoque ex edicto, quandoque ex sententia: vt supra de iurisd. om.iu.l. si quis id.in prin.&.§.si dum. Item vt supra de in ius vo.l.quique.§.patronum.

*Florẽ. æquiparant

k *Eius est.* qui potest dare actionem actori, condemnando reum: is potest absoluẽdo eam auferre. ad quod.ff. eo. l.nemo qui cum. & facit.ff.eo.l.omnia.

l *Actionem.* per sententiam.s. absolutoriã.

m *Et dare.* scilicet per sentẽtiã condẽnatoriã.

n *Nemo. Debet.* vt supra de in ius vocã.l.plerique.& hoc in ciuilibus. secus in criminalib⁹: vt in auth. vt nulli iudi.§.quoniã.

o *Si in duabus.* Pone vt.ff.de sol.l. his.§. imperator.&.l.si quid. &.l. cum ex pluribus. Item facit.ff. de pœnis. l.in seruorum.&.C. de incest.nup.l.humilem.&.ff.de iureiur.l.nam postea.ibi,nec multum. Accursius.

p *Vbicumque.* Pone vt.ff.eo.l.omnia.& fa.ff.de dam.infec.l.iiij. §.j.&.ij.& ad municip.l.ea quæ.

q *Libertas.* Dic vt.j.eo.l.nõ est.§. infinita. Item ad hoc supra si qua.pau.fec.dic.l.ex hac.& de verb. obli.l. liber homo. sic res sacra non recipit æstimationem: vt supra de rerum di.l. sacra.§.fin. In casu fallit vbi liber homo venditur certo pretio: vt instit.de iure perso.§.pe.alia omnia æstimantur pecunia: vt.C. de constitu.pec.l.pe.§.& neminem. sed non econtra pecunia per res: vt supra de fideiusso.l. si ita fideiussorem accepero. vnde dicitur: Omnia sunt venalia Romæ. Item hæc æstimatio est triplex. nam est communis, & conuenta, & singularis: vt supra de act.emp.l.j. Accursius.

*Liber homo quandoque recipit æstimationem. a Senex lex uius quã iuuenis punitur: & ideo inter plures criminosos incipitur tortura & quæstio à iniori. p quo facit.l.i. in princ. & l. ex libero. §. 1. ff. de quæstio. secundũ Oldra.ẽ tract. de quæstio. q.3.

r *Vm seruo.* Pone vt.C.de noxa.l.si tibi.& die vt supra eod.l. quod attinet. naturaliter tamen tenetur vt liber: vt insti.de fideiuss.§.j.

s *Fere.* De ætate pone exempium in minore delinquente per culpam: vt.C.si aduersus deli.l.j. Item in sene, qui leuius punitur quàm iuuenis: [a] vt.ff. de ter.mo.l.ij. Item de imprudentia pone in eo maiore qui corrupit album: vt supra de iu.om.iudi,si quis id. Prædictis quidem succurritur, vel ipso iure, vel per restitutionem: vt patet hac distinctione: cum minor delinquit: aut infans,& ipso iure non tenetur: vt supra de rei vin.l. quod infans. aut maior infante: & tunc aut per culpam: & tũc succurritur per rest.in inte. vt in nihilũ teneat: vt.C.si aduer.de.l.j. in fi. aut dolo: & tũc si ciuiliter agitur,nõ iuuatur: vt supra de mi.si ex causa.§.si in commissum. nisi vt pro confesso vel trãsacto habeatur: vt ea.l.§.nunc videndum. Si criminaliter: aut est atrox tantum,& nõ subuenitur nisi quaten⁹ miseratio ætatis perduxerit iudicem

BIU Cujas

ad mitiorem pœnam.aut atrociſsima: vt in capitulis.l. Iuliæ de adul.& tunc ad nihilum: vt ſupra de mino.l.auxilium.§. in delictis. in duobus tamen caſibus etiam ſi dolo deliquerint, non tenentur.primus:vt.C.ſi aduer.delic.l.ſi ſeruus.&.C.de iis qui no. infa.l.pe.maiores enim tãtũ tenent ea delicta.Ité in tertio:vt.C. de fal.mo.l.j. in fi.& de imprudentia, quæ etiã maiores excuſat: pone in eo qui rapuit rẽ ſuã credens ſibi licere.nam excuſatur à pœna furti,& vi bo.rap.licet nõ à pœna conſtitutionis ſi quis in tantã:vt inſti. vi bo. ra.§. quia tamẽ. Ité poteſt poni in omni actione qua quis nõ tenetur, niſi commiſerit dolũ, vt in albo dixi. Item poteſt poni in contractu dotis imperite facto: vt.C. de rei vxo.ac.§.& vt plenius. Item poteſt poni in lege Cor.de ſic.qua quis non tenetur ſine dolo:vt.C.ad.l.Cor.de ſic.l.j.& ſupra ad.l.Cor. de ſic.l.in lege.&.l.infans.&.l.diuus.Item in adulterio: vt ſupra de adul.l.pe.In caſu etiam in crimine propter culpam delinquẽtes non excuſantur:vt ſupra de cuſto.& exhi.re.l. carceri. &.l.fi. in princip.Accurſius.

Dolo delinquens non ſemper punitur.

Furtũ faciẽs nõ ſemper furti tenetur.

CIX. IDEM libro quinto ad Edictum.

NVllum [a] crimen patitur is qui non prohibet,cũ prohibere non poteſt.

CX. IDEM libro ſexto ad Edictum.

IN eo [b] quod plus ſit, ſemper ineſt & minus. ℣ Nemo alienæ [c] rei expromiſſor idoneus videtur, niſi ſi cum ſatiſdatione. ℣ Pupillus [d] pati poſſe nõ intelligitur. ℣ Vbi [e] verba cõiũcta non ſunt, ſufficit alterutrũ eſſe factum. ℣ Mulieribus [f] tunc ſuccurrendum eſt, cum defendantur:* non vt facilius calũniẽtur.

CXI. GAIVS libro ſecundo ad Edictum prouinciale.

PVpillum [g] qui proximus pubertati ſit:capacem eſſe & furandi,& iniuriæ faciendæ [cõſtat.] ℣ In hæredẽ [h] non ſolent actiones tranſire, quæ pœnales ſunt ex maleficio:veluti furti, damni iniuriæ, vi bonorum raptorum,iniuriarum.

CXII. PAVLVS libro octauo ad Edictum.

a *Vllum.* Si patiatur dominus ſeruum delinquere, cum prohibere non poſsit: non patitur,ſcilicet crimen committi. vel non patitur crimẽ,id eſt criminis pœnam.& hoc niſi in culpa fuerit dominus quòd prohibere nõ poſsit: ſicut & aliàs tenetur quis de caſu,ſi culpa præceſsit caſum: vt inſti.qui.mo.re cõtra.obl.§.item is.& dixi ſupra eo.l.contractus.

b *In eo.* Si ſtipulatus ſum à te.xx. tu reſpondeas.x. vel econtra: valet in.x.ſi placeat mihi reſponſionis diuerſitas:vt.ſ.de ver. obl.l.j.§. cũ adiicit. Si vero diuerſitas in ſtipulatione ſpecierum eſt,tunc aut vnũ ſtipulor,& tu reſpondes aliud: & non valet.aut plures,ſcilicet ſpecies ſtipulor:& tunc aut copulatiue, aut diſiũctiue:quod dic vt inſti.de inuti.ſtip.§.præterea. Item pone, locaui pro.x.tu ſentis de.xx.valet in.x.vt ſupra loca.l. ſi tibi.x. Ité pone vt ſupra de conſti.pe.l.ſed ſi in diem.§.ſed ſi quis.xx. Item poteſt poni, quando conceditur alicui quod maius eſt: & quod minus eſt,conceſſum videtur:ſicque conſonabit regulæ ſuperiori.l.non debet.cui quod plus eſt licet: non debet quod minus eſt non licere.& dic vt ibi. Item pone in tribus arbitris: vt ſupra de arbi.l.diem.§.ſi plures. Item hoc idem poteſt aſsignari in ſeruitute. nam plus eſt habere actum quàm iter. qui ergo concedit actum,& iter cõcedere videtur quo ad commoditatem:vt inſti. de ſerui.§.actus.

c *Nemo alienæ.* Si quis obtulit ſe defẽſioni alienæ rei,id eſt cauſæ,debet ſatiſdare cũ fideiuſſoribus:vt.ſ.iud.ſol.l. ſi ad defenſionẽ.in fi.&.ſ.q ſatiſ.co.l.j.eſt &ſatiſdatio iud.ſol.vt inſti.de ſatiſ. §.fi.quæ tria cõtinet:vt.ſ.iud.ſol.l.iudicatum ſolui.Dicitur ergo hic defenſor expromiſſor: quia ipſe promittit principaliter,reo non obligante ſe:vt.ſ.de dolo.l.& eleganter.§. ſeruus pactionis. Item bene dicit alienæ:quia ſecus in ſua:vt inſtitu. de ſatiſ.§. ſed hodie.Item hoc in ciuili, in criminali non admittitur defenſor: vt ſupra de pu.iudi.l.pe.§.ad crimen.niſi ad allegãdas cauſas abſentiæ:& tunc non ſatiſdat:vt ſupra de procu.ſeruum.§.publice. Sed an dare volens [a] pignora auditur? Videtur ℘ ſic: quia eſt æquipollens:vt inſti.de rerũ diui.§.venditæ. Ecõtra videtur quòd non:vt ſupra de præto.ſtipu.prætoriæ. nam periculum eſt in cuſtodia pignorum.Item hæc regula fallit in veris tutoribus:vt.C. de admi.tu.l.vl.§.defenſionem.Ité in quaſi tutoribus, vt orphanotrophis:vt.C.de epiſc.& cle.l.orphanotrophos.& in authen.de eccl.tit.§.ſi.quandoque ſatiſdatio pro nuda repromiſsione ponitur,qua contentus actor ſit:vt ſupra tit.j.l.ſatiſdationis.

d *Pupillus.* pone vt ſupra de trib.l.iij.§.ſi ipſius.vbi pupilli ſciẽtia non inducit tributoriam.Item pone.C.de fal.mo.l.j.§.impuberes.Ité pone,ſi patitur fieri opus per quod aqua pluuia ei noceat:nõ præiudicat ſibi:ſecus in maiore: vt ſupra de aqua plu.ar. l.Labeo.Ité vbicũque patientia alicui præiudicet,non præiudicat pupillo: vt ſi quis rem eius obliget eo præſente. nam maiori præiudicat:vt.C.ad Velle.l.ſi ſine.& in toto illo generali patiẽtia pro conſenſu habetur quantum ad ſui commodum:vt ſi agat, pati credatur: vt ſupra de iniur.l.illud relatum. Item hoc niſi ſit pubertati proxi.aliàs poteſt delinquere: & tenetur: vt.j.eo.l.pupillum.&.l.pupillus.

e *Vbi.* Inſtituo te hæredem,ſi feceris illud & illud:vtrũque fieri debet.ſi vero ita,ſi illud aut illud,alterum:vt ſupra de condit.inſti.l.ſi hæredi plures.Item pone eodem modo in ſtip.vt ſupra de iu.do.plerũque.in fi.Quid ergo ſi non eſt ibi neq; coniuncta neque diſiuncta? Reſpon. intelligitur ex mẽte proferentis: vt.ſ. de verb. ſign.l.alienationis.§.fi. Sed quid ſi mẽs non appareat? Reſpon. ſufficit alterum factum. & hic eſt caſus huius.l.maxime quia in obſcuris quod minimum eſt ſequimur:vt.ſ.eo.l.ſemper.ſcias etiã quòd frequenter coniuncta pro diſiuncta & econtra pronuntur: vt.ſ. de verb. ſig.l.coniũctionẽ. &.l. ſæpe.&.C.de verb.ſig. l.pe. Ité facit ad hãc.l. ſ.de ma. teſta.l. quod vulgo.& de re. du. ſi is qui.§.cum ita.& de diuor.& rep.l.fi.§.ait lex.in prin. & de cõdi. & demon.l.cum pupillus.§.fi.

** Hal. cum defraudantur.*

f *Mulieribus.* Pone in muliere intercedente:cui ſubuenitur, niſi decipiat:vt.ſ.ad Velle.l.ij.§. verba. Iuuatur ergo cũ defenditur, ſcilicet à damno,dolo earum non interueniente. aliàs non: quia ſic facilius calumniarentur,id eſt ad deceptiones peruenirent. & ſic,calumniarentur, largius ponitur quàm.ſ.ad Turpil.l.j.§. calumniari.Item no.auferri occaſionem delinquendi.ſic.C.de lati. lib.tol.l.j.§.ſed nec furandi.Item poteſt poni in muliere inutiliter ſibi dotem ſtipulante:vt.C.de rei vxo.ac.l.j.§.j.Item ſi rationes aduerſario non ediderint:vt ſupra de eden.l.j.§.fi.Item ſi acceperint fideiuſſorem minus idoneum iudicio ſiſti: vt ſupra qui ſatiſd.cog.l.de die.§.minori. Item quando inceſtum iuris ciuilis ignorantia commiſerint:vt ſupra de adul.ſi adulterium.§.j.ibi,nã ſi ſola &c.&.§.fratres.ibi,nam & mulieres &c.Ité viduis ſubuenitur, in quarum domibus ob earum negligentiam falſa moneta eſt fabricata: vt.C.de fal.mo.l.j.§. viduas. Item ſubuenitur, vt non cabant in Turpil. licet deſiſtant: vt ſupra ad Turpil.l.j.§. actionem.in fi.§.Item ſi aliquem in fiſcum detulerint:vt ſupra de iure fiſci.l.ij.in fi.Accurſius.

g *Pvpillum.* Aliquando dicitur pupillus proximus infantiæ: vt inſti.de inuti.ſtip.§.furioſus.aliquando proxi.pubertati: vt hic.accipio ergo medium, vt à decimo anno & dimidio ſupra maſculus dicatur proxi.pubertati: & hic talis delinquere poteſt: vt hic,&.ſ.de fur.l. impuberem.& ad.l.Aqui.l.ſed & ſi quencũque.§.ſed & ſi infans. excipe adulterium: vt ſupra de adulte.l. ſi minor.Accurſius.

h *In hæredẽ.* Actio furti eſt mere pœnalis hincinde:vt ſupra de fur.l.ſi pignore.§.cum furti.& ſic in hæredem non datur:vt hic, & inſti.de perpe.& temp.ac.§.non autem.Item ac.leg. Aquil.eſt pœnalis ratione inficiationis & repetitionis: vt inſtitu. ad.l.Aquil.§.his autem verbis.& ideo in hæredem non datur, niſi in id quod ad eum peruenit:vt.ſ.ad.l.Aquil.inde Neratius.§. hanc actionẽ.Item actio vi bo.ra. in prin. eſt pœnalis ratione triplici: vt inſti.vi bo.rap.& ideo non datur in hæredem: vt.ſ.vi bo.rap. l.ij.§.fi.Item actio iniuriarũ eſt pœnalis: quia nihil actori abeſt, & nihil adeſt reo:& ideo in hæredem non datur,vt inſti.de perpe.ac.§.non autem.Sed nunquid dabitur his caſibus in hæredem de eo quod peruenit ad ſecundum? P. reſpon. ſic. ſed non poteſt ſtare niſi in Aquil. nam in furti actione, cum mera pœna ſit,nil de ea peruenit ad hæredem.Item de act.vi bo.rap.planũ eſt,quia etiam in id quod peruenit,non datur:vt.ſ.vi bo.rap.l.ij.§.fi.Item in act.iniuriarum non poteſt aliquid peruenire. Item hęc regula tenet,niſi lis ſit conteſta.vt.ſ.eo.l.non ſolet.&.l.ſeq.Item nonne condic.furti eſt pœnalis quandoque: vt ſupra de condic. furti.ſi condicatur.& tamen datur hæredi:vt inſtitu.de obli.quæ ex delic.§.fi? Sed reſpon. hæc regula loquitur quando actio quæ eſt pœnalis,oritur ex maleficio. At condictio furtiua ex variis cauſarum figuris:vt no.ſupra de condic.furti. ſi pro fure.§.fin. Item prædicta ſunt vera,ſiue ſit pœnalis hincinde, vt in exemplis huius.l.ſiue ex parte rei tantum : quia tunc non datur in hæredem, niſi in id tantum quod peruenit ad eum:vt.ſ.de eo per quem fecerit.l.j.§.ſi plures.&.§.fi.ſiue actoris tãtũ,vt quia accepiſti à Titio pecuniam vt mihi negotium per calumniam faceres:quo caſu teneris mihi:& licet non abſit mihi aliquid,tibi tamen abeſt,

& in eo

a Iſta gloſ. ſingu. ad hoc quòd licet aliàs ille qui tenetur ſatiſdare, poſsit dare pignora & ſe liberare: tamen hoc non poteſt fieri creditore inuito:quoniam eſt periculũ in cuſtodiẽdis pignoribus, per iſtã gloſ. Bolo.

BIU Cujas

& in eo non est tibi pœna: vt supra de calum. l. & generaliter. §. fi. sic in hæredem non datur nisi in id quod peruenit: vt supra de calum. l. in hæredem. Accursius.

a *Nihil.* quo ad effectum. & pone vt supra de dol. l. & eleganter. §. seruus pactionis. sed fallit: quia si habes exceptionem pacti, & paciscamur vt liceat petere, valet: qđ non valeret si ipso iure fuisset liberatus per pactum primum: vt. ſ. de pac. l. si vnus. §. pactus ne. &. §. sed & si pactũ.

b *In toto.* Si sum absolutus à petitione toti⁹ fundi, videor absolutus à qualibet parte: quia pars est in toto: vt. ſ. de excep. rei iudi. l. si quis cum totum. & repete quod not. ſ. eo. l. in eo quod. Accur.

c *In obscuris.* Si rem aliquam pro. x. libris tibi vendidi: nec apparet de qua moneta egerimus: & vnus dicat de Veronensibus, alter de imperialibus actũ, primo inspicitur qđ verisimile est. si enim res digna erat. x. libris imperialibus, vel multo maiori pretio: non est verisimile eos egisse de vili moneta. si autẽ non potest apparere, quia valet minus. x. li. impe. & plus. x. lib. Veronẽ. tunc inspiciã quod plerũq; fieri solet. si enim est cõsuetudo in ciuitate, vt qui loquuntur de nummis, de Veronẽ. intelligant: tunc videtur de eis conuenisse. & sic de cæteris obscuris: sicut diximus. ſ. eo. l. semper. Item facit institu. qui ma. non pos. §. idem iuris. Accursius.

*Fl. qui ac

d *Si quis obligatione.* Pone exẽplũ vt. ſ. de calũ. quinetiã. Itẽ pone: Si testator legauerit creditori meo. x. quę debeo, mei cõtẽplatione, vt à te liberer: videor ego capere totũ: vt. ſ. de leg. iij. l. fideicõmissa. §. interdũ. etiã si parum vel nihil habeam: vt. ſ. de do. cau. mor. l. mortis causa. §. j. Item pone. ſ. ad. l. Falc. quærebatur. &. l. Nesennius. §. fi. Sed si fiat a hæc liberatio causa donationis an exigitur donationis insinuatio, si est vltra quingentos aureos, vel solidos? quidam quòd non: arg. ſ. de don. l. Modestinus. sed certe ibi non erat præsens debitum, sed per tempora: arg. C. de vsur. l. vsuræ. & facit. ſ. quæ in frau. credi. l. j. in fi. Accursius.

a *Scribent. hic dicunt hanc gl. ad hoc sing. q̃ licet insinuatio debeat interuenire vbiq̃ aliquid remittitur, quia remissio est donatio: tamen hoc est verum si fit per modum donationis: secus si fiat per modum transactionis. Bolo.*

e *Non potest.* Si dolo vel metu me induxisti ad promittendũ tibi: nil videris accepisse, id est acquisisse: cum habeam excep. doli vel metus: vt. ſ. l. proxi. nihil. Sed op. si tibi inferẽti metũ nõ quęritur: ergo nec ego perdo: ergo non habeo excep. quod me. cau. quæ damnũ exigit: vt. ſ. quod me. cau. l. sed & si partus. §. Iulian⁹. quod est falsum: immo habeo actionem & exceptionem: vt. j. eo. tit. l. meorũ. §. sed quod prætor? Respõ. si beneficium edicti quod me. cau. mihi non subueniat, damnum patior: quia solidum solue. re cogor: sed quia beneficium mihi datur, dicitur quòd damnum pati non videor. Hæc eadem quæstio fit in damno iniuria dato. Item in eo qui temporali ac. tenebatur ei cuius negotia gessit: & dum gereret, à se non exegit: vt. ſ. de nego. gest. l. diuortio. & eadem respon. adhibetur, secundum Azo.

f *Nihil consensui.* emptio, locatio, & similes sunt bo. fi. & habẽt suum esse & vestimentũ ex cõsensu: vt insti. de ac. §. actionum. & de ob. ex consensu. si ergo fiunt per metum: rescinduntur per excep. & per ac. quod me. cau. vt. ſ. quod me. causa. l. metum. §. sed quod prætor. ergo metus est contrarius consensui: cũ vnum conseruet, alterũ destruat. Sed op. in metu est consensus, licet coactus, & si sit hæres coactus adire: vt. ſ. quod me. causa. l. si mulier. & transfert dominium: vt. C. quod me. causa. l. si vi. & datur actio, licet detur exceptio: vt dixi: & probatur. C. de inuti. stip. l. dolo. ergo consensus est contrarius consensui. Sed respõ. coactus consensus, est contrarius spontaneo, non simpliciter. Itẽ op. non consentire, est magis contrarium. sed dic quòd hyperbolicè loquitur. sic. ſ. de iurisd. om. iu. l. si per errorẽ. Vel dic spontaneo cõsensui nil plus contradicit quàm coactus. Itẽ op. si dolus dat causam contractui, ipso iure est nullus: vt. ſ. de dolo. l. & eleganter. circa prin. sed in metu inest dolus: vt. ſ. quod me. causa. l. si cũ ex. §. cum. Respon. illud quod dicitur in. l. & eleganter. est de dolo simplici, cui metus nõ est mixt⁹. Itẽ no. quod dicit vis, & met⁹, secũdum antiquos: sed hodie idẽ est vis, scilicet cõpulsiua, de qua hic dicit quod metus: vt. ſ. quod me. causa. l. j. & sic pone &, pro id est.

Consensus consensui quãdoq; cõtrarius est.

ff. Nouum.

Nihil a interest, ipso iure qs actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

CXIII. GAIVS libro tertio ad Edictum prouinciale.

In toto b & pars continetur.

CXIIII. PAVLVS libro nono ad Edictum.

In obscuris c inspici solere qđ verisimilius est, aut quod plerumq; fieri solet.

CXV. IDEM libro decimo ad Edictum.

Si quis d obligatione liberatus sit, potest videri cepisse. ℣ Non potest e videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione summoueri.

CXVI. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

Nihil consensui f tam cõtrariũ est (qui & * bonæ fidei iudicia sustinet) quàm vis atque metus: quem comprobare, cõtra bonos mores est. ℣ Non capitur, g qui ius publicum sequitur. ℣ Non videtur h qui errant consentire.

CXVII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

g *Nõ capitur.* id est decipitur. & pone in minore qui emit seruum necessarium qui postea decessit: vt. C. de in integ. rest. mi. l. non videtur. & . ſ. de mino. l. verũ. §. item non restituetur. Accursius.

h *Non videntur.* Pone vt. ſ. de iurisd. om. iu. l. si per errorẽ. & de iudi. l. ij. in prin. &. C. loca. l. ad ꝓbationẽ. & dic de errore facti: secus si iuris, qui nocet: vt. ſ. de confes. l. nõ fatetur. Itẽ hoc nisi sit cõmunis error facti: quia tunc facit ius: vt. ſ. de offi. preto. l. Barbarius. & de sup. lega. l. ij. in fi. Item arg. contra. huic. l. ſ. ad l. Falc. l. j. §. si legatari⁹.

Prætor i bonorum possessorem hæredis loco in omni causa habet.

Hactenus series præcedentium legum conuenit cum editione Florent. verùm qui sequitur ordo, inuersus est ob trãspositionem quaternionis vltimi per incuriã compactoris quõdam Pandectarũ Floren. manu scriptarum factam. qui error dimanauit ferè per omnia quotquot extant exemplaria, quem primus Lælius Taurellus animaduertit, atque restituit. Itaque vt rectum ordinẽ haberes, visum est ad latus singularum legum ordinis numerũ, qui habetur in impressis Pãd. Floren. adponere.

CXVIII. GAIVS libro vicesimosexto ad Edictum prouinciale. 158

Creditor k qui permittit rẽ venire, pignus dimittit.

CXIX. PAVLVS libro septuagesimo ad Edictum. 159

Non vt ex pluribus l causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse.

CXX. VLPIANVS libro septuagesimosexto ad Edictum. 160

i *Prætor.* quãtũ ad effectũ eiusdẽ iuris est bonorum possessor cuius est hæres. nã vbicũque hæres de iure ciuili habet directam actionem, & bo. pos. vtilem. in casibus tamen deterioris conditionis est hæres, quàm bonorum possessor: vt supra de contra tab. l. si ex duobus. & de leg. præstand. l. si duo. Accursius.

k *Creditor.* Si consentiat creditor debitori simpliciter pignus alienari: perit pignus alienatione secuta, nisi dicat: cõsentio saluo meo iure: vt. C. de remis. pig. l. cũ te. &. ſ. q. mo. pig. vel hypo. sol. si debitor. §. fi. &. l. sicut. §. si voluntate. si autẽ nõ cõsentiat expressim, eo tamen sciente alienetur, cũ putet ius suum vbique durare, sibi non præiudicatur: vt. d. l. sicut. §. non videtur. Ac.

l *Non vt ex pluribus.* Eadem res potest mihi deberi ex pluribus causis: vt si res aliena mihi legata fuerit, eãque postea emã: debebitur mihi ex causa legati, & ex causa emptionis: & vtrãque potero intendere actionem: vt insti. de le. §. si res aliena. dominiũ autem rei non nisi ex vna causa potest acquiri: vt. ſ. de acqui. pos. l. iij. §. ex pluribus. & ad le. Fal. l. fundo. ſ. vel vsucapione, vel traditione: vt. C. de pac. l. traditionib⁹. & in legato sola hæredis adiectione: vt. ſ. de le. j. l. si tibi homo. §. cũ seruus. & aliis modis qui dicũtur insti. de re. di. §. singulorũ. vsq; in fi. & ex hac ratiõe si ago rei vin. ꝓ aliqua re, & succũbã: repellar postea agẽs: qa cũ nõ erã dominus nisi ex vna causa, illã videor in iudiciũ deduxisse. nõ sic si egi personali: quia ex multis causis potest deberi: vt. ſ. de excep. rei iudi. l. si mater. §. eãdẽ. &. l. & an eadẽ quæstio. §. actiones. sed videt posse ꝓbari dominiũ queri ex plurib⁹ causis. cũ enĩ vsucapiat dominij acquisitio: vt. ſ. de vsuc. l. vsucapio. cõtingit ex pluribus causis: vt. ſ. de acqui. pos. l. iij. §. ex pluribus. Vsucapio autẽ ex pos. procedit: vt in definitione vsucapionis cõtinetur. nã dicitur per cõtinuationẽ pos. sine pos. enim vsucapio nõ ꝓcedit: vt. ſ. de vsuc. l. sine pos. & iã cœpta desinit si interrũpit pos. vt eo. ti. l. naturaliter. sicut ergo pos. cõtigit ex plurib⁹ causis, ita & vsucapio: ergo & dominiũ. Rn. qđ dicit tãtũ ex vna causa queri dominiũ: verũ est si accipias causam ꝓximã. ſ. vsucapionẽ: cui⁹ vsuc. multę sunt causæ, & tituli possidẽdi, q sũt causa remota ad dominiũ. sic & aliàs ex causa ꝓxi. & remota: vt ecce superbia ĩflat: charitas aũt ædificat. hęc est vera: quia superbia est ꝓxima causa inflationis. at si dicas: sciẽtia inflat: falsa est: qa sciẽtia est causa remota. nã sciẽtia superbiã, & superbia inflationẽ generat. Itẽ ad hoc. ſ. de exce. rei iudi. l. cũ de hoc. & de cõdi. ob tur. cau. l. si ob turpẽ causã. Ac.

Dominium an ex pluribus causis queri possit.

BIU Cujas

a *Aliud.* Si vendam tibi rem aliquam,& euincatur: teneor de euic.etiam si non promisi:vt.C.de euic.l.non dubitatur. si autem vendenti consentiam:non teneor de euic.nisi pretium accipiam:vt.ſ.de euic.l.quidã.licet si pretium non accipiam, circa ius meum mihi præiudicatur:vt.C.de remiſ.pig.l.ij.Accurſius.

b *Referitur.* Si publice populus vocetur, ſcilicet per tubã vel cãpanã, vel voce præconia: licet nó omnes veniãt, videntur omnes facere quod faciunt qui venerunt:ſi modo duæ partes veniant, & maior pars illarú duarú partium conſenſit:vt.ſ.qđ cuiuſq; vni.l.nulli. Ité ſi faciat maior pars eorum qui præſunt vniuerſitati,& deputati loco totiꝰ ciuitatis,vt decuriones: vt.d.l. nulli. & ſupra ad muni.l.municeps. &.l. quod maior.& habet locũ in electione, & in contractibus, & etiã in commiſſione pœnæ, ſi veniant contra cõtractũ pœnalẽ,vel etiã vadãt, vel aliàs delinquãt: vt C.de ſac.ſan.ec.l.iubemus nullã. ideo autem ſic fingit hæc lex: quia nó poſſunt omnes cõſentire facile: vt.ſ. de li. vniuer.l.j. & de acqui. poſ.l.j.in fin. licet cum difficultate ſic: vt ſupra de offic. quæſto. l.j. & quod met. cau.l. metũ.§.animaduertendum.Item huic legi eſt arg.contra.ſupra de aqua plu.arcen.l.ſi autem.Accurſius.

Fl.nõ impleri, fiat quo minus &c.

†*Cõcor.tex. cum glo. in cle.i. de re. eccle.nõ alie.& in.c. quanto.de conſue. in antiq.*

c *Abſurdum.* Pone vt.j.eo.l.quod ipſis.& facit.j.eo.l. in his.§.j. Sed opponitur: Teſtator ſciens rem alienã non vſucapit,nec hęres:ſed legatarius ſic:vt.ſ.de diuer.& temp. præſcri.l. an vitium. quæ eſt contra.&.l. cum hæres. ſed non habet plus iuris nunc cũ incipit habere:habebit tamen poſtea per vſucapionem.Accur.

d *In iure ciuili.* Regulã præmittit:cui dat quatuor exempla. Primum,de libertate: vt ſi teſtator leget libertatem Sticho ſi.x. det hæredi, vel ſi ei ſeruierit per annum, & per hæredẽ ſtet quo minus impleatur cõditio:vt.C.de condi.inſer.l.fi.&.ſ.de ſtatuli. l.iij.in prin.&.§.fi.Secundum,in legato:vt lego tibi fundum ſi.x. hæredi des:vt.ſ.quando dies leg.ce.l.v.§.item ſi qua.& de cõdit. & demon.l.cum pupillus.Etiam de inſti. dic: inſtituo te hæredẽ ſi.x.Titio dederis. qui Titius aliàs erat futurus legitimus ab inteſtato:vt ſupra de condit.inſti.l.iij. De ſtip. vt ſi promiſeris mihi.x.ſi aſcendam hodie capitolium, & me impedias:vt.ſ.de cõdi. & de.l.iure ciuili.vbi eſt hæc lex de verbo ad verbũ.Sed quid ſi promiſeris mihi.x.ſi te vicero:& poſtea reſiſtis quo minꝰ te vincã? Reſpon.non habetur pro impleta:quia tacitè fuit actum vt poſſis reſiſtere:& ſic habetur pro expreſſo:vt.ſ.ſi cer.pe.l.cum quid. Item quid ſi impedior per alium? Reſpon.nó habetur pro impleta: vt.ſ.de condi. & de.l.quibus diebus.niſi in libertate: vt.C.de condi.inſer.l.fi.Item quid ſi per caſum? Reſpon.plene hoc & ſuperiori caſu vt no.C.de inſti.& ſub.l.j. Ité quod dicit, cuius intereſt:dic ſecundum Azo.ſ.principaliter: puta, quia conditione exiſtente incidit in obligationem: vel quod ſuum eſt,vel erit, ab eo recedit.ar.opp.ſupra de pac.l.fideiuſſ.in dãno enim ſpectatur intereſſe,nó in lucro,niſi vbi lex exprimit:vt ſupra de act.emp.l. ſi ſterilis.§.cum per venditorem. niſi dicas hodie correctũ, per.l C.de ſen.quæ pro eo.l.vnica. Ité nó inſpicitur ratione affectionis:vt ſupra de ope.ſer.l.vl.& ad leg.Aquil.l.ſi ſeruũ meum. niſi vbi lex diceret: vt ſupra de tu. & ra. diſtra.l.j.§. ſi nonnullos.& ſupra man.l.cum ſeruus.Accurſius.

Rei ſacræ alienatio quandoque permittitur.

e *Quæ propter.* Pro captiuis redimendis ex neceſsitate rei ſacræ alienatio permittitur:vi.C.de ſac.ſan.eccle.l. antepe. hoc non trahitur vt indiſtinctè alienatio permittatur: vt.j.eo.quod contra. niſi eadem aut maior ratio eſſet, vt pro eis

ALiud[a] eſt vẽdere: aliud vẽdenti conſentire. ¶ Refertur[b] ad vniuerſos, quod publicè fit per maioré partem. ¶ Abſurdũ[c] eſt plus iuris habere eũ cui legatus ſit fundus,q̃ hęredẽ, aut ipſum teſtatorem ſi viueret.

CXXI. IDEM libro ſeptuageſimo ſeptimo ad Edictum. 161.

IN iure ciuili[d] receptum eſt, quotiens per eũ cuius intereſt conditionem* impleri, non fiat quò minus impleatur, perinde haberi ac ſi impleta conditio fuiſſet. quod ad libertatẽ & legata, & ad hæredũ inſtitutiones perducitur: quibꝰ exemplis ſtipulationes quoque committuntur: cum per promiſſoré factum eſſet quò minus ſtipulator conditioni parêret.

CXXII. PAVLVS libro ſeptuageſimo ad Edictum. 162.

QVæ propter[e] neceſsitatem recepta ſunt, non debẽt in argumentum trahi.†

CXXIII. VLPIANVS libro quinquageſimoquinto ad Edictũ. 163.

CVi ius eſt donandi: eidem & vendendi & concedendi[f] ius eſt.

CXXIIII. PAVLVS libro quinquageſimoprimo ad Edictum. 164.

POenalia[g] iudicia ſemel accepta, in hæredes tranſmitti poſſunt.

CXXV. VLPIANVS libro quinquageſimotertio ad Edictum. 165.

CVm quis[h] poſsit alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur: probãdum erit,nec ſi[in] donationis cauſa conſenſerit, ratam eius volũtatem habendam.

CXXVI. PAVLVS libro quadrageſimooctauo ad Edictum. 166.

QVi rem[i] alienam defendit:nunquam locuples habetur.

CXXVII IDEM libro quadrageſimonono ad Edictum. 167.

NOn videntur[k] data, quæ eo tempore quo dãtur,accipientis nõ fiunt. ¶ Qui iuſſu[l] iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere: quia* parêre neceſſe habet.

CXXVIII. IDEM libro primo ad Plautium. 168.

A

B

C

D

alendis.ar.ſupra de le.& ſenatuſcon.nó poſſunt.& ſupra de cloa. l.fi.Item pone vt ſupra communi diui.l.quamuis.§.j.Accurſius.

f *Vi ius.Et concedẽdi.* puta in emphyteuſim. & dic quòd hæc regula fallit:quia aliqui poſſunt vendere,& non donare:vt tutor,curator,præſes,& ſimiles:vt.ſ.de fur.l.interdum.§. qui tutelam.&.ſ.de pac.l.cõtra iuris.§.ſi curator.& C.de pac.l.pactum curatoris.& de tranſac.l. præſes. Ité filius & ſeruus habentes liberã: vt ſ.de pac.l.contra iuris. §.ſi filius. Item & ecõtra quandoque permittitur donatio, nó venditio: vt.C. de prædiis eur.l. fi. Item emphyteuſis permittitur vbi non venditio: vt.C.de ſac.ſan.eccle.auth.perpetua.

g *Pœnalia.* vt furti, & ſimiles:vt inſti. de perpe.& tem. act.§. pœnales. & facit.j.eo. l.omnes.&.ſ. eo.l. pupillus.& quod no.ſ.eo. l. non ſolet.&.l.ſeq. & ſ.de act. & obli.l. omnes.§.fi.Accurſius.

h *Cvm quis.* Aliud eſt alienare,& aliud conſentire: vt ſupra.l. ꝓxi.aliud.& qui poteſt primum,ſcilicet alienare, vt creditor pignus ex pacto: poteſt & ſecundũ,ſcilicet cõſentire debitori alienanti: & per id tollitur pignus: vt.ſ.quib.mo. pig. vel hypo. ſol.l. ſicut.§.ſi voluntate.Hoc fallit quando non venit dies ſoluendi: quia non poteſt vendere, ſed poteſt conſentire vendenti. Item fallit vbi minor.xxv.an.nó poteſt ſeruum manumittere: tamen poteſt conſentire debitori manumittere volenti ſibi obligatum: vt ſupra de manu. vin.l. ſi pater.§.fi. Item fallit.C.de pact.l.fin. Secundo dicitur quòd qui non poteſt donare, nec donanti conſentire:vt filius & ſeruus,etiam ſi liberam habeant adminiſtrationem: vt ſupra de pac.l. contra iuris.§. ſi filius. Item vir vxori nec donat, nec alij donanti conſentit:vt ſupra de dona.inter vi.& vxo.l.iij.§.non tantum.Accurſius.

* *Flo. quij pro cui, vt ſæpe alibi.*

i *Qui rem.* Qui alium defendit ſine mandato, non eſt locuples, vt euitet ſatiſda. iudi.ſolui: vt ſupra de procu.l. minor.§.is qui.&.l.& ſi conſularis.&.l.non videtur.& ſupra eo.l.in eo quod.§.j. ſed ſi cum mandato dominus pro eo ſatiſdat:vt ſupra iudi.ſol.l.ſi ad defendendum. Accurſius.

k *Non videntur.* Promiſiſti mihi rem alienam dare. non liberaris tradendo:quia non facis meam,cum non ſit tua: vt ſupra de verbo.oblig.l. vbi autem non.§.fi.& inſtit. de act.§. ſic itaque. niſi ex natura cõtractus præambuli ponatur pro tradere:vt ſi rem emptam ſtipulatus ſum dari.nã tantum videtur promittere,quantum iudicio empti præſtare cogitur:vt ſupra de vſucap.l. ſi ſtipulatus. Iudicio autem emp.non cogitur venditor facere rem accipientis:vt ſupra de ac.emp.l.ex empto.Item quãdoque dicitur dari quo ad opinionem, quod non datur quo ad veritatem:vt ſupra de iure do. ſi ſerua. Item quandoque ponitur pro tradere, ex natura contractus qui ſit:vt do tibi rem ex cauſa commoda.vel inſpiciendam:vt ſupra commo.l.eum.§. ſi rem.ſic & ſupra loca.l.ſi vno.§.ſed & ſi verbo donationis.

l *Qui iuſſu.* pone caſum vt ſupra ad Syl.l. ſi quis quaſi. Item in executoribus,& apparitoribus, & exequentibus ſententias iuſte latas præcepto iudicis. Sed quid ſi non iuſte? Dicunt quidam ei non parendum:& qui paruerit, tenetur.tu dic: aut præcepit aliquid exercendo ſuum officium, aut ſicut quilibet priuatus. Primo caſu qui paret,nec in dolo, nec in culpa eſt: vt in domo diruenda,& ſimilibus:quamuis iniuſtum ſit præceptum iudicis: & hoc propter rerum iudicatarum auctoritatem:vt ſupra ad Treb. l.ſeruo inuito.§.cum prætor.& propter pub.vti. quæ eſt vt maleficia

BIU Cujas

leficia puniantur: vt.ſ.ad.l.Aquil.l.ita vulneratus. in quibus puniendis ſubiecti præſtare debent ſuum auxilium: vt.C. de his qui latro. vel ali.cri.l.ij.&.C.de epiſc.& cleri.l. ſi quis in hoc. & quia preſumendum eſt iuſte latam, ſicut iurauit: vt.C.ad.l.Iul.re.l.fi.§. & licet.cæterum ſi dicatur non eſſe parendum, quia ſit iniuſtum decretum: ergo & vbi eſt iuſtũ, differtur pœnæ impoſitio: quia fieri contradictiones in ſingulis cauſis poterunt: quod eſt abſurdum, & euitabile: vt ſupra de Carbo.edic.l.j.§.ſed & ſi quis non. & ſupra de tranſac. l. cum hi.§. ſi cum lis. Si vero[a] non exequatur officiũ ſuũ, dico nullatenus parendum: etiam ſi ius præcipiat: niſi in reuerentiæ exhibitione: vt ſupra de in ius vol.l. generaliter. Nec ob. q̃ iurant ſubiecti parêre omnib⁹ præceptis: quia reſtringitur ad ea de quibus veriſimiliter eſt actum. Arg.ſ.de pign. l.obligatione. In caſibus non ſolũ non obedire, ſed etiam debent reſiſtere officiales ſui: vt.C. de appel.l. quoniam iu.&.C.qui mili. non poſ.l. his quidem. Azo. licet auté parcatur obedienti quando exequendo ſuum officium præcepit: ipſe tamen iudex tenetur vel finito magiſtratu, ſi de maioribus eſt: vel etiã eo durante, ſi de minoribus eſt: vt.ſ.de iniur.l.nec magiſtratibus.& ad.l.Aquil.l.quemadmodum.§.magiſtratus. Predicta diſtinctio in atrocibus poteſt intelligi. at in his in quibus non eſt dolus, etiam extra officium parens excuſatur: vt not. ſupra ad legem Aquil.l.liber homo.& facit.j.eo.l.ad ea.

*Flo. rapienda

a Ista gl. eſt valde nota. ad hoc quòd iura metum ſimpliciter præſtitũ ſuperiori per ſubiectũ de obediẽdo ei, intelligitur ſemper in licitis & honeſtis, & in veriſimilibus, & in his quæ ſpectãt ad eius officium. aliàs autem non. Bolog.

a *Apienda.* Pone vt ſupra de pœn.l.ſi præſes. Item ſupra de re iudi.l.inter pares. Item ſupra de arbi.l.diem.§. ſi plures. Item ſupra de condi.inde.l. dominus teſtamento. & facit ſupra eo.l.ſemper in dubiis. Accurſius.

b *Quod factum.* Rem alienam legaui: & dubium eſt fui ſciens, vel ignorans. certe ex affectione quam habeo ad legatarium, quia ſit coniuncta perſona, habeor pro ſciente quantum ad ſubſtantiam legati: licet ignoraui: vt.C.de lega.l.cum alienam. Item pone.C.de inoffi.teſta.l.iij. Item pone.C.de inſti. & ſubſti.l. generaliter.§.cum autem.

c *Is damnum.* Pater vel dominus aliquid nimis atrox iubentes filiis vel ſeruis facere, præcipiens tenetur, obediens excuſatur: vt.ſ.de act.& obliga.l.ſeruus. Quid autem ſi præcipiens nullum ius imperandi habuit? Io. vterque tenetur. Azo. Alij diſtinguunt, vt ſupra ad legem Aquil.l. liber homo. & facit ſupra de iniu.l.non ſolum.in prin. &.j.eo.l. hoc iure.§.j. & ſupra de vi & vi arma.l.j.§.quotiens.&.j.eo.l.ad ea.& ſupra proxi.l. non videtur.§.qui iuſſu. Accurſius.

d *Quod pendet.* Pone in conditionali obligatione quæ pendet, nec habetur perinde ac ſi conditio extitiſſet, cum nec ceſſit, nec venit dies: vt inſtitu.de verbo.oblig.§. ex conditionali. & ſupra de verbo. ſignifi.l. cedere. Item pone ſupra ad Macedo.l.j.§. ſi pendeat. Sed argu. contra ſupra in ius vo. vt eant. l. ij. ſed illud bene pertinet ad eum. Accurſius.

e *Factum.* Pone vt ſupra de iuriſdi. om. iudi.l. fin. Item pone ſupra de fer.l.j.§.ſi vero. Item.C. qui pro ſua iu.l.j. Sed arg. contra ſupra in ius vo. vt eant. l. ij. ſed illud bene pertinet ad eum. Accurſius.

f *Nemo ideo.* Promiſit mihi Titius vt ſi quid pro eo ſuis creditoribus ſoluerim: id mihi reſtitueret. nõ ideo teneor creditoribus eius. Idem & ſi non eſſem ſtipulatus: nam repeterem ſi ſoluerim, & tamen teneor. Item pone ſupra de aqua plu. arcen. l. ſupra.§. apud Ferocem. Fallit autem hęc regula in procura. & geſtore qui mihi tenentur eo quòd pecuniam meam mutuauerint, vt ſalté mihi cedant act. Item fallit in duobus ſociis communem ſeruum habentibus. nam quilibet in ſolidũ de peculio poteſt cõueniri: quia repetitur à ſocio quod præſtiterit: vt.ſ.de pec.l.& ancillarum.§. ſi quis cum ſeruo. Item fallit.ſ.ad.l.Fal.qui fundum.§. ſi tu ex parte. ſed non aperit ibi teneri inſtitutum in quartam, vel vltra quartam pendente conditione hæredis. Accurſius.

g *In contrahenda.* Pone vt ſupra de contrahen. emp.l. cum in lege. Sed contra in eo.tit.l.ſi in emp. in prin. Sol. ibi in acceſſorio, hic in principali. vel ibi ſic ab emptore fuit dictum: & ſic contra eum intelligẽdum. Item contra ſupra de iudi. l. ſi quis in rem. Solu. aliud in iudiciis. Item contra ſupra loca.l. in lege. Solu. ibi ideo pro locatore, vt nihil operentur quædã verba in pacto appoſita. Cætera dic vt no.ſ. de pac.l. veteribus. & facit ſupra de cõtrahẽ. emptio.l.Labeo. Si autem ambiguitas eſt talis, vt ſecundum intellectum loquẽtis poſsit valere, ſecũdũ alterius non: vt ſi rem vẽditam conueniſti mihi dare Boñ. hodie, intelligimus de hac Bononia: vt non pereat conuentio, licet ꝑ me: vt.ſ.de verb.obli.l.quotiens.

h *In condemnatione.* Quidã intelligunt hanc.l.in filiis & parẽtibus, & patronis, & cæteris quibus aliméta cogimur præſtare: vt illi debitores nobis ſic condemnentur: alij qui damnantur in quantum facere poſſunt, in ſolidum damnentur. ſic enim dicitur, in quantum facere poſſunt: vt inſti.de act.§.pe. ſed Io. generaliter in omnib⁹. & quod in.d.l. dicitur, in quãtum facere poſſunt: ſubaudi commode & honeſte, nec enim videtur fieri poſſe quod non poteſt fieri honeſte: vt.ſ. tit.j.l.nepos Proculo. Vel dic, in quantum &c. id eſt nõ deducto ære alieno: vt.ſ.de re iud.l.ſunt. Contra eos eſt etiã in donatore: in quo expreſſe dicitur deducendum ne egeat: & tamen non inuenitur ꝙ debeat alere donatarium: vt.ſ.de re iu.l.cum ex cauſa. Item ſecundũ eos quid differrent cæteri debitores ab his, ſi & hi ſic tenerentur in ſolidum? ſed reſpondent quia hi non tenentur poſt quadrimeſtre tempus ad vſuras centeſimas: ſed cæteri ſic.

i *Cum verbum.* Pone vt ſupra titu.j.l. hæc verba. Item ſupra de vſu.l. videamus.§. in Fauiana. & facit ſupra titu.j.l. plus eſt. &.l. reſtituere.

k *Vnicuique.* ſi fideiuſſor eſt in mora: non nocet reo quo minus interitu ſpeciei liberetur: ſed ipſi ſoli. ſecus econtra: vt.ſ.de verb. obli.l.cum filius. &.l. mora. Item ſi duo rei ſunt debendi: altero interpellato alter liberatur interitu rei: ſed ipſe tenetur: vt ſupra de vſur.l.mora. in fi. niſi ſint ſocij. tũc enim vnius mora alteri nocet: vt ſupra de duo.reis.l.pen. quæ eſt contra. *Mora ſocii ſocio nocet.*

l *Dolo.* Pone in viro qui ſoluto matrimonio petit dotem à patre mulieris. hoc ſi ei à quo petit, eſt reſtituturus: ſecus ſi alij: vt ſupra ſolu.matri.l.ſocer.§.Lucius. Item habet locum hæc regula in petitoriis: ſecus in poſſeſſoriis: vt ſupra quorum lega.l.j.§.j. ſed dicas idem in poſſeſſoriis ſi incõtinenti velit de ſuo iure docere: vt ſupra de Carbo.edic.l.iij.§. cauſæ. ſed fallit in authen. de trien.& ſemiſ.§.illud. & adde quod not.j.eo.l. inuitus.§.j. & ſupra de excep.doli.l.dolo.

f *Vi tacet.* Tacere quidem medium est inter expressam voluntatem, & contradictionem expressam, vt non sit idem ius quod in alterutro est eorum:& pone exemplum in tributoria. nam ſi contrahat seruus domino contradicente, tenetur de peculio tantum:& deducitur quicquid domino debetur: vt.ſ.de pecu.l.ſi quis seruum.§.etiam. econtra ſi eo expresim volente, tenetur in solidum quod iussu: vt.ſ.quod iussu.l.j. vbi autem scit & tacet: tenetur tribu. vt hic, &.ſ. de tribu.l.j.§.scientiã. & de exerci.l.j.§.ſi is. Sed fallit hæc regula: quia quandoque tacere est pro expressa contradictione: vt in procu. vt.ſ.de procu. l.filius.§.inuitus.& in serui.vt.ſ.de serui. vrb. prædi.l. inuitum. Item in furto est: vt.ſ.de fur.l.per quas.§. quę ex voluntate. Item in patrono: vt.ſ.de rit.nupt.l.in eo iure.§.demum. Item in institutione hæredum: quia expresse debet testator dicere nomen hęredis: vt.C.de testa.l.iubemus. Item in interrogationibus in iure: vt.ſ.de interro.ac.l.de ætate.§.qui tacuit. Et sic fallit secunda pars huius.l.& econtra tacere habetur pro consensu expresso quandoque:& sic fallit prima: vt.ſ.ſol.mat.l.ij.§. voluntate.&.ſ. de lib.ag.l.j.§.pœna.&.ſ.loca.l. item quæritur.§.qui impleto. Itẽ vbicũque tacitum pactum à.l. inducitur: vt ſupra de pact.l.qui in futurum.& ad hoc concurrunt duo generalia: patientia habetur pro consensu: a item econtra. Itẽ facit ſupra de excep.l.nó vtiq;.

a *Adde qđ no. in.l.2. in apoſt.ſ. ver. qui tacet. posita ſuper glo. in ver. nõ cõtradixit.ſ. ad municip.*

g *Vod ipsis.* Quod nõ potuit vsucapere defunctus, quia erat furtiua res quam emit: nec successor eius poterit vniuersalis, vel singularis: vt.C.de acqui.poſ.l.vltia.& vt plene videas, dic vitia alia vere realia, vt furtiua,& vi possessa violentia ablatiua: vt insti.de vsuc.§.furtiuæ. non compulsiua: vt.C. quod met.cau.l.ſi vi. Item res data iudici seu præsidi contra.l. Iul.repe. vt ſupra ad.l.Iul.repe.l.pe. alia quaſi realia: vt liber homo: vt instit.de vsuca.§.sed aliquando. Item fiscalis: vt ſupra de vsuc.l.vbi.§.interdum. Item pupillaris: vt ſupra de acqui. rerum do.l.bonæ fidei. alia personalia: vt dolus dans causam negotio,

CLXXXI. GAIVS libro ad Edictum prætoris vrbani. 139

OMnes actiões [a] quę morte aut tẽpore pereũt: semel incluſę iudicio, saluę permanẽt. ⁋ Non videtur [b] perfectè cuiusque id esse, quod ex casu auferri potest.

CLXXXII. VLPIANVS libro quinquagesimoſexto ad Edictũ. 140

ABsentia [c] eius qui reipublicæ causa † abest: neque ei neque alij damnosa esse debet.

CLXXXIII. PAVLVS libro quinquagesimoquarto ad Edictum. 141

QVod contra [d] rationẽ iuris receptũ est, nõ est producendum ad consequẽtia. ⁋ Vni duo [e] pro solido hæredes esse non possunt.

A vel incidens ex proposito. Item mala fides, quando credidit vẽditorem non habere ius vendendi: vt.C.de præscrip.long.temp. l.ſi fraude. Item scientia rei alienæ: vt in commodatario, depositario,& creditore. Quid autem de precaria & clandestina? Rñ. dicit vitia rei.& pro eo.ſ.de acqui.poſſ.l.Pomponius.§.cũ quis.

CLXXXIIII. IDEM libro quinquagesimoſexto ad Edictum. 142

QVi tacet, [f] non vtique fatetur: † sed tamen verũ est eum non negare.

CLXXXV. VLPIANVS libro sexagesimoſecundo ad Edictum. 143

QVod ipſis [g] qui contraxerunt, obstat: & successoribus eorum obstabit.

CLXXXVI. PAVLVS libro sexagesimoſecundo ad Edictum. 144

B NOn omne [h] quod licet, honestum est. † ⁋ In ſtipulationibus [i] id tempus spectatur, quo contrahimus.

CLXXXVII. VLPIANVS libro sexagesimoſexto ad Edictum. 145

NEmo videtur [k] fraudare eos qui sciũt,& cõsentiũt.

quod non placet: quia precaria iusta possessio est: quia cũ domini voluntate: vt.ſ.communi diui.l. communi diuidundo.§.inter prædones. Item subtiliter respiciẽti, licet possessio dicatur clandestina, nõ tamen dicitur clandestina res: vt.ſ.de acqui. poſ.l.clam. de litigiosa constat q̃ non est vitiosa: vt.C.de præscri. lon.temp.l.j. Item successorum alij in ius vniuersum, vt hæredes, & similes: vt.ſ.de hęre. instit.l.quotiens.§. hæredes. Alij in rẽ: vt emptor,& similes: vt.ſ.de excep.rei iudi.l.ſi.&.ſ. quo.leg.l.j.§.illud. His peroratis, dic quòd vitia realia durãt in persona vniuersalis successoris, vt hic:& singularis: vt instit.de vsuca.§.furtiuæ.& hoc quo ad vsuca. non quo ad fructus: vt.ſ.de acquire.do.l. bonæ fidei.§. pen. sed in vitiis personalibus distinguitur singularis successor ab vniuersali. nã ſi est singularis, non impeditur præscribere iure veteri incipiendo à se: vt supra de diuer.& temp.præ.l.an vitiũ. in prin. hodie secus: vt in auth. vt spõsa. larg.§.rursus. porro quãtum ad agẽdum impeditur: quia de dolo defuncti excipitur, ſi est causa lucratiua, vt in donato & legato:& quaſi lucratiua, vt in seruo noxæ dedito. Item secundũ Io. in eo cui res magni pretij modico distracta est: vt.ſ.de excep. do.l.apud.§.ſi quis autem.&.§. de auctoris.& de excep.l.ſi rem legatam. aliàs ſi nó est lucratiua, non excipitur, nisi vtatur accessione sui auctoris: vt.d.l. apud.§. de auctoris. vel nisi sit res reuersura ad dolosum, puta mulier dolo induxit aliquem ad promittendam dotem viro. ſi maritus petat ab eo, repellitur eo quòd res ad dolosam mulierem reuerteretur: vt.d.l.apud.§.Iulianus.&.l.purè.§.pe.& ad idẽ.l.apud Celsum.§.ſi quis autem. in fi. Sin autẽ est vniuersalis successor: ſi quidem est extraneus, nocet ei mala fides defuncti, nisi velit ex se incipere, secundum M. vt.C. de præscript. lon. temp. l.j. sed Io. & Azo dicunt indistinctè nocere: vt.C. communia de succeſ.l.fi.& supra de diuer.& temp.præscri.l.cum hæres. & hoc in extraneo hęrede. in suo constat (secundum omnes) quòd nocet, cũ sit eadẽ persona: vt.ſ.de libe.& poſt.l.in suis.& facit.ſ.eo.l.in his.

† *Vnde Cic. in Catilinã, Quid expectas, inquit, loquentium auctoritatẽ, quorũ voluntatẽ tacitorũ ſpicis?*

† *Iuxta hoc eſt illud Ciceronis pro Corn. Balbo. Eſt enim aliquo quid quod nõ oporteat etiam ſi licet. quid-quid verò nõ licet, certe nõ oportet.*

h *Non omne.* Dic vt.ſ.e.l.ſemper in conuentionibus.

C Ni *In ſtipulationibus.* quantum ad acquisitionem obtinet quod hic dicitur: vt supra de verbo.obli.l.ſi filius.& supra de stipu.ſer.l.vſusfructus. nisi in casibus: vt supra de verbo.obli.l. quidam cum.§.fi.& supra manda.l.ſi vero non remunerandi.§. ſi filioſa.& supra de hære.instit.l.quidam. non quantum ad hoc vt valeat vel non. nam rem meam ſtipulor sub condit. ſi mea esſe deſierit:& valet non inſpecto principio: vt ſupra de verbo. obli. l.ſi rem meam. nisi in sacra & religioſa,& libero homine: vbi nó valet, ſi sub conditione ſi sacra esſe deſierit, ſtipuler: vt ſupra de verbo.obliga.l.inter ſtipulantem.§.sed hæc diſsimilia sunt. Sed quid in legatis? Respon. econtra quantum ad aequisitionem: vt non dies quo legatur, sed quo dies legati cedit, ſpectetur: vt supra quando dies leg.ce.l.ſi vſusfru.§.ſinali.& ſupra eodem.l.quæ legata. Item quantum ad valetudinem econtra: vt præsens tempus aditæ hæreditatis ſpectetur: vt.ſ.communia prædio.l. receptum est. in fine ibi, idemque &c. nisi in casibus: vt.ſ.de lega.j.l. cætera.§.ſi sub conditione. Accurſius.

k *Nemo videtur.* Pone quòd emi à debitore alienante in fraudẽ credi. sed eis consentientibus. non teneor Pauliana: vt supra quæ in frau. credi.l. qui autem.§. præterea. Item pone ſupra de act.emp.l.j. in fin. & de ædil. edic.l.j.§. ſi intelligatur. &.l. ſi tam.§.ei. &.§. in ædilitiis.&.C.de transac.l.de fideicommiſſo. &.l. cum donationis. & de reſcin. ven.l. venditor. & supra depoſi.l.j.§.eleganter.& supra quod fal.tu.auct.l.j. §.fina. Item quod dicit sciuit, ſcilicet tempore contractus: secus ſi tunc

BIU Cujas

si tunc ignorauit, & postea sciuit: quia non decrescit obligatio: vt supra de ædil.edic.l.iustissimè.§.fin.

Seruo libero facto, an possit contractus tempore seruitutis factus.

a *Quod quis.* Si seruus contraxit tempore seruitutis: non prodest ei facto libero: vt hic. Sed fallit in tribus casibus: vt supra de excep.rei iudi.l.j.§.si seruus. & supra de pac.l. iurisgentium.§.sed & si quis.&.§.retulimus. & supra de iure do.l.si seruus seruo.& ecôtra non nocet: vt.C. an ser. ex suo facto.l.ij.Sed fallit in multis. Primo quia quandoque tenetur de dolo: vt supra de dolo.l.& eleganter.§.seruus pactionis. Secundo.ff. de fideicom. l. si purè. Tertio.ff. de lib. leg.l. Aurelius. §. Sticho. Quarto. C. an seruus ex suo fac. l. promisse. Quinto supra de nego. gest.l. eum actũ. &.l.fin.§. Scæuola. scilicet quando est connexa administratio. Itẽ sexto.ff. depositi.l.si apud filium. sed ibi ex posteriore detẽtione. Septimo in maleficiis: vt instit. de noxa.§. omnes. Octauo supra de do. prælegat.l.ij.§.per cõtrarium.

b *Semper.* Pone vt not.ff. eo.l. in toto. & facit pro P. quòd exceptiones sunt de regula. tu contra. ff. eo.l.j.

c *Vius effectus.* Emolumentum fundi pecuniarium, & cæterarum rerum prodest ei qui in fundo dominium habet. Si igitur ipse decesserit pluribus hæredibus relictis: partes eius emolumenti pertinent ad vniuersos hæredes, id est ad singulos pro ea parte qua sunt hæredes. & ita secundum B. q.d. vtilitas fundi, quæ est effectus dominij, prodest omnibus hæredibus. ergo & dominium pertinet ad omnes. loco sumpto ab effectu. sic. C. de sum. tri. l. iij. ibi, igitur si clericus &c. & secundum hoc cuius, & eius, ad fundi dominium referuntur. aliter, secundum Io. si absentes defenduntur, vel eorum negotia administrentur, quis est effectus? vtique hic, quia indefensi non condemnabuntur: actores in pos. non mittentur: & alij casus similes: vt supra de nego. gest. l.j. effectus ergo iste prodest omnibus, id est ad publicam vtilitatem: vt supra de procu. l. seruum.§.publicè. & partes eius effectus, scilicet si aliquorum negotium geratur singulariter, vtputa Titij & Sempronij, pertinent etiam ad vniuersos, id est vniuersorum vtilitatem spectare videtur. vel pone vt instit. de his qui sunt sui vel alieni iuris.§. pe. quia expedit omnibus, id est reipub. ne quis re sua male vtatur. & hoc principaliter. secundario autem hoc expedit singulis. Accursius.

d *Ex qua.* Pone in institore: vt supra de insti.l.j. in princ. Item supra si quis omis. cau. test. l. si non solus. in princ. item. ff. de aqua plu. ar. l. si tertius. §. fin. Sed fallit: quia quandoque ex alicuius persona habemus lucrum, non damnum: vt. ff. de neg. gest. l. si negotia absentis. Item si vnus solus ex sociis admisit socium: alij qui non admiserunt, sentiunt lucrum ex persona illius qui est admissus per eum qui admisit: non tamen ipsi cum assumpto communicant suum lucrum: vt. ff. pro soc. l. & quicquid.

e *Parem.* Dic vt. ff. eo. l. qui dolo.

f *Nemo damnum.* Pone in magistratu qui dedit damnum alicui contumaci: non tenetur: vt. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. is qui. &.§. se. & supra ad. l. Aquil. l. quemadmodum. §. si quid tamen. Item pone, si quis dedit damnum cum aliter se tueri nõ posset: non videtur dare damnum: vt. ff. ad. l. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. vere tamen damnum dat, quia damnum à deminutione dicitur: vt. ff. de dam. infe. l. iij. Item pone. C. ad. l. Iul. de adul. l. Gracchus. &. ff. de verbo. ob. l. qui seruum.

g *Hoc iure.* Vis alia publica, vt cum armis: alia priuata, vt sine armis. de prima est pœna deportatio, & omnium bonorum amissio: de secunda, relegatio cum amissione tertiæ partis omnium bonorum: vt inst. de interdi.§. qui ante. & de pub. iud.§. item lex Iulia.

h *Deiicit.* pone vt supra de vi & vi ar. l.j.§. deiecisse. &.§. quotiens. &.§. sed cum quis. quod autem dicitur de ratihabitione, intellige ita dictum esse, si meo nomine deiecerat: non aliàs: vt supra de neg. gest. l. si pupilli.§. sed & si ego. & de preca. l. si seruus. sed an idem in cæteris delictis meo nomine cõmissis, vt possim ratum habere, & tenear? quidam nõ: & in hoc speciale: qa possessio violenta ad me peruenit. sed dicas idem in omnibus: quia lex generaliter dicit: vt supra de vi & vi ar. l.j.§. sed & si quis. in fin. ergo generaliter intelligẽda est: vt supra de leg. præs. contra tabu. bo. pos. l. j. §. generaliter. quæ modo per alium possunt fieri. in adulterio autem secus. Itẽ quod dicit, comparari mandato: non tamen vt agatur mand. vt no. supra eo. l. semper. nisi in casu: vt supra quod iussu. l.j.§. si ratum. vbi inducitur quod iussu. Itẽ quod dicit, ratihabitio &c. fallit in casibus: vt not. supra de his qui no. infa. l. quid ergo. in princ. & facit supra de iniur. l. non solum. in princip. & supra eo. l. is damnum. &. C. ad Mace. l. fin.

† *Concor. tex. in regu la, ratiha. bitionem. ti. lib. 6. & im. e. post eos sionem. per glo. cum ibi no. extra de cita.*

i *In contractibus.* In contractibus debet abesse dolus, & bona fides adesse: vt. C. de actio. & oblig. l. bonam fidem. sed & hoc modo nõ sufficit: immo venit culpa quandoque lata, quandoque leuis, quandoque leuissima: vt supra eo. l. contractus. si ergo defunctus fecerit contrà in aliquo de prædictis, tenetur hæres, vt ipse defunctus tenebatur, etiam ex dolo defuncti, ex quo est commissus in contractu: licet secus sit extra contractum, quando non tenetur nisi in quantum ad eum peruenit: vt supra depos. l. si hominé.§. datur. & supra de actio. & obli. l. ex deposito. sed licet hæres teneatur regulariter vt defunctus, fallit tamen in casibus: vt cum dolus testatoris dedit causam contractui, & ad hęredem dolosi non peruenit: vt instit. de perpe. & temp. ac.§. aliquando. Item fallit in actione in factum, quæ datur contra mensorem: vt supra si men. fal. mo. di. l. iij.§. pe. in fin. Item in actione trib. vt. ff. de trib. l. illud.§. penul. in fine. Item in ac. ex stip. competente pro iudicio sisti, pro eo quòd quis conueniebatur in iure: vt supra si quis cau. l. si eum.§. qui iniuriarum. Item fallit si interueniat confusio: vt quia creditor debitori successit: vt. C. de hære. ac. l.j. Item fallit supra quod fal. tuto. auct. l. huius actionis.§.j. Item in actione in factũ de calum. quę & ipsa ex contractu nascitur, si dedi vt negotium mihi non fiat: vt supra de calum. l. in hæredem. Item fallit supra depos. l. ex pollicitatione. item supra de precario. l. quæsitum.§. fin. Item fallit supra de polli. l.j.§.j. vbi aliter tenetur hæres quàm defunctus. Sed quid in quasi contractibus? Respõ. ibi diuersimode tenetur hæres quàm defunctus: quia defunctus tenetur de dolo, lata culpa, & leui: vt. C. ar. tu. l. quicquid. at hæres non nisi ex dolo vel lata culpa defuncti, nisi fuisset lis contestata contra defunctum: vt. C. de hære. tu. l.j. item in hæredibus magistratus, qui non idoneè curauerunt caueri pupillo: vt. C. de magistra. con. l. in hæredem. & supra de magistra. conue. l. non similiter. & fa. infra eo. l. ad ea.§. fina.

Hæres an & qualiter ex defuncti cõtractibus teneatur.

k *Ereè.* ex contractu quatuor modis obligamur, scilicet re, verbis, literis, & consensu. sic & quatuor modis contrariis actis liberamur, scilicet reddendo rem depositam, acceptilatione, item literis in contrarium emissis ab eo in quem priores expositæ fuerint: item contrario consensu ab emptione re integra receditur: vt supra de solu. l. prout quisque. Sed quare dicit, fere? Respon. quia & delinquendo quis obligatur: non tamen contrario delicto liberatur. vel quia quandoque quis alio modo obligatur

NEmo damnum f facit, nisi qui id fecit quod facere ius non habet.

CXCIIII. VLPIANVS libro sexagesimonono ad Edictum. 152

HOc iure g vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat: aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat. ¶ Deiicit h & qui mandat. ¶ In maleficio ratihabitio mandato comparatur. † ¶ In cõtractibus i quibus doli præstatio vel bona fides inest, hæres in solidum tenetur.

CXCV. PAVLVS libro sexagesimoquinto ad Edictum. 153

FEreè k quibuscumque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: quum quibus modis adquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla possessio adquiri nisi animo & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua vtrumque in contrarium actum [est].

CLXXXVIII. PAVLVS libro sexagesimosecundo ad Edictum. 146

QVod quis a dum seruus esset egit, proficere libero facto non potest.

CLXXXIX. GAIVS libro vicesimoquarto ad Edictũ proninciale. 147

SEmper b specialia generalibus insunt.

CXC. PAVLVS libro sextodecimo breuis Edicti. 148

CVius effectus c omnib' p- B
dest: eius & partes ad omnes pertinent.

CXCI. VLPIANVS libro sexagesimoseptimo ad Edictum. 149

EX qua d persona quis lucrum capit, eius factũ præstare debet.

CXCII. IDEM libro sexagesimo octauo ad Edictum. 150

PAREè e esse conditionẽ oportet eius qui quid possideat vel habeat: atque eius cuius dolo malo factum sit quo minus possideret vel haberet.

CXCIII. PAVLVS libro sexagesimoquarto ad Edictum. 151

BIU Cujas

gatur,vt stipulatione:& alio modo liberatur, vt solutione. Item hoc primũ de obligationibus personalibus probat,in instar corporalium:quæ vt adquiruntur animo & corpore, ita per contrarium amittuntur:vt.ſ.de adquir.poſ.l. quemadmodum. quod est verum vt duo sint necessaria in amittendo, si incipias à corpore: secus si ab animo: vt.ſ. de adquir.poſ.l.iij.§.in amittenda.sic.C.de iure delibe.potuit.& supra de rei vin.l.sin autem.§.j. & facit.j.eo.l. ad ea.§.vlt.& supra eo. l.nihil.

CXCVI. VLPIANVS libro septuagesimo ad Edictum. 154

CVm par delictũ [a] est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa: sicut fit cũ de dolo excipitur petitoris.neque enim datur talis replicatio petitori, *Aut si rei quoque in ea re dolo actũ sit.* Illi [b] debet permitti pœnã petere,qui in ipsam nõ incidit.

CXCVII. PAVLVS libro sexagesimoquinto ad Edictum. 155

FActum [c] cuique suum, non aduersario [suo] nocere debet. ℣ Non videtur [d] vim facere, qui iure suo vtitur, & ordinaria actione experit. ℣ In pœnalibus [e] causis benignius interpretandum est.

CXCVIII. VLPIANVS libro septuagesimo ad Edictum. 156

INuitus [f] nemo rẽ cogitur defendere. ℣ Cui damus [g] actionem: eidẽ & exceptionẽ cõpetere multo magis quis dixerit. Cũ quis [h] in alicui*locũ succesſerit:nõ est æquũ ei nocere hoc quod aduersus eũ[non] nocuit, ne fuerit euicta, & manu militari ablata, nam & hoc potest fieri: vt.ſ.de rei vind.l.qui restituere? Respon.non poterit prætendere venditor iniuriam emptori factam quo minus de euictione teneatur:iuste enim euictus est: vt hic. vel pone in eo qui promisit se non facturum vim alicui.nam si rei vindi.intẽdat,& manu militari auferat: nõ videtur vim facere vt ob hoc ex stipulatione teneatur: vt hic.Item potest opponi in creditore:vt.C.de pig.l.iij.

a *Vm par delictum.* Promisisti mihi pœnam, si iudicio tali die nõ sisteres.ego impediui te,& tu me.si agam ad pœnam, excipies ℣ ego dolosẽ te exemi.nec ego possum sic replicare:immo recte ago, siue nullũ dolum commisi, aut si rei vel cõuenti dolo similiter sit factum.nam hæc sunt verba replicationis: vt supra de eo per quem fa.e.l.fin.§.sed si stipulator.Vel pone quòd libertus vocauit patronum in ius sine venia,& patronus fuit exemptus: sicque amisit actionem suam.si agit libertus contra eximentem, ille excipiet de dolo vocantis,nec vocãs poterit replicare:vt.ſ.de eo per quem factum er.l.j.&.l.fi. & ne quis eum qui in ius vo.l.j.in fin.&.l.ij.nec ob.in eo.tit.l.sed eximendi.§.item si quis.&.l.si per alium.§.in eum.quia ibi deliquit calumniando,hic vocãdo. Item pone.ſ. de contrahen. emp.l.domum. item.ſ. de condic. ob tur. cau.l.si ob turpem.sicut ergo dolus dolo compensatur, sic culpa culpa: vt.ſ.de cõpen.l.si ambo.Nõ autem dolus cum culpa: quia dolus prægrauat:vt.ſ.ad.l.Aquil.l.itẽ si obstetrix.§.fin.&.l.si putator.Item si vnus in lata culpa,alius in leui:præponderat lata,cũ æquiparetur dolo:vt.ſ.si men.fal.mo.di.l.j.§.lata plane.Sed quid si vnus fuerit in leui,alius in leuissima? Respon. cum vterque nõ sit in pari causa:is qui minus deliquit, est in causa meliori: vt supra de verb.obl.l.si seruum.§.sequitur. & de dolo.l. si duo.& de excep.doli.l.apud.§.Marcellus.& facit supra eo.l.nemo prędo.§. fin.&.ſ.ne quid in loco pu.l.ij.§.j.& so.ma.l.viro.

b *Illi.* si rem mihi surripias,eáque postea tibi surripiatur: tu nõ agis furti,sed ego ago contra vtrũque:nec exacto vno alter liberatur,cũ ex diuersis factis teneamini: vt supra de fur.l. qui re sibi cõmodata.Hæc autem regula fallit in eo qui sibi locatum vestimentum poliendum, alij contra domini voluntatem commodauit.nam si commodatarius per furtum amiserit: fullo qui cõmodauit,aget furti:licet in furti pœnam commodando inciderit: vt supra de fur.l.qui vas.§.si ego.secus in inuasore,qui agit interdicto,licet teneatur : vt supra de vi & vi ar.l.j.§. qui vi à me. & est ratio:quia non nisi ad poſ.egit:hic vellet agere ad pœnam. Item pone in contractu:vtputa locaui tibi fundum in quinquennium, & promisi tibi pœnam si te ante deiicerem.tu quoque mihi pœnam,si pensionem non solueris.si te non soluentem deiiciam, nõ cado in pœnã,quia tu incideras: vt.ſ.loca.l.quæro.§.inter. Item regulæ huic est contra.ſ. de eo per quem fa.e.l.fin.§.j. sed ibi diuersæ personæ sunt quæ conueniuntur ad pœnam.

c *Factum.* Si causa mutandi iudicij rem quam possidebas,alienaueris: tibi,non alij, hoc factum nocet. Nam ille in cuius fraudem alienatio facta est, te propter dolum tuũ conuenire poterit:sicque nocet tibi dolus tuus:vt supra de ali.iudi.l.j.& te cõuẽto & exacto,nihilo minus tenetur qui possidet:vt supra de pet. hære.l.nec vllam.§.fin. Item si socius omnium bonorum callidè in hoc renuntiauerit societati, scilicet propter lucrum aliquod quod sibi soli cupiebat habere,factum suũ sibi nocet:quia si alter socius cui renuntiatum est,aliquid quæsierit:renuntianti non cõmunicabitur.renuntians autem, lucrum propter quod renuntiauerit,communicare tenebitur:vt institu.pro so.§.manet.& supra pro soc.l. actione.§.diximus. Item potest poni casus supra de eo per quẽ fa.er.l.j.§.si rem dolo.si opponatur de tutore,qui transigere potest:vt supra de fur.l.interdum.§.qui tutelam. sicque nocet pupillo: Respon.hoc euenit, quia quasi dominus est : vt.ſ.de admi.tut.l.tutor qui tutelam.

d *Non videtur.* Si emptor de possessione fundi quem emit,fuerit expulsus:non ideo de euic.agit:vt.C.de ac.emp.l.fi.quia iniuria facta emptori,non contingit venditorem: vt supra de eui.l.si per imprudentiam. Quid igitur si eum proposita rei vindicatione fuerit euicta, & manu militari ablata, nam & hoc potest fieri: vt.ſ.de rei vind.l.qui restituere? Respon.non poterit prætendere venditor iniuriam emptori factam quo minus de euictione teneatur:iuste enim euictus est: vt hic. vel pone in eo qui promisit se non facturum vim alicui.nam si rei vindi.intẽdat,& manu militari auferat: nõ videtur vim facere vt ob hoc ex stipulatione teneatur: vt hic.Item potest opponi in creditore:vt.C.de pig.l.iij.

e *In pœnalibus.* in delictis pro quibus pœna corporalis vel pecuniaria solet imponi: interpretamur in dubio non delictum:vt.ſ. pro soc.l.merito. Item si is cui furtum est factum, deduxit furẽ ad præfectum vigilum: in dubio videtur pœnam furti remisisse: vt supra de fur.l. interdũ.§. qui furem. Item qui adulterum nocte occidit,minus punitur: quia nox & dolus minus interpretantur delinquere : vt.C.de adul.l. Gracchus. Item si duo iudices ordinarij,vnus de puniendo,alter de absoluẽdo tulit sententiam:interpretamur absolutoriam magis valere:vt supra de re iudi.l.inter pares.Item si vnus iudex cõdemnauit accusatum lege Iul.de vi,quia dixit, vim feciſti : de priuata intelligitur : quia in pœnis mitiores esse debemus:vt.ſ.de pœ.l.si præses.&.l.pe.Item si tutor accusatur de suspecto : si remoueatur, præsumitur in dubio propter culpam non propter dolum remotus:vt supra de suspe.tu.l.hæc enim.§.j.& sic nõ est infamis:vt instit.de suspe. tu.§. suspecti.& facit.ſ.eo.l.ea quæ.§.in rem.

Flo. alii

f *Nuitus.* Pone vt.C.de procu.l.inuitus. & distinguè,cum quæritur an quis teneatur defendere aliũ:vel ad aliquid,quia non defendit:distingue:quia aut interuenit mandatum,aut non. si nõ interuenit mãdatũ : aut præstita est cautio de defensione,aut nõ. si est præstita:aut de defensione rei:quod est cũ promittitur iudi. sol. aut de defensione actoris. si de defensione rei ab ipso defensore,non cogitur præcisè,sed stipulatio cõmittitur: vt.ſ.de procu.l.inuitus.§.fi.&.l.seq.in prin. &.§.Sabinus.nisi iusta causa interuenerit:vt ibi dicitur.Si autem præstita est ab ipso reo:aut volente defensore,vel non ignorante:& cogitur præcisè. aut nolẽte vel ignorante:& non cogitur,sed stipulatio committitur:vt.ſ. de procu.l.si defunctus. sin autem à procuratore actoris est satisdatum de defendẽdo præcisè,cogitur:vt.ſ.de proc.l. sed & hæ.§. defendere.sin autem nulla est prẽstita ab aliquo cautio,nemo cogitur defendere:vt hic,&.C.de proc.l.inuitus.in fi.&.ſ. de proc. l.filiussa.§.inuitus.&.l.inuitus. in fin. si vero mandatum interuenit:eadem distinctio adhibẽda est quæ.ſ.dicta est:hoc addito, vt etiam si non fuerit satisdatio præstita, teneatur domino qui eum dedit:qui videtur mandasse de satisdãdo:vt.ſ.de procu.l. ad rem. &.l.ad legatum.vbicũque autem dixi quem teneri ad defensionẽ, vel propter defensionem : ibidem iusta causa interueniente ad neutrum tenetur,scilicet nec defendere, nec stipulatio committitur,eo saluo,vt si res sit tempore peritura,teneatur vsque ad lit. conteſt.vt.ſ.de procu.l.sed etiam.

Defendere alium, an quis teneatur.

g *Cui damus.* ei qui ad non modicum tempus conduxit solum alienum vt superficiem imponat,datur vtilis rei vind.etiam contra dominum: multo magis ergo habet excep. si à domino cõueniatur:vt.ſ.de superfi.l.j.§.quod ait prætor.Sed op.qui emit à nõ domino:nonne habet ac.pu. contra omnes præterquã contra dominum.nec tamen habet exce.cõtra dominum: vt.ſ.de pu.l.pen. & fi?Respon.hic dicit quando contra aliquẽ habet ac. multo magis cõtra eundem habet exce.sed pu.nõ habet contra dominũ,& sic nec excep.Hæc autem regula fallit.C.loca.l.si quis cõductionis.& in auth.de tri.& semiſ.§. illud quoq;. Item in omnibus iudiciis possessoriis:vt.ſ.quo.leg.l.j.in prin.vel distinguitur vtrum ille qui conuenitur,in promptu habeat probationes sui iuris,siue de possessione,siue de proprietate : & tũc nõ teneatur restituere. an non,& tunc tenetur restituere:arg.ſ.ad exhi.l.iij.§.ibidẽ.&.ſ. ad Treb.l.ille à quo.§.si de testaméto.& vt in poſ.le.l.si is à quo. &.C.de compen.l.fi.&.ſ.de Car.edict.l.iij.§.cauſæ.quæ in possessorio loquitur.Hoc autem fallit in quodam possessorio, vbi etiã si velit incontinenti probare de suo iure,non auditur: vt in auth. de trien.& semiſ.§.illud.

h *Cum quis.* Pone vt supra de itine. actúque priua.l.iij.§.si quis

BIU Cujas

ab auctore. Item vt supra pro empt.l.ij.§.si defunctus. Item vt.ſ. quæ in frau.credi.l.qui à debitore. & plene no.ſ.e.l.quod ipsis.

a *Plerumque.* Hæc regula est exposita supra eodem.l.nemo plus iuris.sed & potest poni supra pro emp.l.ij.§.emptori. Plerũque autem ideo dicit,quia si emptor habeat malã fidem,non vsucapit:licet auctor bonam fidem habuerit: vt supra pro emp.l.ij.§.si eã rem. Ité quod dicit defendẽdum,dic vt.C.de euic.l.emptori. & fa.ſ. de acquir.rerum domi.l.traditio.

b *Quod cuique.* Dic vt supra eodem.l. inuito. Sed op.priuilegiũ sportularum minorum datur etiam clericis inuitis,cũ præcipiatur executoribus vt non accipiant:& sic suo priuilegio non possunt renuntiare:vt.C.de epis. & cle.l. omnes qui.§. executoribus. &.C. de spor.l.omnibus.sed dicas quòd dare possunt, sed illi non accipere.& sic honestè datur, non honestè accipitur.ecõtra est i meretrice, quæ honestè accipit,ex quo est meretrix,sed turpiter datur: vt supra de condic.ob tur.cau.l. idẽ est.§. sed quod meretrici. Accursius.

c *Dea.* Si seruꝰ domino iubẽte delinquat:si quidem in atrocibus ei paruerit:licet non excusetur, minus tamen punitur:vt.C. ad.l. Iul. de vi.l.seruos.sin autem in non atrocibus,nullum est serui delictum:& sic non tenetur: vt supra de act.& oblig.l.seruus.& hoc etiã dicitur de his in Apostolo:Serui estote subditi dominis vestris,non tantum bonis & modestis:sed etiam dyscolis,id est discordantibus à fide catholica.Sed quæ sunt atrociora?videtur quòd illa quæ descendunt à lege.xij.tabu.vt.ſ.de noxa.l.ij.§.j.sed illud per Iul.postea ibi corrigitur.vnde dic,modicę rei furtum,item modicum damnum dicuntur non atrociora.at magnæ rei furtum,siue damnum,item homicidia,adulteria,& omnia capitalia crimina dicuntur atrociora:vt.ſ.de incen.rui.nau.l.Pedius.§.j.Azo. Pone etiam exemplum de non atroci:vt.ſ.de his qui no. infa.l. liberorum.§.fin.& fa.ſ.e.l.is damnum.&.ſ.re.amo.l.si mulier.§.si seruus. Accursius.

d *Semper.* dic vt.ſ.e.l.qui dolo.&.l.parem. Sed ar.cõtra.ſ.si quis omiſ.causa test.l.iij.in fi.item quod dicit,habendus &c. sed non omnino:quia alter directa,alter vtili tenetur:vt supra de noxa.l. electio.§.si is quem.

e *In contractibus.* Pone vt supra eo.l. hoc iure.§.fin. Sed contra insti.de perpe.& tempo.ac.§.aliquando.vbi non tenetur hæres ex dolo defuncti.sed ibi dedit causam contractui: hic fuit incidẽs. Item quod dicit,hæredes teneri pro hæreditaria parte:fallit quandoque. Primo,si habet vnus hæredum facultatem totius rei restituendæ:vt supra commo.l.iij.§.hæres. Secundo,cum agitur ex pollicitatione: vt supra de pollicita.l.ex pollicitatione. Tertio,pro funeris impensa:vt.C.de relig.l.veluti. Quarto,in alimẽtis:vt supra de ali.le.l.iij. Quinto,quando ab vno hæredum maritus legauit vxori animo compensandi quæ in dotem ab ea habebat:si ipsa non legatum,sed dotem vult:ille solus conuenietur: vt supra de leg.j.l.cum ab vno. Sexto,in illis casibus in quibꝰ tenẽtur hęredes in solidum:vt supra deposi.l.si duo.& de verb.ob. l.ij.§.j. Accursius.

f *Conueniatur.* aliàs condemnetur:aliàs partiatur.

g *Votiens.* Sine captione,id est iniquirate. & pone si impuberi moueatur quæstio status,malum est præcipitari,& sic sine firmo consilio constitutum in alienam seruitutem redigi.& econtra malum est eum mitti in bonorum possessionem:& aliqua forte aliena apparebunt:sed hoc est minus malum,& sic eligendum: vt supra de Car.edi.l.iij.§. duæ autem.& C.de Car.edi.l.ij.& hoc fiet ex Carbo. si fiat quæstio status & bonorum.sed si status tantum,tunc ex constitutionibus:vt supra in cuius locum successit. ⁋ Plerũque [a] emptoris eadem causa esse debet circa petendũ ac defendendum,quæ fuit auctoris. ⁋ Quod cuique [b] pro eo prętatur:inuito non tribuitur.

CXCIX. IDEM libro septuagesimoprimo ad Edictum. 157

AD ea [c] quæ nõ habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur seruis, sivel dominis, vel his qui vice dominorum sunt (veluti tutoribus & curatoribus) obtemperauerint. ⁋ Sæper [d] q dolo fecit quo minus haberet, pro eo habendus est ac si haberet. ⁋ In cõtractibus [e] successores ex dolo eorũ quibus successerunt,non tãtum in id quod [ad eos] peruenit,verumetiam in solidum tenentur:hoc est,[vt] vnusquisq; pro ea parte qua hæres est, [cõueniatur. [f]]

CC. IAVOLENVS libro septimo Epistolarum.

QVotiens [g] † nihil sine captione inuestigari potest: eligendũ est quod minimum habeat iniquitatis.

CCI. IDEM libro decimo Epistolarum.

OMnia [h] quę ex testamento proficiscuntur: ita statum euentus capiũt,si initium quoque sine vitio ceperint.

CCII. IDEM libro vndecimo Epistolarum. B

OMnis definitio [i] in iure ciuili periculosa est. Parum est enim vt nõ subuerti possit.

CCIII. POMPONIVS libro octauo ad Quintum Mucium.

QVod quis [k] ex culpa sua dã num sentit:non* intelligitur damnum sentire.

CCIIII. IDEM libro vicesimo octauo ad Quintum Mucium.

MInus [l] est actionem habere,quàm rem.

CCV. IDEM libro trigesimo nono ad Quintum Mucium.

† *No. quòd in obscuris semper est interpretatio ſienda vt nulli ſit ea- proſa & o- neroſa.con- cor.in.c.cũ dilect⁹. ex- tra de con- ſue.in.c.cũ elim.eo.tit.*

de Carb.edi.l.iij.§.j. Vel pone:mãdasti mihi vt tibi emerem Stichum,quem ignorabas furem. hic fecit mihi furtum.iniquum est teneri te vltra quàm seruus valeat,vt instit. de noxa.§. summa. econtra iniquius est officium meum mihi esse damnosum:ideoq; mihi in solidum teneris:vt supra de fur.l.si seruus.§. quod vero ad mandati. sed & potest poni vbicunq; dicitur quòd aliquid est æquius æquo, vel iniquius iniquo: vt supra deposi.l.bona fides. & C.de proc.l. exigendi. & de pac.conuen.l.hãc generali.&.ſ. de vulg. substi.l.filius qui patri. & de do.excep.l.si curator.& de offi.pro- consul.l. obseruare.§. hi.&.l. nec quicquã.§. sane.& facit in auth.q; mo. na. effi. sui. circa princip.

h *Omnia.* Si pater in testamẽto p- teriit filium in potestate constitutum,inutiliter testabitur: adeo vt si viuo patre moritur, non ideo valet: vt instit. de exhære.lib. principio. Item pone in eo qui legauit mihi rem meã.non enim valet,licet postea alienẽ vt supra de le.j.cætera. §.j. nec ob.ſ. de reg. Cat.l.j.§.finali.vbi cõfirmatur:quia ibi viuo testatore alienauit: hic post mortem. Item pone instit. de leg.§.an seruo.cætera dic vt supra eo.l.quod in initio. C

i *Omnis definitio.* Est oratio substantiã cuiusq; rei significans, secundũ Boethiũ.sed hic dicitur pluriũ rerũ breuiter siue summatim sub regula facta traditio. Huiusmodi aũt definitiones sunt periculosæ:quia patiũtur exceptionẽ:& verecundiã plerũq; faciũt alleganti regulã:sed stet firmus regulæ,veluti Bononiensis Carocio,licet aliqui capiãtur de eius custodibus,& licet aliqui casus à regulis subtrahant,& respõdeat speciale: & sic regula erit firma in aliis:vt in auth.de nõ alienan.§.vt autẽ.licet videant esse falsa:vt.ſ.de reg.Cat.l.j.&.ſ.eo.l.j.sed illud verũ est in exceptatis. Ité ideo dicit parũ,quia quædã sunt quæ exceptiones nõ patiũtur:primo,quia liber homo non vsucapitur:vt.ſ.de vsuca.l.vsucapio.& inst.de vsuc.§.sed aliquãdo. Ité mulier quæ in rem suã intercedit,nõ iuuatur Velle.vt.ſ.ad Vell.l.aliquãdo. Item si decipiat:vt.ſ.ad Vell.l.si decipiendi. Item bo.pos.contra tabu.nõ habet locum ad testamenta mulierum:vt supra de contra tabu.l.illud.§.ad testamenta. Item minor.xiiij.ann.non potest testari: vt C.quando prouo.non est necess.l.ij. Item stipulatio liberi hominis vel rei sacræ vt detur,nõ valet:vt insti.de inuti.stip.in prin. &.§.j Item sepulchrũ vindicare iure dominij nullus potest, nec in alium dominium transferre:vt.C.de reli.l.si sepulchrum.&.l. ij.in fin. Item nemo potest plus grauari nomine legati,quàm sibi relinquitur:vt supra ad Treb.l.j.§.fi.& multa alia sunt quæ non patiuntur exceptionem. sed hæc regula tantũ intelligitur de his regulis seu definitionibus quæ super hoc titu.positæ sunt. D

Definitio quid ſit.

k *Vod quis.* Si duo sunt socij omnium bonorũ:& vnus cum abesset,fuit dãnatus à iudice ex contractu pro socio,qui erat absoluendus si veniſſet: vel etiam pro suo delicto, furto scilicet vel alio fuit dãnatus: nõ recuperat de cõmuni: vt supra pro soc.l.cum duobus.§.fi.&.l.seq. Vel pone in eo qui transiuit per locũ quà non erat publicum iter vel priuatum,& ramus cecidit super eum:non agit Aquil.vt supra ad leg.Aquil.l.si putator. Item pone supra fami.erci.l. inter cohæredes.§.quod ex facto. item supra de insti.l.sed & si quis.in fi. Item.C. de fideicõ. lib.l.si quis in testamento. item.ſ.quod quisque iur.l.iij.§.si is.

l *Minus.* Licet(quantum ad iuris intellectum) qui actionem habet,rem habere videatur: vt.ſ.eo.qui actionem tamen quantum ad executiones factorum sæpe est aliter. nam euentus executionis & sententiæ est incertus,& consideranda est mora quæ datur iudicatis. Item sumptus in petẽdo facièdi:vt supra de pecul.

BIU Cujas

pœ.l.quod debetur. Item & quantum ad satisdationem de iudicio sisti nō videtur habere rem, qui habet actionem: vt supra qui satisd.cog.l.sciendum.§.fundum.&.§.diuersa.

a PLerumque. Si quid fisco obligaui sub hac condi. vt si pecunia nō sit soluta certa die: liceat ei vēdere: licet possit abire res à me, pecunia nō soluta, quia fiscus vendet: interim tamen est mea, & vindicare, & alienare, & seruitutem imponere possum. Quod ergo dicit, plerunq;: ideo dicit, quia quādoq; videmur non habere qđ sic habemus vt à nobis possit auelli: vt supra de lega.j.l. non quocunque. & supra de solu.l.etiam. & C. cōmunia de leg.l.fi.§.sed qa. Iteē quod subiicit, etiā &c.q.d. nō solū ea quę purè posſidemus: vt in d.§.sed quia. Iteē quod dicit, vindicare: dic etiā & condicere cōdictione furtiua, si interim surripiatur: vt supra de condic.fur.l. si seruus. item & furti agere: vt supra de fur.l.si quis vxori.§. fin. & ad idem supra de rei vin.l.non ideo. Item quod dicit interdum: ideo dicit, quia quandoque non vindicamus, nec alienamus: sed fortè fiscus iam legitimè alienauit, & sic dominium transtulit: vt insti. qui.alie.licet.§.j. Item quod dicit alienare, scilicet cum sua causa: vt. C. de distract.pig.l.si debitor. Item quod de seruitute dicit.ſ. quemadmodum serui.amit.l.is cui.§.hæres. Et id quod hac l.dicitur, est quandocunque rem mihi debeas ex contractu aliquo, & antequam tradas, possis hoc facere: ar.ſ. de cōtrahen. emptione.l.si sciens. Sed quid dices in legatis sub conditione relictis? nunquid conditione pendente poterunt alienari? Respon. vtique: vt supra de fideiſom.lib.l. generaliter.§. quotiens. & de leg.j.l.seruo.§.j. & ad Trebel.l.Marcellus.§.res quæ. nisi in casu: vt supra qui & à qui.l.generaliter.§.j. & ideo illud, quia libertas difficilius reuocatur: & ideo difficilius datur. hodie tamen videtur contra, scilicet vt nunquam possit alienari res legata sub cōditione: quod dic vt. C. communia de leg.l.fi.§.fin autem.

b *Vre naturæ.* Si pupillus mutuam acceperit pecuniam, & locupletior ex ea factus soluat, non repetet: nec enim æquum est eum locupletari cum alterius damno: vt.ſ. de condic.inde.l. nam natura.§.pen. & l.seq. Item pone vt. C. de vsuc.pro emptore.l.fi. &. C. de epiſ. & cle.l.si quis presbyter. Item pone vt supra de peti.hære.l.plane. Hæc autem regula fallit in vsucap. & præscript. quæ auferunt præscribendi commodum cum alterius damno. Item in expensis in alienā re factis: vt supra de do.excep.l.Paulus. Item. C. de non nume.pec.l.in contractibus. sed prædictis & similibus oppositionibus respondeas: quia licet fiat cum aliena iactura, tamen non fit cum aliena iniuria, cum fiat legū auctoritate.

c *Res iudicata.* Habetur pro veritate, inter litigantes, vt act. & excep. pariat, non quòd faciat ius: vt supra de cōdic.indebi.l.Iulianus. Item quo ad quosdam patientes, de quibus habes quatuor exempla: vt supra de re iudi.l.sæpe. Item quādoque quo ad omnes: vt quando sententia facit ius: quod est in casibus: vt supra de ſta.ho.l.ingenuum. & de lib.ag.l.j.in fi. &.l.seq. Item pone in querela inofficiosi testamēti: vt supra de inoff.testa.l.Papinianus.§.vlti. Item prædicta vera quando potest retractari, vel quia nulla est: vt. C. quando prouo. non est necesſ.l.j. &.ij. vel aliquo modo rescindi. quod dic per exempla: vt supra de iureiur.l. admonendi. & .C. si ex fal. instru. per totum. & supra de dolo.l.cū à te. &. C. de proc.l.licet. & de aduo.diuer.iu.l.j. & supra de iure fisci.l.si fiscus. &.l.iij.§.diuus. &. C. de iur. & fac. igno.l.j. & per totū & ſ. de re iu.l.imperatores. & supra de quæſt.l.j.§.fin. & de pœnis.l. diui fratres.§.j. Prædictis autem casibus non habetur pro veritate etiam quo ad effectum, ex quo erat recisa. Illud autem erat quæstionis, an dicatur res iudicata, quando adhuc potest appellari. [a] dicunt quidam quòd non: vt ar.ſ. de condic.indebi.l.eleganter.§.si quis. Sed die contra, per eandem l. & per.l.C. de appella.l. litigatoribus. Non tamen habetur pro veritate, nisi transeat in rem iudicatā. Item iusiurandum habetur pro veritate: vt supra de iureiuran.l.sed & si possessori.§. si iurauero. Accursius.

a Adde ad hāc quæst. Ant.Corſ. in ſin.ſuis, in verb.appellatio.2. inci.idē opera tur. & quod not.in l.post cōtractū.in apoſt. in versi.cōdēnatio ſecuta.ſ. de dona.

d *Non potest.* Pone vt supra de suis & legi.l.nulla. Itē pone quòd Titio legaui vsumfruc.serui. & cum ad eum desineret pertinere, legaui ei libertatem. si Titius non habuerit, vel quia prædecessit, vel quia non est capax: nō erit liber: nec videtur desinere vsufru. vt quia nec cœperat: vt supra de cond. & demō.l.Titio. Inde est quòd creditor nō potest experiri Pauliana, q̄ habere desierit debitor quod non acquisiuit: vt supra, quæ in frau.credi.l.quod autem. in principio. Item nec maritus contra vxorem: vt supra de don.inter virum & vxorem.l. si sponsus.§.si maritus. &.§. si quis rogatus. Impropriè tamen quādoque dicitur quid desinere, quod non cœpit: vt supra vsufruc.quemadmo. caueat.l.ij.§.desinere. & de euic.l.qui alienam. sicut & finitur aliquid quod non cœpit: vt supra de condic.ob cau.l. si extraneus. Sed & desinere & amittere videtur libertus qui obtinere noluit: vt supra si quid in frau.pa.l.j.§. vtrum. in fin. Item Dauid dicit: Liberasti animam meam de inferno inferiori domine. & tamen nunquam fuit in inferno: aliter nulla esset redemptio. Item amittitur quod non habetur: vt.ſ. de euic.l.fina. & facit.ſ.eo.l.non videtur rem amittere. & dic vt ibi. Accursius.

** Flo. ex postfacto cō unleſce.*

e *Seruitutem.* Si quis fiat seruus, pro mortuo habetur: nā testamentum facere non potest, nec esse testis, vel iudex, vel arbiter: vt supra de testa.l.si filius. &.l. qui testamento.§. seruus. & C. de testa.l.quoniam. & supra de arbi.l.parui.§.si in seruum. & de iudi.l.cum prætor. Item matrimonium soluitur: vt in auth. de nup.§.sed etiam captiuitatis. Fere autem ideo dicit, quia si fiat seruus hostium, & redeat: nec captus videtur. vel forte propter ea quæ diximus.ſ.eo.l.quod attinet. Item facit.ſ. de condi. & demō. l. inter diem. in fin. & de dona. inter virum & vxorem.l.cū hic.§. si donator. Accursius.

f *Quæ ab intio.* Si impubes vel furiosus testetur, non valet: licet pubes vel sanę mentis postea factus fuerit: vt instit. qui testa.face.poſſ.§. præterea. Sed contra.ſ. de hære. instit.l.qui soluendo. sed ibi fauore libertatis. Item contra.ſ. de testa.mili.l.neque. aliàs. iij. sed ibi militiæ fauore, & eodem modo ad alias in eo.tit.l.tribunus.§.j. &.l.si filiusfa.§.j. Item contra supra de lega.iij.l.j.§.j. Solu.ibi in fideicom. hic in' institutione. Item contra supra de acquiren.hæred.l.si seruus eius qui. sed ibi quando per alium quis sit hæres, hic quando per se. Item facit.ſ. de actio. & oblig.l.obligationū fere.§.placet. Sed arg.cōtra.ſ. de ritu nu.l.si quis in senatorio. cętera dic vt.ſ. e.l.qđ in initio. Ac.

g *Seruus.* Si quis seruū in iudicio sisti promiserit sub pœna: iisdem exceptionibus vtitur, quibus si pro libero fideiusſiſſet, vteretur: præterquam si dicatur abfuiſſe causa reipubli. quia seruus reipubli. causa abesse non potest: vt.ſ. si quis cau.l. si quis seruum. &.l.si is. Qui autem dicantur causa reipubli. abeſſe: habes supra ex quib. cau.l. qui mittuntur. & pluribus aliis in eo.titu. & supra de iure immu.l.semper.§. negotiatores. Ab hac.l. excipe si cōmunis error interueniat: vt supra de offi.pto.l. Barbarius. Ac.

PLerumque * fit, vt etiam ea quæ [à] nobis abire possint, perinde * in eo statu sint, atque si nō essent eius conditionis, vt abire posſēt. & ideo quòd fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & seruitutē in prædio imponere possumus.

** Flo. proinde*

CCVI. IDEM libro nono ex variis lectionibus.

IVre naturæ [b] æquum est, neminem cum alterius detrimēto & iniuria fieri locupletiorē.

CCVII. VLPIANVS libro primo ad legem Iuliam & Papiam.

† *Concor. tex.in.c. cū inter. extra de re iudi.*

REs † iudicata, [c] pro veritate accipitur.

CCVIII. PAVLVS libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.

NOn potest [d] videri desisse habere, qui nūquā habuit.

CCIX. VLPIANVS libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

SEruitutem [e] mortalitati fere comparamus.

CCX. LICINNIVS RVFINVS libro secundo Regularum.

QVæ ab intio [f] inutilis fuit institutio: * tēporis tractu cōualescere nō potest.

** Flo. ex postfacto cō unleſce.*

CCXI. PAVLVS libro sexagesimonono ad Edictum.

SEru', [g] reipublicæ causa abesse non potest.

DIGESTORVM SEV PANDECTARVM IVRIS Ciuilis librorū quinquaginta, ex fide antiquorū codicum, & potiſſimū Pandectarum Florentinarū (quo adeius fieri potuit) reſtitutorū, finis.

FINIS.

LVTETIAE PARISIORVM

Ex officina typographica Gulielmi Desboys, ſub Sole aureo in via Iacobea, Anno domini M. D. LIX.

BIU Cujas

BIU Cujas

BIU Cujas



187
III